PATROLOGIÆ

CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT :

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;

DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;

OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;

INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;

CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;

OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;

DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.

EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXXV.

BASILIUS SELEUCIENSIS EPISCOPUS, EUDOCIA IMPERATRIX AUGUSTA, ÆNEAS GAZÆUS, ZACHARIAS MITYLENES, GENNADIUS CP., ANTIPATER BOSTRENSIS; ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM, IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

PATROLOGIÆ
CURSUS COMPLETUS,

SEU

BIBLIOTHECA UNIVERSALIS, INTEGRA, UNIFORMIS, COMMODA, OECONOMICA,

OMNIUM SS. PATRUM, DOCTORUM, SCRIPTORUMQUE ECCLESIASTICORUM,

SIVE LATINORUM, SIVE GRÆCORUM,

QUI AB ÆVO APOSTOLICO AD ÆTATEM INNOCENTII III (ANN. 1216) PRO LATINIS ET AD PHOTII TEMPORA (ANN. 863) PRO GRÆCIS FLORUERUNT:

RECUSIO CHRONOLOGICA

OMNIUM QUÆ EXSTITERE MONUMENTORUM CATHOLICÆ TRADITIONIS PER DUODECIM PRIORA ECCLESIÆ SÆCULA ET AMPLIUS,

JUXTA EDITIONES ACCURATISSIMAS, INTER SE CUMQUE NONNULLIS CODICIBUS MANUSCRIPTIS COLLATAS, PERQUAM DILIGENTER CASTIGATA;
DISSERTATIONIBUS, COMMENTARIIS, VARIISQUE LECTIONIBUS CONTINENTER ILLUSTRATA;
OMNIBUS OPERIBUS POST AMPLISSIMAS EDITIONES QUÆ TRIBUS NOVISSIMIS SÆCULIS DEBENTUR ABSOLUTAS DETECTIS AUCTA;
INDICIBUS PARTICULARIBUS ANALYTICIS, SINGULOS SIVE TOMOS SIVE AUCTORES ALICUJUS MOMENTI SUBSEQUENTIBUS, DONATA;
CAPITULIS INTRA IPSUM TEXTUM RITE DISPOSITIS, NECNON ET TITULIS SINGULARUM PAGINARUM MARGINEM SUPERIOREM DISTINGUENTIBUS SUBJECTAMQUE MATERIAM SIGNIFICANTIBUS, ADORNATA;
OPERIBUS CUM DUBIIS, TUM APOCRYPHIS, ALIQUA VERO AUCTORITATE IN ORDINE AD TRADITIONEM ECCLESIASTICAM POLLENTIBUS, AMPLIFICATA;
DUCENTIS ET AMPLIUS INDICIBUS LOCUPLETATA; SED PRÆSERTIM DUOBUS IMMENSIS ET GENERALIBUS, ALTERO SCILICET RERUM, QUO CONSULTO, QUIDQUID NON SOLUM TALIS TALISVE PATER, VERUM ETIAM UNUSQUISQUE PATRUM, ABSQUE ULLA EXCEPTIONE, IN QUODLIBET THEMA SCRIPSERIT, UNO INTUITU CONSPICIATUR; ALTERO SCRIPTURÆ SACRÆ, EX QUO LECTORI COMPERIRE SIT OBVIUM QUINAM PATRES ET IN QUIBUS OPERUM SUORUM LOCIS SINGULOS SINGULORUM LIBRORUM SCRIPTURÆ VERSUS, A PRIMO GENESEOS USQUE AD NOVISSIMUM APOCALYPSIS, COMMENTATI SINT.
EDITIO ACCURATISSIMA, CÆTERISQUE OMNIBUS FACILE ANTEPONENDA, SI PERPENDANTUR CHARACTERUM NITIDITAS, CHARTÆ QUALITAS, INTEGRITAS TEXTUS, PERFECTIO CORRECTIONIS, OPERUM RECUSORUM TUM VARIETAS TUM NUMERUS, FORMA VOLUMINUM PERQUAM COMMODA SIBIQUE IN TOTO PATROLOGIÆ DECURSU CONSTANTER SIMILIS, PRETII EXIGUITAS, PRÆSERTIMQUE ISTA COLLECTIO, UNA, METHODICA ET CHRONOLOGICA, SEXCENTORUM FRAGMENTORUM OPUSCULORUMQUE HACTENUS HIC ILLIC SPARSORUM, PRIMUM AUTEM IN NOSTRA BIBLIOTHECA, EX OPERIBUS ET MSS. AD OMNES ÆTATES, LOCOS, LINGUAS FORMASQUE PERTINENTIBUS, COADUNATORUM.

SERIES GRÆCA,

IN QUA PRODEUNT PATRES, DOCTORES SCRIPTORESQUE ECCLESIÆ GRÆCÆ A S. BARNABA AD PHOTIUM.

ACCURANTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

PATROLOGIA, AD INSTAR IPSIUS ECCLESIÆ, IN DUAS PARTES DIVIDITUR, ALIA NEMPE LATINA, ALIA GRÆCO-LATINA. LATINA, JAM PENITUS EXARATA, VIGINTI-QUINQUE ET DUCENTIS VOLUMINIBUS MOLE SUA STAT, AC QUINQUE-VIGINTI-CENTUM ET MILLE FRANCIS VENIT. GRÆCA DUPLICI EDITIONE TYPIS MANDATA EST. PRIOR GRÆCUM TEXTUM UNA CUM VERSIONE LATINA LATERALI AMPLECTITUR, ET FORSAN CENTUM VOLUMINUM EXCEDET NUMERUM. POSTERIOR AUTEM HANC VERSIONEM TANTUM EXHIBET, IDEOQUE INTRA QUINQUAGINTA CIRCITER VOLUMINA RETINEBITUR. UNUMQUODQUE VOLUMEN GRÆCO-LATINUM OCTO, UNUMQUODQUE MERE LATINUM QUINQUE FRANCIS SOLUMMODO EMITUR: UTROBIQUE VERO, UT PRETII HUJUS BENEFICIO FRUATUR EMPTOR, COLLECTIONEM INTEGRAM SIVE GRÆCAM SIVE LATINAM COMPARET NECESSE ERIT; SECUS ENIM CUJUSQUE VOLUMINIS AMPLITUDINEM NECNON ET DIFFICULTATES VARIA PRETIA ÆQUABUNT.

PATROLOGIÆ GRÆCÆ TOMUS LXXXV. 85

BASILIUS SELEUCIENSIS EPISCOPUS, EUDOCIA IMPERATRIX AUGUSTA, ÆNEAS GAZÆUS, ZACHARIAS MITYLENES, GENNADIUS CP., ANTIPATER BOSTRENSIS; ALII.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

SÆCULUM V, ANNUS 438-500.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΠΑΝΤΑ.

BASILII

SELEUCIENSIS EPISCOPI

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA.

ACCEDUNT

EUDOCIÆ IMPERATRICIS, ÆNEÆ GAZÆI, ZACHARIÆ MITYLENES, GENNADII CP., ANTIPATRI BOSTRENSIS, THEOTIMI TOMITANI, GELASII CYZICENI, ANDREÆ SAMOSATENSIS, TIMOTHEI BERYTENSIS, EUSTATHII BERYTENSIS, QUINTIANI ASCULANI, JOANNIS CARPATHII, EPISCOPORUM; AMMONII PRESBYTERI ALEXANDRINI, DALMATII MONACHI, EUTHALII DIACONI, CANDIDI ISAURI, ANONYMI,

SCRIPTA VEL SCRIPTORUM FRAGMENTA QUÆ SUPERSUNT.

ACCURANTE ET DENUO RECOGNOSCENTE J.-P. MIGNE,

Bibliothecæ Cleri universæ,

SIVE

CURSUUM COMPLETORUM IN SINGULOS SCIENTIÆ ECCLESIASTICÆ RAMOS EDITORE.

TOMUS UNICUS.

VENIT 13 FRANCIS GALLICIS.

EXCUDEBATUR ET VENIT APUD J.-P. MIGNE EDITOREM,
IN VIA DICTA *D'AMBOISE*, OLIM PROPE PORTAM LUTETIÆ PARISIORUM VULGO *D'ENFER* NOMINATAM, SEU *PETIT-MONTROUGE*, NUNC VERO INTRA MŒNIA PARISINA.

1860

ELENCHUS

AUCTORUM ET OPERUM QUI IN HOC TOMO LXXXV CONTINENTUR.

Parisiis. — Ex typis L. MIGNE.

BASILIUS

SELEUCIÆ IN ISAURIA EPISCOPUS

NOTITIA

(Fabric. Bibliotheca Græca, ed. Harless, tom. IX, p. 90.)

Basilius, Seleuciæ in Isauria post Dexianum (qui A. C. 431 concilio Ephesino interfuit) episcopus (a), neque in Menæis Græcorum, neque in Latinorum Martyrologiis inter sanctos celebratur (b), haud dubie ideo, quoniam in causa Eutychiana parum constantem se præbuit, et cum in concilio Constantinopolitano A. C. 448 Eutychis hæresin condemnasset (c), illam in synodo Ephesina λῃστρικῇ A. 449 probavit (d), licet postea sub Marciano imp., et epistolæ S. Leonis ad Flavianum A. 450 subscripserit (e), et in concilio Chalcedonensi A. 451 condemnato iterum Eutyche, veniam impetraverit (f). Idem deinde A. 458, una cum aliis Isauriæ episcopis, quorum metropolitanus erat, per litteras imperatorem Leonem (g) rogavit ut, comprobata Chalcedonensi synodo, intrusionem Timothei Æluri in sedem Alexandrinam refutaret. Ex scriptis ejus exstant (h) :

1. Homilia in illud Genes. I, 1 : *In principio creavit Deus cœlum et terram*. Incipit : Ἅπας μὲν ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος. Legit Photius cod. CLXVIII. Separatim *Hamburgi* ann. 1618, 8, edidit, utraque lingua Detlevus Wolderus, Crempensis Holsatus, qui præter rem existimavit, primum se esse, qui illam homiliam Latine vertisset. Fabr. In Joan. Patusæ *Encycloped. philol.*, vol. II, sunt Basilii Seleuc. pag. 41 seqq. homiliæ n. 1, 3, 5, 7, 8 et 9 editæ. Harl.

2 et 3. *In Adamum*. Incipit prior : Ὥσπερ οἱ τὰς τῶν βασιλέων. Posterior : Οἶδα χρεώστην ἐμαυ-

(a) In ms. Cæsareo apud Nesselium, V, p. 96, vocatur archiepiscopus.

(b) Confer. Tillemont., tom. XV, pag. 342. Fabr. Præterea vid. de hoc Basilio G. Cave, *Histor. litt. SS. Eccles.*, tom. I, pag. 441 seq. ed. Basileens. — L. Ell. du Pin, *Nouv. Bibl.*, tom. IV, pag. 206. — R. Ceillier, *Hist. gén. des aut. ecclés.*, tom. XIV, pag. 303 seqq. — Hamberger, *Zuverl. Nachr.*, t. III, pag. 195 seqq. Harl.

(c) Till., pag. 514.

(d) Id., pag. 561, 562.

(e) Id., pag. 617.

(f) Id., pag. 686.

(g) Hæc epistola adhuc exstat Latine ad calcem Actor. concilii Chalcedonensis.

(h) Codicum, qui non admodum multi supersunt, et quidem in præsenti eorum, in quibus plura Basilii Seleuc. scripta continentur, notitiam hic subjungam. *Florentiæ*, in bibl. Medic. Laur. cod. I, n. 10-44, triginta et quinque homiliæ, quas singulas pluribus memorat Bandin. in Cat. codd. Gr. Laur., t. I, pag. 196 seqq. Matriti in bibl. reg. cod. CII, homilia in Herodiadem cum interpretat. Lat. D. Flaminii Priami Lucensis : et versio ejusdem Latina sermonis in infantes Bethleem ab Herode trucidatos. V. Iriarte, Cat. codd. Gr. Matr., pag. 406 seq. — Homiliæ eæ, quæ etiam editæ sunt, *Paris.* in cod. MCCIV bibl. publ. præmisso Photii judicio de Basilio. — *Vindobonnæ* in cod. Cæsareo LXXXI fragm. ex prima in principium Geneseos oratione. (Lambecius, Comm., III, pag. 466). — In cod. XIV, n. 13, Orat. in transfigurat. Christi (in Opp. Basilii Seleuc. est oratio 40); (Lambec., VIII, pag. 249) et alia anonymi in transfigur. Christi, quæ in alio cod. (*Vid.* Lambec., IV, pag. 307), male tribuitur Chrysostomo, et a Montfauc. prorsus neglecta est. — In cod. XXXV, n. 34, Orat. de infantibus ab Herode interemptis, n. 25. — Orat. in Matth. XX, 18 (sive inter editas, n. 31), — n. 26, nondum edita *in Judæ proditionem et cœnam mysticam* : inc. : Τοῦ Σωτῆρος τὰ πάθη, πένθος μὲν Ἰουδαίων ὑπάρχει, n. 17, nondum edita in *S. Pascha* : init. : Ἄφατος εἰς ἡμᾶς ἡ τοῦ Χριστοῦ φιλανθρωπία. V. Kollar. Suppl. ad Lambec. Comm., pag. 257 seq., cui tamen duæ posteriores videntur suspectæ. — In cod. Coislin. CCCLXXIII, sermones IV, 1° in Centurionem; 2° in filios Zebedæi; 3° in Herodiadem; 4° in naviculam fluctuantem, et Chrysostomi sermo De consummatione sæculi, Latine, interprete Flaminio Priamo Lucense, Romæ Kal. Januar. MDXCVI. V. plura in Montfauc. Bibl. Coislin., pag. 580 seq. Conf. Iriart. loc. cit. — In cod. Coislin. CVII, inter aliorum homilias, tres oratt. Basilii Seleuc. — In cod. CCCVI, d. 29, dec. orat. in infantes ab Herode occisos. (Bibl. Coislin., pag. 182 et 423.) — *Dublini* inter codd. collegii S. Trinit. cod. CCXXVIII, n. 428, Cat. codd. Angliæ, etc., excerpta ex Basilii Seleuc. homiliis et libris II De miraculis B. Theclæ. Add. Montfauc. Bibl. biblioth. mss., I, pag. 13 b, p. 257 a p. 491 d, et sæpius. V. indic. ad illam. Harl.

τόν. Legit Photius. Edidit separatim Fed. Morellus, *Paris.*, 1602, 8. [Orat. 1 in Adamum, e Græco nuper Latinitate donata per Mart. Mestræum, D. Th. e typogr. Steph. Prevosteau. *Paris.*, 1602, 8. V. Maittar. A. tom. III, pag. 841.]

4. *In Cainum et Abelem*. Incipit : Πάλιν ἡμᾶς ὁ τῆς διδασκαλίας νόμος. Legit Photius.

5 et 6. Εἰς τὸν Νῶε, *In Noachum*, sive *Noemum*. Prior incipit : Ὅσος ἔνεστι Θεῷ. Posterior : Οὔτε τὴν ὑμετέραν ἀκοήν.

7. *In Abrahamum*. Incipit : Τῷ φιλοθέῳ καὶ πνευματικῷ. Legit Photius. FABR. In tribus codd. Bibl. publ. Paris. HARL.

8. *In Josephum*, patriarcham. Incipit : Τοῖς μὲν τὰ μακρὰ πελάγη. Legit Photius. [In cod. Paris. MCCCCLVIII.]

9. *In Moysen*. Incipit : Πολλὰ τὰ πρὸς ὕμνον κινοῦντα. Legit Photius.

10. *In Elisæum et Sunamitidem*. Τῶν προφητῶν οἱ μὲν λόγῳ. Græce et Latine cum Detlevi Wolderi versione. *Hamb.*, 1618, 8.

11. *In Eliam*. Incipit : Τὸν μὲν μακάριον ἐκεῖνον καὶ μέγαν προφήτην. Legit Photius. Sed Tillemontio judice homilia hæc misera est et parum digna Christiano : *Très-pitoyable et très-indigne d'un chrétien*. Tom. XV Memor., pag. 344. [*Mediolani*, in Bibl. Ambros.]

12 et 13. *In Jonam*. Incipit prior : Ἅπας μὲν ὁ τῆς κτίσεως κόσμος. Posterior : Οἱ τὰς τῶν φρεάτων πηγάς. Alteram, an utramque legit Photius?

14, 15, 16, 17. *In historiam de Davide*. Incipit prima : Ἄλλοι μὲν ἄλλων τεχνῶν παιδευτάς. Secunda : Οὔτε τοῦ πελάγους ἀψάμενος πλωτήρ. Tertia : Ὅταν εὕρῃ τῆς ἀκοῆς προθυμίαν ἡ χάρις. Quarta : Ἐπειδὴ τῶν τοῦ Δαυῒδ κατορθωμάτων.

18. *In Herodiadem* (a). (Matth. XIV.) Incipit : Τὴν τῆς Ἡρωδιάδος ὄρχησιν.

19. *In Centurionem*. (Matth. VIII.) Incipit : Ἡ τῶν Εὐαγγελίων σάλπιγξ. Legit Photius.

20. *In Cananæam*. (Matth. XV.) Incipit : Ἦν ἄρα καὶ συμφορὰ μεγίστης εὐφροσύνης.

21. *In claudum, ad portam Speciosam sedentem*. (Act. III.) Incipit : Οἱ μὲν τὰς μικρὰς ταύτας.

22. In illud Matth. VIII, 24 : *Discipuli navigabant cum Jesu, et ecce tempestas magna*. Incipit : Οἱ μὲν τῇ κτήσει καὶ τῇ φύσει. Legit Photius.

23. Εἰς τὸν δαιμονιῶντα : *De obsesso a dæmone*. (Luc. VIII, 27.) Incipit : Πολλαὶ μὲν αἱ παρὰ τῶν δαιμόνων.

24. In illud Matth. XX 21 · *Dic ut sedeant hi duo filii mei*. Incipit : Ἡ μὲν ὑπ' ἀνθρώπων κατὰ ἀνθρώπων. Legit Photius.

25. In illud Matth. XVI, 13 : *Quem me dicunt esse homines Filium hominis?* Incipit : Μωϋσῆς μὲν ὁ τῶν Ἑβραίων παιδευτής. Legit Photius.

26. In illud Joan. X, 11 : *Ego sum Pastor bonus*. Incipit : Ἡδὺ μὲν τὸ χρῆμα ποιμήν. Separatim exstat edita *Paris.*, 1597, 8, Græce et Latine apud Fed. Morellum [cum ejus notis, conjectt. et emendatt.].

27. Εἰς τὰ Ὀλύμπια : *In Olympia*. Ne ethnicorum ludis spectaculisque Olympicis intersint Christiani. Incipit : Καὶ τερπνὸς παρατρέχων ὁ χρόνος καὶ φοβερός. Separatim edidit Morellus *Paris.*, 1602, 8

28. In illud Matth. XVIII, 3 : *Nisi conversi fiatis sicut parvuli*, etc. Incipit : Πολλὰς σωτηρίας ὁ δοὺς ὁ Δεσπότης Θεός.

29. In illud Matth. XI, 28 : *Venite ad me, omnes qui laboratis*, etc. Incipit : Οἱ μὲν ἐπὶ γῆς βασιλεῖς. Legit Photius.

30. In illud Matth. IV, 19 : *Venite post me, faciam vos piscatores hominum*. Incipit : Οἱ σοφοὶ τῶν ἰατρῶν. [V. Montfauc. Bibl. Coisl., pag. 182, n. 27.]

31. In illud Matth. XX, 18 : *Ecce ascendimus Hierosolyma*. Incipit : Αὔξει μὲν τῆς γλώσσης τὴν ἀγωνίαν. Separatim prodiit Græce et Latine, *Paris.*, 1600, 8, apud Fed. Morellum.

32. In illud Matth. XXVI 39 : *Pater, si fieri potest, transeat a me calix iste*. Incipit : Σάλπιγξ μὲν πολεμικόν.

(a) In mss. Cæsareo [XIV, n. 74] inscribitur Εἰς τὴν ἀποτομὴν τοῦ Ἰωάννου. [D. 29, Aug. V. Lambec. Comm., VIII, pag. 464, in quo cod. Basilius vocatur *archiepisc. Seleuciæ*; it. in cod. Paris. MCLXXVII, n. 33. HARL.

33. *In quinquies mille homines quinque panibus pastos.* (Matth. xiv.) Incipit : Ἐπαινῶ μὲν ὑμῶν τῆς φιληκοΐας.

34. In illud Matth. xi, 3 : *Tu es, qui venturus es, an alium exspectamus?* Incipit : Ὅταν εἰς τὸν τῆς Ἐκκλησίας ἀποβλέψω λειμῶνα. Legit Photius.

35. *In publicanum et Pharisæum.* (Luc. xviii.) Incipit : Ἰατρὸς ἀφαρμάκευτος. Legit Photius. Fabr. *Paris.* in Bibl. publ. cod. dcclx *bis*, n. 28 et 32. — *Mediolani*, in Bibl. Ambros. Harl.

36. *In duos Evangelii cæcos.* (Matth. xx, 30.) Incipit : Οἱ πρὸς λειμῶνα πολυανθῆ.

37. *De infantibus ab Herode occisis.* Incipit : Πάλιν ὁ γέρων ἐγὼ πρὸς τὸ τῶν λόγων ἄγομαι στάδιον. Prodiit separatim una cum altera ejusdem argumenti, auctore anonymo, cum versione Georgii Remi, et ejusdem atque Dav. Hoeschelii notis. *Heidelberg*, 1598, 4. Fabr.—Latine apud Surium 28 Dec. Lipomannum, tom. V. — Inter codd. Bibl. Augustæ Vindel. V. Reiser. cat. pag. 28. — Bis in Bibl. Ambros. *Mediolan.* — *Oxon.* in cod. Bodlei. V. sive in cat. codd. Angliæ I, pag. 129, n. 2500, 22 : *Sermo in innocentes.* — *Paris.* in Bibl. publ. codd. cxxxxvii et mclxxiii. — *Taurini*, in cod. olim Regio cxxxv, fol. 71, V. id. catal. codd. Gr. Taur. pag. 232, Harl.

38. *Contra Judæos, de adventu Salvatoris demonstratio* ex Danielis hebdomadibus. Incipit : Ἐπειδήπερ πολλῆς μαρτυρίας οὔσης. Erudita et egregia diatriba atque ea ipsa, quam, velut antea ineditam, Latine ex Franc. Turriani versione vulgavit Petrus Stevartius in tomo singulari insignium auctorum, *Ingolstad.*, 1616, 4, pag. 405, recusam inde in Bibl. Patrum, tom. V edit. Colon. et tom. VIII edit. Lugd., pag. 495 (cum jam fuisset ex Dausqueii versione in eodem tomo, pag. 478). Bigotio, Allixio, J. Garnerio, Caveo non videtur esse Basilii Seleuciensis, quod et stylus repugnet, nec veterum habeat testimonium, neque inter mss. inter cætera Basilii scripta reperiatur. Nec tamen de auctore alio constat, quem Theodoritum esse, nescio quo argumento, affirmare quidam ausi sunt. Fabr. — Latine in Canisii Lect. antiquis, V. p. 405. — Rec. ex P. Stevart. additis Græcis ex ed. Claud. Dausqueii in Basnage, Thesauro moniment. Eccles. *Amstel.* 1725, fol. tom. I, pag. 240 et pag. 258 seq. Basnage in Basilii Sel. demonstrationem adv. Judæos animadversio. Harl.

39. Εἰς τὸν εὐαγγελισμόν, *In annuntiationem sanctissimæ Deiparæ.* Incipit : Μεγάλας τῶν ἐγκωμίων εὑρήσει τὰς ἀφορμάς. Exstat Latine ex Theodori Peltani versione in Bibl. Patrum *Paris.*, 1589, tom. I. Emendatior autem et suppletis e Mazariniano codice lacunis integrior exstat cum nova versione Combefisii in ejus Auctario novo Bibl. Patrum, tom. I, pag. 569, sub titulo : Εἰς τὴν ὑπεραγίαν Θεοτόκον Μαρίαν καὶ περὶ τῆς ἐνανθρωπήσεως τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. *Paris.*, 1648, fol. Fabr. — Taurini in cod. clxvi. V. Cat. codd. Gr., pag. 252. Harl.

In editione Græca Commeliniana, et in Latina versione Dausqueii sequuntur quatuor homiliæ tanquam Basilii, quas esse sancti Chrysostomi compertum fuit; quare illæ in editione Græco-Latina Paris. sunt intermissæ, licet exstent sub Basilii Seleuc. nomine etiam in Bibl. Patrum, A. 1589, tom. I, ex Theodori Peltani versione :

a. In illud Joan. xi, 1 : *Erat quidam ægrotans Lazarus.* Incipit : Πολλοὶ τῶν ἀνθρώπων ὅταν ἴδωσι. Est homilia lxi Chrysostomi in Evangelium Joannis.

b. In illud Joan. xi, 30 : *Nondum venerat Jesus in castellum.* Incipit : Μέγα ἀγαθὸν φιλοσοφία. Homilia hæc in Græca editione in duas divisa, quarum altera incipit : Μέγα γὰρ πίστις ἀγαθόν. Est vero lxii Chrysostomi in Joannem.

c. In illud Joan. xi, 41 : *Jesus, elevatis sursum oculis suis, dixit : Pater, gratias ago tibi.* Incipit : Ὃ πολλάκις εἶπον, τοῦτο καὶ νῦν ἐρῶ. Etiam hanc in duas editio Græca dividit. Alterius initium est : Ἀλλ' ὅπερ ἔφην, δεινὸν ἡ βασκανία. Chrysostomi lxviii, in Joannem.

40. Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν, *In transfigurationem Domini et Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi.* Incipit : Ἥλιος ἄρτι κατὰ γῆς ἐπαφιείς. In Græca editione Commeliniana hæc homilia desideratur, edita primum Græce et Latine a Dausqueio ad calcem editionis Latinæ, 1604, 8. Latine apud Surium, vi August. Fabr. — In quatuor codd. Paris. Bibl. — *Vindobonnæ* in cod. Cæsar. xiv, n. 13, in magno Menologio, d. vi August. *Vid.* Lambec. et Kollar. Comm. VIII, pag. 249. Harl.

Prodierunt orationes Basilii Seleuc., primum Græce ex Commelini officina, *Lugd. Bat.*, 1596, 8, II vol. Deinde orat. xliv Latine, Claudio Dausqueio, Audomario, ex-Jesuita, interprete, cum subjunctis ejus

notis. Ex ejusdem Commelini officina 1604, 8. Atque sine notis in tom. V Bibliothecæ Patrum Coloniensis, et tom. VIII, pag. 428, Lugd., 1677. [Add. Cat. bibl. Leid., pag. 32.]

Græce et Latine orat. XL, ad calcem Gregorii Thaumaturgi, una cum Macario Ægyptio et canonicis Patrum epistolis, expositione Joannis Zonaræ illustratis, *Paris.*, 1622, fol. Maittaire A., tom. III, pag. 879 seq.]

Dausqueius nullis mss. codicibus, sed sola Commeliniana editione fuit usus, neque in versione semper rem acu tetigit; quamobrem perstringitur a Casaubono, pag. 93, ad epistolam Nysseni, et a Combefisio in Bibliotheca concionatoria Patrum Græcorum, qui Dausqueium appellat *nec satis Græcum, nec probe theologum, et juvenili quadam affectatione non illepidum*. Idem in Auctario novo Bibliothecæ Patrum, tom. I, pag. 600: *Deprehendi*, inquit, *usum interpretem vitioso multis codice, ut sæpe ei miracula sint, ac Basiliani flores, ubi lacunæ sunt aliaque vitia scriptionis: ut non inutile moliturus esset opus, qui melioribus instructus codicibus Basilium integrum emendatiorem iterum prelo mandaret*. Facere hoc instituit Emericus Bigotius, seriamque, teste alibi Combefisio, operam Basilii recensendis atque illustrandis scriptis navavit, cujus eruditæ industriæ fructibus quod carere cogimur, dolendum est. Qui interea novam hujus scriptoris editionem parare usibus publicis voluerit, ei jam præivit idem Combefisius, qui in Bibliotheca concionatoria, opere octateucho *Paris.*, 1662, fol. et diligentius in Ecclesiaste Græco, *ibid.*, 1674, 4, multa in homiliis Basilii ad Græcos codices mss. collatis, rectius pressiusque interpretatus est, licet styli ejus stribliginem et obscuritatem accuset Elias du Pin, tom. IV Bibl. scriptorum ecclesiast., pag. 209. [In Catena Macarii in Lucam sunt Basil. Sel. loca. HARL.]

In editione Parisiensi ann. 1622, *fol., præterea exstant:*

Πράξεις καὶ θαύματα τῆς ἁγίας ἀποστόλου καὶ πρωτομάρτυρος Θέκλης, *Acta et miracula sanctæ apostoli et protomartyris Theclæ, virginis Iconiensis, libris duobus* συγγραφικῷ χαρακτῆρι, sive prosario sermone descripta. Hæc primus cum versione sua et notis edidit Petrus Pantinus, Tiletanus, decanus Bruxellensis, *Antuerp.* ex officina Plantin., 1608, 4; subjuncta Græce et Latine Vita ejusdem Theclæ, scripta a Simeone Metaphraste, sed quæ ab editione Parisiensi abest (*a*). Cæterum Acta Theclæ, quæ carmine composita a Basilio Photius (*b*) memorat, pridem interciderunt. Certe præter duos libros, quos habemus, alia etiam de illa martyre scripsisse se Basilius haud obscure indicat sub libri secundi initium: Εἴρηται δὲ ἡμῖν ἤδη περὶ τῆς μάρτυρος πολλά τε, καὶ μάλιστα κατὰ τὸ προλαβὸν περὶ αὐτῆς σύνταγμα. At enim antiquiora (*c*) (qualia Tertullianus legisse se innuit) sanctæ Theclæ acta secutum se testatur, quando in exordio libri I ait, quod nolit quidquam in hoc opere afferre ἔξω τοῦ σκοποῦ τῶν πάλαι συγγραφέντων. Verum δι' ἑτέρας μόνον, ὡς εἰπεῖν συνθήκης καὶ λέξεως τὸν ἄλλοις προπονηθέντα πόνον οἰκειώσασθαι καὶ ἀναθέσθαι τῇ μεγίστῃ μάρτυρι, προσυφήναντα αὐτῇ καὶ δημηγορίας κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, etc. Dexiani, decessoris sui in episcopatu Seleuciensi, meminit lib. II, c. 13, 17, 30; Olympii ejusque patris Alypii, γραμματιστῶν, et Isocasii atque Aretarchi, sophistarum mentio cap. 24 seq. ejusdem libri.

In Parisiensi etiam editione desiderantur:

1. *Homilia de sancto Stephano, protomartyre, et ejus reliquiis* (A. C. 415 repertis), Græce et Latine edita a Francisco Combefisio una cum sancti Chrysostomi variis, et Severiani, Gabalorum episcopi, de

(*a*) De vita et miraculis S. Theclæ libri II, Gr. cum versione Lat. et notis Petri Pantini, cum XL orat. Basilii Sel. et Greg. Thaumaturgi, etc. Opp. Paris., 1622, fol. *V.* Hamberger. loc. cit., pag. 194, et Cave l. mem., p. 441, qui negat, illos libros esse Basilii Seleuc.— Basilii hom. in S. Theclam in cod. Paris. Bibl. publ. MDXXI, n. 24. — Martyrium S. Theclæ virginis et martyris, conscriptum a Simeone Metaphraste, *Vindobonnæ* in cod. XVI, n. 23. *Vid.* Lamb. Comm. VIII, p. 518, ed. Kollar. qui in n. A, p. 519, De aliis, inquit, ejus martyrii actis hagiographi ad XXIII Septemb. in prævio commentario erudite disserunt, ubi quoque hæc Metaphrastæ acta, p. 548, n. 13, nigro calculo sunt notata. — *Mosquæ* in Bibl. synod. cod. XXVI, n. 1: Βασιλείου — εἰς τὰς πράξεις τῆς ἁγίας ἀποστόλου καὶ μάρτυρος Θέκλης συγγραφικῷ χαρακτῆρι προθεωρία, et n. 2: Θαύματα τῆς ἁγίας πρωτομάρτυρος Θέκλης προθεωρία. *V.* Matth. Notit. codd. Mosq., pag. 3 et 4. — Audacem Basilii Seleuc. figuram in Vita Theclæ, pag. 8: Ἰκόνιον πόλις τῶν Πισιδῶν καὶ Φρυγῶν χώρας ἐν Προοιμίῳ κειμένη, carpit Hemsterh. ad Luciani Somnium, cap. 3 fin., pag. 6, tom. I Luciani Opp. HARL.

(*b*) Photius cod. CLXVIII. Ἔστι δὲ Βασίλειος οὗτος ὁ καὶ μέτροις ἐκτείνας τὰ τῆς πρωτομάρτυρος Θέκλης ἔργα καὶ ἆθλα καὶ νικητήρια. Καὶ ἄλλα δὲ αὐτοῦ συγγράμματα φέρεται.

(*c*) Confer, si placet, Acta antiqua Theclæ quæ Græce et Latine vulgavit Grabius, tom. I Spicilegii Patrum, Oxon. 1699 et 1714, 8. FABR.

cruce, Zachariæ, episcopi Hierosol. ad suæ plebis reliquias e Perside, et incerti de eadem captivitate et urbis excidio, *Paris.*, 1656, 8. FABR. — Exstat Paris. in Bibl. publ. codd. MCLXXI, n. 18. HARL.

2. *Epistola ad Leonem, imp.*, pro concilio Chalcedonensi adversus Timothei Æluri intrusionem in sedem Alexandrinam, scripta A. C. 457, nomine episcoporum Isauriæ, et Latine vulgata in Conciliorum tomis inter epistolas subjectas Actis synodi Chalcedonensis, tom. II edit. Binianæ, pag. 385. Incipit : *Quem alterum decebat imperatorem.*

3. *Homilia in beatum Jobum* adhuc inedita, quam habuit Allatius, pag. 115, de Simeonum scriptis. Incipit : Ὥσπερ οἱ κατὰ γῆν βασιλεύοντες τοὺς ὑπὲρ αὐτῶν ἐν παρατάξεσιν ἀριστεύσαντας.

4. Homilia *in sacram Pentecosten*, itidem inedita, quam una cum illa in Jobum edere voluit Allatius libro Συμμίκτων sexto. Incipit : Ὥσπερ οἱ κατὰ γῆν βασιλεύοντες. [In cod. Barocc., n. CLXXIV. FABR. — In cod. Paris. MMMC, n. 1, Bibl. publ. Basilii Seleuc. Homilia in Pentecosten et in Jobum. Acced. variæ lectiones. Citatur et Basilii Seleuc. orat. in Pentecostes festum diem, quæ incipit : Πυκνὰ μὲν ἡμῖν, ἀλλ' ἐπωφελῆ. HARL.

5. Basilio Seleuciensi etiam tribuitur in quibusdam codicibus mss. homilia Athanasii in S. Pascha et in recens baptizatos, quæ incipit : Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. Idemque ejusdem Athanasii edita nomine, altera *In Christi assumptionem*, quæ (stylo floridiore, quam quo utitur Athanasius , concepta) incipit : Ἡ μὲν τῆς ἀναστάσεως μνήμη. Testatur id, qui utramque Græce et Latine tanquam Athanasii edidit Combefisius, tom. II Auctarii nov., pag. 539-551, *Paris.*, 1648, fol. FABR. Citatur et homilia, quæ incipit : Χριστὸς ἐγερθεὶς ἐκ νεκρῶν. Item Basilii Sel. orat. *In Thomam apostolum*, et alia in eumdem apostolum, cujus est initium : Ὁ μὲν παλαιὸς ἀνθρώπων βίος. Atque in cod. CXCIX, est n. 2, Basilii Sel. homilia *in laudem S. Thomæ apostoli*, et n. 5 ejusdem hom. *In laudem S. Andreæ apostoli.* — In cod. MCDLXX, n. 8, ejusdem hom. *In quadragesimam.* HARL.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΕΛΕΥΚΙΑΣ

ΤΑ ΣΩΖΟΜΕΝΑ ΑΠΑΝΤΑ.

—

BASILII

SELEUCIÆ ISAURIÆ EPISCOPI

OPERA QUÆ EXSTANT OMNIA.

(Ex editione cui titulus: *SS. PP. Gregorii Neocæsariensis episcopi, cognomento Thaumaturgi, Macarii Ægyptii et Basilii Seleuciæ Isauriæ episcopi opera quæ reperiri potuerunt omnia; nunc primum Græce et Latine conjunctim edita. Accessit Joannis Zonaræ Expositio canonicarum epistolarum.* Parisiis MDCXXII. fol.)

—

DOMINO D. JACOBO BLASÆO

REVERENDISSIMO AUDOMARENSIUM EPISCOPO,

CL. DAUSQUEIUS SOCIETATIS JESU S. P.

Ferunt (a) *Heraclitum cognomento Scotinum, quæ fecisset carmina, in Dianæ templo ltius occuluisse. Dignum auctore commentum! si legi nolebat, pangi, et scribi carmina quid attinuit? si volebat, cur occuluit? fortasse quo a postfuturis reperta pro oraculis exciperentur, et reverentiæ plus haberent. Jam impostura est indigna sapientiæ studioso, quod in lucem venire velit, in tenebras abstrudere: viri est nimium superciliosi libris a se laboratis a profani vulgi superstitione pretium mendicare. Verum*

In magistrum scelera redierunt sua (*b*).

Luit ille pœnas ambitionis, jacet in ignoratione hominum, et quam primum obscuritatis latebram affectavit, æternum obtinet. Aliter sancti Patres, Ecclesiæ proceres, si quid publico laborarunt, sine invidia propalant, nec

. . . . . incassum sanguine sudant,
Angustum per iter luctantes ambitionis (*c*).

Immortalem illi scriptis meruere memoriam quibus consilium fuit venturæ posteritatis vel inertiam allevare, vel inscientiam profligare, vel in melius voluntatem reflectere; licet non æque sint omnes assecuti. Acerba siquidem inciderunt tempora, et studiis hominum inimica: subjectis bellorum facibus admiserunt incendia bibliothecæ: senium, et caries chartas exedit: si quid ullibi melioris scripti reliquum fuit, qui possidebant, pigrati sunt diffundere; sæviit invidia, pestis importuna; fuerunt, qui quod penes se esset, nec prece nec pretio hominum oculis permitterent. Hisce modis respublica litteraria male mulctata est, et sanctorum Patrum accisæ res, impedita consilia. Quandoque tamen quasi tempestate sedante de tenebroso fundo eruuntur et emergunt. Emersit tandem D. Basilius Seleuciæ Isauriæ episcopus, quem Græce loquentem e suis extractum latebris pronuper excudi curavit P. Andreas Schottus, Societatis nostræ, vir talium mercium non incuriosus, et mihi transmisit. Ut tenui, circumspexi, et introspexi; thesaurum doctrinæ sanæ, Deus bone! ac puræ putæ theologiæ, animadverto Græce nescientibus non invidendum. Eo itaque consilio ad interpretationem aggredior, ipsa hominum societas ut in thesauri partem veniat. Re perfecta cogitanti mihi quicum primum laborem hunc meum jure meritoque participem, occurris, Reverendiss. Blasæe, cujus no-

(*a*) Tatianus.
(*b*) Seneca.
(*c*) Lucretius.

men sane quam gloriosum principio interpretationis inscriptum prælocare gestiam. Etenim hærentibus hominum consiliis, cum addubitatum esset,

Quæsitumque diu, qua tandem poneret arce

capitis humana prudentia, tantum sacratioris in Audomarenses imperii apicem : ecce tu, Blasæe, vir maxime, magna cœlestium et mortalium voluntate datus es Audomarensibus episcopus, et qua se latius eorum jura porrigunt. Gratus cunctis affulsit illius diei sol, quo tu urbem cum sacro comitatu invisisti! nec tam solemni luce renata lætabantur, quam tuo aspectu, cujus ab ore toto sapientiæ radii promicabant. Te ut solem urbis alterum spectabant : et ut ille loco supero jugi quadam agitatione se renovat, sic te dictitabant perpetuo negotiorum orbe se objicientium lætari, magis magisque vegetari. Varius tum populi, tum megistanum de tuo adventu sensus, rumor varius. Qui rationum momentis cuncta perpendebant exactius, ex rerum a te gestarum magnitudine futura metiebantur; ac sane, si quid judico, ii judicabant, Blasæum, qui tot annos ad pientissimi ordinis Franciscani gubernacula cum lætissimo fructu, et summa totius Ordinis approbatione sedisset, qui Namurcensium civitatem sanctissime constituisset, et ardens quoddam sui desiderium iisdem de provincia decedens reliquisset, qui, ut verbo dicam, episcopum in ea egisset, cumulatissime præstaturum officium ubiubi detur esse. Eo gratulabantur sibi S. P. Q. A. Ferebant item Blasæum quo naturæ gratiæque præsidiis commodius uteretur, eloquentiam subsidio comparasse. Non illam, quæ nubes, et inania captat, sed ex qua prius esse quis condiscat, et virtutem colere : cujusmodi sanctissimo regi Numæ Dionysius Halicarnasseus Romana primus in historia ascribit, et Phocylidæ scito exercendam novimus. Εὐσεπίην ἀσκεῖν, ἥτις μάλα πάντας ὀνήσει. Talis et in S. Paulo fuit judice Divo Chrysostomo libris De sacerdotio, sive De episcopatu, quem non aliam ob causam Lycaones divinarunt esse Mercurium. Vidisse miraculis præfulgurantem, cujusdam divinitatis argumentum potuit videri : audisse facundiam, id omne fuit, cur Mercurium suspicarentur. Hujus tu Præconis gentium premis vestigia, Reverendiss. Blasæe, quoties a vitæ pravitate ad sanctiorem disciplinam suada populos impellis. Felices tali, tantoque viro sacrum præsidatum obeunte cives nostri! et, sua si bona norunt, feliciores! Nec vero nosse non possunt. Passim cernunt in Blasæo expressam ad Apostoli regulam vivendi rationem : immergunt se in templi penetralia? cæteris divinarum laudum præcentoribus assiduo audiunt accantantem; oculos a choro in pulpitum retorquent? vel gregem Domini divine pascentem audiunt vel audisse recordantur; in episcopium se penetrant? familiam compositam inveniunt, et frugalitatis tuæ vestigia pedibus oculisque assequuntur; adeunt? comem, et affabilem experiuntur summi juxta, atque infimi; tecum epulantur? exemplum de tua sobrietate capiunt. Cognoscunt et altius abstrusum penetralium tuarum virtutum pulcherrimum comitatum, prudentiam, castitatem, religionem, devotionem, charitatem; quas virtutes, etsi domesticas, latere non sinunt hominum oculi, non sinit fama; quæ simul tam certa, et longo retroacti temporis usu corroborata hominum de te judicia ad me attulit, simul perpulit, ut Basilii Seleuciæ episcopi Orationes quotquot adinvenire potui, opera mea Latine factas tuæ paternitati desecratum veniam. Notas etiam addidi testes in Basilium, et Blasæum mentis meæ. Quo in suscepto a me consilio, dicam libere quid sequar. Magna ubique in Orationibus D. Basilii sunt eloquentiæ lumina; verebar, ne vel alterius linguæ egestate, vel humano vitio ea lumina se in nubem induerent : decretum itaque mihi a te, Reverendissime Blasæe, et exquisitissimis artibus tuis lucem mutuari : ut quo minus possum, tanto copiosius de nominis tui splendore nostra versio collustretur. Denique si veri referunt Annales Blasium Claudio Marcello favisse, Romanam rem fovisse : tu, Blasæe Claudio Dausqueio fave, et Romanam interpretationem ab eo fove. Faveat et D. Basilius Blasæo, sic apprecor! et Blasæus Basilio sit ornamentum, tutela, patrocinium : uterque versioni, uterque Societati nostræ. Nec rogabo, ut benevole, ut humane hoc admittas donarium : nec enim aliter tu potes, qui quantus quantus es, humanitas es. Summum Numen orabo, te diu servet patriæ, Belgio, Ecclesiæ. E Duacensi Societatis Jesu collegio Idibus Maiis CIↃ IↃ CI.

Tuus in Christo servus, Cl. Dausqueius Audomar.

AD LECTOREM.

Alte profecto in animum demiserat sapientiæ Christianæ succum Basilius, cum humanis curis exstinctis popularis auræ, vanæque gloriæ desiderio mentem expurgaverat; aut potius, ne inficeretur, mature allaboraverat : quem succum sanguine jam animaverat, cum nobiles ingenii dotes, vimque omnem animi ad unius Dei Opt. Max. contemplatum vertebat. Sed repente vitæ cultrix illa tranquillitas, angelicæ quietis imitatrix, Deique laudatrix improviso quodam Pronœæ vortice abrumpi visa est, dum ad Seleuciensis gregis rectionem pastionemque cœpit abripi, trahi, cogi. Magnum tunc illius nomen! magna, et singularis de ejus (viri, an adolescentis (a)?) indole, eruditione, probitate, sanctimonia existimatio! Nec altius

(a) Erat annorum 22.

evecti, aut in medio curatum, negotiorumque æstu agentis virtus evanuit, ut stirpium quarumdam vis, quæ in alienum translatæ solum degenerant. Episcopus erat, gravissimam personam sustinebat : verum industriam latius etiam explicavit. Hæretici Ecclesiam Dei succutiebant; ne labefacerent, obviam itum est, et Chalcedonem congressi sunt centum quinquaginta episcopi (b). Cum primis affuit eî ipse Basilius Seleuciæ Isauriæ episcopus, synodi Nicænæ acta sententiæ dictione corroboravit; Dioscorum fidei vomicam dolis, impietate et armata manu in optimos quosque grassantem collato a se subsidio confregit. Revocabat se ad propria, et gregem verbo recurabat? id agebat, ad quod natus. Testes sunt pulcherrima illa atque aurea scripta, quæ diutule ab hominum oculis seposita, et semisepulta male jacuerunt; quibus, ni fallor,

Majus ab exsequiis nomen in ora venit.

Quem enim florem; aut quod lumen eloquentiæ non habent? Quis dicat, quibus coloribus Noemi arcam expingat, aut hiemem illam, quæ letalibus undis orbem universum obruit? Abrahami prudentiamne, an incitatissimam obsequelam vividius delineet, in ambiguo est. Pertinacem Eliæ zelum, et ardorem non refert; ipsemet gerit, ipsemet prophetam ad humanitatem retorquet. Tam in quamlibet partem commodus incumbit! Jonæ casus varios, innocentium puellorum miserabilem simulque letabilem sortem non scribit, non denarrat; spectat, et nos spectare facit. Doctrina ejus de abstruso aliquo veritatis, ac theognosiæ promptuario hausta est, tota sincera, et liquida, tota recta. Unde, et cur Deus, mundi totius cum sit ædificator, mundi et immundi animalis discrimen invexerit; cur Cainum tolli noluerit, dextre aperit. Ut angeli sine corpore sint, utque molliori sexui nequiverint adulari, sane docet : etsi plerique veterum dissentiant. Quo consilio Philistinorum præputia Davidem Saul poposcerit, non capita, non quid aliud, digito monstrat. Mater filiorum Zebedæi de cruce, de morte, de exquisitissimis ignominiis subeundis Christum disserentem audit, et magnas de regno spes concipit. Unde illæ spes? Basilius fundamentum subjicit. Filius non minus quam Pater est omnipotentissimus, et sibi potestatem adimit germanos illos ad Patris dexteram et sinistram collocandi : perplexabilis oratio, nisi Basilius scite admodum enodaret. Dæmon excipit vocem cum ostentis cœlo missam : *Hic est Filius meus* ([1]), et ignorat Christum esse Deum : acute, ut cætera, hoc ille expedit. Petrum amore ebrium gradu titubantem onerat Satanæ maledictio; Judam osorem, et conspiratum conjuratumque hostem blande et amice compellat : ita præceptore Basilio par fuit utrumque nominari. Denique uberrima est, ac lætissima variæ eruditionis messis in his Basilii scriptis, qua ad veteris, qua ad novæ legis capita exponenda animum appellit. Verumenimvero linguam ejus ignorantibus peropus esset commodo aliquo interprete, qui vinum, qui nectar propinaret; ne si quis alius accederet, τὸν Οἰνέα ποιῇ Πηλέα, ne suavissima tam raræ eloquentiæ fluenta cœno turbaret. Ego vero qui per infantiam videbam necessario nonnulla de Basilio dictionis ornamenta detrahenda, et sparsim laudem ejus aliquam, ut fit, interpretando deterendam : primum circumspexi qua Latinitatis pomeria diffunderentur, et majorem ambitum comperi, quam plerique circumscripserint, nec inde versioni adjumenta conquirere cunctatus sum; vel ut Græcarum vocum pondus æquarem, vel ut Latini soli divitias aperirem. Quam insistens viam dedi operam, ut sententiam æquilibritate examinatam rependerem. Siquidem res aliæ, atque aliæ sub aliis atque aliis vocabulis delitescunt; nec immerito illud a suaviloquente Platone decretum est : Ὃς ἂν εἰδῇ τὰ ὀνόματα, εἴσεται πῶς καὶ τὰ πράγματα. Neque vocis alicujus, sed dimidiatæ duntaxat vocis immutatione, aut syllabæ maximorum quorumque dogmatum momenta vertuntur. Hæretici nonnulli B. Mariam Χριστοτόκον appellitabant; Catholici Θεοτόκον, Θεογεννήτορα, et consultius Θεομήτορα : Filium Patri contendebant ὁμοούσιον orthodoxi; ὁμοιούσιον partiarii. Salvatorem nostrum non defuere qui *Chrestum*, non *Christum*, nominarent. Quod si Novi Testamenti interpres, quod erat in Græco, καλούμενον Πέτρον vertisset, *Qui vocabatur Petrus*, abiisset a vero : dum vertit, *Qui vocatur*, æquum fecit; causa liquet. Nec quidquam facilius factu est e Græco Latine vertenti, quam longissime a veritate, atque ab auctoris ire sententia, si vocem aliquam reponit iniquius. Quod non eo statuo, quod orationem Græcam in Italiam per mæandros, et ambages velim transvehi, ac multiplici verborum aggregatione Græcum unum obrui : sed abditæ dictionum vires scrutandæ sunt, et a propriis earum visceribus versionis æquabilitas statuenda. Neque vero defugienda novitas, ubi prisca defuerint, de veterum Latinorum exemplo, et præceptione. Omnes enim scientiæ non solum e communi usu, ac possessione verborum multa retraxerunt in domestica commoda, quæ in peculio numerant, sed præterea multa de novo procuderunt necessitati succurrentes. Nec id ita disputo, quod Romani sermonis incudem parem tundere : verum quod necessitas nonnulla extundat, quibus qui modeste utitur, qui Christianum et Catholicum iis se profitetur, culpa caret. Quare perpetuo usu *Incarnationis*, *Salvatoris*, aliaque paucula vocabula vulgavi, securus insanientis aliorum sapientiæ, qui secus fecerunt. Pridem enim imbibi primam interpreti, ac prope unicam fidei curam esse

[1] Matth. III, 17.

(b) Vide *Conc. Chalcedonense*, act. 16.

gerendam. Quas partes ut expleas, ea usurpes necesse est, quæ cæteroqui nec in mente fuissent. Aliter qui facit, recedit ab officio, atque a majorum institutis. Nam qui primi quidpiam olim aliam in linguam transfuderunt, nihil aliud habuere propositum, quam eorum, quos vertebant, doctrinam et sententiam cum linguæ istius ignaris communicare. Non ex versione nomen captabant, ut quibus prius nihil est, quam sui sitim expleant; esto, per eloquentiæ ambitionem auctoris sententiam torqueant in aliam : licet plerumque posteritas, vel indignata, vel ingrata, vel curiosa, vel oblita, velut *corvos deludat hiantes*. Ea causa nec ipsi alienum in locum verba vi inculcabant, nec spernebant, quæ propria, etsi minus amœna. Ego certe, ut pro me pauca loquar, conatus sum fideliter, et Latiꝫe Basilium Seleuciensem loquentem facere, ac prodesse publico. Qui quid ex recondita ejus doctrina volet delibare, Deo sanctisque Basiliis benevolentibus hac opella nostra utatur, fruatur. Ex Duacensi Societatis Jesu collegio, Idibus Maiis CIↃ IↃ CI.

ΠΙΝΑΞ ΤΟΥ ΠΑΡΟΝΤΟΣ ΒΙΒΛΙΟΥ.

INDEX EORUM QUÆ HOC LIBRO CONTINENTUR.

XXXIX. *In sanctissimam Deiparæ annuntiationem.*

XL. *In Transfig. Dom. et Dei, et Salvat. nostri Jesu Christi.*

Ejusdem, De vita et miraculis S. Theclæ virg. mart. Icon. lib. duo.

ΛΘ'. *Εἰς τὸν εὐαγγελισμὸν τῆς παναγίας Θεοτόκου.*

Μ'. *Εἰς τὴν μεταμόρφωσιν τοῦ Κυρίου, καὶ Θεοῦ, καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.*

Τοῦ αὐτοῦ Περὶ τοῦ βίου καὶ τῶν θαυμάτων τῆς ἁγίας Θέκλης παρθενομάρτυρος βίβλοι β'.

Has quinque orationes omisimus quia reperiuntur apud S. J. Chrysostomum in Joannem.

In illud : « Erat autem quidam languens Lazarus a Bethania, de castello Mariæ et Marthæ sororis ejus. Maria autem erat quæ unxit Dominum unguento. »

In illud : « Nondum enim venerat Jesus in castellum, sed erat adhuc in eo loco ubi occurrerat ei Martha : Judæi ergo, qui erant cum ea in domo, » etc.

Quod fide exteros philosophos apostoli superarint. Quod fides absque operibus non perficiat. De fornicatoribus et adulteris.

In illud : « Pater, gratias ago tibi quoniam audisti me. »

De invidia et avaritia.

Εἰς τό· « Ἦν δέ τις ἀσθενῶν Λάζαρος ἀπὸ Βηθανίας τῆς κώμης Μαρίας καὶ Μάρθας τῆς ἀδελφῆς αὐτῆς· ἦν δὲ Μαρία ἡ ἀλείψασα τὸν Κύριον μύρῳ. »

Εἰς τό· « Οὔπω δὲ εἰσεληλύθει εἰς τὴν κώμην, ἀλλ' ἦν ἐν τῷ τόπῳ ὅπου ἀπήντησεν αὐτῷ ἡ Μάρθα. Οἱ δὲ Ἰουδαῖοι, οἱ ὄντες μετ' αὐτῆς ἐν τῇ οἰκίᾳ, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Ὅτι πίστει τῶν ἔξω φιλοσόφων οἱ ἀπόστολοι περιεγένοντο. Καὶ ὅτι πίστις χωρὶς ἔργων οὐ τελειοῖ. Καὶ περὶ πορνείας καὶ μοιχείας.

Εἰς τό· « Πάτερ, εὐχαριστῶ σοι ὅτι ἤκουσάς μου. »

Περὶ βασκανίας καὶ πλεονεξίας.

BASILII SELEUCIENSIS

ORATIONES (1)

Claudio Dausqueio soc. Jesu interprete.

1 ORATIO I.

In illud : « In principio creavit Deus cœlum et terram. »

1. Universa hominum vita virtutis palæstra est, ac vitæ spatia doctrinam spectant, quæ ad Dei cognitionem faciat. Quid enim juverit a Deo fictum esse hominem, et fictricem ignorasse manum? creaturæ datum esse regem, et creaturæ procreatorem, perinde ac si non exstaret, ignorare? oculos in creaturæ pulchritudinem injicere, et adversus auctorem mundi cæcutire? Verum etsi hominum vita gubernandi ratione ad divinos spiritus evecta est, tamen jejunii tuba, quod commune est, ut eximium
2 ac peculiare possidet. Nam sui concentus gravitate animi auribus insonans ad certaminum stadium exsuscitat studium, cum divinæ amatores disciplinæ ad laborem acrius exstimulat, et interiorum oculorum undequaque detersa lippitudine divinæ cognitionis radios ostendit illustriores. Pari enim modo et passiones corporis hebetat, et ad numinis contemplationem acuit animæ vim, æstuque carnis sopito animæ tranquillitatem conciliat, et ei

A

ΛΟΓΟΣ Α'.

Εἰς τό· « Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν. »

α'. Ἅπας μὲν ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος ἀρετῆς ἀγωνιστήριον πρόκειται, καὶ τὰ τῆς ζωῆς διαστήματα πρὸς τὰ τῆς θεογνωσίας βλέπει δόγματα. Τί γὰρ ὄφελος ἄνθρωπον πλασθῆναι μὲν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, τὴν δὲ πλάττουσαν οὐκ ἐπίστασθαι χεῖρα, καὶ τῆς μὲν κτίσεως βασιλέα χειροτονεῖσθαι, τὸν δὲ παραγαγόντα τὴν κτίσιν ἀγνοεῖν ὡς οὐκ ὄντα, καὶ τῷ μὲν κάλλει τῆς κτίσεως τοὺς ὀφθαλμοὺς ἐπιβάλλειν, τυφλώττειν δὲ πρὸς τὸν τοῦ κόσμου παραίτιον; Ἀλλὰ καίπερ ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος τὰς ἡνίας ἀνείληπται πρὸς τὰ θεῖα πνεύματα (2)· ἀλλά γε τῆς νηστείας ἡ σάλπιγξ τὸ κοινὸν ἐξαίρετον κέκτηται. Τὸ γὰρ σεμνὸν ἑαυτῆς μέλος ταῖς τῆς ψυχῆς ἀκοαῖς ἀναβοῶσα, πρὸς τὸ τῶν ἀγωνισμάτων διανίστησι στάδιον, τοὺς τῶν
B θείων ἐραστὰς μαθημάτων φιλοπονωτέρους ἐξεργαζομένη, καὶ τῶν ἔνδον ὀφθαλμῶν περιαίρουσα τὰς λήμας, τὰς τῆς θεογνωσίας ἀκτῖνας φανερωτέρας δείκνυσιν (3). Ὅσῳ γὰρ ἀμβλύνει τὰ τοῦ σώματος πάθη, τοσούτῳ πρὸς τὸ θεῖον ἀκονᾷ (4) τῆς ψυχῆς

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(1) Orationes, non homilias vocavi, quod Græca vox λόγος istud alterum magis contineat : est namque homiliam inter et orationem differitas magna, quam si quis ignorat ad Photium adito l. 172.

(2) *Ἀλλὰ καίπερ ὁ τῶν ἀνθρώπων βίος τὰς ἡνίας ἀνείληπται πρὸς τὰ θεῖα πνεύματα.* Septuosa mihi clausula, et perplexabilis : si forte lectoris industria acui potest hac confessione. Græcis perfamiliare est τὸ κατά subintelligere ; quam viam si insistas, κατὰ τὰς ἡνίας erit. *Quod ad rectionem attinet*, hoc sensu : *Verum etsi hominum vita gubernandi ratione ad divinos spiritus evecta est*, etc. Vel injectu litteræ ταῖς ἡνίαις. Quid si aliqua sui parte defectior sit hic locus?

τὴν διάθεσιν. Καὶ τὰ τῆς σαρκὸς κοιμίζουσα κύματα, τῇ ψυχῇ γαλήνην μνηστεύεται· ἐγχειρίζει δὲ αὐτῇ τοὺς κατὰ τοῦ σώματος οἴακας· καὶ περικόπτει τὴν στάσιν, τὴν κατὰ τῶν παθῶν ἐξουσίαν ὀρέγουσα, καὶ τὴν φιλοσώματον πυρκαϊὰν ἀποσβέσασα, τὴν φιλόθεον ἀνάπτει λαμπάδα. Δεῦρο δὴ οὖν καὶ ἡμεῖς οὐρανίῳ πειθόμενοι σάλπιγγι, φιλοσοφῶμεν τὰ θεῖα, καὶ πρὸς τὸν τῆς κτίσεως Δεσπότην διὰ τῆς κτίσεως ἀναβαίνωμεν. Κλίμακος γὰρ δίκην Θεὸς ἁρμόσας τὴν κτίσιν, δι' αὐτῆς πρὸς ἑαυτὸν τοῖς φιλοθέοις ἀνάβασιν ἐτεχνήσατο.

β'. Χειραγωγεῖ δὲ ἡμᾶς πρὸς τὴν ἄνοδον χάρις Μωσαϊκῆς γλώττης ἐπιβαίνουσα προφητική· τί λέγουσα; τί βοῶσα; *Ἐν ἀρχῇ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν γῆν.* Ὁρᾷς, φησὶν, οὐρανοῦ πλάτη, καὶ μεγέθη, καὶ κάλλη, τὰ τῶν ὀμμάτων ὑπερβαίνοντα μέτρα τῷ θαύματι; Τοῦτον ὁ Θεὸς καὶ παρήγαγε νεύματι, καὶ συνέχει προστάγματι· οὐ κάτωθεν ὑπερεισμάτων προσαναβαινόντων τοῖς ὕψεσιν, οὔτε μὴν ἄνωθέν τις δεσμὸς τῆς οὐρανοῦ κορυφῆς ὑπερκείμενος, ἄνω μένειν βιάζεται· τὸ δὲ τῆς γῆς ἄχθος ἀπεράντοις τοῖς διαστήμασι, ποῦ κρέμαται; Ἀλλὰ κἂν εὕρῃς θεμέλιον ὑποκείμενον, πάλιν ἐκείνου τὴν ῥίζαν ζητεῖς, καὶ μετ' ἐκεῖνο τὸ ὑπ' ἐκεῖνο, ἕως τῷ βάθει τῆς ἐρεύνης ὁ λογισμὸς παιδευθεὶς ἀνακράζῃ· *Δάκτυλος Θεοῦ τοῦτό ἐστι.* Καὶ τὸ δὴ τοῦ θαύματος θαῦμα διάδοχον. Οὐρανὸς καὶ γῆ παρηγάγοντο κυοφοροῦντες τὴν ἄβυσσον, καὶ τὰ πελάγη βαστάζοντες ἵσταντο, μηδὲ τῷ βάρει πρὸς πτῶσιν διολισθαίνοντες. Καὶ καθάπερ τις ἐγκύμων γαστὴρ, ταῖς τῶν μηνῶν περιόδοις ἐξογκουμένη, τὰς ὠδῖνας γειτνιώσας κηρύττει· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον κρεμάμενος οὐρανὸς τὴν τοσαύτην τῶν ὑδάτων φύσιν ἀπαρατρέπτως ἐβάστασεν· ἔμενεν γὰρ ἄσειστος Δημιουργοῦ σφιγγόμενος νεύματι. Ἀλλὰ γὰρ ὥσπερ οἶκον τέως ἀκόσμητον, παραγαγὼν ὁ Θεὸς τὸ σῶμα τῆς κτίσεως, μετὰ τοῦτο προσάγει τὴν διακόσμησιν, τῷ τοῦ μεγέθους θαύματι κάλλος ἀνάλογον μηχανώμενος. Ὥσπερ γὰρ οἱ τῶν ζωγράφων παῖδες προλευκαίνοντες τοὺς τοίχους, τὰ τῶν χρωμάτων ἄνθη διὰ τῆς τέχνης φυτεύουσιν· οὕτως ὁ Δημιουργὸς πρὸς τὴν τοῦ κόσμου διακόσμησιν ἐπειγόμενος, φωτὶ πρῶτον λευκαίνει τοὺς τοίχους τῆς κτίσεως. *Εἶπε* γὰρ, φησὶν, *ὁ Θεός· Γενηθήτω φῶς.* Πρώτη φωνὴ νῦν θεόθεν ἐπέμπετο, καὶ τὸ φῶς ἀπετίκτετο· ἠκούετο φωνὴ, καὶ παρήγετο φύσις· κλῆσις ἐγένετο, καὶ ἡ κτίσις ἐπλάττετο. Ἆρα γὰρ οὐκ ἴσχυε σιωπῇ πράττειν ἅπερ ἐβούλετο; οὐχ ἠκολούθει τὸ ἔργον τῷ νεύματι; Ἀλλ' οὐρανὸς μὲν παρήχθη, καὶ γῆ σὺν τοῖς ὕδασι, μὴ προλαβούσης φωνῆς. Φωτὸς δὲ παραγο-

A tradit corporis gubernacula, necnon accisa seditione in passiones dat potestatem, atque ubi amicum corpori ardorem exstinxerit, facem divini amoris reluminat. Age igitur, et nos cœlesti obsecuti tubæ divina meditemur, ac per creaturam ad creaturæ Dominum ascendamus. Deus namque cum res creatas in morem scalæ adaptaverit, per eas sui amantibus ascensum ad se exstruxit.

2. Ecce nos ad ascensum manu ducit Moysis prophetæ linguæ infusa gratia. Ecquid loquitur? ecquid clamitat? *In principio creavit Deus cœlum et terram*[1]. B Vides, inquit Moyses, cœli latitudinem, magnitudinem, pulchritudinem, quæ oculorum vim admirabilitate sua superant? hoc vel nutu Deus produxit imperioque continet; non fulcimentis inferne pervenientibus ad summas partes, neque superne vinculum ullum cœli vertici superinjectum sursum stare cogit: terræ vero pondus, cum interminata sint ejus spatia, ubi appensum est? Verum etsi subjectum fundamentum inveneris, originem ejus iterum quæris, et postea aliud, atque aliud subjectius; donec scrutinii profundo mens edocta exclamet: *Digitus Dei est hic*[2]. Et profecto miraculum miraculo excipitur Cœlum, et terra producebantur abyssum utero gestantia, cumque C maria bajularent, stabant, nec ad casum gravitate ipsa devolvebantur; utque venter gravis mensium revolutione extumescens partionem appetentem proclamat: eodem prorsus modo appensum cœlum tantam aquarum vim sine conversione sustinebat; manebat enim inconcussum, dum Creatoris nutu constrictum tenebatur. Etenim producto mundi corpore velut domicilio hactenus inornato, postea inducit ornamenta parem cum magnitudinis miraculo pulchritudinem machinatus. Nam uti (3) pictores dealbatum ante parietem colorum floribus arte conserunt: ita Creator ad ornatum mundi properans luce primum mundi parietes dealbat. Siquidem *dixit Deus*, inquit Moyses[3]: *Fiat lux.* Prima jam vox a Deo mittebatur, et lux nascebatur: D audiebatur vox, et natura producebatur: simul creatura vocabatur, simul formabatur. Non ergo potuit, quodcunque collubitum erat, silentio facere; non res nutum secuta fuisset? Cœlum profecto productum est, et terra cum aquis, cum vox antevertere nulla. Lux vero cum producebatur, Deus voce præivit. Quæ tandem vox, et quæ causa vocis?

[1] Gen. I, 1. [2] Exod. VIII, 19. [3] Gen. I, 3.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(3) Ἀκτῖνας φανερωτέρας δείκνυσι. *Radios illustriores* si verti, nemo me falsi arguat. Sic non sine veritate Cicero, l. I *De natura deorum* locutus est: *Nam solis ardor illustrior est, quam ullus ignis: quippe qui immenso mundo tam longe lateque col luceat.* Et Plautus *ædes* alibi vocavit *illustriores*, quibus novæ erant injectæ fenestræ. Tunc enim illustrior sol (cui *illustre caput* Metamorphosi tribuitur) cum spectabilior, cum nobis splendentior paret: vel sine sui luminis auctu.

(4) Πρὸς τὸ θεῖον ἀκοῇ. Ἀκοῇ quis non videt ad animi intelligentiæ acumen pertinere? quare præcesserit θεογνωσία, non putavi mihi τὸ θεῖον per *res divinas*, sed per *Numen* seu *Deum* ipsum vertendum esse.

Discamus et Scripturam, dum tacet, audire, et dum loquitur, erudiri. Quandoquidem recens creatæ angelorum myriades „ quæ fierent , videbant ; eum vero qui faceret, videre non valebant ; nam quod in essentia divina supra contemplationem est, angelorum quoque oculos supervadit : merito nunc loqui occupat, ut ejus quod fit, sensu et admiratione angelorum turbas moveat, quo imperium effectione rei comitatum conspicati, eoque perculsi spectaculo ad cognitionem , et hymnum Creatoris convertantur. Ecquis hic? Dicit ipse Deus cum familiari suo athleta Job disserens : *Cum astra faciebam, laudabant me voce magna omnes angeli mei* [4]. Namque spectaculi stupore correpti , ad singula quæ fiebant iteratis faustis acclamationibus Conditorem prosequebantur. Deinde intra aquas firmamentum distendit in gyrum, velut tabulatum picturæ peridoneum. Post etiam nudat aquis terræ dorsa, quibusdam velut in cellis maria concludens, dum imperio in abyssum utitur pro claustro, et arena quasi habena formidabili mare continet, terram liberam servans a pelagi eluvione : esto, ventorum impetu ad terram mare propellatur. Fertur illud quidem fluctibus alte elatum : ubi vero terminos attigerit, revertit, refugitque, et Domini vocem littoribus inscriptam cum intuitum fuerit, curvatis fluctibus termini positorem adorat ; cumque terram violente feriat , refertur, ac divini imperii memor refertur in fugam. Quare placide purpurascens adulatur vicinæ continenti, quasi mollibus ulnis terram complecti occupet, semper Domini præcepto cohibitum, & et tantumnon singulis momentis audire ratum : *Congregentur aquæ in locum unum, et appareat arida* [5]. Et manet præcepti memor arena vinctum, nec præ vinctoris reverentia vincula violat, vocemque Prophetæ ratam facit : *Terminum posuisti, quem non transgredietur* [6]. Ad hæc astrorum in cœlo infigit lumina, et firmamentum luminosis floribus conserit, eorum in gratiam et usum conducentibus, qui in terris agunt. Insuper mundi pavimentum pratis benefiorentibus variavit. Animalium deinde genera de terra extrahens, matrem creaturarum et altricem constituit. Ad eum modum cum aridam mari coronasset, non usibus ineptum ostendit mare, ne quidem ge-

A μένου, φωνὴ προμαρτύρεται. Τίς οὖν ὁ λόγος, καὶ τίς ἡ αἰτία τοῦ φθέγματος; Μάθωμεν καὶ σιωπούσης ἀκούειν τῆς Γραφῆς, καὶ φθεγγομένης παιδεύεσθαι. Ἐπειδὴ γὰρ ἄρτι πλασθεῖσαι τῶν ἀγγέλων αἱ μυριάδες ἑώρων μὲν τὰ γενόμενα, τὸν δὲ ποιοῦντα βλέπειν οὐκ ἴσχυον (ὑπερβαίνει γὰρ καὶ ἀγγέλων ὀφθαλμοὺς τὸ τῆς θείας οὐσίας ἀθέατον)· εἰκότως νῦν προλαμβάνει φωνὴν πρὸς αἴσθησιν, καὶ θαῦμα τοῦ γενομένου κινοῦσαν τῶν ἀγγέλων τοὺς δήμους, ἵνα τῷ προστάγματι συνοδεῦον τὸ δημιουργούμενον βλέποντες, καὶ τὴν θέαν καταπληττόμενοι, πρὸς γνῶσιν καὶ ὕμνον τραπῶσι τοῦ κτίσαντος. Τίς οὗτος; Φησὶν αὐτὸς ὁ Θεὸς πρὸς τὸν οἰκεῖον ἀγωνιστὴν τὸν Ἰὼβ διαλεγόμενος· *Ὅτε ἐποίουν ἄστρα, ᾔνεσάν με φωνῇ μεγάλῃ πάντες οἱ ἄγγελοί μου.*

B Τῇ γὰρ καταπλήξει τῆς θέας κρατούμενοι πρὸς ἕκαστον τῶν παραγομένων τὸν Ποιητὴν ἀνευφήμουν. Ἐπὶ τούτοις μεταξὺ τῶν ὑδάτων ὁ Δημιουργὸς περιτείνει στερέωμα, καθάπερ ὀροφὴν πρὸς ζωγραφίαν ἁρμόδιον· γυμνοῖ δὲ μετὰ τοῦτο τῶν ὑδάτων τῆς ἠπείρου τὰ νῶτα, ὥσπερ ἔν τισι ταμείοις τὰ πελάγη συγκλείων, κλεῖθρον ἐπιθεὶς τῇ ἀβύσσῳ τὸ πρόσταγμα, καὶ ψάμμῳ χαλινώσας, ὡς φόβῳ, τὴν θάλατταν· ἀναυάγητον τοῖς πελάγεσι φυλάττων τὴν ἤπειρον, κἂν ἀνέμων ἐμβολαῖς ὠθῆται πρὸς τὴν χέρσον ἡ θάλαττα· φέρεται μὲν κορυφουμένη τοῖς κύμασι, ψαύουσα δὲ τῶν ὅρων ὑπονοστεῖ δραπετεύουσα· καὶ τὴν τοῦ Δεσπότου φωνὴν ἐν αἰγιαλοῖς γεγραμμένην ὁρῶσα, κυρτουμένη τοῖς κύμασι προσκυνεῖ τὸν ὁροθετήσαντα, καὶ πλήττουσα βίᾳ τὴν χέρσον, ἀντι-

C πλήττεται πρὸς φυγὴν τῇ τοῦ προστάγματος μνήμῃ. Διὰ τοῦτο γαληνὰ πορφυροῦσα περισαίνει τὴν γείτονα, καθάπερ ἀγκάλαις ἁπαλαῖς προπλεκομένη τὴν ἤπειρον, τῷ τοῦ Δεσπότου διὰ παντὸς περιεχομένη προστάγματι, καὶ μονονουχὶ καθ' ἑκάστην ἀκούειν νομίζουσα· *Συναχθήτω δὴ τὰ ὕδατα εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά* (5). Καὶ μένει τοῦ προστάγματος μνήμων, δεδεμένη τῇ ψάμμῳ, τῷ φόβῳ τοῦ δήσαντος (6) τὸν δεσμὸν οὐ βιάζεται, προφητικὴν βεβαιοῦσα φωνήν· *Ὅριον ἔθου, ὃ οὐ παρελεύσεται.* Ἐπὶ τούτοις τῶν ἀστέρων ἐν οὐρανῷ διαπείρει τὰ φέγγη, καὶ τῷ στερεώματι τὰ τοῦ φωτὸς ἄνθη φυτεύει, χάριν καὶ χρεῖαν τοῖς ἐπὶ γῆς ἐπιτελοῦντα. Πρὸς τούτοις τὸ τῆς κτίσεως ἔδαφος (7) εὐανθέσι λειμῶσιν ἐποίκιλε· ζώων δὲ γονὰς ἐκ τῆς

[4] Job XXXVIII, 7. [5] Gen. I, 9. [6] Psal. CIII 9.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(5) *Συναχθήτω δὴ τὰ ὕδατα εἰς συναγωγὴν μίαν, καὶ ὀφθήτω ἡ ξηρά.* Septuag. : Συναχθήτω τὸ ὕδωρ τὸ ὑποκάτω τοῦ οὐρανοῦ, *aquæ quæ sub cælo sunt*. Quam partem Basilius omisit, quod ad propositum minus faciat ; in citationibus enim prudenter corripiendis plurimus est : id illi ne fraudi sit, ne quis hiantia cogitet, quæ integra ; cautio nostra est.

(6) *Τῷ φόβῳ τοῦ δήσαντος· Præ vinctoris reverentia.* Eadem notione φόβος oratione de infanticidio : Οὐχ ἱερὸν φόβον τινὰ τοῖς φονευταῖς ἐμποιοῦν· *Non famam ullam interfectoribus istis reverentiam ingenerans.* Id fit, quia *timor, tremor, horror, reverentia* affinia sunt, et sententia non cognata. Quare passim Græci Patres φρικωδεστάτην θυσίαν, *Missæ sacrificium* appellitant. Jonas cap. I, σέβομαι, interpres *timeo* substituit , tanquam æquipondium. 66 c. Ἐπὶ τίνα ἐπιβλέψω, ἢ ἐπὶ τὸν ταπεινὸν, καὶ ἡσύχιον, καὶ τρέμοντα τοὺς λόγους ;

(7) *Κτίσεως ἔδαφος· Mundi pavimentum ;* Solemne Basilio est κτίσιν, pro tota rerum creatarum universitate usurpare. Oratione *de cæcis* : Ὅπερ γὰρ ἥλιος ἐν τῇ κτίσει, τοῦτο ὀφθαλμὸς ἐν τῷ σώματι· *Nam quod in mundo sol, hoc in corpore est oculus.* Hoc eo consilio factum puto, ne mundo a philosophis ascribatur æternitas.

γῆς ἀνελκύσας, μητέρα καὶ τροφὸν τῶν πλαττομένων A ἀπέδειξεν. Οὕτω δὴ τὴν ξηρὰν στεφανώσας (8), οὐκ ἔδειξεν ἄχρηστον, οὐδὲ πρὸς τεκνογονίαν τὴν θάλατταν. Ἔδει γὰρ αὐτὴν μηδενὸς ὁρᾶσθαι τῆς γείτονος γῆς ἀτιμοτέραν πρὸς ὠδῖνας ὑπάρχουσαν. Ἓν ἔπεμπε τὸ πρόσταγμα, καὶ νηκτοῖς μὲν εὐθὺς ἐπλήμμυρεν ἄβυσσος· πτηνοῖς δὲ ἀὴρ ἐπολίζετο· καὶ κόσμος ἀπήρτιστο τῷ θαύματι κράζων· *Ὡς ἐμεγαλύνθη τὰ ἔργα σου, Κύριε! Πάντα ἐν σοφίᾳ ἐποίησας.*

γ'. Ἀλλ' ἡ μὲν κτίσις ἀπήρτισται, τὴν τοῦ Ποιητοῦ σοφίαν καὶ δυναστείαν ἀσιγήτως κηρύττουσα, διαφόρως ἐξυφασμένη ταῖς φύσεσι· τὰ μὲν γὰρ θνητὰ, τὰ δὲ ἀθανασίᾳ κεκόσμηται· καὶ τὰ μὲν ὄψεως κρείττονα, τὰ δὲ αἰσθήσει μετρούμενα· τὰ μὲν λόγῳ τετιμημένα, τὰ δὲ ἀλογίᾳ κρατούμενα· τὰ μὲν ἔμπνοά τε καὶ ἔμψυχα, τὰ δὲ ψυχῆς καὶ αἰσθήσεως ἄμοιρα· B καὶ τὰ μὲν σκιρτῶντα ταῖς μεταβάσεσι, τὰ δὲ δεσμῷ φύσεως προσηλωμένα τῇ γῇ. Ἔδει γὰρ τὸν πλοῦτον τῆς κτίσεως ἐν τοῖς κτιζομένοις ἐμφαίνεσθαι. Ὁ μὲν οὖν τῆς κτίσεως οἶκος, ὅπερ ἔφθην εἰπὼν, φιλοκάλως ἀπήρτιστο, καθάπερ τις θρόνος βασιλικὸς διακοσμηθεὶς περιμένων τὸν βασιλεύοντα. Ἔδει δὲ ἄρα καὶ ἄνθρωπον παραχθῆναι τὸν τῷ βασιλικῷ θρόνῳ προσήκοντα. Τί οὖν ὁ πάνσοφος Δημιουργός; Ἄμφω τὰ μέρη τῆς κτίσεως εἰς ταυτὸ συνελκύσας, ἐκ γῆς μὲν αὐτῷ συναρμόζει τὸ σῶμα, ἀόρατον δὲ καθάπερ ἐν ξοάνῳ καλλωπισθέντι τὴν ψυχὴν ἐμπνεύσας τῷ σώματι, ἔμψυχον ἔστησεν ἀνδριάντα, πᾶσαν ὁμοῦ τὴν κτίσιν ἐν ἑαυτῷ περισφίγγοντα (9). Γνωρίζει γὰρ τοῦτον τῶν ἀγγέλων ἡ πολιτεία, τῇ τῆς ψυχῆς συγγενείᾳ τοῖς ἐκεῖ δήμοις ἐγγράφουσα· περιπτύσσεται C δὲ καὶ ὁ τῶν ὁρωμένων χορὸς ἔργοις ὁμολογῶν τῆς φύσεως τὴν συγγένειαν, καὶ τὰς χρείας αὐτῷ γεωργῶν, τὸ γένος μαρτύρεται. Διὰ τοῦτο καὶ μηδέπω πλασθεὶς ἄνθρωπος σκέψει τιμᾶται τοῦ πλάττοντος, καὶ βουλεύμασι θείοις σεμνύνεται· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν.* Πρεσβυτέραν τῆς πλάσεως τὴν τιμὴν ὑποδέχεται. Οὕτως ὁ πηλὸς συναρμόζεται, καὶ ὁ θρόνος παρασκευάζεται. *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον*, Θεοῦ Μονογενοῦς οἰκητήριον· ποιήσωμεν τὸν Ἀδὰμ, ἀφ' οὗπέρ τις δεύτερος Ἀδὰμ τῷ Δημιουργῷ συγκαθεσθήσεται. *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν.* Ἐνταῦθά μοι σύντεινον, ἀγαπητὲ, τὴν ἀκοήν· τῆς γὰρ συγγενοῦς φύσεως τὸν θησαυρὸν (10) μεταλλεύομεν. *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ'*

A nituræ. Oportebat id siquidem vicina terra ad partus edendos non inferius videri. Unum dedit imperium, et natatilibus mox abyssus inundabat, aerque volatilibus frequentabatur: ac mundus jam consummatus præ miraculo exclamabat: *Quam magnificata sunt opera tua, Domine! Omnia in sapientia fecisti* [7].

3. Verum integre perfecta rerum creatarum universitas, sapientiam et potestatem perfectoris contentissime clamabat, naturarum varietate subtexta; hæc enim mortalia, illa immortalitate ornata sunt: hæc nobiliora, quam ut videri possint, illa sensibus commensa sunt: hæc ornat ratio, illa rationis occupat privatio: B hæc et animata sunt et spirantia, illa animæ et sensus expertia: hæc progressionibus exsultim feruntur, illa naturæ quodam vinculo solo sunt affixa. Oportebat namque divitias creationis in rebus creatis dilucere. Hoc igitur, ut ante dixi, mundi domicilium non sine singulari elegantia consummatum, atque in morem throni regalis exornatum regem exspectabat. Oportebat denique et hominem procreari, qui regali throno conveniret. Quid tandem Conditor pro omnifaria sua sapientia? Utramque mundi partem in unum idemque congerens, ipsi de terra corpus concinnat, invisibilem vero tanquam statuæ factæ affabre animam inspirans corpori, animatam statuit imaginem, quæ simul omnem in se amplectatur ipsa rei conditæ rationem. C Eum quippe agnoscit angelorum respublica, dum ob animæ cognationem cœlestibus populis inscribit. Amplectitur **5** quoque et aspectabilium rerum multitudo, operibus confitens naturæ cognationem, et necessaria ipsi sufficiens genus contestatur. Quapropter vel nondum formatus homo a conditoris considerantia, et Dei consiliis commendationem et pretium accepit: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [8]. Antiquiorem conditione sua honorem suscipit. Nondum fingitur lutum, et thronus apparatur. *Faciamus hominem*, Unigeniti Dei domicilium; faciamus Adam, a quo alter aliquis Adam Conditori olim assideat. *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Illic tu mihi, o dilecte, quando congeneris naturæ thesau-

[7] Psal. CIII, 24. [8] Gen. XIX, 27.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(8) *Ξηρὰν στεφανώσας.* Mari, et oceano. Dionysius de situ Orbis:

Ἐν γὰρ ἐκείνῳ.
Πᾶσα χθὼν, ἅτε νῆσος ἀπείριτος ἐστεφάνωται.

(9) *Πᾶσαν ὁμοῦ τὴν κτίσιν ἐν ἑαυτῷ περισφίγγοντα.* Nulla alia fere hominis laudatio locupletior. Ea causa veteres eum dixerunt μικρόκοσμον. Σμικρὸν γάρ ἐστι κόσμος ἀνθρώπου φύσις, ut Pisidas cecinit. Ea causa omnis creatura dicitur Marci XVI: Κηρύξατε τὸ Εὐαγγέλιον πάσῃ τῇ κτίσει· *Prædicate Evangelium omni creaturæ.* Ex quo Marci loco videtur excerptum illud oratione prima in Adamum: Ἐγχειρίζει τῇ κτίσει τὴν κτίσιν, τὸν ὁμόδουλον τῇ φύσει δεσπότην δείξας τῇ χάριτι· *Mundum homini tradit, conservum a natura, gratiæ beneficio dominum constituens.* At unde Cicero lib. De universo: *Deus animal unum spectabile hominum, in quo omnia animalia contineret, effecit.*

(10) *Τῆς γὰρ συγγενοῦς φύσεως θησαυρόν.* Adamum intelligit, in quo natura humana, quæ ratione animæ cognatione quadam cum Deo tenetur, velut in loculamento reposita sive capulo. Tertulliani voce libro *De resurrectione carnis*, θησαυ-

rum exquirimus, attentas aures præbe. *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram.* Una est, quæ sit imago; sed non unius personæ monumentum, verum trium hypostaseon: commune namque, quod sit, Deitatis est opus. Trinitatem quidem ostendit fictricem, unam autem esse Trinitatis imaginem. Quod si una Trinitatis imago, una utique trium hypostaseon est natura: siquidem essentiæ identitatem imaginis unitas loquitur. Ubi enim una in imagine illius naturæ, quæ exemplar fuerit, differitas reperietur? Una divinitas unum sui secundum naturam simulacrum erexit. Quamobrem quem imaginis dignitate cohonestavit, pari quoque formationis paratura exornavit. Cætera namque animantia aut toto corpore terram verrunt naturæ lege non progrediendi, sed reptandi vim sortita: aut ad terram inclinantia, quod nullum in cœlo jus hæreditatis habeant, ipsa figura contestantur. At solus homo, ostentat fictionis suæ modo nobilitatem, dum rectus in cœlum assurgit; pedibus ille quidem terram tangit, dum tantisper in ea versatur, verum ore ad cœli fornices sustollitur, et extentis manibus cœlestem patriam animo repræsentat, Paulique vocem elate ante Pauli tempora effert: *Nostra conversatio in cœlis est* [9]. Ac velut in throno considens actionum dignitate Creatoris imaginem præ se fert, factis quasi coloribus eum imitans. Nam et hic ad creationem rerumque molitionem desiderium et manus affert, ædificat, navigia exstruit, lectos aptat, mensas compingit: quæ ludibundus dum facit, **6** manum Creatoris imitatur. Item homo fit pater, et filius progignitur divinis solus ornatus honoribus et nominibus, intemporalem Patrem tempore imitatur, et appellatione, et filius post partus dolores agnominatur, Filium, qui sine passione est, repræsentans, dum patitur. Deinde rex verus, et legislator Deus, *cui decem millia myriadum angelorum ministrant, et decem millia myriadum parent imperanti* [10]. Et potestatis suæ specimen dat in subjectos, legibus exercitum coercet, jura dicit super hominum peccatis homo, et rationem expromit, et sententiæ dictione gloriatur: denique rerum ge-

A *εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*. Μία μὲν εἰκὼν ἡ πλαττομένη, οὐχ ἑνὸς δὲ προσώπου μνήμη, ἀλλὰ τριῶν ὑποστάσεων· κοινὸν γὰρ τῆς θεότητος δημιούργημα τὸ πλαττόμενον. Τριάδα μὲν ἐμφαίνει τὴν πλάττουσαν, μίαν δὲ εἰκόνα τῆς Τριάδος ὑπάρχουσιν. Εἰ δὲ μία τῆς Τριάδος ἡ εἰκὼν, μία τῶν τριῶν ὑποστάσεων ἡ φύσις. Τὸ γὰρ ταυτὸν τῆς οὐσίας ἡ τῆς εἰκόνος ἑνότης κηρύττει. Ποῦ γὰρ ἐν εἰκόνι μιᾷ διαφορὰ τῆς ἀρχετύπου φύσεως εὑρεθήσεται, Μία θεότης, μίαν ἑαυτῆς εἰκόνα κατὰ τὴν φύσιν ἀνέστησε. Διὰ τοῦτο τὸν εἰκόνος ἀξίᾳ τιμηθέντα, καὶ αὐτῇ τῇ κατασκευῇ τῆς πλάσεως κατεκόσμησε. Τὰ μὲν γὰρ ἄλλα τῶν ζώων ἢ τῷ ὅλῳ σώματι τὴν γῆν ἐπισύρεται, οὐ βαδίζειν, ἀλλ' ἕρπειν κληρωθέντα νόμῳ τῆς φύσεως, ἢ πρὸς τὴν γῆν κα-
B ταχύπτει, τῷ μηδένα κλῆρον ἔχειν ἐν οὐρανῷ διὰ τοῦ σχήματος μαρτυρούμενα. Ἄνθρωπος δὲ μόνος ἐμφαίνει διὰ τῆς πλάσεως τὴν εὐγένειαν. Ὄρθιος πρὸς οὐρανὸν ἀνατείνεται· ποσὶ μὲν ψαύων τῆς γῆς, ὡς ἐν αὐτῇ τέως στρεφόμενος· τῷ δὲ προσώπῳ πρὸς οὐρανίους ἀψῖδας αἰρόμενος. Ἤδη δὲ καὶ χεῖρας ἐκτείνων, τὴν ἐν οὐρανῷ πατρίδα φαντάζεται, τὴν τοῦ Παύλου πρὸ τοῦ Παύλου φωνὴν ἀνακράζων· *Ἡμῶν τὸ πολίτευμα ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει.* Ὡς ἐν θρόνῳ καθεζόμενος δείκνυσιν ἔργοις διὰ τῆς ἀξίας τὴν εἰκόνα τοῦ Κτίσαντος, τοῖς πράγμασιν ὡς χρώμασι τὸν πεποιηκότα μιμούμενος. Κτίζειν γὰρ καὶ οὗτος ἐπιχειρεῖ, καὶ δημιουργεῖν ἐπιθυμεῖ, καὶ οἶκον συμπήγνυται, καὶ σκάφος τεκταίνεται, καὶ κλίνας ἁρμόζεται, καὶ τράπεζαν πήγνυται, καὶ
C παίζων ἐν τῇ κτίσει τὰς χεῖρας μιμεῖται τοῦ Πλάστου. Πάλιν ἄνθρωπος πατὴρ γίνεται, καὶ υἱὸς ἀποτίκτεται τοῖς θείοις μόνος τετιμημένος ἀξιώμασι καὶ ὀνόμασι, καὶ τὸν ἄχρονον Πατέρα χρόνῳ καὶ κλήσει μιμεῖται (11), καὶ υἱὸς μετ' ὠδῖνας ἐπονομάζεται, τὸν ἀπαθῶς Υἱὸν εἰκονίζων ἐν πάθεσι. Πάλιν βασιλεὺς ἀληθὴς, καὶ νομοθέτης Θεὸς, *Ὧ μύριαι μὲν μυριάδες λειτουργοῦσιν ἀγγέλων, μύριαι δὲ μυριάδες πειθαρχοῦσι προστάττοντι.* Δείκνυσι δὲ καὶ οὗτος ἐν ὑπηκόοις κράτος, καὶ συνέχει νόμοις στρατόπεδον, καὶ δικάζει τοῖς ἀνθρώπων πλημμελήμασιν ἄνθρωπος, καὶ λόγον ἐκφέρει, καὶ ἀποφάσει σεμνύνεται (12) ἐν τῇ τῶν πραγμάτων σκιᾷ τὸν ἀληθῆ

[9] Philipp. III, 20. [10] Dan. VII, 10.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

ρός non semper rem pecuniariam reconditam, aut cimelia denotat: imo proprie quidvis, in quo aliud repositum est.

(11) *Ἄχρονον Πατέρα χρόνῳ καὶ κλήσει μιμεῖται· Intemporalem Patrem tempore imitatur et appellatione.* Appellationis ratio clarissima est. At homo generans quomodo *tempore intemporalem* Patrem imitatur? an quia sobolis auctu generis æternitati studet? an imitatur tempore, quia generationis *intemporalis temporalis* generatio quædam est imago?

(12) *Ἀποφάσει σεμνύνεται· Sententiæ dictione gloriatur.* Ἀπόφασις irarum et severioris sententiæ obnuntiatio; item ipsa sententia, et sententiæ dictio. Infra de Ninivitis priore modo: Προφητικὴν ἀπόφασιν ἔδησαν, θείαν ἀπειλὴν τοῖς δακρύοις ἡμερώσαντες. Propheticam obnuntiationem vinxerunt Dei minis per lacrymas emollitis. Posteriore S. Ignatius Epistola ad Trallianos: Τῇ οὖν παρασκευῇ τρίτῃ ὥρᾳ ἀπόφασιν ἐδέξατο παρὰ τοῦ Πιλάτου de Christo, *qui mortis sententiam excepit a Pilato hora tertia ipsius Parasceves.* Basilius altera in Adamum: Ἡ μὲν ἀπόφασις κατὰ τοῦ φαινομένου ὄφεως φέρεται· *Sententia fertur in serpentem qui in conspectu.* Iis in locis ἀπόφασις judicis est affirmatio, et sententia: aliquando tamen est negatio et refutatio, eaque princeps significantia, ut ipsum ἀπόφημι negito. *Iliados* Γ':

Ἀντικρὺ δ' ἀπόφημι, γυναῖκα μὲν οὐκ ἀποδώσω.

βασιλέα σχηματιζόμενος. Ἀλλ' ὁ μὲν πλοῦτος τοῦ πλάσαντος περιῤῥέων τὴν ἀνθρωπότητα κυμαίνει ταῖς χερσίν. Ἡμῖν δὲ νῦν συστέλλει τὸν λόγον ὁ καιρός. Αὖθις δὲ τὸ χρέος ὑμῖν ἀποτίσομεν συνεργούσης τῆς χάριτος ἐν Χριστῷ Ἰησοῦ· ᾧ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ Β'.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν Ἀδάμ.

α'. Ὥσπερ οἱ τὰς τῶν βασιλέων ἀποβλέποντες εἰκόνας, τῇ τῶν χρωμάτων λαμπρότητι μαρμαρυγὰς ἀφιείσας (13), ἁλουργίδα μὲν τὸ τῆς θαλάσσης ἀποστίλβουσαν ἄνθος, διάδημα δὲ τοῖς φέγγεσι τῶν λίθων ἀστράπτον, καὶ τὴν κορυφὴν περιέχον· χεῖρα δὲ τῷ σφαιροειδεῖ (14) σχήματι τοῦ κόσμου τὸν κύκλον τοῖς δακτύλοις φέρειν νομιζομένην· ἐκπλήττονται μὲν τῇ θέᾳ πρὸς θαῦμα πτερούμενοι (15), φαντάζονται δὲ τοῦ ἀρχετύπου τὸ κάλλος, ὃν οὐχ ὁρῶσι τοῖς ὄμμασι χρωμάτων ἄνθεσιν ἀποβλέποντες· οὕτως, οἶμαι, καὶ οἱ τὸν ἄνθρωπον ἐν μέσῃ τῇ κτίσει, καθάπερ ἔμψυχον εἰκόνα τοῦ πλάσαντος φιλοτίμως ἐκτορνευθεῖσαν ὁρῶντες, θαυμάζουσι μὲν τῆς νεοπλάστου τὴν ἀξίαν εἰκόνος, ἐκπλήττονται δὲ τὴν τοῦ δημιουργήσαντος δεξιὰν, πανσόφως ἅμα καὶ φιλοστόργως τεκτηναμένου τὸ δαίδαλμα. Δεῦρο δὴ οὖν καὶ κατὰ μέρος τῆς εἰκόνος τὸ κάλλος ὁ λόγος διεξερχόμενος, κηρυττέτω τὸ θαῦμα τοῦ πλάσαντος· ἤδη μὲν οὖν περιτρέχων ὁ λόγος τὰ τῆς κτίσεως θαύματα, καὶ τὴν ἐν ἑκάστῳ τῆς δημιουργίας σοφίαν καταπληττόμενος, πρὸς τοὺς συγγενεῖς φθάσας ὡρμήθη, καὶ τὴν τῆς φύσεως ἐπιγνοὺς οἰκειότητα, τῆς προσφορᾶς ἀπεπαύσατο, ἰδὼν χερσὶ Θεοῦ πλαττόμενον ἄνθρωπον, καὶ τῇ τῆς τιμῆς περιχαρίᾳ, πρὸς εὐχαριστίαν ἐτράπη τοῦ Κτίσαντος. Ἴδεν ἄνθρωπον οὐ γαστρὸς δεηθέντα, οὐ σάρκα γλυφαινομένην ἐν μήτρᾳ, οὐδ' ἐν τῷ τῆς φύσεως ἐργαστηρίῳ πηλουργούμενον ἔμβρυον, οὐδὲ τῇ τοῦ τόπου στενοχωρίᾳ φυσικῶς πολιορκούμενον, οὐχ ὄγκῳ νηδύος κατασημαῖνον τὴν

A starum umbra veri regis habitum gerit. Verum illæ quidem Conditoris divitiæ, quibus humanum genus circumfluit, ejus in manibus exundant: tempus autem nostram orationem contrahit; sed vobis debitum rursus exsolvemus opitulante gratia, quæ in Christo Jesu; cui in æternum gloria. Amen.

ORATIO II.

Ejusdem in Adamum.

1. Quemadmodum qui eas regum aspiciunt imagines, quæ a colorum splendore fulgorem projiciunt: purpuram, quæ marino collucescit flore; diadema, quod luminibus lapillorum fulgurat, et ambit verticem; dexteram, quæ mundi orbem globi specie digitis portare creditur; spectaculo B illi quidem percelluntur admiratione extemplo correpti, et pulchritudinem sibi repræsentant exemplaris, quod oculis non vident, sed efflorescentium colorum adminiculo: sic et eos, qui hominem in media rerum universitate tanquam animatum fictoris signum ambitiose detornatum intuentur, mirari quidem existimo signi recenter effícti dignitatem; sed Creatoris magis obstupescere dexteritate, qui cum omni sapientia, parique benevolentia variæ artis opus fabrefecerit. Agedum oratio particulatim denarrando signi elegantiam, statuarii stupendum opus promulget: jamque ambitu suo creationis miracula percurrens, et in unoquoque fabrefactionis solertiam admirata, ad **7** eos festinavit oratio, qui naturæ cognatione quadam con- C tinentur, et naturæ paritate cognita probro abstinuit; cumque vidisset manu Dei formatum hominem, magno ob eum honorem concepto gaudio ad gratias Creatori agendas est conversa. Vidit hominem non egentem utero, non carnem in matrice sculptam, non in naturæ officina luteum embryonem, neque loci angustia naturaliter obsessum, non accretionem uteri tumore designantem, non

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

Ubi Eustathius: Τὸ, γυναῖκα οὐκ ἀποδώσω, ἀπόφασίς ἐστιν, ὥσπερ κατάφασις τὸ, γυναῖκα ἀποδώσω, ἀπὸ γοῦν τοῦ ἀπόφημι Ὁμηρικοῦ παρῆκται καὶ τὸ ἀποφάσκειν, καὶ ἡ ἀπόφασις. Consimilia annotavit in Il. D et M. Τὰ ἀποφατικὰ Ciceroni in Topicis sunt *negantia*. Denique philosophi conveniunt, quorum est illud: Αἱ δύο ἀποφάσεις, ἢ στερήσεις μίαν κατάφασιν ἀποτελοῦσι.

(13) *Τῇ τῶν χρωμάτων λαμπρότητι μαρμαρυγὰς ἀφιείσας.*

Μαρμαρυγὰς θηεῖτο ποδῶν. (*Odysseæ* Θ'.)

Interpres, Μαρμαρυγαὶ δὲ ποδῶν αἱ σύντονοι κινήσεις· ἐν γὰρ ταῖς ὀξείαις κινήσεσιν ἀπόστιλψίς γίνεταί τις τῶν ποδῶν· *Marmarygæ sunt contentiores pedum motiones; nam in citatioribus pedum quædam fit emicatio.* Verum est cum pedum μαρμαρυγαῖς cohærere συντόνους κινήσεις; nisi enim incitatissime moveantur pedes, nec lucem admittent rapidius, nec eam vibrare videbuntur: non sunt tamen αἱ μαρμαρυγαὶ ποδῶν σύντονοι κινήσεις, sed eas consequuntur. Ex quo consortio natum illud quod a Cicerone scribitur: *Dignus quicum in tenebris mices.* Æque eleganter μάρμαρον αἰχμὴν telum coruscans Nonnus intelligit libro XXVIII, etsi easdem voces aliter usurpare videatur libro XXXVI.

(14) *Τῷ σφαιροειδεῖ.* Globi specie ità primum occurrit, cum tamen ex hoc Ciceronis De mundo, verti potuisset brevis: *Et globosus est fabricatus, quod* σφαιροειδὴς *Græci.*

(15) *Ἐκπλήττονται μὲν τῇ θέᾳ πρὸς τὸ θαῦμα πτερούμενοι.* Locus hic in mendæ suspicionem venerat primum. Tentabam reponere ἐπτοημένοι, et Jamotio meo εὐεπίης ὅρμῳ substituendum videbatur πτοούμενοι. Verum hanc conjecturam ipse Basilius pluribus locis refutavit. Oratione 2 in Adamum, de serpente, qui vana spe divinitatis parentes nostros arrigebat, Ἰσοθέοις ἐλπίσιν ἐπτέρωσεν. In *Olympia* Δ': Μίσει δαιμονικῷ, καὶ φίλτρῳ διαβολικῷ κατ' ἀλλήλων ἐπτέρωνται. *Odio dæmonico, et diabolico amoris incentivo involant in se mutuo.* De Chananæa: Γύναιον πίστει πτερούμενον· *Muliercula fide alata.* Alibi: Θαύμασί τε καὶ διδάγμασι πρότερον πτερώσας τὸν νοῦν πρὸς τὴν τῶν ὑψηλοτέρων αὐτοῖς μαθημάτων κτῆσιν ἐγείρει. Significat enim hæc vox ardorem quemdam subitum, ac celerem in re proposita.

exspectantem, dum per radios manibus agiles partus edatur, non tempus manentem, quo de ventris carcere captivus exsolvatur, neque post partionem reticulis fasciarum reformatum, non probroso per terram incessu dedecoratum, non ad ætatis imperfectæ gradus admissum cum labore: sed vidit hominem immortali manu editum, pro matrice Creatoris manu usum, et Dei digito ex tempore perfectum absolutumque simulacrum: vidit simul fictum, simul regem factum. Nam *præsit*, inquit, *piscibus maris, et volatilibus cœli, et bestiis terræ*[11]. In creaturæ manu creaturam ponit, natura conservum gratiæ beneficio dominum creat, mare subjicit, continenti servitutem imponit, aerem donis ascribit, eorum denique homo fit possessor, quorum non fuerat conditor. Extremus ille quidem fabricatione, verum dignitate primus emicuit. Sic porro divinæ bonitatis imber delatus posterioribus donis obscurat priora. Namque velut parturiens magnificentiæ suæ munera, et habere clausum penes se thesaurum impotens, non est contentus prioribus, neque rebus ante dilargitis dona sua circumscribit, neque donatoris desiderium universa terra, et concessum mare satiavit; sed exstructum manu sua paradisum, deliciosam sedem dilecto concessit. Quid necesse est paradisi pulchritudinem enarrem? Cujus cultor, conditor est, agrique eximia cultione donum excolens sedem eximiam homini formato dedit. Deus extra paradisum hominem fabricatus induxit intro, ut possessionem adiret, cujus pars non erat, ne cognationi naturæ donum ascriberet, quin gratuitæ potius munificentiæ. **8** Cæterum assurge animo ad reliquam dignitatem tuam, Adam, et animantium appellatione dominatum confirma, fabricatoris dignitatem imitare; ipse naturas procreat, tu nomenclator esto. Et videre erat ordinatim arcanam quamdam tesseram ad omnia ferri animalia, quæ

A αὔξησιν, οὐκ ἀναμένον τὰς ὠδῖνας γενέσθαι πρὸς ἀκτῖνας χειραγωγούς (16), οὐκ ἀναμένον τὸν χρόνον ἵνα τὸν τῆς γαστρὸς ἀπολύσῃ δεσμώτην, οὐδὲ μετὰ τόκον τοῖς σπαργάνων πάλιν δικτύοις τυπούμενον, οὐδὲ βαδίσμασιν ὑβριστικῶς ἐπ' ἐδάφους καθυβριζόμενον, οὐδὲ πρὸς τὰς τῆς ἀτελοῦς ἡλικίας βαθμίδας σὺν μόχθῳ παραπεμπόμενον· ἀλλ' ἴδεν ἄνθρωπον χερσὶν ἀθανάτοις κυοφορούμενον, μήτραν ἔχοντα τὴν χεῖρα τοῦ πλάσαντος, καὶ Θεοῦ δακτύλοις αὐτοσχέδιον ἀπαρτιζόμενον ἄγαλμα· ὁμοῦ δὲ πλαττόμενον, καὶ βασιλέα χειροτονούμενον. *Ἀρχέτωσαν* γὰρ, φησὶν, *τῶν ἰχθύων τῆς θαλάττης, τῶν πετεινῶν τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν θηρίων* τῆς γῆς. Ἐγχειρίζει τῇ κτίσει τὴν κτίσιν, τὸν ὁμόδουλον τῇ φύσει, δεσπότην δείξας τῇ χάριτι. Ὑποτάττει τὴν θάλατταν, B καταδουλοῦται τὴν ἤπειρον, τὸν ἀέρα τοῖς δώροις προσέγραψε (17), καὶ γίνεται κτήτωρ ὁ ἄνθρωπος, ὧν οὐκ ἐγένετο κτίστης· ἔσχατος μὲν τὴν πλάσιν, πρῶτος δὲ τὴν ἀξίαν φαινόμενος. Ἀλλὰ γὰρ οὕτως ὁ τῆς θείας ἀγαθότητος ὄμβρος (18) φερόμενος, ταῖς ἑξῆς δωρεαῖς ἀποκρύπτει τὰ φθάσαντα· ὡς γὰρ ὠδίνων τὰ τῆς φιλοτιμίας χαρίσματα, καὶ κατέχειν παρ' ἑαυτῷ κεκλεισμένον τὸν θησαυρὸν οὐ δυνάμενος, οὐκ ἀρκεῖται τοῖς φθάσασιν, οὐχ οἷς ἔδωκε τὰς δωρεὰς περιέγραψεν, οὐδὲ ἐκόρεσε τοῦ διδόντος τὸν πόθον γῆ πᾶσα, καὶ θάλαττα διδομένη· ἀλλ' αὐτουργήσας παράδεισον ἁβροδίαιτον ἐνδιαίτημα τῷ ποθουμένῳ χαρίζεται. Καὶ τί δεῖ καταλέγειν τοῦ παραδείσου τὸ κάλλος; Οὗ φυτουργὸς ὁ Δημιουργὸς, ἐξαιρέτῳ γηπονίῳ γεωργήσας τὸ δῶρον, ἐξαίρετον C οἴκησιν τῷ πλασθέντι χαριζόμενος. Ἔξω τοῦ παραδείσου πλάσας εἰσήγαγεν ἔνδον, ἵνα γένηται κτήτωρ, οὗ μὴ γέγονε μέρος, ἵνα μὴ τῇ συγγενείᾳ τῆς φύσεως, ἀλλὰ τῇ φιλοτιμίᾳ τῆς χάριτος τὸ δῶρον καταλογίζηται. Προσανάβηθί μοι λοιπὸν τὴν σὴν ἀξίαν, Ἀδάμ, καὶ τοῖς τῶν ζώων ὀνόμασι τὴν δεσποτείαν βεβαίωσον· μίμησαι τοῦ Δημιουργοῦ τὴν ἀξίαν· αὐτὸς παράγει τὰς φύσεις (19)· σὺ χαρίζου τὰς

[11] Gen. I, 28.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(16) *Πρὸς ἀκτῖνας χειραγωγούς*. Radios intellige, quibus ad partum educendum juvantur obstetrices, et chirurgi ad id acciti. Quare vocavi *radios manibus agiles*, qui manibus agi possunt. Est enim ἀκτὶν quod extenditur, porrigitur.

(17) *Τὸν ἀέρα τοῖς δώροις προσέγραψε*. Dictum obscurius: afferenda lux a prisco more. M. Tullius lib. III *in Verrem*, de Persarum et Cyrorum regibus: *His autem uxoribus civitates attribuere hoc modo: hæc civitas mulieri in redimiculum præbeat, hæc in collum, hæc in crines.* Quo instituto olim Persa Themistocli Magnesiam attribuit, quæ panem præberet, Lampsacum, unde vinum sumeret; Myuntem, ex qua opsonium haberet, apud Cornelium Nepotem. Eustathius in *Iliados* Λ', scribit regem Persam Themistocli Percopen, et Palæscepsin dedisse, strati nomine, et vestimenti. Nec uxores et amici soli sic belle habiti, sed pecudes, canes, cameli. Herodotus, lib. I, narrat tantam a rege canum Indicorum ali multitudinem, ut ad præbenda iis cibaria quatuor in eadem planitie magni vici attributi fuerint ab aliis tributis immunes. Darius pagum Gaugamela camelo, qui per Scythicas solitudines non sine labore impedimenta regia tulerat, in alimentum attribuit apud Strabonem lib. XV. Sic inquit Basilius: Aerem Deus inscripsit donis, sive dona jussit homini pendere. Quæ dona? virtutes astrorum, imbrem, lumen, volatilia, aspirandi et exspirandi adminicula.

(18) *Ἀγαθότητος ὄμβρος*. Affluentia signatur hac voce, ut χρυσαῖς Pindari ut φάσι.

(19) *Αὐτὸς παράγει τὰς φύσεις*. Ita verti, quod Basilius eorum procreationem et appellationem inter se contendat: tum quod denso apud eum usu *παράγειν* sit creare et producere. Οὐρανὸς, καὶ γῆ παρηγάγοντο, παραγαγὼν ὁ Θεὸς τὸ σῶμα. Τῷ γὰρ ἀνθρώπῳ τὰ δι' ἄνθρωπον παραχθέντα· τὰς τῶν ζώων φύσεις παρήγεν οὐκ οὔσας. Ratio quoque hunc usum astruit. Est enim creare maximus rei ductus ab ejus non esse ad esse. Haurio ex Damasceno lib. II *De fide orthodox.*, cap. 10, qui docens bifariam esse mutationem, et cum ex subjecta materia quid fit, et cum e nihilo res productæ exsistunt, ita effatur: Τροπὴ δέ ἐστι τὸ ἐκ μὴ ὄντων εἰς

κλήσεις. Καὶ ἦν ἰδεῖν ἀπόῤῥητον διὰ τάξεως (20) σύνθημα πρὸς ἅπαντα τὰ ζῶα φερόμενον. Καὶ συνέῤῥει πάντα πρὸς τὸν Ἀδὰμ τῇ παραβάσει (21) τὴν δουλείαν ὁμολογοῦντα. *Ἤγαγε γὰρ*, φησὶν, *ὁ Θεὸς πάντα τὰ θηρία τῆς γῆς, καὶ τὰ πετεινὰ τοῦ οὐρανοῦ πρὸς τὸν Ἀδὰμ, ἰδεῖν τί καλέσῃ αὐτά.* Γενοῦ δημιουργὸς ὀνομάτων, Ἀδὰμ, ἐπειδὴ μὴ κτισμάτων ἰσχύεις· καὶ πλαττέσθω μὲν ὑπ' ἐμοῦ, καλείσθω δὲ παρὰ σοῦ τὰ πλαττόμενα. Μερισώμεθα τῆς δημιουργικῆς σοφίας τὴν δόξαν· ἐμὲ μὲν γνωριζέτω δημιουργὸν τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, σὲ δὲ μανθανέτω δεσπότην τῷ λόγῳ τῆς κλήσεως. Δίδου προσηγορίαν, οἷς ἐγὼ τὴν οὐσίαν· οὐκ ἀνατρέπω τὴν κλῆσιν, οὐκ ἀναπλάττω τὴν χάριν. *Πᾶν γὰρ ὃ ἂν ἐκάλεσεν αὐτὸ ὁ Ἀδὰμ, τοῦτο ὄνομα αὐτῷ.* Οὐκ ἴσχυσεν οὐδὲ παράβασις σαλεῦσαι τὰς κλήσεις, οὐδὲ παρανομία τὰς προσηγορίας ἐσύλησεν. Ἀλλὰ καὶ παρίσταται μὲν λέων ἡμέρως σκιρτῶν, λύκος δὲ μετὰ προβάτων εἰρήνευε (22)· καὶ ὄφις ὑπηβούλευσεν (23). Οὕτω γὰρ ἔχρησεν (24) εἰς ἀταξίαν τῷ διαβόλῳ τὴν γλῶσσαν· οὔπω παρακούσας Θεοῦ, τὸν ἅπαντα τῶν ἀλόγων δῆμον εἶχεν ὑπήκοον. Οὕτω μὲν οὖν ὁ τῶν ἁπάντων Δεσπότης τὰς τῶν ὅλων νομὰς ἀνθρώπῳ παρέδωκεν.

δ'. Ἐν τοσούτοις δὲ θησαυροῖς ὁ Ἀδὰμ ἐνδιαιτώμενος, οὐκ εἶχεν ὅτῳ τὴν εὐφροσύνην ἀνάθηται· οὐκ ἔχων δὲ κοινωνὸν ἀπολαύσεως, ἀτελεστέραν εἶχε τῆς εὐφροσύνης τὴν αἴσθησιν. *Οὐχ εὑρέθη γὰρ*, φησὶν, *ὅμοιος αὐτῷ.* Τῆς γὰρ τῶν ἑτερογενῶν δουλείας ἀπήλαυεν· ὁμογενοῦς δὲ παραμυθίαν ἐν τοῖς ὅλοις οὐχ ἔβλεπεν. Ἀλήτης ἦν ξένος, δεσπότης ἐν μέσῳ τοῦ παραδείσου πλανώμενος, ὁμογενοῦς ἐρημίᾳ στενοχωρούμενος. Τί οὖν ὁ πάνσοφος Δημιουργὸς, ὁ φιλάνθρωπος τεχνίτης τῆς φύσεως; *Οὐ καλὸν εἶναι*, φησὶ, *τὸν ἄνθρωπον μόνον. Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν.* Πάλιν σκέψις, πάλιν βουλὴ, καὶ πάλιν ἄνθρωπος τὸ πλαττόμενον· ἐκεῖ μὲν οὖν

A cum ad Adamum confluerent, accessione ipsa servitudinem fatebantur. Nam *adductis*, inquit, *Deus cuncta terræ animantia, et volatilia cœli, ad Adam, ut videret quid vocaret ea* [12]. Esto, Adam, nominum artifex, quando rerum esse non potes. Formentur a me, nominentur a te quæ procreata; partiamur fictricis hujus solertiæ gloriam; me cognoscant artificem naturæ lege, te dominum intelligant appellationis nomine: inde nomen, quibus ego essentiam: non appellationem everto, non gratiam refingo. *Omne enim, quod vocavit Adam, ipsum est nomen ejus* [13]. Non potuit vel ipsa transgressio nomina labefactare, neque legis violatio appellationes alienare. Verum astat leo blande subsultans, lupus inter oves pacate agebat, et serpens hominis B subjectus erat arbitrio: sic enim factum est ut linguam diabolo commodarit, ad invehendam confusionem. Cum Deo nondum fuisset inobsequens, universam turbam ratione carentium sibi audientem habuit. Sic ergo hujus universitatis Dominator omnium distributionem homini concessit.

4. Verum, in tanta bonorum omnium affluentia agens, Adamus non habebat quicum felicitatem communicaret: carens autem voluptatis suæ consorte, imperfectiori lætitiæ sensu capiebatur: *Non enim*, inquit, *inveniebatur similis ejus* [14]. Cum enim alterius generis haberet servitia, a congeneri natura solatium in universo non videbat. Errabun- C dus erat hospes, dominus in medio paradiso palabundus, desolatione paris societatis afflictabatur. Quid tandem sapientissimus Opifex? quid humanissimus naturæ artifex? *Non est bonum*, inquit, *hominem esse solum. Faciamus ei adjutorium simile sibi* [15]. Iterum deliberatio, iterum consilium, ite-

[12] Gen II, 19. [13] ibid. [14] ibid. 20. [15] ibid. 18.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

τὸ εἶναι παραχθῆναι. Eodem sensu παραγωγὴ solitarie ponitur a Damasceno, *Orat. de transfiguratione Domini*, pro rerum *procreatione*. Plenam locutionem usurparunt Philo, *De vita Moysis*: Μόνος γὰρ πρὸς ἀλήθειαν ὢν καὶ ποιητής ἐστιν ἀψευδῶς, ἐπειδὴ τὰ μὴ ὄντα ἤγαγεν εἰς τὸ εἶναι. *Solus revera ens, solus revera Creator est; nam quæ non erant produxit quo essent*, divi Chrysostomi *Oratione in sanctum Pascha*; Methodius εἰς ἀπάντησιν.

(20) *Διὰ τάξεως, ordinatim.* Possit et junctim διατάξεως scribi, sic: Ἦν ἰδεῖν ἀπόῤῥητον διατάξεως σύνθημα. *Videre erat mandati* (divini) *tesseram*; mandati quo animantes illæ arcano pultu Adamum petere jubebantur.

(21) *Τῇ παραβάσει, accessione.* Nam vocem hanc sibi genuina notione prætermissam a lexicographis. Sed et apud Basilium *prævaricationis* est nota: Οὐκ ἴσχυσεν οὐδὲ παράβασις σαλεῦσαι τὰς κλήσεις. *Prævaricatio non valuit mutare nomina.* Quo in usu τὸ παρά quod perversum significat, et a recto devium. Item cum Aristoteles monstra φύσεως παραβάσεις appellat. Eadem vis est, in παρακούειν, et παρανομία apud Basilium, παραπλὴξ apud alios.

(22) *Λύκος μετὰ προβάτων εἰρήνευε.* Nota sententiam veterem, nec a vero abhorrentem: In *Sibyllinis* lib. III:

Λύκοι τε, καὶ ἄρνες ἐν οὔρεσιν ἄμμιγ' ἔδονται.

Qui ἀμιλλῶνται emovit loco, persuasus syllabæ modulo, consulte fecit: qui reposuit ἄμμις ἔδονται, D quid voluerit sibi, nescio: ego reposuerim ἄμμιγ' ἔδονται, *mistim pascentur*, et in eam sententiam Lactantius interpretatur lib. VII, c. 24. Alii prophetarum loca talia, et Sibyllæ mystice malunt intelligi.

(23) *Καὶ ὄφις ὑπηβούλευσεν.* Indubie locus menda insessus. Nec videor posse corrigere, ἐπεδούλευσεν; dicit enim Basilius ad concordiam lupi cum agno accessisse serpentis obsequelam erga hominem, cui quod obsequi soleret, factam esse, ut ejus linguam diabolus sit mutuatus ad perniciem homini creandam. Rescribo igitur ὑπὸ βούλησιν ἦν. *Voluntati subjectus erat.* Æque eleganter *oratione de Josepho* utitur ea præpositione: Λαβὼν γὰρ ὑπὸ χεῖρα τοὺς ἀδικήσαντας· *Nam cum injurii venissent in Josephi potestatem.* Aristoteles *Ethicorum*, I: Ὅσαι δ' εἰσὶ τῶν τοιούτων ὑπὸ μίαν τινὰ ἀρετήν. Sic ὑπὸ χεῖρα et ὑπὸ βασιλέα apud Photium.

(24) *Οὕτω γὰρ ἔχρησεν.* Οὕτω, id est, ex occasione subjectionis illius: non probo rescribi οὔπω.

rum homo, quod formabatur. Illic dicebat: *Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram* [16]; hic quoque: *Faciamus ei adjutorium simile sibi.* Haud dissimilia consilia: etenim quæ formabantur, generis ejusdem erant: figuræ similes, quia, pari in pretio, quæ 9 fiebant. Iterum igitur deliberatio, ut quod formabatur, in honore esset; æquali cum dignitate hominem efformemus, ac figuremus, æqualem gloria cum eo conjugemus, ne sit honore defectior muliercula, neve genere notho dedecoret opera. Æqua namque profecto viris et mulieribus est pietatis ratio, et par virtutis consectandæ stadium alteri cum altero apertum est. Nec enim generis discretione fides utitur. Sic Paulus definite asserit: *Neque vir sine muliere in Domino, neque mulier sine viro* [17], cum naturæ differentiam virtutis cursus nesciat. Scit in fidei certamine femineum genus viriliter agere, scit in pietatis certamine coronam rapere: quorum enim parem molitus est Deus formationem, ii se in cursura relinqui turpe ducunt. Vide mihi Paulum terræ habitabilis stadia percurrentem, et cursu pro fide suscepto mundi angustias demonstrantem, mulieres adhortantem, et earum cursum suspicientem: *Evodiam rogo, et Syntychen deprecor, et tu, germane compar, adjuva illas, quæ mecum laboraverunt in Evangelio cum Clemente, et cæteris adjutoribus meis* [18]. Vides femineum sexum tangi Paulini cursus æmulatione? Vides apostolicos sudores in mundi stadio imitatione exprimere? *Faciamus ei adjutorium simile sibi.* Prorsus illud agnoscis: *Faciamus.* Iterum latius explicata vox divinitatis hypostases innuit, Trinitatis notionem

A ἔλεγε· *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*· ἐνταῦθα δὲ πάλιν· *Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν.* Ὅμοια τὰ βουλεύματα· καὶ γὰρ ὁμογενῆ τὰ πλαττόμενα· ὅμοια τὰ σχήματα· καὶ γὰρ ὁμότιμα τὰ γενόμενα. Πάλιν οὖν σκέψις, ἵνα τιμηθῇ τὸ πλαττόμενον. Ἰσότιμον διαπλάσωμεν ἄνθρωπον (25), ἴσην αὐτῷ κατὰ τὴν δόξαν συζεύξωμεν, μὴ λειπέσθω κατὰ τὴν ὁμοτιμίαν τὸ γύναιον, ἵνα μὴ νόθῳ γένει καθυβρίζῃ τὰ γινόμενα· ἴσος γὰρ ἀληθῶς ἀνδράσι καὶ γυναιξὶ τῆς εὐσεβείας ὁ λογισμὸς, καὶ ἴσον ἐν ἀλλήλοις τῆς ἀρετῆς τὸ στάδιον ἥπλωται. Οὐ γὰρ διακρίνει τὸ γένος ἡ πίστις. Οὕτως ὁ Παῦλος διορίζεται λέγων· *Οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικὸς* (26) *ἐν Κυρίῳ, οὔτε γυνὴ χωρὶς ἀνδρός*· φύσεως γὰρ διαφορὰν, ἀρετῆς δρόμος οὐκ B ἐπίσταται. Οἶδε καὶ τὸ θῆλυ γένος ἐν τοῖς ἀγῶσι τῆς πίστεως ἀνδρίζεσθαι· οἶδεν ἐν εὐσεβείας σκάμματι (27) ἁρπάζειν τὸν στέφανον· ὧν γὰρ τὴν πλάσιν ὁμοίαν ἐτεκτήνατο, τούτους κατὰ τὸν δρόμον αἰσχύνεται λείπεσθαι (28). Ὅρα μοι καὶ Παῦλον τὸν τὴν οἰκουμένην σταδιεύσαντα, καὶ τῷ περὶ πίστεως δρόμῳ τὸν κόσμον μικρὸν ἀποφήναντα (29), γυναῖκας παρακαλοῦντα, καὶ τὸν δρόμον θαυμάζοντα· *Εὐωδίαν παρακαλῶ, καὶ Συντύχην παρακαλῶ· καὶ σὺ, γνήσιε σύζυγε, συλλαμβάνου αὐταῖς, αἵτινες ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ συνήθλησάν μοι, μετὰ καὶ Κλήμεντος, καὶ τῶν λοιπῶν συνεργῶν μου.* Ὁρᾷς καὶ τὸ θῆλυ γένος ἐν τοῖς Παύλου δρόμοις φιλόνεικον, καὶ τοὺς ἀποστολικοὺς ἱδρῶτας ἐν τῷ σταδίῳ τῆς C οἰκουμένης μιμούμενον; *Ποιήσωμεν αὐτῷ βοηθὸν κατ' αὐτόν.* Γνωρίζεις πάντως καὶ τό· *Ποιήσωμεν*· Πάλιν ἡ λέξις πλατυνομένη, τὰς τῆς θεότητος ὑποστάσεις αἰνίττεται (30), τὴν τῆς Τριάδος γνῶσιν

[16] Gen. I, 26. [17] I Cor. XI, 11. [18] Philipp. IV, 2.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(25) *Διαπλάσωμεν ἄνθρωπον.* Illud διά mirifice lineamentorum ductus exprimit, ac minus quam proprie tali in re usurpatur: quasi ab unius partis aut membri formatione ad alterius operam se transferat artifex: etsi perfecto modo Deus operetur: pari efficacitate διάπλασιν extulit de Eva: Ἐννοοῦσα γὰρ τόπον τῆς διαπλάσεως. *Cum perpenderet ipsa locum, unde esset efficta.* Pisidas similiter de visceribus Conopis occulto quodam artificio compositis:

Καὶ τὰς ἀδήλους τῶν ἔσω διαπλάσεις.
Et abditas intus figuras viscerum.

Apud Suidam ἄρτων διάπλασιν legimus. Apud Propertium:

Corpora disponens animum non vidit in arte.

Item infra διεσθίειν est *cibum frustillatim discerpendo edere.*

(26) *Οὔτε ἀνὴρ χωρὶς γυναικός.* Hoc Scripturæ loco otiose Crispinus verborum vertit ordinem. Velim insimul hæreticos hanc Basilii interpretationem animadvertere, ne contra cælibatum eam intorqueant, ne cœlo obstrepent.

(27) *Ἐν εὐσεβείας σκάμματι.* Secutus sum Hesychium: Σκάμματα, ἀγῶνες, στάδια. Græca tamen vox amica Tertulliano.

(28) *Αἰσχύνεται λείπεσθαι.* Juxta illud Horatii:

. . . . *Mihi turpe relinqui.*

Tales ab Isocrate *Panathenaico* dicuntur ἀπολελοιπότες, quod sic elucidat Harpocration: Ἀπολελοιπότες, ἀντὶ τοῦ, νενικηκότες. Ἡ μεταφορὰ ἀπὸ τῶν δρομέων· οἱ γὰρ νικῶντες ἀπολείπουσι τοὺς ἡττωμένους, id est, ἀπολελοιπότες pro victores. Metaphora a cursoribus: nam qui cursu vincunt victos relinquunt. Photius cap. 242, οὐδὲν τῶν ζώντων εἰς ἀγῶνα ἀπολειπόμενοι.

(29) *Τὸν κόσμον μικρὸν ἀποφήναντα.* Easdem D mundi angustias molestas fuisse Macedoni queritur Juvenalis:

Unus Pellæo juveni non sufficit orbis;
Æstuat infelix audito limite mundi,
Ut clausus Tyaræ scopulis, parvaque Seripho.

(30) *Ἡ λέξις πλατυνομένη, τὰς τῆς θεότητος ὑποστάσεις αἰνίττεται. Vox ampliata* (sive numero plurativo elata) *divinitatis hypostases innuit.* Epiphan. lib. I *Contra hæreses* eadem in sententia: Ὁ μὴ ἀπὸ γάμου ὁρμώμενος, ἀλλ' ἐν χειρὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος πεπλασμένος, κατὰ τὸ γεγραμμένον ὑπ' αὐτοῦ τοῦ ἁγίου Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν, ὅτι *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. Qui non per nuptias ortus est, sed in manu Patris, et Filii, et Spiritus sancti formatus, juxta quod ipse sanctus Pater Filio præscripsit: « Faciamus hominem ad imaginem, et similitudinem nostram. »* Complures veterum idem senserunt: etsi quidam hodie refragentur. Aiunt

ὑποδεχομένη. Γενέσθω τοίνυν σύγχρονος ἡ γνῶσις A τῇ πλάσει, καὶ μὴ ξενιζέσθω διδασκομένη ὕστερον, ὧν ἐν τῇ ποιήσει τὴν μνήμην ἐδέξατο. *Καὶ ἔλαβε*, φησὶν, *ὁ Θεὸς μίαν τῶν πλευρῶν αὐτοῦ, καὶ ᾠκοδόμησε τὴν πλευρὰν* (31), *ἣν ἔλαβεν, εἰς γυναῖκα*. Τίνος οὖν χάριν, εἰπέ μοι, μετὰ τὸν Ἀδὰμ ἡ γυνὴ, καὶ οὐ σὺν τῷ Ἀδὰμ διαπλάττεται, καὶ οὐχ ἰσόχρονον ἐπ' ἀμφοτέρων τὸ δημιούργημα; Ἀλλ' ἐπὶ μὲν τῶν ἄλλων ἁπάντων ἤρκεσε μία φωνὴ παραστῆσαι τὰς φύσεις, καὶ μὴ μετρῆσαι (31*) τὰ γένη, ὅτε τῷ ἄῤῥενι τὸ θῆλυ συνεπλάττετο· μόνος δὲ ὁ Ἀδὰμ τοῦ θήλεος ἔρημος, καὶ διίστησι τὴν πλάσιν ἡ τάξις, καὶ οὐδὲ ἐκ τῆς γῆς ἐκκαλεῖται τὰ σώματα, οὐδ' ἄμφω μητέρα τὴν γῆν ἐπιγράφεται (32)· ἀλλ' ὁ μὲν ἀπήρτιστο (33), ἡ δὲ οὐδὲ ἤρξατο· διότι ἐπ' ὄψεσι βούλεται τοῦ Ἀδὰμ δημιουργῆσαι ὁ Θεὸς, καὶ τῆς δημιουργικῆς αὐτοῦ B τέχνης θεωρὸν τὴν οἰκείαν εἰκόνα γενέσθαι ποθεῖ. Οὔπω γὰρ ὁ Ἀδὰμ εἶδε Θεὸν δημιουργήσαντα. « *Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν* » ἀλλ' ὁ Ἀδὰμ οὐχ ἑώρα ποιοῦντα, μεταγενεστέραν τῆς οὐρανοῦ γενήσεως τὴν πλάσιν δεξάμενος. Περιέτεινε τὸ στερέωμα, ἀνῆψε τοῦ φωτὸς τοὺς λαμπτῆρας, ζώων τὰς ἀγέλας ἐκ τῆς γῆς βλαστῆσαι παρεσκεύασεν· ἀλλὰ πρεσβύτερα τῆς τούτου θέας ἐκεῖνα· αὐτὸς ἐν τῷ πλάττεσθαι, τοῦ πλάττοντος τὴν αἴσθησιν οὐκ ἐδέξατο. Πῶς οὖν μάθῃ (34) ποιητὴν, ὃν οὐκ οἶδε ποιοῦντα; πῶς ἐπιγνῷ κτίστην, ὃν οὐκ ἐθεάσατο κτίζοντα; Διὰ τοῦτο ἐπ' ὄψεσιν αὐτοῦ κατασκευάζει τὸ θῆλυ, καὶ θεατὴν τῆς ὁμοίας αὐτὸν ἀπεργάζεται φύσεως· ἵν' ἐν ἐκείνῃ τὰ καθ' ἑαυτὸν ἐνοπτριζόμενος, ἐξ ὧν ἔβλεπεν, ὅπερ οὐκ εἶδε, διδάσκηται. *Καὶ ἔλα-* C

complexa. Fuerit igitur ea cognitio creationi coæva, neque, cum docetur, ut peregrina deinceps recipiatur ab hominibus, quorum in procreatione de illa mentio fuit. *Tulit Deus*, inquit, *unam de costis ejus, et ædificavit costam, quam tulerat, in mulierem* [19]. Cur igitur, inque, post Adamum mulier, et non cum Adamo efformatur? cur non æquævum utriusque opificium? At in aliis omnibus suffecit vox una ad naturas repræsentandas, et ad sexum dimetiendum, quando una conformabantur masculus et femina: Adam vero solus femina destitutus est. Et formandi rationem dispescit conditionis ordo, neque vero ex solo corpora excitantur, neutra quoque terram inscribunt matrem. Verum hic perfecte absolutus erat, cum illa necdum orta. Quare in Adami conspectu vult illam Deus fingere, et fictricis artis suæ spectatricem **10** desiderat propriam imaginem. Nondum enim Deum Adamus quidquam fabricantem viderat. *Creavit Deus cœlum et terram* [20]. Sed Adamus non viderat creantem, qui cœli molitione serius ipse fuit perfectus. Porrexit ambitum firmamenti, luminosas faces accendit, animantium greges e solo fruticari fecit: verum hæc prius fuerunt quam ab Adamo spectarentur; ipse, cum fierent, nullo sensu facientem percepit. Quomodo igitur auctorem condisceret, qui facientem non vidit? Quomodo Creatorem cognosceret, qui creantem non spectavit? Eapropter ipsius ante oculos feminam exstruxit, et similis naturæ spectatorem facit, ut in illa quæ circa se sunt, velut in speculo contemplatus, ex visis discat invisa. *Et tulit Deus*

[19] Gen. II, 22. [20] Gen. I, 1.

CL. DAUSQUEII NOTÆ,

Hebræis in more esse τό אלהים verbo jungere singulari. Quid si ideo jungunt, quia trium personarum una est natura, una essentia? Sed et cum angeli intelliguntur, quid si fit ut uniformis sit dictio?

(31) *Ὠκοδόμησε τὴν πλευράν*. Hoc est, costam exaggeravit, et amplificavit. Plautus *Trinummo* dixit:

Qui ædificaret suam inchoatam ignaviam,

sive augeret. Livius referente Macrobio lib. VI, c. 1, *Saturn.*:

. . . . *Ædificavit nomen*.

Nec mirum id verbi ad corporis humani fabrefactionem accommodari, cum veteres corpus animæ domicilium dixerint et ædes. Misso Platone, et sacris scriptoribus, Apuleius in *Apologia*: *Ut in eo* (puero) *divina potestas tanquam bonis ædibus diversetur*. Et sine ullo adjecto Plautus *Milite* Sceledrum hæc loqui facit:

Hoccine si miles sciat?
Credo hercle has sustollat ædes totas, atque hinc in [*crucem*.

Ubi semet ille loquitur. Apollonii scholiastes δομὴν explicat quodam loco, τὴν τοῦ σώματος σύστασιν, καὶ χροιὰν, *corporis compositionem et colorem*. Persius, sat. 5:

Excutienda domus præcordia, quantaque nostræ
Pars tua sit, Cornute, animæ.

II ad Cor. cap. V, v. 1, οἰκίαν τοῦ σκήνους vocat humanum corpus Apostolus.

(31*) *Καὶ μὴ μετρῆσαι*. Extero μὴ, exterit et Jamotius exacti judicii vir.

(32) *Μητέρα τὴν γῆν ἐπιγράφεται*. Vertens respiciebam illud Silii libro decimo:

Adversis etenim fraudi non esse virorum
Qui Martem inscribant genti.

Qui ad Martem genus suum referant. Sic illud est non ambos e terra natos, aut extractos esse Dei D jussu; supra: Τοῖς ἐκεῖ δήμοις ἐγγράφουσα.

(33) *Ἀπήρτιστο*, *perfecte absolutus*, aut *absolute perfectus*. Nec enim præpositio perfectionis auctarium importat. *Oratione* 1 *de Lazaro* cum apostoli ab itinere Christum averterent proposita lapidatione, audiunt οὔπω ἀπηρτισμένοι, *nondum perfecti admodum*. Damascenus, *de Christi transfiguratione*: Καὶ ἓξ μὲν ὡς πρῶτος ἀριθμὸς καὶ τέλειος παραλαμβάνεται· ἐκ γὰρ τῶν οἰκείων μερῶν ἀπαρτίζεται, id est, *perfecte integratur*. Dionysius Halicarnasseus, pag. 57, ita cepit ἀπηρτισμένως. Ἀπό in aliis eadem vi pollet: apud Pisidam λίθοι ἀπόσκληροι, *lapides eduri*. Passim in Novo Testamento ἀπολύτρωσις *perfectam plenissimamque redemptionem* significat.

(34) *Πῶς οὖν μάθῃ*. Argumentum populare. Aut si voles τὸ μαθεῖν ad cognitionem referes, quæ sensuum subsidio comparatur; ad cognitionem faciliorem, et certiorem, quali Adamum instructum fuisse decuit.

unam de costis ejus, et ædificavit costam, quam tulerat, in mulierem [21], et fictam monstravit, et sponsam dedit e latere. Quam ob causam non una voce utrumque, ut erumperent in lucem, invitavit, sed formationi certum temporis intervallum præfinivit, id Adami cognitioni tribuens, quo naturam parem, cum fiebat, contemplatus, ipsum utriusque artificem disceret. Neque vero ex terra, sed ex latere membrum mutuatur : partitur corpus, ut mentem coaptet, et natura una dissipatur arte formantis, ut una mens construatur ad imitationem naturæ. Contemplatus igitur Adamus inopinatam membri sui amplificationem, item exemptum esse membrum, ac deinde animatum præ ingenti gaudio exclamavit : *Hoc nunc os ex ossibus meis, et caro de carne mea* [22]. Agnosco membrum, donum amplector, vertit in desiderium, quod costæ accidit : *Hoc nunc os ex ossibus meis.* Hoc quod nunc vere intueor, non illa priora, quæ cum in mea essent potestate, eorum ego visionem minime desiderabam, sed hoc, quod me modo videt : cumque desiderio videtur, sistit errantem visionem mulieris hujus deformatio. In tanta animantium turba una quæ mecum natura esset, non aspiciebam, in tanta multitudine desolationem querebar, in tanta rerum ubertate velut in terris solis commorabar : tamen a membro abjunctus philtro vincior : loco sejunctum est, et desiderio conjunctum. Qui distulit corpora, animas nostras in unum contulit. **11** Quomodo alienam reputabo, quæ non extrinsecus, sed a me cepit originem? quomodo igitur non iterum erimus una caro naturæ vi conglutinata, qui antea cohærentes fuimus? *Et ædificavit Deus costam, quam tulerat, in mulierem.* Concordiæ, et continentiæ magistra talis molitio. Uni viro unicam associans uxorem continentiæ subindicat legem. De latere vero mulierem desponsans, jubet a viro mulierem foveri ac tegi : fovetur enim simul ac tegitur a manu subjecta costa. Mulieris quoque subjectionem silentio testatam facit. Illa enim cogitans, quo ex loco sit effecta, voluntatem ad obsequelam flectat, ut costa coaptetur, illiusque vicem foveatur. Ejusmodi conditionis ratio tacita quædam admonitio est. Sequamur igitur Conditoris voluntatem, revereamur naturæ Dominum, libidinis vias aversati. Ne crea-

C 2. *Adam cognovit uxorem suam Evam, quæ concepit, et peperit Cain*[63]. Et vero quis nescit ut anteverterint partum nuptiæ creaturarum procreatrices? Quippe postquam Adamus de pulvere conformatus est, et terra ad hominis naturam detornata, postquam latus Evam edidit, et in unum egit non naturæ lex, sed facultas jubente Deo accepta, legum naturæ Moyses agit interpretem, ne Adami atque Evæ originem generationi assimilem esse arbitreris. Deus quidem imperat, natura vero ope-

[61] Hebr. XII, 24. [62] Gen. III, 19. [63] Gen. IV, 1.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(58) *Θανάτου πύλας*. Haustum e vatis ter maximi fontibus:

Ἐχθρὸς γάρ μοι κεῖνος ὁμῶς Ἀΐδαο πύλῃσι.

Habes et νερτέρων πύλας in Euripidis *Hippolyto*. Sic locutus Theocritus, Dio Lucretius, alii. Forte de psalmo IX, id expressum D. Basilio ut etiam paulo post ἐν θανάτου προθύροις, cui adsimile illud Senecæ *Hippolyto*:

Deformis senii limina transeat.

(59) *Ἐν τοῖς τοῦ θανάτου προθύροις τὸ τῆς ἀναστάσεως ἀναγινώσκεται γράμμα*. Ductum e veteri consuetudine, qua orationum argumenta vel consultationum, vel res agenda tabulis inscripta exponebatur, sive *proponebatur*. Unde *propositum dicendi, aut faciendi* quidpiam natum puto. Notatum id Ulpiano in Demosthenem: Ἐπειδήπερ σανίδας τινὰς ἐνέγραφον ἐχούσας τὸ πρᾶγμα, περὶ οὗ ἡ σκέψις, καὶ περὶ οὗ συνεληλύθασι καὶ προετίθεσαν τῆς ἐκκλησίας, ἵνα γνῶσι πάντες περὶ τίνος ἐστὶν ἡ D ἐκκλησία. *Nam asserculos quosdam inscribebant, qui negotium haberent, super quo deliberare venissent in comitium, et proponebant ante comitium, ut intelligerent omnes super qua re conventus ageretur.* Lampridius, *De Alex. Severo*: *Itinerum a. Dies publice proponebantur, ita ut edictum penderet ante menses duos, in quo scriptum esset: Illa die, illa hora ab urbe sum exiturus.* Ex his quid sit edictum Assueri, seu potius Amani pependisse in Susan Hesteris, cap. 3, obscurum esse non potest. Si quis Basilium respexisse putet morem alterum leges in axibus figendi et proponendi, non pugnabo.

(60) *Σάρκα γὰρ ἀναμάρτητον*. Ut orationis negligentia sentibus obsævit theologiæ campos: ita nimia verborum religio labem intulit. Verti carnem *impeccabilem* ex Gellio lib. XVII, cap. 19. Sunt etiam nonnulla quæ sine auctore posui imperante necessitate, et veritatis studio; sed pauca, et theologis trita. Turpe, turpe est ex campo veritatis ac veræ scientiæ ad verborum angustias revocari.

ram suam conferens accedit. *Cognovit Adam uxorem suam Evam, quæ concepit, et peperit Cain.* Restant venter, et conceptio, et dolor, et fetus, lata popularisque naturæ via, ac stata geniture humanæ satio. Hinc exorsa est natura spicas rationabiles germinare. *Concepit et peperit*, non ex terra, non ex costa, sed ex alvo germen prodiit. Hoc parentes attonitos reddit. Vidit Eva spectaculum inopinabile, naturam numero propagatam, et partita corpora, remque miram promulgans creatorem contestatur: *Possedi hominem per Deum* [44]. Re Deo ascripta, operis auctorem agnoscit. Et recte; *Per Deum* creatorem eum, qui finxerat, non administrum proclamans. Tu, Ari, Evam reverere, et syllabis cum Filio Dei velitari desine: reverere communem hominum matrem, voce Creatorem suspicientem, non contumeliam irrogantem. Desine Caini sacrificium, dum laudes occinis, imitari: quibus enim sacrificium offers, conviciis Deum collaudatum insectaris; quibus honorem habere te simulas, dignitate spolias. Caini exemplo Creatori honorem affers sine honore. Deum confiteris, et creaturam facis, ac mox iterum hominem fuisse clamas, ex creatura in creaturam Creatorem transformans, et originem origine dictitas excipi, audiensque quod, cum carnem cepisset, animatam œconomiam **22** generis humani perfecerit, ad naturam conceptionem refers, et Christi apparitionem summa cum impietate ejus interpretaris essentiam. Sed Eva non ita, verum: *Possedi hominem per Deum.* Novi, inquit, meam divini mandati transgressionem, novi a paradiso excidisse me. Iis quæ pertuli, docta sum. Agnosco punitorem, excepi pœnam, quæ ut magistra me ab errore vindicet. Seductionis pericula sufficiunt, alteras insidias non admitto.

3. *Quæ concepit, et peperit Cain.* Primus partus est, qui primus naturæ fuit infestus; qui primus aperuit partioni cursum, primus morti portas patefecit; qui naturæ munere primus ad vitam venit, et primus vitio voluntatis in cædem ruit. Partum hunc Abelus excipit, ille quidem natura germanus, non voluntate. Aperuit enim discrimen animorum sacrificatio: hic enim per eam sui, ille Dei cognitus est amator. Siquidem Cainus sacrificationem mulctæ loco ducens rejectaneis sacrificiis honorem detulit honorato, adulterata mente cauponans pretium. Abelus vero longe aliter; qui cum donum totus

ὑπηρετοῦσα μετέρχεται. *Ἔγνω δὲ Ἀδὰμ Εὔαν τὴν γυναῖκα αὐτοῦ, καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε Κάϊν.* Γαστὴρ λοιπὸν, καὶ σύλληψις, καὶ ὠδῖνες, καὶ τόκοι, ἡ πλατεῖα λεωφόρος τῆς φύσεως, ἡ ἔννομος γεωργία τῆς τῶν ἀνθρώπων γενέσεως. Ἐντεῦθεν ἤρξατο τοὺς λογικοὺς στάχυας βλαστάνειν ἡ φύσις (61). *Συλλαβοῦσα ἔτεκεν*, οὐκ ἐκ χοὸς, οὐκ ἐκ πλευρᾶς, ἀλλ' ἐκ γαστρὸς ἀνεβλάστησε. Τοῦτο πρὸς ἔκπληξιν τοὺς τεκόντας ἐκίνησεν. Εἶδεν ἡ Εὔα θέαν παράδοξον, φύσιν ἀριθμῷ πλατυνομένην, καὶ μεριζόμενα σώματα, καὶ τὸ θαῦμα κηρύττουσα τὸν δημιουργοῦντα μαρτύρεται· *Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ.* Ὁμολογεῖ τὸν πλαστουργὸν, Θεῷ τὸ ἔργον προσφέρουσα. Καλῶς καὶ, *διὰ τοῦ Θεοῦ*, οὐχ ὑπουργὸν, ἀλλὰ δημιουργὸν τὸν πλάστην κηρύττουσα. Αἰσχύνθητι τὴν Εὔαν, Ἄρειε, καὶ παῦσαι τῷ Υἱῷ τοῦ Θεοῦ διὰ συλλαβῆς πολεμῶν· αἰδέσθητι τὴν κοινὴν τῶν ἀνθρώπων μητέρα, θαυμάζουσαν τὸν Δημιουργὸν διὰ τῆς φωνῆς, οὐχ ὑβρίζουσαν· παῦσαι τὴν τοῦ Κάϊν θυσίαν ἐν τῇ δοξολογίᾳ μιμούμενος. Δι' ὧν γὰρ προσφέρεις τὸν ὕμνον, βλασφημεῖς τὸν ὑμνούμενον· δι' ὧν τιμᾷν προσποιῇ, τὴν ἀξίαν ληστεύεις. Ἄτιμον ὡς Κάϊν τῷ Δημιουργῷ τὴν τιμὴν προσκομίζεις. Θεὸν ὁμολογεῖς, καὶ κτίσμα ποιεῖς, καὶ μετὰ μικρὸν πάλιν ἄνθρωπον γεγονέναι κηρύττεις, ἐκ κτίσματος εἰς κτίσμα μεταπλάττων τὸν κτίσαντα, καὶ γένεσιν γενέσεως ἀποτίκτεις διάδοχον· καὶ ἀκούσας ὅτι σάρκα λαβὼν ἐμψυχωμένην, τὴν ὑπὲρ ἡμῶν οἰκονομίαν εἰργάσατο, πρὸς φύσιν τὴν σύλληψιν οἰηθεὶς, τὴν φανέρωσιν εἰς συμπλήρωσιν τῆς ἀσεβείας οὐσίαν ἐκλογιζόμενος (62). Ἀλλ' οὐχ οὕτως ἡ Εὔα, ἀλλ', *Ἐκτησάμην ἄνθρωπον διὰ τοῦ Θεοῦ.* Οἶδά μου, φησὶ, τῆς θείας ἐντολῆς τὴν παράβασιν· οἶδα τοῦ παραδείσου τὴν ἔκπτωσιν. Ἐπαιδεύθην οἷς ἔπαθον. Ὁμολογῶ τὸν τιμήσαντα, ἐδεξάμην τὴν τιμωρίαν ἀσφαλείας διδάσκαλον. Ἀρκεῖ τῆς ἀπάτης ὁ κίνδυνος, δευτέραν ἐπιβουλὴν οὐ προσδέχομαι.

γʹ. *Καὶ συλλαβοῦσα ἔτεκε τὸν Κάϊν.* Ἐτέχθη πρῶτος, ὁ πρῶτος τῇ φύσει πολέμιος· ὁ πρῶτος ἀνοίξας τῷ τόκῳ τὸν δρόμον, πρῶτος ἠνέῳξε τῷ θανάτῳ τὰς πύλας· πρῶτος εἰς βίον δραμὼν τῷ νόμῳ τῆς φύσεως, καὶ πρῶτος εἰς φόνον ἐλθὼν τῇ κακίᾳ τῆς προαιρέσεως. Διαδέχεται τὸν τόκον ὁ Ἄβελ, ἀδελφὸς μὲν τὴν φύσιν, οὐκ ἀδελφὸς τὴν προαίρεσιν. Ἔδειξε γὰρ ἡ θυσία τὸ τῆς γνώμης διάφορον. Ὁ μὲν γὰρ φίλαυτος, ὁ δὲ φιλόθεος δι' αὐτῆς ἐγνωρίζετο. Κάϊν μὲν γὰρ τὴν θυσίαν ζημίαν ἡγούμενος, ἐκ τῶν ἀδοκίμων τὴν τιμὴν τῷ τιμωμένῳ προσεκόμιζε, νενοθευμένῃ γνώμῃ τὴν τιμὴν καπηλεύων. Ὁ δὲ

[44] Gen. IV, 1.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(61) *Ἐντεῦθεν ἤρξατο τοὺς λογικοὺς στάχυας βλαστάνειν ἡ φύσις.* Uberrimum proventum hominum hoc loquendi genus convolvit, quod Euripidi acceptum refero *Phœnissis*:

Γῆν, ἣ καθ' ἡμῖν χρυσοπήληκα στάχυν
Σπαρτῶν ἀνῆκεν. . . .

Quæ terra nobis credidit Spartas novam
Messem aureis galeis micantem. . .

(62) *Ἐκλογιζόμενος.* Ἐκ significat animi progressionem ex Christi manifestatione ad ejus naturam.

Ἄβελ οὐχ οὕτως· ὅλος δὲ τοῦ δώρου γενόμενος (63), εἰλικρινεῖ διανοίᾳ θεραπεύει τὸν κρείττονα, καὶ τὸν τῆς ποίμνης δοτῆρα, τοῖς τῆς ποίμνης ἐξαιρέτοις ἐτίμα, τῆς γνώμης τὴν ἀρετὴν συνάπτων τοῖς δώροις, καὶ αὐτὴν τὴν ψυχὴν συμπροσφέρων τῷ δεχομένῳ. Ταύτην ἑκατέρων ὁ συγγραφεὺς ὡς ἐπὶ τρυτάνης τῆς ἱστορίας ζυγοστατῶν τὴν προαίρεσιν, ἔλεγεν· *Ἤνεγκε Κάϊν ἀπὸ τῶν καρπῶν θυσίαν τῷ Θεῷ.* Ἄκαρπος γνώμη καρποὺς προσφέρει Θεῷ· ἡ ἄψυχος καρποφορεῖ, καὶ ὁ Κάϊν εὐγνωμονεῖ ἀκάρπῳ ψυχῇ· διὰ τοῦτο ἄδεκτος ἡ τιμή. Ἐπίσχες θυσίαν ἀσεβείᾳ συνεζευγμένην. *Καὶ Ἄβελ ἤνεγκε καὶ αὐτὸς ἀπὸ τῶν πρωτοτόκων*, ἐν οἷς ἡ φύσις ἠρίστευσεν, ἐν τούτοις ἡ γνώμη θαυμάζεται. Ἀκόλουθον οὖν ἑκατέροις τὸ τέλος. *Ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ.* Ὁρῶν τὸν προσφέροντα, τότε [τὸ] προσφερόμενον δέχεται· πρῶτον τὴν γνώμην, καὶ τότε τὴν δόσιν προσίεται. *Ἐπὶ δὲ Κάϊν, καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχεν·* ὁρῶν τὸν τρόπον, τὴν θυσίαν βδελύττεται· πρῶτον ὁρᾷ τὴν προσφέρουσαν χεῖρα (64). Διὰ τοῦτο τὰ μὲν τοῦ Ἄβελ, δῶρα καλεῖ, τὰ δὲ τοῦ Κάϊν, θυσίαν ἐπονομάζει· ἃ γὰρ μισεῖ Θεὸς, θυσίαν ἐκάλεσεν, ἀδοκίμῳ προσηγορίᾳ τὴν θυσίαν ἀποστρεφόμενος (65)· ἃ δὲ προσίεται Θεὸς, ταῦτα κέκληκε δῶρα. Ἐνήλλαξε τὴν κλῆσιν παρὰ τὴν φύσιν, συνεξαλλάττων περὶ αὐτὰ τὴν τοῦ δεχομένου διάθεσιν. *Ἀλλ' ἐλύπησε τὸν Κάϊν λίαν.* Εἴθε μετανοίας ἦν, καὶ μὴ μιαιφονίας ἡ λύπη! Προσήνεγκε τῆς μετανοίας ὁ Κάϊν τὴν λύπην, τῆς προλαβούσης θυσίαν προτιμωτέραν. Δέχεται γὰρ ὁ Θεὸς τὸ δῶρον τὴν τῆς γνώμης κατάγνωσιν. Ἀλλ' ὁ φθόνος ἦν ὁ τῆς λύπης πατὴρ, καὶ θυμὸς τὰ τοῦ φόνου προοίμια. Πραΰνεται τοίνυν δι' ἑαυτοῦ τὰ τῆς λύπης Θεὸς, κατὰ τοὺς τῶν ἰατρῶν φιλανθρώπους, οἳ καὶ ἀπογνόντες πολλάκις τὸ πάθος, οὐκ ἀπογινώσκουσι τὰ φάρμακα. Καὶ φωνῆς μεταδίδωσι, καὶ λόγον χαρίζεται, καὶ σύμβουλος γίνεται. *Ἵνα τί περίλυπος ἐγένου, Κάϊν; καὶ ἵνα τί συνέπεσε τὸ πρόσωπόν σου;* Οὐκ ἠμυνάμην σε, φησὶν, ἀτιμάσαντα, οὐδὲ πυρὶ τὸν ὑβριστὴν κατηνάλωσα. Πρὸς σὲ ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ (66), σοὶ δέδωκα τῶν σῶν δωρεῶν τὴν ἀπόλαυσιν. Ἀρκεῖ σοι πρὸς ἐπιστροφὴν, ἡ τῆς θυσίας ἀποστροφή. Τρύφα ταῖς σαυτοῦ δωρεαῖς. Ἀτιμάζουσαν θυσίαν οὐ δέχομαι. Μηκέτι τὴν

spectaret, animo sincero Deum colit meliorem, et gregis datorem lectiori gregis portione honorabat, animi virtutem cum donis copulans, unaque animum ipsum offerens accipienti Deo. Hoc animi utriusque propositum conscriptor Moyses velut in historiæ trutina librans dicebat : *Obtulit Cain de fructibus munera Domino*[45]. Infructuosus animus fructus apportat Deo, carens anima fructus offert Deo, et Caino pulchre cum infructuosa anima convenit : quare honor a Deo admitti non potest. Differ sacrificium cum impietate conjunctum. *Abel quoque obtulit de primogenitis*[46], in quibus natura optima commendabatur, animus spectatus est. Eventus igitur utrique congruens fuit : *Et respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus*[47]. Dona offerentem conspicatus, oblata quoque amplectitur. Primum animum, deinde donationem admittit. *Ad Cain autem, et ad munera illius non respexit*[48]. Animadversis moribus sacra hæc exsecratur. Primum spectat........ eam, quæ offert manum. Quocirca quæ Abelus dona comportat, *dona* nominat; quæ Cainus, *hostiam* appellat, **23** improba ista appellatione hostiam aversatus : quæ vero admittit, dona solet indigitare. Mutavit Scriptura nomen præter naturam et indolem rei, acceptantes quoque circa ipsa demutans. *Iratusque est Cain vehementer*[49]. Utinam pœnitentiæ, non parricidii dolor fuisset! Quippe tunc obtulisset Cain dolorem pœnitentiæ, qui pretio superasset antecedens sacrificium : doni namque loco retractationem consilii Deus admittit. Sed erat invidentia tristitiæ parens, et animositas quædam cædis præmia. Mitigat igitur per seipsum tristitiæ vim Deus de more humaniorum medicorum, qui, etsi malum desperent, spem tamen habent repositam in medicamine. Et voce communicat, et ratione quadam consilioque ab eo gratiam init. *Quare*, inquit, *iratus es? et cur concidit facies tua*[50]? Non sum ultus abs te illata dedecora, neque flamma injurium absumpsi. Ad te revertitur hostia, tibi dedi muneribus tuis frui. Tibi satis est ad animi conversionem hostiæ reversio; deliciare cum donis tuis. Plenam turpitudinis hostiam non accipio. Desine damna tua lugere, peccasti,

[45] Gen. iv, 3. [46] ibid. 4. [47] ibid. [48] ibid. 5. [49] ibid. [50] ibid. 6.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(63) *Ὅλος δὲ τοῦ δώρου γενόμενος.* Id est, cum Abel se non respiceret, sed totus donum suum spectaret, nempe ut esset probum. Methodius de Simeone : Ὅλος γέγονε τῆς ἐφέσεως, ὅλος γέγονε τῆς ἐλπίδος, ὅλος γέγονε τῆς χαρᾶς. *Cum totus esset in desiderio, totus in spe, totus in gaudio.*

(64) *Πρῶτον ὁρᾷ τὴν προσφέρουσαν χεῖρα.* Sententia semiplena addendum enim : Εἶτα δὲ τὴν τῆς ψυχῆς προθυμίαν, εὐσέβειαν, aut simile quid ; vel hoc ordine : Πρῶτον μὲν ὁρᾷ τὴν τῆς ψυχῆς προθυμίαν, vel εὐσέβειαν, εἶτα δὲ τὴν προσφέρουσαν χεῖρα.

(65) *Θυσίαν ἐκάλεσεν, ἀδοκίμῳ προσηγορίᾳ τὴν θυσίαν ἀποστρεφόμενος.* Nota θυσίαν pro mactatione, et cæde cruenta animalis mactati ἐπονειδιστικῶς, abjecte quoque et contemptim *hostiam* verti. Notum e primo *Fastorum* :

Hostibus a domitis hostia nomen habet.

Quare vox est male ominata : etsi *hostis* olim numerabatur in honestis, Tullio teste in *Officiis*.

(66) *Ἡ ἀποστροφὴ αὐτοῦ.* Malim αὐτῆς, θυσίας, scilicet. Tum quod mox subjiciatur, ἡ τῆς θυσίας ἀποστροφή· tum quod aliud respicere non possit ; nisi forte δῶρον, quod abiunctius est.

conquiesce. Statue delictis prioribus modum. Ne invidentiam occisione cumules, ne facinus meditatus obarmes manum, affectatam cædem et cogitatione susceptam depone. Verum erat, ut apparet, Cainus immansueta bellua, labitur ipse, et gliscit ira, neque mora perturbationem molliebat; sed perdurat cædem parturiens voluntas, dum animi flamma invidentia accensa cædem pariat. *Consurrexit Cain adversus fratrem suum, et interfecit eum*[81]. Quid agis, o Caine? quid humanum gustas sanguinem? quid mortis viam doces, quam nondum didicisti? quid hominum carnifici naturæ spolia concedis? quid insaturabilem ejus diducis ventrem? Fratrem præmittis orco contra te arrhabonem futurum? Laboriosus auditor pro animi sui perspicientia penitus inquirat, a quo Cainus cædem facere sit edoctus, unde sciverit plagam mortem afferre. Hominem mortuum conspexerat nullum. Nullius cædis audaciam suam antegressæ spectaculum, quod ad imitandum invitaret, hausit: qui cædis igitur evasit perpetrator, qui nondum fuerat spectator? **24** Quid tandem dicemus? Hominum quidem interemptionem nullam ante viderat: at necem animalium ex percussione viderat sæpe, in quibus naturam cognovit morte affectam, et ex indecentia quam viderat didicit cepitque audaciam. Eventa talia transfert ad Abelum. Justi tamen jugulationem non neglexit Deus, ac primum quæstione facta de cæde cæsum honorat. *Ubi*, inquit, *Abel frater tuus*[82]? Naturæ recordationem excitat, quo sensum animi permoveat. Quid ille? *Nunquid custos fratris mei sum ego*[83]? Doctus serpentis artes, serpentis more loquitur. Dicebat ille errorem objiciens: *Nequaquam morte moriemini*[84]. Hic rogatus: Haud, inquit, novi. Cognata vox ab eodem magistro missa, etiam Deum, qui audaci facinori præsens aderat, celat, mendacio notitiam adimere sibi persuadens. Esto, dexteræ usum diabolo commodaris, cur etiam linguam commodasti? *Nunquid custos fratris mei sum ego?* O vocem ipsa cæde magis exsecrabilem! o sententiam impiam, et linguæ impietate teteriorem! Nec vero cæde ipsa consopivit invidentiam; odia etiamnum renovat, cumque exosum Abelum non videat, contra fratris animum stomachatur, forte mœret, quod emor-

A ζημίαν ὀδύρου· ἥμαρτες, ἡσύχασον· στῆσον ἄχρι τῶν φθασάντων τὰ πλημμελήματα, μὴ προσθήσῃς (67) τῷ φθόνῳ τὸν φόνον, μὴ καθοπλίσῃς μετὰ τῆς γνώμης τὴν χεῖρα, παῦσαι ἄχρι τῶν λογισμῶν τὰς ὠδῖνας τοῦ φόνου. Ἀλλ' ἦν, ὡς ἔοικεν, ὁ Κάϊν ἀτιθάσσευτος θὴρ, καὶ πταίων αὐτὸς καὶ θυμούμενος, οὐδὲ χρόνος ἑαυτῷ τὸ πάθος ἐμάλαττεν, ἀλλ' ἔμενεν ἡ προαίρεσις ὠδίνουσα τὴν ἀναίρεσιν, ἕως ἡ τοῦ θυμοῦ φλὸξ ἀναπτομένη τῷ φθόνῳ τὸν φόνον ἀπέτεκε. Ἀνέστη, φησὶν, *Κάϊν ἐπὶ Ἄβελ τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ, καὶ ἀπέκτεινεν αὐτόν*. Τί ποιεῖς, ὦ Κάϊν; τί γεύῃ αἱμάτων ἀνθρωπίνων; τὸν θάνατον τί διδάσκεις ὁδὸν, ἣν οὐδέπω μεμάθηκας; τί τῷ τῶν ἀνθρώπων δημίῳ τὰς νομὰς παραδίδως τῆς φύσεως; τί τὴν ἀκόρεστον αὐτοῦ διανοίγεις γαστέρα; ἀῤῥαβῶνα κατὰ B σαυτοῦ τὸν ἀδελφὸν τῷ ᾅδῃ προπέμπεις; Ὁ μὲν οὖν φιλόπονος ἀκροατὴς λογισμοῦ συνέσει κινούμενος ἐπιζητήσειε πάντως, πόθεν ὁ Κάϊν τὸ φονεύειν δεδίδακτο; πόθεν ᾔδει τὴν πληγὴν πρὸς θάνατον φέρουσαν; Ἄνθρωπον νεκρὸν οὐ τεθέατο· φόνου τῆς οἰκείας τόλμης οὐκ εἶχε προλαβοῦσαν θέαν καλοῦντα (68) πρὸς μίμησιν. Πῶς οὖν γίνεται θανάτου ποιητὴς, ὁ μήπω θανάτου γενόμενος θεατής; Τί οὖν ἐροῦμεν; ἀνθρώπων μὲν ἀναίρεσιν οὐ τεθέατο πρότερον, θάνατον δὲ ζώων ἐκ πληγῆς πολλάκις τεθέατο (69)· ἔμαθεν ἐν ἐκείνοις νεκρωθεῖσαν τὴν φύσιν, καὶ γέγονε τῆς ἀτόπου θέας μαθητὴς τολμηρός· μεταφέρει τὸ πάθος ἐπὶ τὸν Ἄβελ. Ἀλλ' οὐκ ἦν ἀμελὴς τῆς τοῦ δικαίου σφαγῆς ὁ Θεός· καὶ πρῶτον ζητήσει τοῦ φόνου, τὸν φονευθέντα τιμᾷ. *Ποῦ*, φησὶν, C *Ἄβελ, ὁ ἀδελφός σου;* Ὑπομιμνήσκει τῆς φύσεως, ἵνα κινήσῃ πρὸς αἴσθησιν. Τί οὖν ἐκεῖνος; *Μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μου εἰμί;* Ὡς τῷ ὄφει μαθητεύσας, τὰ τοῦ ὄφεως φθέγγεται. Ἐκεῖνος ἔλεγεν ἀπατῶν, *Οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε*· οὗτος ἐρωτώμενος, φησὶν, Οὐ γινώσκω. Συγγενὴς ἡ φωνὴ, τὸν αὐτὸν κεκτημένη διδάσκαλον, καὶ κρύπτει Θεὸν τὸν παρόντα τῇ τόλμῃ, κλέπτειν τῷ ψεύδει τὴν γνῶσιν φαντάζεται. Ἔστω, τὴν δεξιὰν ἔχρησας τῷ διαβόλῳ· τί καὶ γλῶτταν ἐδάνεισας; *Μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μου εἰμί;* Ὦ φωνῆς τοῦ φόνου μιαρωτέρας! ὢ γνώμης ἀσεβοῦς, καὶ γλώττης ἀσεβεστέρας! οὐδὲ τῷ φόνῳ τὸν φθόνον ἐκοίμισεν, ἀλλ' ἔτι νεάζει τῷ μίσει· καὶ μὴ ὁρῶν τὸν μισούμενον, ἀγανακτεῖ πρὸς τὴν γνώμην τοῦ Ἄβελ, καὶ λυπεῖται τάχα μηκέτι δευD τέραν σφαγὴν ἐπάγειν τῷ τεθνηκότι δυνάμενος. Μὴ

[81] Gen. IV, 8. [82] ibid. 9. [83] ibid. [84] Gen. III, 4.

GL. DAUSQUEII NOTÆ.

(67) *Μὴ προσθήσῃς*. Scribo, προσθήσεις. Item supra προσθήσομεν, loco προσθήσωμεν. Etsi non ignoro eam voculam frequentius ei modo sociari.

(68) *Καλοῦντα*. Scribe, καλοῦσαν.

(69) *Θάνατον δὲ ζώων ἐκ πληγῆς πολλάκις τεθέατο*. Quos in usus cæsæ animantes? nisi ut homines vescerentur: dissentit ab iis Basilius qui carnium esum ante diluvium volunt inusitatum: si ad sacrificia, quod reor, falso Jeroboam jactat Aaronem primum animantes immolasse apud Josephum, *Antiq. Jud.* lib. VIII, cap. 8. Scribe ἐτεθέατο, jubeat quis, o ego lævus, si sequar! Est enim Ionismus huic tempori vocalem istam demere, qui mox usus communis esse cœpit. Marci cap. XV: Οἵτινες ἐν τῇ τάξει φόνον πεποιήκεισαν. Repetit Basilius usum hunc sæpicule. Oratione altera in Jonam: Φυγὼν γὰρ τῆς θαλάττης πεπέδητο κύμασιν, pro ἐπεπέδητο. Oratione in illud: *Venite post me;* et f. Μακεδονία σεσύλητο. Ubi tamen non male reponimus, ἐσεσύλητο. Antecedentibus orationibus, φονεύειν δεδίδακτο, κεκαινούργητο τρόπος.

φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μου εἰμί; Ἀληθῶς οὐκ εἶ φύλαξ, ἀλλὰ σφαγεύς. Οὐκ ἐτάχθης φυλάττειν· μὴ καὶ ἀναιρεῖν προσετάχθης; *Φωνὴ τοῦ ἀδελφοῦ σου βοᾷ πρός με ἀπὸ γῆς.* Ἀνεῖλες τὴν ζωήν· ἀλλ' οὐκ ἀφεῖλω τὴν φωνήν. Ὥπλισας κατὰ σαυτοῦ τοῖς αἵμασι τὸν κατήγορον, ἀθάνατον τῷ θανάτῳ τὸν ἀντίδικον ἔδειξας. *Καὶ νῦν ἐπικατάρατος ἡ γῆ ἐν τοῖς ἔργοις σου, ἣ ἔχανε τὸ στόμα* (70) *αὐτῆς, δέξασθαι τὸ αἷμα τοῦ ἀδελφοῦ σου ἐκ τῆς χειρός σου.* Ἤρδευσας τὴν γῆν αἵμασιν ἀδελφικοῖς. Πομφόλυγας κατ' αὐτῆς παρανόμους ἀφῆκας· ἐφαμίλλους δέχου καρπούς. *Στένων καὶ τρέμων* (70*) *ἔσῃ ἐπὶ τῆς γῆς*· οὐκ ἐδέξω τὴν παραίνεσιν, δεσμεύου τοῖς πάθεσι, καὶ ὁ σὸς τρόμος γινέσθω νόμος τοῖς ὕστερον· περίιθι τρέμων, ἔμψυχος νόμος τοῖς ὁρῶσι φαινόμενος, ἔμπνους στήλη (71) τὴν ὁμοίαν ἐκτρέπουσα, B νόμος ἀντὶ μέλανος τρόμῳ γραφόμενος, πάθος ἀσίγητον τοῖς ὁρῶσι παραγγελία, καὶ κλονουμένη φύσις ἡσυχίαν παραγγελλέτω. Ἤσθετο τῆς παρανομίας ὑπὸ τῆς τιμωρίας ὁ Κάϊν, καὶ πρὸς θάνατον δραπετεύειν ἐπείγεται. *Καὶ πᾶς ὁ εὑρίσκων με, ἀποκτενεῖ με.* Τί δραπετεύεις, ὦ Κάϊν, τὴν κόλασιν; Τί φεύγων τιμωρίαν τῷ θανάτῳ προσφεύγεις; *Πᾶς ὁ ἀποκτείνας Κάϊν, ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει.* Οὐ κουφίσει τὸ πάθος ὁ θάνατος, οὐδὲ θεραπεύσει τὸν τρόμον ἡ τελευτὴ, οὐδὲ γενήσεταί σοι φάρμακον τῆς συμφορᾶς ἡ ἀναίρεσις. Ἀπόλαυε ζωῆς, ἧς παρανόμως τὸν ἀδελφὸν ἀπεστέρησας. Οὐ γὰρ συγχωρήσω λυθῆναι τὴν μεγάλην τοῦ Ἄβελ ἐκδίκησιν. Οὐδεὶς ἀδικήσει τὸν Ἄβελ, σοῦ διὰ θανάτου τὸν C τρόμον ἰώμενος. *Ἑπτὰ ἐκδικούμενα παραλύσει.* Οὐκ ἀριθμὸν τιμωριῶν, ἀλλὰ κολάσεων μέγεθος νῦν ὁ ἀριθμὸς ὑπαινίττεται. Συμπλατυνέσθω σοι τὸ πάθος τοῖς τῆς ζωῆς διαστήμασι. Ταχὺν ἐπήγαγες τῷ Ἄβελ τὸν θάνατον· βραδὺς ἔσῃ νεκρὸς διὰ ζωῆς κολαζόμενος. Ταῦτα τῆς τοῦ Κάϊν πονηρίας τὰ ἐπίχειρα· οὗτος ὁ τοῦ φθόνου καρπός· τοῦτο τῆς μισαδελφίας γεώργιον. Μιμησώμεθα τοῦ Ἄβελ τὸ

A tui jugulum repetere nequeat. *Nunquid custos fratris mei sum ego?* Vere non es custos, at jugulator. Esto, non illi custos additus sis, nunquid et tollere jussus es? *Vox fratris tui clamat ad me de terra* [55]. Vitam sustulisti, sed non et vocem abstulisti. Sanguinem contra te accusatorem armasti, cæde adversarium conscivisti tibi immortalem. *Et nunc maledicta terra in opere tuo, quæ aperuit os suum, et suscepit sanguinem fratris tui de manu tua* [56]. Fraterno sanguine terram irrigasti, et in eam nefarias bullas immisisti, parem fructum cape. *Tremens et gemens eris super terram* [57]. Monita non cepisti mea, ærumnis constrictus esto, tuaque trepidatio posteris vertatur in legem. Tremens obambula, animata lex videntibus occurrens, B spirans columna avertat a pari pœna; lex, inquam, atramenti vice trepidationis nota conscripta, malum tacere nescium intuentibus sit hortamento, et perturbata natura quietem suadeat. Cainus inflicta pœna prævaricatum animadvertit, et ad mortem recurrere adurgetur. **25** *Omnis igitur, qui invenerit me, occidet me* [58]. Quid pœnam fugis, o Caine? Cur per supplicii fugam incurris in mortem? *Omnis, qui occiderit Cain, sextuplum punietur* [59]. Mala tua morte non levabuntur, neque vitæ exitus a trepidatione liberabit, neque calamitatis remedium erit cædes tua. Vita fruere, qua nefarie fratrem spoliasti. Nec enim permisero tantam Abeli vindictam aboleri. Abelo nemo hanc faciat injuriam, ut morte tua tremori meC delam faciat. *Sextuplum punietur*, non pœnarum multitudinem, sed suppliciorum magnitudinem numerus subindicat. Una cum vitæ spatiis cruciatus producatur. Celerem Abelo mortem adduxisti; serus mortem oppete, dum vita supplicio sit. Hæc est Caini nequitiæ merces, hic invidentiæ fructus, hæc odii fraterni messis. Quam Abelus æqualitatem animi tenuit, imitemur, grati si-

[55] Gen. IV, 10. [56] ibid. 11. [57] ibid. 12. [58] ibid. 14. [59] ibid. 15.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(70) *Ἣ ἔχανε τὸ στόμα.* Gen. IV. Poeta :

. . . . . . *Χάνοι εὐρεῖα χθών.*
. . . . . . *Tellus effusa dehiscat.*

Et Plato secundo *De legibus* terram dicit κεχηνέναι, referens historiam de Gyge. Erasmus in *Officia* Ciceronis, pro *dehiscere*, reponit *discedere*. Esto, habeat Maro, ideone Cicero? Quin potius secutus est Platonem, a quo eam fabellam didicerat. Nonnus in Bessaricis vocat terram εὐρυχανῆ, *late hiantem*.

(70*) *Στένων καὶ τρέμων.* Versio vulgata : *Vagus et profugus*, a qua præter morem meum cogit me discedere Basilii sententia.

(71) *Ἔμπνους στήλη.* Imago, aut simulacrum forte magis perspicuum. Verum ut ab omni prope re est ducere metaphoram, ita plerumque, unde ducta sit, interpretis interest et lectoris. Respicit enim judicum severitatem, qui proscriptos infamia quoque notabant eorum nominibus, et exsilii causis publice in columna propositis. Isocrates *Περὶ ζεύγους*· Οἱ δ' εἰς τοσοῦτον ὕβρεως ἦλθον, ὥστ' ἔπεισαν D ὑμᾶς ἐλαύνειν αὐτὸν ἐξ ἁπάσης τῆς Ἑλλάδος, καὶ στήλην ἀναγράφειν. *Eo injuriæ provecti sunt, ut vobis persuaderent eum tota Græcia exigendum, et columnam inscribendam esse.* Orator alter tertia in Philippum : Ἐγὼ δηλώσω οὐ λόγον ἐμαυτοῦ λέγων, ἀλλὰ γράμματα τῶν προγόνων τῶν ὑμετέρων δεικνύων, ἃ ἐκεῖνοι κατέθεντο εἰς στήλην χαλκῆν γράψαντες εἰς ἀκρόπολιν, sermo est de Arthmio hoste judicato : *Ego non verba mea proferam, sed majorum vestrorum scripta, quæ illi decreto consilio conjecerunt in columnam æneam, quæ est in arce.* Nec irrogare supplicii est στηλίτας ποιεῖν Demostheni. Hunc morem respexisse Basilium non sinit nos ipse dubitare, *Orat. de Chananæa* : Ἧς τὴν ἱστορίαν ἡ τῶν Εὐαγγελίων θαυμάσασα βίβλος, βοῶσαν ἔτι καὶ νῦν ἐπιδείκνυσι, καὶ τὴν κραυγὴν φυλάττει καθάπερ ἐν στήλῃ τῷ γράμματι. *Chananææ historiam liber Evangeliorum suspiciens etiamnum clamantem demonstrat, et clamorem servat in scripto veluti columna.* Στηλοῦσθαι Goliath dicitur I Reg. XVII, quia stabat imperterritus instar columnæ in conspectu Israelitarum.

mus in bene merentem Deum. Victimam ipsi, quæ a virtute sit, offeramus, dono ipsi animas nostras offeramus: ipsi gloria sempiterna. Amen.

A εὔγνωμον· εὐχάριστοι περὶ τὸν εὐεργέτην γενώμεθα· θυσίαν αὐτῷ τὴν ἐξ ἀρετῶν προσκομίσωμεν, δῶρον αὐτῷ τὰς ἑαυτῶν ψυχὰς προσενέγκωμεν. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ORATIO V.

Ejusdem in Noemum.

1. Quanto Deus teneatur justitiæ desiderio, quanto injustitiæ odio, historia Noemi luculente clamat: solus enim in communi creaturarum naufragio conservabatur justitiam comitem nactus ad salutem; tunc gentes densissimæ profuse fluctibus hauriebantur injustitiæ merito demersæ. Ac mihi videtur ad venturi judicii, ad extremæ atque horribilis diei fidem et memoriam volens Deus homines perducere, commune illud populis omnibus periculum creare voluisse, quo aspectus tanto infortunio fidem astruens timorem retineat salutis viam; ut cum homines cognoscerent tam severæ animadversionis parentem fuisse impietatem, timore pœnarum impietatem fugerent. **26** Si enim tunc per certaminum tempus et vitæ stadium tantum iis, qui offenderant, periculi oblatum est, quale quantumque supplicium cuique arcesset gestorum in vita vindicatio! Cum enim nequitiæ modus se supereffuderit, tunc non infrequenter inde supplicia incœptat irrogare judex, non hominum motus odio, cum sit in eos propensissimus; at studio malitiæ, quæ nimium increverat, reprimendæ. Tota igitur id temporis humani generis universitate ad impietatem vergente, et una conspiratione contra Creatorem acie composita, nulla quantumvis importuna et barbara prætermissa est audacia: verum omnes cupiditatis viæ secabantur et inibantur, ac ipsius improbitatis consuetudo novabatur. Audacia vero, et crudelitate velut armis animam undique muniebant, ac in mutuam perniciem utebantur. Quæ enim injustitiæ species, qui modus intemperantiæ non inter eos versabatur! Quæ legum pravitas non apud eos pro lege statuebatur! Virium corporis immodici in earum datorem per mentis elationem et insolentiam erant injurii. Tunc erat terræ corruptela, vivaxque pestis; unum ad expiationem diluvium deerat. Omnes profecto invitatores, et impietatis hæredes habebat Cainus, neque tremor illius corpori cir-

ΛΟΓΟΣ Ε'.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν Νῶε.

α'. Ὅσος ἔνεστι Θεῷ πρὸς μὲν δικαιοσύνην πόθος, πρὸς δὲ ἀδικίαν ἀπέχθεια, κηρύττει περιφανῶς ἡ κατὰ τὸν Νῶε διήγησις. Ὁ μὲν γὰρ μόνος ἐν ναυαγούσῃ τῇ κτίσει περιεσώζετο, συνέμπορον εἰς σωτηρίαν τὴν δικαιοσύνην εὑράμενος, τηνικάδε πολυάνθρωποι δῆμοι πελάγεσιν ἀφειδῶς κατεκλύζοντο, ταῖς τῆς ἀδικίας κολάσεσι βυθιζόμενοι. Καί μοι δοκεῖ τῶν μελλόντων κριτηρίων καὶ τῆς ἐσχάτης καὶ φρικώ- B δους ἡμέρας εἰς τὴν πίστιν, καὶ μνήμην ἀγαγεῖν ὁ Θεὸς τοὺς ἀνθρώπους βουλόμενος, τὸν πάνδημον ἐκεῖνον εἰργάσατο κίνδυνον, ἵν' ἡ ὄψις μαρτυροῦσα τοῖς πάθεσι, φυλάττῃ τὸν φόβον εἰς σωτηρίας ἐφόδιον· ἵνα τοσαύτης κολάσεως τὴν ἀσέβειαν μητέρα γινώσκοντες ἄνθρωποι, δέει τῆς τιμωρίας τὴν φυγὴν πραγματεύωνται. Εἰ γὰρ ὁ τῶν ἀγώνων τέως καιρὸς, καὶ τοῦ βίου τὸ στάδιον, τοσοῦτον τοῖς πταίουσιν ἤνεγκε κίνδυνον, πόσην, ἢ ποίαν ἡ τῶν βεβιωμένων ἀντίδοσις, ἑκάστῳ προξενήσει τὴν κόλασιν! Ὅταν γὰρ ὑπερβῇ τῆς πονηρίας τὸ μέτρον, τότε πολλάκις καὶ τῆς τιμωρίας ὁ κριτὴς ἐντεῦθεν ἀπάρχεται, οὐχ ἀπανθρωπίᾳ κινούμενος ὁ φιλάνθρωπος, ἀλλὰ κακίαν αὐξηθεῖσαν ἀναστέλλειν βουλόμενος. C Ἁπάντων τοιγαροῦν ἀνθρώπων κατ' ἐκεῖνο καιροῦ πρὸς ἀσέβειαν ἐκνευσάντων, καὶ μίαν συμφωνίαν εἰς τὴν κατὰ τοῦ πεποιηκότος ἀναλαβόντων παράταξιν, οὐκ ἄλλη τις ἄτοπος καὶ ἔκφυλος ἀπελέλειπτο τόλμα (71*)· ἀλλὰ πᾶσαι μὲν ἀνετέμνοντο πλεονεξίας ὁδοὶ (72), καὶ πονηρίας αὐτῆς κεκαινούργητο τρόπος· θρασύτητα δὲ καὶ ὠμότητα καθάπερ ὅπλα τῇ ψυχῇ περιθέμενοι, τούτοις ὀργάνοις κατ' ἀλλήλων ἐκέχρηντο. Ποῖον μὲν γὰρ ἀδικίας εἶδος! ποῖος δέ τις ἐν αὐτοῖς ἀκολασίας οὐκ ἐπολιτεύετο τρόπος! ποία παρανομία παρὰ τούτοις οὐκ ἐνομίζετο νόμος! Τῇ τῶν σωμάτων πλουτοῦντες δυνάμει, τὸν τῆς ἰσχύος δοτῆρα δι' ἀπονοίας καθύβριζον. Τότε φθορὰ τῆς γῆς, καὶ λοιμὸς ἔμψυχος, κατακλυσμοῦ πρὸς κάθαρσιν μόνον δεόμενος. Ἅπαντας μιμητὰς ἀληθῶς εἶχε D καὶ κληρονόμους ὁ Κάϊν, οὐδὲ ὁ τρόμος ἐκείνου τῷ σώματι περικείμενος τοὺς ὁρῶντας κατέστελλεν,

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(71*) *Οὐκ ἄλλη τις ἄτοπος καὶ ἔκφυλος ἀπελέλειπτο τόλμα.* Τόλμα ἔκφυλος est audacia a genere hominum aliena. Verti: *Nulla, quantumvis importuna et barbara, prætermissa est audacia.* Nonnus lib. λς' committit ἄρην ἐκφύλιον *bellum cum externis*, et ἔμφυλον ἐνυώ, sive *bellum civile*.

(72) *Πᾶσαι μὲν ἀνετέμνοντο πλεονεξίας ὁδοί.* Verbatim: *Rescindebantur omnes cupiditatis viæ*. Cur Basilium quod cæteri laudi tribuunt, vitio vertit? Ut via corrupta celerius pertransitur, ideoque a viatore quæritur: sic ab illa *generatione prava et exasperante* omnia quærebantur compendia, et viæ rem faciendi, et cupiditatibus obsequendi. Ab eadem mente est illud Maronianum:

Ille viam secat ad naves. . . . .

Non enim est naves duntaxat petere, sed viæ compendio, et semitam insistere; quæ quasi *semita* est appellata. Apud Philonem Judæum legi: Ἐθάδας δὲ καὶ τῶν κατὰ τὰς ὁδοιπορίας ἐπιτομῶν. *Scientes viarum compendia.* Gloss. *Semita* ἡμιόδιον. Quare Maronis auspiciis ita vertimus: *Omnes cupiditatis viæ secabantur, et inibantur*; hoc est enim consectarium. In facili erit expedire, si scribas: ἀνεπετάννυντο viæ *pandebantur*, aut *explicabantur*.

ἀλλ' ἡ τῆς γνώμης ἀπόνοια, καὶ τοῦ πάθους τὸν φόβον παρέβλεπεν. Οὐδεὶς ἐν αὐτοῖς τὸν φιλόθεον Ἄβελ ἐζήλωσεν, ἀλλὰ νεκρὰν ἡγοῦντο τὴν ἀρετὴν, τὴν καὶ ἐν νεκρῷ φθεγγομένην τῷ σώματι. Εἰ δέ τι καὶ λείψανον ἀρετῆς ἐν αὐτοῖς κατελέλειπτο, καὶ τοῦτο ταχέως δι' ἐπιμιξίας ἐσβέννυτο, καὶ τῶν ἀτόπων ἡ μίμησις ἅπαν χρηστότητος ἴχνος ἀπήλειφεν. Τοιούτῳ δὲ φθοροποιῷ λοιμῷ κατεχομένης τῆς κτίσεως, καὶ λύθρῳ ψυχῶν καὶ σαρκῶν μολυνομένης, ἐδυσφόρουν μὲν τῶν ἀγγέλων αἱ τάξεις, καὶ τῆς ἀνομίας τὴν πυρκαϊὰν ἐπωδύροντο· ἤσχαλλον δὲ κολάσεως βραδυνούσης, καὶ τὰς τῆς κτίσεως εὐβουλίας ἀνασχετίζειν ἐβούλοντο, κατὰ τὴν Παύλου φωνήν· *Τῇ γὰρ ματαιότητι ἡ κτίσις ὑπετάγη οὐχ ἑκοῦσα.*

β'. Ὡς οὖν ἀνίατον ἦν τὸ δεινὸν, καὶ ἡ νόσος ηὐξάνετο, καὶ τὰ τῆς ἀσεβείας προέκοπτε, κινεῖται πρὸς κάθαρσιν τῶν πραττομένων τὸ Θεῖον, καὶ προκηρύττει κατακλυσμὸν, τὰ ῥεύματα τῆς ἀσεβείας στῆσαι τῷ φόβῳ βουλόμενος. Καὶ προορίζει τὸν χρόνον, καὶ μετανοίας πήγνυσι μέτρα, καὶ προλαμβάνει τὴν κόλασιν, ἰδεῖν τοῦ τρόπου τὴν μεταβολὴν μηχανώμενος. Καὶ τί φησιν; *Οὐ μὴ καταμείνῃ τὸ πνεῦμά μου ἐν τοῖς ἀνθρώποις τούτοις εἰς τὸν αἰῶνα, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς σάρκας.* Οὗτος τῆς τιμωρίας ὁ φόβος· ἐπάγει καὶ τῆς μετανοίας τὸν ὅρον, εἰπών· *Ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν* (72*). Δίδωμι, φησὶ, τῆς μετανοίας τὸν χρόνον, ἵνα ἴδω τὸν τρόπον μεταβαλλόμενον, καὶ συμπλατύνω τῇ προλαβούσῃ κακίᾳ τῆς ἐμῆς φιλανθρωπίας τὰ διαστήματα. Ὅσῳ τὸ πάθος ἐσκλήρωται, τοσούτῳ τῆς μετανοίας φέρω τὸ φάρμακον. Νόσημα πολυχρόνιον, πολυχρόνιος περιοδευέτω μετάνοια· ἐπέχω τοῦ κατακλυσμοῦ τὰς ὠδῖνας· προθεσμίᾳ τὴν κόλασιν ἀναβάλλομαι· ἑκούσιον γὰρ θεραπείαν ἐκδέχομαι. Τοιαῦτα μὲν ἡ φιλάνθρωπος χάρις, τῇ τῆς τιμωρίας μεταβολῇ τὴν μετάνοιαν ἕλκουσα· τὸ δὲ πάθος φιλανθρωπίας οὐκ ἔχρῃσεν. Ἀνήλωτο οὖν ἅπας τῆς μετανοίας ὁ χρόνος· ἡ δὲ τῆς ἀσεβείας οὐκ ἐπαύετο νόσος. Τοῖς μενοῦν Νινευΐταις ὕστερον τριήμερον μετανοίας διάστημα γέγονε πρὸς σωτηρίαν ἐφόδιον, καὶ τὸ στενὸν τῆς προθεσμίας τῇ μεταβολῇ τοῦ τρόπου νικήσαντες, προφητικὴν ἀπόφασιν ἔδησαν, θείαν ἀπειλὴν τοῖς δάκρυσιν ἡμερώσαντες. Οὗτοι δὲ τοσοῦτον πλῆθος τῶν εἰκῇ ῥεόντων ἐτῶν παρέβλεπον, αὐτὸν τῆς μετανοίας τὸν χρόνον συνεργὸν εἰς ἀσέβειαν ἐργαζόμενοι, τὴν τῆς πονηρίας ὑπέρθεσιν, τιμωρίας ὑπέρτασιν ἔχοντες (73). Καὶ τότε δὴ ἀναλαμβάνει τὸν Νῶε, καθάπερ χρυσὸν ἐν βορβόρῳ θεωρήσας ἀστράπτοντα, καὶ θησαυρὸν ἀρετῶν ἐν δυσώδεσι τάφοις κρυπτόμενον, κι-

A compositus videntes reprimebat; sed per animi pravitatem mali quoque metum limis intuebantur. In iis nemo qui Dei amantem Abelum æmularetur; sed emortuam virtutem opinabantur, quæ tamen vel in mortuo corpore loquebatur. Quod si vel exiguæ virtutis reliquiæ in ipsis superassent, eæ certissime per vitiorum admistionem exstinguebantur, et deteriorum rerum imitatio deleverat omne vestigium probitatis. Cum vero hac pestifera lue corriperetur creatura, et animarum carnisque sanie inquinaretur, angelorum ordines graviter ferebant, et ardentissimis vitiis indolebant. Tristabantur autem punitione prolatata et creaturæ consilia cogitabant erigere juxta Pauli vocem: *Vanitati enim creatura subjecta est non volens* [60].

B 2. Quod igitur malum esset immedicabile, augesceretque morbus, ac impietatis fieret progressio, ad ea, quæ fiebant, expianda Numen incitatur, **27** et volens impietatem gliscentem terrore sistere, diluvium proclamat, tempusque præfinit, ac pœnitudinis modum statuit, nec non supplicium antevertit excogitans, qua ratione morum conversionem videret aliquam. Ecquid ait? *Non permanebit spiritus meus in homine in æternum, quia caro est* [61]. Hic supplicii terror est; inducitque pœnitudinis terminum, dicens: *Eruntque dies illius centum viginti annorum* [62]. Do, inquit, pœnitudinis tempus, ut videam morum conversionem, unaque cum antegressa vitiositate humanitatis meæ spatia produco. Quandiu malum obduruit, tandiu pœnitudinis me-
C dicamen profero. Longa fuit ægrotatio, longa obeatur pœnitentia, procrastino diluvii mala. Mihi præfinitum est animadversionem protelare; nam curationem voluntariam accepto. Etsi talia hominum amore meditabatur, gratia, quo traheret ad pœnitentiam supplicii prorogatione: tamen mali vis humanitatem respuebat. Consumptum igitur est pœnitentiæ tempus, nec impietatis ægritudo desinebat. Postea certe Ninivitis triduanum pœnitentiæ spatium ad salutem via fuit, et morum mutatione superatis præscripti temporis angustiis Dei minas lacrymis lenientes propheticam obnuntiationem præpedivere. Hi vero tot frustra fluentium annorum numerum despexerunt, ipsa opportunitate pœnitentiæ in impietatis patrocinium conversa:
D maleficiorum accumulatio suppliciorum erat amplificatio. Ac Noemum tunc assumit tanquam aurum in cœno conspicatus fulgurans, et virtutum thesaurum in tumulis graveolentibus abstrusum, jubet arcam compingi, et impietate spectante inunda-

[60] Rom. VIII, 20. [61] Gen. VI, 3. [62] ibid.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(72*) *Ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν.* Suppleo, ἑκατὸν εἴκοσιν ἔτη: *Centum viginti annorum.* Hausi de manalibus Scripturæ fontibus, ita depostulante sententia, et verbis Basilii non ita multo post: Οὗτοι δὲ τοσοῦτον πλῆθος τῶν εἰκῇ ῥεόντων ἐτῶν παρέβλεπον. *Hi tot annorum spatium sine fructu fluentium limis aspiciebant, sive negligebant.*

(73) *Τὴν τῆς πονηρίας ὑπέρθεσιν τιμωρίας ὑπέρτασιν ἔχοντες.* Propior tamen auctoris mentem erit hæc ordinatio: Τὴν τῆς τιμωρίας ὑπέρθεσιν πονηρίας ὑπέρτασιν ἔχοντες: *Supplicii dilatio fuit nequitiæ illorum amplificatio.*

tioni viam struit. Erat et hoc divinum in hominum gratiam commentum invitamento ad pœnitentiam. Erat enim facile vel absque ligno Noemum servare. Sed ipsum primum quidem constituit lentum arcæ ædificatorem, ut vel ex visis concepta formidine intuentes ad pœnitentiam attraherentur. Visa vero res illis cavillationis materiam attulit, et in risus occasionem vertit res plena terroris. Noemum subsannabant, **28** ut labore se conficientem, et divinis obsequentem præceptis ludificabant. Ac forte nonnulli quoque talibus inter se clamoribus eum lacerabant : Hic diluvii nobis vaticinator, hic contra diluvium armatur, hic lignis periculum propulsare deproperat, et aquarum inundationem sperans, malorum, quæ fert, inundatione circumvenitur, sudoribus abundat afflictis labore membris, et nimis verax ærumnarum assertor prægustat mala inutiliter elaborans, quæque perfici nequeant. Festinationem adhibe, senex decrepite, ne tuam artem diluvium properet occupare. Interea bruta diversi generis videbant ad Noemum concurrentia, nec eorum bruta vivendi ratio detorquebatur in melius : volatilium turmas, ut ad commune quoddam hospitium et receptaculum devolantes, remque adeo miram despiciebant. Contra tumultu ac trepidatione complebantur omnia : cæterum diluvii obnuntiatio propere appetebat, cum Deus præter istas periculorum horas alias amoris indices proponit inducias, et rursus pauxillulum procrastinat dicens : *Adhuc enim et post dies septem ego diluvium inducam* [63]. Hominum amore nequit expleri Deus. En quot salutis occasiones excogitat, si quem forte salutis cupientem inveniat? *Adhuc enim et post dies septem*. Sufficit mihi, vel breve tempus, inquit, ad peccatorum salutem. Tantum ad pœnitentiam inclinent, et sententiam retracto ; minas abjicio, si eos ex animo consilia priora retractare videro :

A ϐωτὸν πηγνύναι παρακελεύεται, καὶ τῶν ἀσεϐούντων ὁρώντων, κατακλυσμοῦ σκευάζει ἐφόδια. Ἦν δ' ἄρα καὶ τοῦτο θεῖον ὑπὲρ ἀνθρώπων μηχάνημα πρὸς μετάνοιαν ἐκκαλούμενον. Ἦν γὰρ Θεῷ ῥᾴδιον καὶ ξύλου χωρὶς διασῶσαι τὸν Νῶε. Ἀλλὰ καθίζει πρῶτον αὐτὸν δημιουργὸν κιϐωτοῦ πολυχρόνιον, ἵνα κἂν ἡ θέα φοϐήσασα τοὺς ὁρῶντας πρὸς μετάνοιαν ἐπισπάσηται. Ἐγίνετο δὲ τούτοις χλεύης ὑπόθεσις ἡ θέα, καὶ γέλωτος πρόφασις ὁ φόϐος ηὑρίσκετο. Ἐχλεύαζον κακοπαθοῦντα τὸν Νῶε (74), καὶ τοῖς θείοις ὑπηρετοῦντα προστάγμασι βλέποντες ἔσκωπτον. Καί πού τινες, καὶ τοιαῦτα διασύροντες πρὸς ἀλλήλους ἐϐόων· Οὗτος ὁ τοῦ κατακλυσμοῦ προφήτης ἡμῖν, κατὰ τοῦ κατακλυσμοῦ παρατάττεται, καὶ ξύλοις ἀμύνασθαι τὸν κίνδυνον κατεπείγεται, καὶ κατακλυσμὸν ὑδάτων ἐλπίζων (75), κατακλυσμῷ συμ- B φορῶν περιϐέϐληται, καὶ τοῖς ἱδρῶσι περικλύζεται, μαστιγούμενος καμάτῳ τὰ μέλη (76), καὶ προαπολαύει τῶν κακῶν ἐπαληθεύων τοῖς πάθεσιν, ἀνήνυτα μοχθῶν, καὶ κάμνων ἀπέραντα. Πρόσθες, ὦ πρεσϐύτα, τὸ τάχος, μὴ φθάσῃ σου τὴν τέχνην ὁ κατακλυσμὸς ἐπειγόμενος. Ἐν τούτοις ἔϐλεπον τῶν θηρίων τὰ διάφορα γένη πρὸς τὸν Νῶε συντρέχοντα, καὶ ὁ θηριώδης αὐτῶν οὐκ ἐπεστρέφετο τρόπος· πτηνῶν ἀγέλας ὡς πρός τινα κοινὸν ξενοδόχον καθιπταμένας, καὶ τὸ θαῦμα παρέϐλεπον. Ἀλλὰ πάντα μὲν ταραχῇ καὶ φόϐῳ συνείχετο, καὶ ἡ τοῦ κατακλυσμοῦ λοιπὸν ἀπόφασις ἔτρεχε. Θεὸς δὲ καὶ παρ' αὐτὰς τῶν κινδύνων C τὰς ὥρας, ἑτέρας φιλανθρωπίας προϐάλλεται συνθήκας, καὶ πάλιν μικρὸν ὑπερτίθεται λέγων· *Ἔτι γὰρ ἡμερῶν ἑπτὰ ἐγὼ ἐπάγω τὸν κατακλυσμόν* (77). Ἄπληστον γὰρ πρὸς φιλανθρωπίαν τὸ θεῖον, καὶ πόσας προφάσεις ἐπινοεῖ σωτηρίας, εἴπου τὸν σώζεσθαι βουλόμενον εὕρῃ! *Ἔτι γαρ ἡμερῶν ἑπτά*. Ἀρκεῖ μοι, φησὶ, καὶ βραχὺς χρόνος πρὸς ἁμαρτωλῶν σωτηρίαν. Νεύσωσι μόνον πρὸς μετάγνωσιν, καὶ λύω τὴν ἀπόφασιν· ἀπαλείφω τὴν ἀπειλὴν, εἰ τὴν

[63] Gen. VII, 4.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(74) *Ἐχλεύαζον κακοπαθοῦντα τὸν Νῶε*. Noemum exsibilabant ut labore se conficientem, Basilius Sibyllam auctorem habere potuit. Ea lib. I :

Οἱ δέ μιν εἰσαΐοντες ἐμυκτήριζον ἕκαστος
Ἔκφρονα κικλήσκοντες, ἀτὰρ μεμανημένον ἄνδρα.
Hæc ubi dicta, vocant amentem, actumque furore
Subsannant omnes hominem. . . . .

Verti *subsannabant*. Secutus etymologicum : Χλεύη σημαίνει τὴν ἀπάτην, χειλεύη τις οὖσα παρὰ τὸ ἠρέμα ἀνοίγειν τὰ χείλη. Ubi liquido apparet χλεύην irrisionis genus labiis peragi, quod et διαμυλλαίνειν dixit Aristophanes. Irrisor ejusmodi *somnio* M. Tullio : *Quid enim potest esse tam ridiculum, quam somnians, qui ore, vultu, imitandis moribus, voce, denique corpore ridetur ipso*. Nec male *exsibilabant*.

(75) *Ἐλπίζων*. Suidas : *Ἐλπίσας* οὐ μόνον ἐπ' ἀγαθῷ, ἀλλ' ἁπλῶς ἐπὶ τῇ τοῦ μέλλοντος ἐκϐάσει λέγεται παρ' Ἀττικοῖς. Ἐλπίσας *sperans, non de bonis tantum dicitur, sed latius de futuri eventu*. Quare mihi visum est ad Basilii sententiam appositum, si per *timere* verterem. Attamen erit figurata vox (ut olim loquebantur) si pro *sperare* sumatur, quasi propterea faciant illi convicium Noemo, et irrideant, quod eorum odio diluvium speraverit, cum interim sudoris et ærumnarum diluvio conficiatur

(76) *Μαστιγούμενος καμάτῳ τὰ μέλη*. Siquidem membra contentius laborantis velut scuticæ flictu opprimuntur et delassantur. Eodem significatu μάστιξ Oratione Εἰς δαιμονιῶντα· Τοιαύτης παρ' αὐτῶν οὐ πεπειράμεθα μάστιγος. *Nullum ab iis ejusmodi sumus experti flagellum, dæmones loquuntur*. Unus de Machabæis apud Ambrosium lib. I *De officiis*, cap. 21 : *Linguæ flagellum times? sanguinis flagellum non times*. Uterque de fundo Scripturæ. Marci, cap. III : Ἵν' αὐτοῦ ἅψωνται, ὅσοι εἶχον μάστιγας. *Ut illum tangerent, quotquot habebant plagas*, sive ægri, egentes. Gregorius Theologus :

Μάστιγας Αἰγύπτοιο κακόφρονος αἰὲν ἀρίθμει.
Tu male consultæ memori mala mente teneto
Ægypti.

Cujus syllabæ modulum Homeri, Orphei, aliorum auctoritate possum affirmare secutus eorum, qui vatis ter maximi exemplum sollicitant.

(77) *Τὸν κατακλυσμόν*. Septuaginta et vulgaria Biblia, ὑετόν, *hiemem* interpretor cum Censorino.

γνώμην μετανοοῦσαν θεάσωμαι. *Ἔτι γὰρ ἡμερῶν ἑπτὰ ἐγὼ ἐπάγω τὸν κατακλυσμόν.* Ἀνάλωσας τὴν πλατεῖαν ὑπέρθεσιν, φεῖσαι κἂν τῆς στενῆς προθεσμίας, ἵνα φύγῃς τὸν κίνδυνον. Τοσαύτη, καὶ ἐν τοσούτῳ καὶ δικαίῳ θυμῷ, φιλανθρωπίας ὑπερβολή. Ὡς δὲ ἅπασα μὲν θεραπείας ἠλέγχετο τέχνη, ἡ δὲ τῆς γνώμης σηπεδὼν ἐπεδόσκετο, ἐπαφίει λοιπὸν τὰς τιμωρίας ὁ Θεὸς, ξένοις πελάγεσι, τὰ ξένα πελαγίζων νοσήματα. Ἄνωθεν οὐρανὸς χειμάῤῥους ἠκόντιζε, κάτωθεν ἤπειρος ἀβύσσους ἀνέπεμπε, καὶ πρὸς τὴν ὕδατος φύσιν ἡ κτίσις ἐστοιχειοῦτο (78). Οὐκέτι ξηρᾶς καὶ θαλάττης διάκρισις· ἐνὶ ῥείθρῳ τὰ πάντα συνείχετο· οὐκέτι πηγαὶ, καὶ λίμναι, καὶ κρῆναι σὺν χάριτι ῥέουσαι, ἀλλ' ἀγρίοις πελάγεσι κατεποντίζοντο τὰ σύμπαντα. Οὐ βλαστημάτων κάλλη, καὶ δένδρων B ἄνθη, οὐ πόλις, οὐ πεδιάδες, οὐχ αἱ τῶν ὀρέων κορυφαὶ, ἀλλὰ πάντα τοῖς κύμασιν ἐναυάγει, κοινῷ καλυπτόμενα τάφῳ. Οἱ πολυάνθρωποι δῆμοι σὺν τῇ κακίᾳ τῆς γνώμης ἐκυβίστων ἐν μνήμασι· ἣν γὰρ ζῶντες ἐμόλυναν, ἀποθνήσκειν ἀπ' αὐτῆς οὐκ ἠξιοῦντο. Οὕτω μὲν οὖν τῇ τοῦ κατακλυσμοῦ περιβληθέντες σαγήνῃ (79), ἐν ταῖς τῶν κυμάτων πληγαῖς σφενδονούμενοι πρὸς ἐλεεινὸν θανάτου τρόπον ὑπεφέροντο, ταῖς ἀλλήλων συμφοραῖς τιμωρούμενοι. Οἱ μὲν ἀθρόον χωσθέντες τοῖς ὕδασι, νεκροὶ ταχεῖς ἀπεδείκνυντο· οἱ δὲ ἐμπνέοντες, αἰσθήσει τοῦ πάθους μακρὸν ὑπεδέχοντο θάνατον. Ἄλλοι δὲ καὶ πρὸς βραχὺ προσκαρτερήσαντες, μακροτέραν τοῦ θανάτου τὴν τιμωρίαν ὑπέμειναν. Πόσοι πρὸς τὰς τῶν ὀρέων κορυφὰς ἀναδραμόντες ἀκαίρῳ φυγῇ τὸν φόβον ἐξ- C ήλεγξαν! πόσοι πρὸς τὰς τῶν φυτῶν ἀκρωρείας ἀνέρποντες κατελαμβάνοντο, καθάπερ πτερῷ, τῷ τάχει τοῦ ῥεύματος! Ἐπέκειτο διώκων ὁ κατακλυσμὸς προσαναβαίνων τοῖς ὕψεσι, κατόπιν ἔφερε τὰ σύμπαντα, ἕως ἅπαντας δήσας, ὁ αὐτὸς θάνατος ὁμοῦ, καὶ τάφος ἐγίνετο. Ἑρπετὰ τοῖς ἀνθρώποις νεκρωθέντα συνεπεπόλαζε. Ἄλογος φύσις μετὰ θάνατον τοῖς λογικοῖς συνείχετο· κύνες ἀνδράσιν ἑνὶ καλυπτόμενοι κύματι, καὶ πλησίον ἀλλήλων λοιπὸν περιδινόμενοι, κοινῇ τὸ ζῆν ἀπετίθεντο. Νῶε δὲ μόνος ἐν πανδήμῳ θανάτῳ, ζωὴν ἐκαρποῦτο παράδοξον, καθάπερ τις κυβερνήτης ἐν μέσῳ τῷ σκάφει, τοὺς τῆς πίστεως μεταχειρίζομενος οἴακας, καὶ τῷ κα-

A *Adhuc enim et post dies septem ego diluvium inducam.* Omitte laxam dilationem, abstinens esto vel modice præfinito tempore, ut periculum effugias. In tanta tamque justa ira tanta inerat Deo erga homines amoris exsuperantia! Ut autem omnis curaturæ ars elusa fuit, mentemque vitiorum caries depasta, quod supplicii reliquum erat, immittit Deus, peregrinis aquis peregrinas obruens ægritudines. Superne cœlum torrentes jaculabatur, inferne terra abyssos relaxabat, et dum aquæ emergebant, ad aquas elementares creatæ res redigebantur. Nulla jam aridæ marisque discretio: unius fluenti alveo continebantur omnia; non jam scaturigines, et lacus, non fontes cum decore fluentes; sed immanibus undis demergebantur universa; **29** non germinum species, et arborum flores, non urbes, non planities ulla, non montium vertices, sed omnia fluctus inter naufragium faciebant communi operta sepulcro; frequentissimæ gentes una cum animi improbitate volutabantur in monumentis: quæ enim viventes se conspurcaverant, ab ea morientes non merebantur abjungi. Ita diluvii sagena comprehensi, inter fluctuum vortices rotati, ac mutua calamitate puniti, miserando mortis genere subripiebantur: hi, confertim aquis oblimati, confestim mortui videbantur; illi spirantes non sine mali sensu longam excipiebant mortem; alii, modico durantes tempore longius morte cruciamentum sustinebant. Quam multi montium capita incursantes intempestiva fuga crepidationem inutilem ostenderunt! quam frequentes, qui ad arborum vertices arrepserant, comprehendebantur rapidissime undis advolitantibus! Instabat acerrime diluvium ad alta quæque ductum; a tergo ferebat omnia, donec simul omnibus implicatis idem mors esset, et tumulus. Mortua cum hominibus reptilia summis aquis innabant. Rationis exsors, consorsque natura una morte comprimebantur: canes cum hominibus iisdem operti fluctibus, ac deinceps prope invicem circumvoluti communiter vitam ponebant. Noemus vero solus per omnium gentium stragem vita fruebatur inopinata. Quemadmodum gubernator quispiam in navis meditullio fidei tractans gubernacula,

CL. DAUSQUEII NOTÆ

(78) *Πρὸς τὴν ὕδατος φύσιν ἡ κτίσις ἐστοιχειοῦτο.* Meditabar χύσιν substituere; sed re pensiculatius recognita sic amplector, quod objicitur, ut φύσις non tam sit aquarum ingenium, quam *eruptio* sicut φῦμα *tuberculum*, sive quæ erupit in tumorem cuticula subjecto humore ardentiore. Τὴν κτίσιν στοιχειοῦσθαι est mundum ad prima elementa referri. Describit enim Basilius tam horribilem, tam fœdam, ac deformatam universi faciem, ut prostratis ædificiis omnibus, arboribus convulsis, animantibus internectis, oblatis e conspectu cœlo, ac terris (ab utroque scilicet confertissimæ erumpebant undæ) maria undique apparuerint, et undique aquæ, ex quibus στοιχείοις omnia Geneseos primo sunt conflata; quæ subeunt, id interpretamenti fulciunt: Οὐκέτι ξηρᾶς καὶ θαλάσσης διάκρισις, ἐνὶ ῥείθρῳ τὰ πάντα συνείχετο, οὐκέτι πηγαί. Censorinus dixerit D mundum *exaquescere.* Ovidius in undecimo:

Inque freti formam terras convertit...

(79) *Τῇ τοῦ κατακλυσμοῦ περιβληθέντες σαγήνῃ.* Efficax et bonis auctoribus cognita translatio. Idem *Oratione de Moyse*: Τοὺς δὲ κύμασιν ἐσαγήνευσε. *Alios undarum sagena obruit.* — *De Jona*: Γλώτταις σαγηνεύειν τὰ ἔθνη. Eadem: Ἐνὼχ ἔμενεν ἔξω τῆς τοῦ θανάτου σαγήνης. Herodianus libro octavo: Παντὸς στρατοῦ σαγηνεύσαντος τὴν πόλιν. Apud Ulpianum in tertiam Demosthenis *pro Olynthiis*, Plutarchum *in Sylla*, et Suidam lege picturam ducis Timothei cum fortuna astante, et retia gestante in urbium expugnationem. Super hoc loquendi genere videsis Exagemeta polyhistoris viri Antonii Guevarræ in primum caput Habacuc.

et diluvio circumquaque obsessus inconsumptus manebat, qui creaturarum servabat reliquias, qui Dei creaturis custos appositus erat, qui in arca velut arce stadium decurrebat, qui creatura naufragium faciente placide solus enavigabat, qui fide et ligno diluvioni vim afferebat. O res inopinabiles! Quomodo arca montibus illisa non est? *Arca ferebatur*, inquit, *super aquas* [64], velut curriculo undis invecta; non proscindens fluctuum profunda, sed equitans in salo velut in solo, vice baseos erat pelagus, et arcæ substernebatur inundatio quasi via publica. Hoc fidei vehiculum! hæc naturæ custodia! O arca paradiso firmior! illic namque cum aliis navigabat serpens : **30** illic lignum mortis fuit instrumentum; hic lignum salutis fuit gubernaculum : illic Adamum prævaricari docebat; hic perfugio Noemum petit. O Noeme hominum progenitor Adamo anteferende! o imaginis Dei firmior asservator! o qui finis, unaque principium naturæ fuisti! o faustum humanitatis confine! o qui tutior divinæ bonitatis fidejussor illuxisti! o qui grassantem per genus humanum exsecrationem stitisti! o impietatis exitium, fideique radix! o qui obliteratum imaginis illius characterem reformasti! o qui divini operis semina reservasti! o qui naturæ causas in te complexus es! o, cujus ope redarsit naturæ scintilla! o diluvio violentior! o fidei custos tutissime! tu enim inundato continente pelagus illius vicem fecisti habitabile, repressisti sacrificio alterius diluvii terrorem; tu recepisti a Deo securitatis futuræ pignora, a perniciabilium rerum exspectatione creaturam vindicasti et, ut Deo cordi sit religio, patefecisti, fuisti apud Deum majore in pretio, idque fidei merito. O virtutis magister! o qui homines edocuisti, quibus Numen honoretur : cui gloria sempiterna. Amen.

A ταχλυσμῷ πάντοθεν πολιορκούμενος, ἀνάλωτος ἔμενεν ὁ τῶν τῆς κτίσεως λειψάνων ταμείας, ὁ φύλαξ τῶν τοῦ Θεοῦ δημιουργημάτων ταχθεὶς, ὁ καθάπερ ἐν ἀκροπόλει τῇ κιβωτῷ σταδιεύσας, ὁ τῆς κτίσεως ναυαγούσης μόνος γαληνὸς ὡς διαπλεύσας, ὁ πίστει καὶ ξύλῳ τὸν κατακλυσμὸν βιασάμενος. Ὢ παραδόξων πραγμάτων! Πῶς ἡ κιβωτὸς οὐ προσεῤῥάγη τοῖς ὄρεσιν; *Ἐπεφέρετο*, φησὶν, *ἡ κιβωτὸς ἐπάνω τοῦ ὕδατος*, ἐποχουμένη τοῖς κύμασιν· οὐκ ἀνατέμνουσα τῶν κυμάτων τὰ βάθη, ἀλλ' ἐπὶ τῶν κυμάτων ὡς ἐπ' ἐδάφους ἱππαζομένη, βάσιν τὸ πέλαγος ἔχουσα, καὶ καθάπερ λεωφόρος ὁ κατακλυσμὸς ὑπεστρώννυτο. Τοῦτο πίστεως ὄχημα, τοῦτο φύσεως φυλακτήριον. Ὢ κιβωτὸς παραδείσου βεβαιοτέρα! Ἐκεῖ μὲν γὰρ ὄφις συνέπλεεν (80), ἐκεῖ ξύλον θανάB του γέγονεν ὄργανον· ἐνταῦθα ξύλον σωτηρίας πηδάλιον. Ἐκεῖ τὸν Ἀδὰμ παραβάτην ἐδίδασκεν· ἐνταῦθα πρόσφυξ τῷ Νῶε προσέρχεται. Ὢ πρόγονε τοῦ γένους, τοῦ Ἀδὰμ τιμιώτερε! ὦ τῆς θείας εἰκόνος βεβαιότερε φύλαξ! ὦ τέλος ὁμοῦ καὶ ἀρχὴ τῇ φύσει γενόμενος! ὦ μεθόριον ἀγαθὸν ἀνθρωπότητος! ὦ τῆς θείας ἀγαθότητος ἐγγυητὴς φανεὶς ἀσφαλέστερος! ὦ στήσας κατάραν κατὰ τοῦ γένους ὁδεύουσαν! ὦ πέρας ἀσεβείας, καὶ ῥίζα γενόμενος πίστεως! ὦ τοὺς τῆς εἰκόνος χαρακτῆρας ἀπαλειφέντας ἀνακτισάμενε! ὦ τῆς τοῦ Θεοῦ δημιουργίας τηρήσας τὰ σπέρματα! ὦ τὰς ἀφορμὰς τῆς φύσεως ἐν σαυτῷ κατασχών! ὦ σβεννύμενον ἀνάψας τὸν σπινθῆρα τῆς φύσεως! ὦ κατακλυσμοῦ βιαιότερε! ὦ πίστεως βεβαιότατε φύλαξ· σὺ γὰρ κατακλυσθείσης ἠπείρου, τὸ C πέλαγος ὡς ἤπειρον ἔκτισας (81), ἔστησας διὰ θυσίαν κατακλυσμοῦ δευτέρου τὸν φόβον, ἐδέξω παρὰ Θεοῦ τῆς ὕστερον ἀσφαλείας ἐνέχυρα, ἔφθασας φθοροποιοῦ προσδοκίας τὴν κτίσιν, ἔδειξας Θεὸν ἐραστὴν εὐσεβείας, ἐφάνης Θεῷ διὰ πίστεως τιμιώτερος. Ὢ παιδευτὴς ἀρετῆς τοῖς ἀνθρώποις γενόμενε! ὦ διδάξας ἀνθρώπους ποίοις τὸ Θεῖον δοξάζεται. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

ORATIO VI.

Ejusdem in Noemum.

1. Dei amanti et spiritali auditori Abrahami Deo amicissimi facinora memorabilia hodie denarrabimus, cui Deus obtigit amoris divini agonotheta, C natura autem adversatrix fuit animi paterni stimulis armata; arena vero fuit Isaaci, dum armatam ferro dexteram ab amantissimo parente exspectat, jugulatio. Athletam, quem ad tantam divini hujus amoris exercitationem provocabat Deus, in medium terrarum orbis stadium conjicit multis ante virtutum experimentis velut in palæstra eruditum. Nunc autem ad labores immensos tanquam in communi populorum theatro cohortatur, ut ad hoc quoque

[70] Ezech. XXXIII, 11.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

Artesius sum: ergone si quam vocem Romanam protulero, nostras erit; loquebantur Armenii Græce, sed τῇ φωνῇ πολλὰ φρυγίζοντες, inquit in Dionysium Eustathius. De arca et hoc diluvio plura Josephus ex veteribus; etsi D. August. lib. XVIII, cap. 8, *De civitat.* scribat, illud ignotum Græcæ et Latinæ historiæ.

(21) *Ἀβάτοις φυλαττόμενον ὄρεσιν*. Scio τὸ α quandoque difficultatem solum dicere quod si sequerer, ἀβάτοις esset idem cum δυσβάτοις. Sed repugnat tenor verborum auctoris. At quomodo ii montes inaccessi, si, auctore Beroso, ad expiationes potissimum et mala averruncanda homines inde bitumen petunt? Josephus ejus sententiam referens: Καὶ κομίζειν τινὰς τῆς ἀσφάλτου ἀφαιροῦντας. Χρῶνται δὲ μάλιστα οἱ ἄνθρωποι τῷ κομιζομένῳ πρὸς τοὺς ἀποτροπιασμούς. Item Nicolaus Damascenus jam tum ævo suo ait, Τὰ λείψανα τῶν ξύλων ἐπὶ πολὺ σωθῆναι: *Lignorum hujus arcæ reliquias diu servatas esse.* Sensit autem Basilius sua tempestate arcam fuisse integram, ideoque inaccessis D incubare montibus, ut ἀπίστων χεῖρες μὴ ψαύουσαι τῇ κατὰ μικρὸν δαπάνῃ τὴν θέαν λυμήνωνται: *Ne manus incredulorum dum tangunt, pauxillatim atterant et labefacient.* Junge igitur particulam μὴ cum λυμήνωνται. Duplex autem potest tactus caveri. Uno modo, ne simplex contrectantium affrictus tandem paulatim ligna absumat et deterat, quod de Jovis simulacro apud Agrigentinos scriptum est in Verrinis: *Ut rictum ejus, ac mentum paulo sit attritius, quod in precibus et gratulationibus non solum id venerari, verum etiam osculari solent.* Altero, ne qui tangunt arcam, frustillatim carpendo corrumpant. Utro modo dixeris ad arcæ integritatem, quam suo tempore durasse et eminus spectari consuesse ait Basilius, pertinebit.

(22) *Μῖσος*. Certo certius scribendum μῦσος.

(23) *Οὐ βούλομαι τὸν θάνατον τοῦ ἁμαρτωλοῦ*. Biblia Regia ἀσεβεῖς. Eadem ἐπιστρέψαι ἀσεβῆ non αὐτόν. A Basilio faciunt Biblia Basileæ impressa, et Tertullianus, qui libro *De oratione* legit *peccatoris*, et locis pluribus.

certamen expeditus filius corona dignus a præcone pronuntietur, communemque victoriæ socium Deum capiat, a quo propterea sit electus. Quale igitur ipsi primum proponit in palæstra certamen: *Egredere de terra, et de cognatione tua, vel de domo patris tui; et veni in terram, quam monstravero tibi* [71]. Familiarium vinculis exemptus ades mihi, cognationes abrumpe, a nativo solo secede, secede a patre, et patria, vince naturæ vires ac retinacula, dum ad virtutem exerceris: *Et veni in terram, quam monstravero tibi.* Locum occultat, ut animi constantiam exerceat; metam celat, ut cursum contendat; cognitionem adimit, ut ad ejus desiderium exsuscitet susceptum in terra cursum. Denique de cœlo tesseram cape. Neque fuit exsequendo segnior Abrahamus, quam imperando Deus: sed cœlestia imperia, ut data, cum alacritate capessivit. Ita divitiarum dat abundantiam, nec hæredem dat; **39** sed spe suspensum tenet, dum fidem exploret. Circumfluebant igitur undequaque opes ingentes, sed inopia naturæ partum negabat, et Saræ sterilitas divitiarum tantarum fructu prohibebat. Fluebant tempora, et hæres non erat; divitiæ crescebant, nec successor sperabatur; senium appetens liberorum spes accidebat; quam prolis exspectationem sterilitatis malum exstinxerat, eam fides innovabat. Sterilis venit in oblivionem suæ conditionis; natura dum spe renovatur, senectæ obliviscitur: accepta promissione habuit filium ante filii partum, et spes ipsa prius Isaacum peperit, quam alius. *Credidit enim*, inquit, *Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam* [72]. Uxoris infecunditatem non, inquit, amplius specto, non respicio corpus emortuum, promissum utroque valentius accepi. Locutus es, et hæres in vicino est, spes ipsas res comitabantur. Eum Deus dedit qui, antequam nasceretur, erat in desiderio. Abrahamus accepit, gavisus est, donum amplexus est. In lucem infans prodiit fidei exercendæ materies, et stadium apertum est amori in Deum. Ignorabat Abrahamus infante edito se ad alia servari certamina. Filium namque Deus in materiam certaminis paraturus erat, ac per filium fortitudinem optimatis ad tabellam expensurus. Ut enim increvit infans, suaque balbutie parentum sauciavit amorem, simul increvit, quod in infante parentes deamarent, totusque parentum amor indivisus in unum conferebatur, et omnes generis spes in uno constituebantur filio.

2. Ac mihi vide deinceps patrem ad certamen evocatum. *Hæc ubi gesta sunt*, inquit Moyses, *tentavit*

A στεφανίτης ἀνακηρύττηται· κοινωνὸν δὲ λάβῃ τῆς νίκης Θεὸν τὸν ἐπὶ τούτοις αὐτὸν ἐκλεξάμενον. Ποῖον οὖν αὐτῷ πρῶτον ἐν παλαίστρᾳ προτείνει γυμνάσιον; *Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου* (24) *καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν, ἣν ἂν σοι δείξω.* Γυμνός μοι φάνηθι τῶν οἰκείων δεσμῶν, συγγενείας ἀπόῤῥηξον· γῆς, ἐφ' [ἧς] ἐτέχθης, ἀπόστηθι· πατρὸς καὶ πατρίδος ἀφίστασο. Νίκησον ἄγκυραν φύσεως πρὸς ἀρετὴν γυμναζόμενος, *καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν ἣν ἂν σοι δείξω.* Κρύπτει τὸν τόπον, ἵνα γυμνάσῃ τὸν τόνον. Καλύπτει τὸ πέρας, ἵνα συντείνῃ τὸν δρόμον. Ἁρπάζει τὴν γνῶσιν, ἵνα πρὸς πόθον ἐγείρῃ τὸν ἐν τῇ γῇ δρόμον. Ἐξ οὐρανοῦ δέχου τὸ σύνθημα. Οὐκ ἦν Ἀβραὰμ τῶν θείων προσταγμάτων ἀργότερος, ἀλλὰ συντρέχει σὺν προθυμίᾳ τοῖς ἐξ οὐρανοῦ B παραγγέλμασι (25). Πάλιν περικλύζει τῷ πλούτῳ, καὶ κληρονόμον οὐδέπω χαρίζεται· ἀλλὰ κρεμᾷ ταῖς ἐλπίσιν, ἵνα βασανίσῃ τὴν πίστιν. Περιέῤῥει μὲν οὖν πανταχόθεν τῶν χρημάτων ὁ πλοῦτος· πενία δὲ φύσεως τὸν τόκον ἠρνεῖτο. Καὶ τῆς Σάῤῥας τὸ ἄγονον ἐσύλησε τὴν τῆς περιουσίας ἀπόλαυσιν· καὶ ὁ χρόνος ἔῤῥει, καὶ ὁ κληρονόμος οὐκ ἦν· ὁ πλοῦτος ηὐξάνετο, καὶ διάδοχος οὐκ ἠλπίζετο. Γῆρας ἐπιὸν τὰς τῆς παιδοποιίας ἐλπίδας ἐθέριζε· πάθος στειρώσεως τοῦ τόκου τὴν προσδοκίαν ἐμάρανεν, ἀλλ' ἡ πίστις ἐνέαζεν. Ἐπελάθετο τοῦ πάθους ἡ στεῖρα, ἐπελάθετο τοῦ γήρως ἡ φύσις, ταῖς ἐλπίσι νεάζουσα· εἶχε πρὸ τοῦ παιδὸς τὸν παῖδα, λαβὼν τὴν ὑπόσχεσιν, καὶ πρὶ τῆς γαστρὸς ὁ Ἰσαὰκ ὑπὸ τῆς ἐλπίδος ἐτίκτετο. C *Ἐπίστευσε γὰρ*, φησὶν, *Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.* Οὐκέτι, φησὶν, ὁρῶ τῆς Σάῤῥας τὴν στείρωσιν· οὐκ ἀποβλέπων πρὸς τὴν τοῦ σώματος νέκρωσιν, ἐδεξάμην φωνὴν ἑκατέρων ἰσχυροτέραν. Ἐφθέγξω, καὶ ὁ κληρονόμος ἐγγύς. Ἠκολούθει τοίνυν ταῖς ἐλπίσι τὰ πράγματα. Ἔδωκεν ὁ Θεὸς τὸν πρὸ τοῦ τόκου ποθούμενον. Ἔλαβεν, ἔχαιρε, τὴν δόσιν ἠσπάζετο. Ἀγώνισμα πίστεως βρέφος ἐτίκτετο· καὶ φιλοθεΐας ἠνοίγετο στάδιον. Ἠγνόει σκάμμασιν ἑτέροις μετὰ τὸν τόκον τηρούμενος. Ἔμελλε γὰρ ὁ Θεὸς ὑπόθεσιν ἀθλητικὴν τῷ δικαίῳ τὴν γονὴν ἑτοιμάζειν, καὶ διὰ παιδὸς τὴν τοῦ ἀριστέως ἀνδρείαν ζυγοστατεῖν. Ὡς γὰρ ηὐξήθη τὸ βρέφος, καὶ ψελλίσμασι τὸν τῶν γονέων πόθον ἐτίτρωσκε, συνηυξάνετο τῷ βρέφει τῶν γονέων τὸ φίλ- D τρον, καὶ πᾶς τῶν τεκόντων ὁ πόθος ἀμέριστος εἰς μόνον ἐφέρετο, καὶ πᾶσαι αἱ τῆς φύσεως ἐλπίδες ἐφ' ἑνὸς ἐδεσμεύοντο τέκνου.

β'. Βλέπε μοι λοιπὸν ἐπὶ τοὺς ἀγῶνας τὸν πατέρα καλούμενον· *Καὶ ἐγένετο μετὰ τὰ ῥήματα ταῦτα,*

[71] Gen. XII, 1. [72] Gen. XV, 6.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(24) *Συγγενείας σου.* Tota orationis facies illud etiam requirit: Καὶ ἐκ τοῦ οἴκου τοῦ πατρός σου. *Et de domo patris tui* (Gen. XII).

(25) *Οὐκ ἦν Ἀβραὰμ τῶν θείων προσταγμάτων ἀργότερος, ἀλλὰ συντρέχει σὺν προθυμίᾳ τοῖς ἐξ οὐρανοῦ παραγγέλμασιν.* Perquam enucleate: Suidas, ἅμ' ἔπος, ἅμ' ἔργον. Breviloquentissimus Homerus hæc omnia uno ἐμμαπέως. Callimachus, ἐννεπές. Thucydidès, αὐτοβοεί.

ὁ Θεὸς ἐπείραζε, φησὶ, τὸν Ἀβραάμ (26). Τί γάρ; A ἠγνόει τὴν ἀρετὴν, ἵνα πειράσῃ τὸν ἀθλητήν; Θεὸς ἀνέμενε τὴν πεῖραν, ἵνα μάθῃ τὴν πρόθεσιν; Πειράζει τοίνυν, οὐχ αὐτὸς ἀγνοῶν, ἀλλ' ἵνα δημοσιεύσῃ τὸν δίκαιον, ἵνα πολλοὺς τῆς τοῦ θεράποντος ἀρετῆς ἐπιστήσῃ τοὺς μάρτυρας. Σμήχει τῷ πειρασμῷ τὸν τῆς ὑπομονῆς ἀνδριάντα, ἵνα δείξας τὸ ἔργον λαμπρότερον, πρὸς θαῦμα καλέσῃ τοὺς βλέποντας. Δονεῖ τὸ σκάφος τοῖς πνεύμασιν, ἵνα τοῦ κυβερνήτου τὴν τέχνην θαυμάσῃς. Ἐπεγείρει τῶν κυμάτων τὴν προσβολὴν, ἵν' ἐκπλαγῇς τὸ τῆς πείρας ἀκίνητον. Προσάγει τὰ μηχανήματα, τὴν τοῦ τείχους ἐλέγχων στεῤῥότητα· ἐπανίστησι τῷ δικαίῳ τὰ τῆς φύσεως κύματα, ἵνα τῆς φιλοθείας θαυμάσῃς τὸν ἔμπορον. *Λάβε τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας, τὸν Ἰσαάκ.* Ὅπλα τὰ τῆς φύσεως ἠκόνησε, B πάσας τοῦ φίλτρου τὰς ἀκίδας ἐκένωσε· οὐ γὰρ εἶπεν ἁπλῶς· Ἀπόδος ὃν ἔδωκα, ἢ θῦσον ὃν ἔλαβες· ἀλλὰ *Τὸν υἱόν σου τὸν ἀγαπητὸν, ὃν ἠγάπησας.* Πλήττει τὴν ψυχὴν τοῖς τῆς φιλοστοργίας ὀνόμασι. Πλατύνει τὰς κλήσεις, ἵνα πλέον ἀνάψῃ τὴν φλόγα· ὅλας ἐξέχεε κατ' αὐτοῦ τὰς νιφάδας τῆς φύσεως (27)· *Καὶ ἀνένεγκε αὐτὸν εἰς ὁλοκάρπωσιν ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων, ὧν ἄν σοι εἴπω.* Οὐδὲ γνώριμον αὐτῷ τὸν τοῦ φόνου τόπον ἐργάζεται. Παρατείνει τὸν ἀριθμὸν, βασανίζων τὸν τρόπον. *Καὶ ἀνένεγκε αὐτὸν εἰς ὁλοκάρπωσιν ἐφ' ἓν τῶν ὀρέων.* Πῶς οὐκ ἔφριξε τὴν φωνήν; πῶς οὐ συνεστάλη τὴν ψυχὴν τῇ πληγῇ τῆς φωνῆς; πῶς οὐκ ἔφθασε τῇ τελευτῇ τὴν τοῦ τέκνου σφαγήν; Ἀλλ' ὦ ψυχῆς καρτερᾶς! οὐκ ἐστέναξεν, οὐκ C ἐδάκρυσεν, οὐκ εἶξε τῇ φύσει, οὐκ ἐμερίσθη τοῖς βουλεύμασι, οὐ τὸ πρόσωπον ἤμειψεν, οὐκ ἀφῆκε φωνὴν τὴν πατρικὴν, τέκνου σφαγὴν ἀπαιτούμενος, οὐκ εἶπεν ἅπερ ἡ φύσις ἐβούλετο· Ὢ ξένων ἐπιταγμάτων! Ὢ τῶν παρὰ φύσιν παραγγελμάτων! Τέκνου σφαγὴν αἰτοῦμαι, καὶ γενέσθαι παιδὸς προστάττομαι δήμιος· Πατὴρ βραδὺς, καὶ τεκνοφόνος ταχύς. Ὢ ποίαις καὶ ποίαις ἐλπίσιν ἐτήρουν τὸν φίλτατον! Ὅτε μοι τῆς ἀτεκνίας ἐλύθη τὸ πάθος, τότε πάλιν ἀτεκνίαν ὀδύρομαι. Οὐκ ἦν οὕτως ἀνιαρά μοι πρὸ τῆς πείρας ἡ τοῦ παιδὸς ἐρημία. Οὔπω τῇ ἀπολαύσει τρωθεὶς ἠγνόουν, ὃν οὐκ εἶχον· νῦν δὲ τῇ φύσει δεθεὶς, καὶ τῷ πόθῳ προσηλωθεὶς, οὐ φέρω τὸν πόνον τῆς ἀφαιρέσεως. Τί οὖν με καὶ πατέρα δείξας παιδοκτόνον ἐργάζῃ; τί με τέρπεσθαι ταῖς ὠδῖσιν ἐδίδαξας, με- D ταδιδάξας ὀδύρεσθαι; τί μεταβάλλεις τὸν πόθον εἰς πένθος; τί μετασκευάζεις τὸ φίλτρον εἰς θρῆνον; μιανῶ δεξιὰν αἵμασι παιδὸς, ὑπὲρ οὗ πολλάκις σοι

Deus Abraham [73]. Quid enim? an athletæ periculum fecit, quod ejus virtutem ignoraret? ideone, ut animi propositum disceret, ejus specimen Deus exspectabat? Tentat ergo non ob suam ignorantiam, sed ut justus populis invulget, ut servi virtutem pluribus faciat testatiorem. Tentatione purgat Abrahamum patientiæ simulacrum, ut nitidiori opere ostentato spectantem rapiat in admirationem; naviculam ventis agitat, quo gubernatoris artem magis admireris; fluctuum ciet impetum, ut obstupescas quam nulla tentatione moveatur; machinas admovet **40** murorum firmitudinem ostentans: naturæ fluctus in justum sustollit, ut amicitiæ divinæ nundinatorem admireris: *Tolle filium tuum unigenitum quem diligis, Isaac* [74]. Arma naturæ exacuit, omniaque amoris ingeniti tela exhaurit. Nec enim simpliciter dixit: Redde quem dedi; aut: Macta quem accepisti; sed: *Unigenitum filium tuum, quem diligis.* Ferit animum amoris commemoratione, multiplicat appellationes, quibus flammam acrius accendat; omnes effundit in eum naturæ nives: *Atque ibi offeres eum in holocaustum super unum montium quem, monstravero tibi* [75]. Neque cædis locum notum facit. Montium producit numerum, capiens morum specimen. *Et offeres eum in holocaustum super unum montium, quem monstravero tibi.* Quomodo ad eam vocem non inhorruit? quomodo non fuit animus vocis perculsione contractior? quomodo filii jugulationem morte non antevertit? O animi firmitudinem! Non gemuit, non illacrymavit, non naturæ vi fractus est, non in varias partes consilia partitus est, oris constantiam tenuit, non emisit vocem patre dignam, qua filii jugulum petere abnueret; non dixit quæ ab ingenio voluisset. O barbaricas præceptiones! o imperia a naturæ legibus abhorrentia! Filii jugulum reposcor, et filii carnifex esse jubeor. Serus cum fuerim pater, in filii cædem propere urgeor. O cujusmodi in spes natum charissimum servabam! Infecunditatis malo solutus rursum me improlem gemo. Non usque adeo filii orbitas ante luctuosa fuit, quam nunc experte mihi. Nondum fructu filii saucius eum ignorabam, quo carebam. Nunc autem et naturæ obligatur, et amoris vi quasi clavo confixus interemptionis dolorem non fero. Cur tandem, qui me, ut genitor essem, creasti, parricidium jubes admittere? Quid me partu delectari docuisti? an ut deinde lugere doceres? Quid amorem mœrore commutas?

[73] Gen. XXII, 1. [74] ibid. 2. [75] ibid.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(26) *Ἐπείραζε τὸν Ἀβραάμ.* Similiter Biblia, quæ Basileæ cusa. Regia vero quæ Antuerpiæ et Septuaginta ἐπείρασε. Alio modo, non aliud. τὸ ἐπείραζε Dei tentantis actionem librat et suspendit.

(27) *Ὅλας ἐξέχεε κατ' αὐτοῦ τὰς νιφάδας τῆς φύσεως.* Primum corrigere sic tentabam: Ἐξέκαιε κατ' αὐτοῦ τὰς δᾷδας τῆς φύσεως, quod fuisset *genitori amoris faces inflammare.* Idque affine videbatur proximæ translationi, Ἀνάψῃ τὴν φλόγα. Sed mihi decretum est nihil temere mutare, et probatur, quod improbatum ibam. Ac si dicat Basilius: *Deus ardentissimum Abrahami in se amorem objecta tentatione de filii jugulatione velut copiosis nivibus effusis obruit.*

Eadem venustate de Davide: Ὧ τοσοῦτον συμφορῶν νιφάδας ἐπαφῆκεν ὁ διάβολος. *Hiemem, tempestatemve* posses dicere.

Quid ex amore lamenta concinnas? Illiusne filii sanguine dexteram inquinabo, pro quo toties ego tibi manus extendi? Patriisne supplicationibus ante susceptis patrem ad filii interemptionem obarmas? Domine, promissa tua respice. Cui hæredem promiseras, eum hæredi percussorem submittis? quem largitus eras successorem, mactari poscis? **41** Ecce tibi, fili, mecum nuptiales epulas et thalamum agitabam animo, ignorans te charissimum igni ferroque ali. En aram pro thalamo, pro igne nuptiali aræ flamma. Utinam nunquam filium rogassem! Utinam mea generandi vota nulla fuissent! Utinam partum inopinatum nullus vidissem, ut ne ad bellum venirem inspectatum! Et, quod mibi acerbissimum est omnium, auctorem me cædis esse jubet, atque a parente filium jugulari peroptat videre. Saltem hostium manibus dedatur, hostes jugulum petant, cædem perficiat dextera ab amoris nexibus libera. Parens vero cum sim, id audire non sustineo, nedum jugulare. Ferrum natura repudiat; ad rem tam atrocem fatiscit dextera, oculi spectaculum refugiunt; quibus ipse affectibus naturam obarmaveris, nosti. Nihil horum generoso Abrahamo aut excidit, aut in mentem incidit: sed cui divina jussa curæ erant, quasi veræ ovis alicujus sacrum exactus ad jugulationem comparabatur, neque ad naturam, quæ retardaret impetum, convertebatur. Silentium igitur subsidio comparans, totus erat in iis quæ Deus imperarat. Facinus tam audax Saram celat; neque ad matrem effert mandata. Quamobrem? Illa quidem, inquit, amans Dei est; ego quidem ejus animum suspicio, at ingenium vereor. Intueor matris in Deum propensionem, at metuo affectum in liberos: Dei amans est mulier, sed mater est. Mulieres naturæ impotentia devictæ res importuna. Vereor, ne pueri furto materiam subtrahat obsequendi Deo jubenti; vereor, ne lacrimis sacra fœdet, ne puero complorato injuriam imperanti inferat; ne vultu contuso sacra disjiciat, Deoque vim afferat; ne, mente infracta, rei tam obstupendæ gratiam spoliet. Ego post jugulationem lamentantem alloquar; ego colam plorantem hisce verbis: Desine lamentari, ne fle puerum ipsa jugulatione cohonestatum. Donum erat ultroneum infans non sine dolore partus. Filium non tollit parens, si plus prodest, neque temere ferrum it per mediam sobolem. Ausa sacrum facere dextera, beneficium spondet. Quem Deus dedit, repetiit: quem formavit, requisivit: **42** quem rogatus dederat, rogans recipit; nec quidquam impediet quominus

A τὰς χεῖρας ἐξέτεινα. Πατρικὰς ἱκεσίας δεξάμενος ὁπλίζεις πατέρα πρὸς τὴν τοῦ βρέφους ἀναίρεσιν. Πρὸς τὰς σὰς ὑποσχέσεις ἀπόδλεψον, δέσποτα. Κληρονόμον ἐπηγγείλω, καὶ παιδοκτόνον ἐργάζῃ, καὶ θυσίαν ἀπαιτεῖς ὃν ἐχαρίσω διάδοχον; Ἀλλ' ἐγὼ μέν σοι παστάδας περιενόουν, ὦ τέκνον, καὶ θάλαμον· ἠγνόουν δ' ἄρα πυρὶ καὶ σιδήρῳ τρέφον τὸν φίλτατον. Ἀντὶ παστάδος βωμὸς, ἀντὶ πυρὸς νυμφικοῦ, φλὸξ ἐπιδώμιος. Εἴθε μήποτε πρὸς αἴτησιν ἦλθον γονῆς, εἴθε μοι γέγονεν ἄπρακτος ἡ τῆς παιδογονίας εὐχή! εἴθε μὴ τόκον εἶδον παράδοξον, ἵνα μὴ πρὸς πόλεμον ἦλθον οὐκ ἐλπιζόμενον! Ἀλλά μοι τὸ πάντων ἀνιαρώτατον, αὐτουργόν με γενέσθαι τοῦ φόνου κελεύει, καὶ σφαγέα τοῦ βρέφους ἰδεῖν ἐπιθυμεῖ τὸν γεννήσαντα. Οὐκοῦν πολεμίων ἐνδιδόσθω χερσί· δυσμενεῖς τὴν σφαγὴν B ἐνεργείτωσαν· πραττέτω τὸν φόνον δεξιὰ μὴ δεδεμένη τῷ πόθῳ. Πατὴρ δὲ ὢν οὐ φέρω τὴν ἀκοὴν, οὐχ ὑποφέρω τὴν σφαγήν. Ἀπωθεῖται τὸ ξίφος ἡ φύσις· ὀκλάζει πρὸς τὸ ἔργον ἡ δεξιά· ὀφθαλμοὶ τὴν θέαν ἀρνοῦνται· οἶδας αὐτὸς οἵοις πάθεσι τὴν φύσιν καθώπλισας. Οὐδὲν τούτων ὁ γενναῖος Ἀβραὰμ, οὐκ εἶπεν, οὐκ ἐνόησεν· ἀλλ' ὡς ἀληθῶς προβάτου θυσίαν ἀπαιτούμενος, πρὸς τὴν σφαγὴν εὐτρεπίζετο, ὁ τοῖς θείοις ἐμμελετήσας προστάγμασι, καὶ οὐκ ἐπιστρέφεται πρὸς τὴν φύσιν τὸν δρόμον κωλύουσαν. Συνεργὸν οὖν λαβὼν τὴν σιγὴν ὅλος ἐγίνετο τοῦ προστάγματος. Κρύπτει τὴν Σάῤῥαν τὸ τόλμημα, οὐκ ἐκφαίνει τῇ τεκούσῃ τὸ πρόσταγμα· τίνος ἕνεκεν; Φιλόθεος μέν φησιν· ἐγὼ δὲ τὴν γνώμην θαυμάζων αἰδοῦμαι τὴν φύσιν· ὁρῶν τὸ φιλόθεον, δέδοικα τὸ C φιλόστοργον. Φιλόθεος ἡ γυνὴ, ἀλλὰ μήτηρ ἐστί. Δεινὸν αἱ μητέρες ἀσθενείᾳ κρατούμεναι φύσεως. Δέδοικα μὴ κρύψασα τὸν παῖδα, κλέψῃ τὸ παράγγελμα, μὴ μολύνῃ τὴν θυσίαν δακρύσασα· μὴ τὸν παῖδα θρηνήσασα, καθυβρίσῃ τὸν ἐπιτάξαντα· μὴ τὴν ὄψιν ἀράξασα, ῥίψῃ τὴν θυσίαν, καὶ τὸν Θεὸν ἐκβιάσηται· μὴ τὴν γνώμην ὀκλάσασα, συλήσῃ τὴν χάριν τοῦ θαύματος. Ἐγὼ μετὰ τὴν σφαγὴν θρηνοῦσαν παραμυθήσομαι (28)· θεραπεύσω δακρύουσαν, τοιαῦτα πρὸς αὐτὴν ἀποφθεγγόμενος· παῦσαι θρηνοῦσα, μὴ κλαῖε τὸν παῖδα τὸν τῇ σφαγῇ τιμηθέντα· δῶρον ὁ τόκος ὠδῖνας χαρισάμενος. Οὐκ ἀναιρεῖ τὸν παῖδα πατὴρ μεῖζον ὠφελῶν, οὐδὲ μάτην χωρεῖ μέσον τὸ ξίφος τῆς φύσεως. Ἐγγυᾶται τὴν εὐεργεσίαν ἡ τὴν D θυσίαν τολμήσασα δεξιά. Ὃν ἔδωκεν ᾔτησεν, ὃν ἔπλασε, πάλιν ἐζήτησεν· ἔλαβεν αἰτήσας, ὃν ἔδωκεν αἰτηθείς· ἀποδώσει πάλιν βουληθεὶς, ὑπ' οὐδενὸς κωλυόμενος. Ὁ γὰρ οὐκ ὄντα δοὺς, καὶ νεκρωθέντα χαρίσεται. Ὁ νεκρωθεῖσάν σοι τὴν γαστέρα δείξας μητέρα, καὶ παῖδα σφαγέντα πρὸς ζωὴν μεταπέμψει (29).

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(28) *Παραμυθήσομαι. Alloquar, sive solabor.* Vide Muretum *Variarum*, lib. II, cap. 4. Ratio locutionis est, quod verba et voces lenire dolores possunt, juxta illud veteris tragœdi, Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. Legitur apud Eustathium, pag. 576, et pag. 1003. Et alibi apud Plutarchum: Ψυχῆς νοσούσης ἐστὶ φάρμακον λόγος· *Animo ecquod ægro pharmacum est? oratio.*

(29) *Ὁ νεκρωθεῖσάν σοι τὴν γαστέρα δείξας μητέρα, καὶ παῖδα σφαγέντα πρὸς ζωὴν μεταπέμψει.* Athenagoras philosophus multa varia congerit ad fidem resurrectionis, lib. *De resurrect. mortuorum.* Ἧς γάρ ἐστι δυνάμεως καὶ τὴν παρὰ τῆς νενομισμένης ἄμορφον οὖσαν μορφῶσαι, καὶ τὴν ἀνείδεον, καὶ ἀδιακόσμητον πολλοῖς, καὶ διαφόροις εἴδεσι κοσμῆσαι, καὶ τὰ μέρη τῶν στοιχείων εἰς ἓν

Τὸ δὲ μέγιστον εἰς παραμυθίαν, ὦ γύναι, εἰς αἴτησιν ἦλθε θυσίας, ὁ τοῦ βρέφους ἔχων τὴν ἐξουσίαν. Μόσχον πρώην προσήνεγκας, Ἰσαὰκ προσενέγκασα, τί τῶν ἀγαθῶν οὐκ ἐλπίζεις; Τοιούτοις νεανικοῖς λογισμοῖς ὁ πρεσβύτης ἐπιστομίσας τὴν φύσιν κακίζουσαν, καὶ παραθήξας τὴν φρένα, καὶ στομώσας τὴν χεῖρα, τὸ τῶν σπλάγχνων θῦμα λαβὼν, δρομαῖος ἐπὶ τὸ ὄρος ἀνέτρεχε, γηραιὸν πόδα διδάξας τῷ δρόμῳ νεάζοντα. Ἐνίκα γὰρ φύσιν, καὶ πάθος ὁ πόθος· καὶ γῆρας, εὐσεβείας ὁ τόνος· καὶ πάντα ἡλέγχετο τῷ τῆς φιλοθεΐας παραχωροῦντα πυρί. Ἀνεπήδα πρὸς τὸ ὄρος, συνεργὸν τῆς θυσίας αὐτὸ τὸ θαῦμα λαβών. Αὐτός τε γὰρ τὸ πῦρ καὶ τὸ ξίφος μετεχειρίζετο· τοῖς τῆς θυσίας δὲ ξύλοις, τὸ καλὸν ἱερεῖον τὸν Ἰσαὰκ ἐπεφόρτιζε· καὶ γέγονε συνεργὸν τῆς θυσίας τὸ θῦμα. Συμπράττων δὲ τὸ τῷ πατρὶ τὴν θυσίαν ὁ Ἰσαὰκ, καὶ τῷ γεννήσαντι τὴν μέριμναν μεριζόμενος, πεῦσιν προσφέρει τὸν πατέρα τιτρώσκουσαν· *Ἰδοὺ*, φησὶ, *τὸ πῦρ καὶ τὰ ξύλα, ποῦ τὸ πρόβατον τὸ εἰς ὁλοκάρπωσιν*; Πάλιν ὑπομιμνήσκει τὸν πατέρα, ὡς τῇ λήθῃ κρατούμενον. Ὅρα μή σοι τῆς προθυμίας τὸ τάχος, ὦ πάτερ, ἔκλεψε τοῦ λειπομένου τὴν αἴσθησιν. Ὢ ῥήματος πατρὸς μὲν ἑτέρου μέσην τὴν καρδίαν τοξεύοντος, τοῦ δὲ Ἀβραὰμ οὐ προσψαύοντος! Ἀδακρυτὶ γοῦν πρὸς τὸν Ἰσαὰκ ἀποκρίνεται, καὶ φωνὴν ἱερέως, οὐ πατρὸς ἀπεφθέγξατο· *Ὁ Θεὸς*, φησὶν, *ὄψεται ἑαυτῷ πρόβατον εἰς ὁλοκάρπωσιν, τέκνον*. Ἀγνοῶν προφητεύει τὸ μέλλον, καὶ τὸν παῖδα σοφιζόμενος, ἀληθεύει φθεγγόμενος. Πρόβατον καλεῖ τὸν υἱὸν (30), ὃν ὡς πρόβατον προσάγειν ἐπείγεται. Πῶς ἔρρηξε φωνήν; Ποίοις ἀπεκρίνατο σπλάγχνοις; Πῶς οὐκ ἐνάρκησε πρὸς τὸν λόγον ἡ γλῶσσα; Πῶς οὐκ οἰμώξας καὶ τὸν παῖδα περιπτυξάμενος, ἔρριψε πενθῶν τῆς θυσίας τὰ σύμβολα; Ἤδη μενοῦν ἐπὶ τῆς τοῦ ὄρους κορυφῆς καὶ θυσιαστήριον ἐσκευάζετο, τὰ ξύλα προσηγάγετο, ὁ Ἰσαὰκ ἐδεσμεύετο, τὸ ξίφος ἡρπάζετο. Ὢ θεάματος φοβεροῦ! Φιλοστοργία πρὸς φιλοθεΐαν δικάζεται· καὶ δικαστὴς Ἀβραὰμ ξιφηφόρος ἐφέστηκε, καὶ τὴν ψῆφον ὑπογράφει τῷ ξίφει, καὶ τὴν νίκην τῇ φιλοθεΐᾳ χαρίζεται, ἐπισφραγίζων τοῖς αἵμασι, μάρτυρα τῆς νίκης τὴν θυσίαν ποιούμενος. Πῶς οὐκ ἐνάρκησεν ἡ χείρ; Πῶς τὴν μάχαιραν λαβὼν εἶτα στενάξας οὐκ ἔρριψεν; Ὢ φιλοθεΐας ἰσχύς· ὢ πυρὸς εὐσεβοῦς, φύσεως φλόγα νικήσαντος! Ἀλλ' ὁ μὲν ἀνδρικῶς ἀνατείνει τὴν δεξιὰν πρὸς τὴν τοῦ βρέφους σφαγήν· ἄνωθεν δὲ φωνὴ δεσμεύει τὴν χεῖρα. Ἔφθασεν ἡ φωνὴ τὴν σφαγὴν, γέγονεν ὀξυτέρα τοῦ ξίφους ἡ κλῆσις· λόγος ἐπέμπετο, καὶ χεὶρ ἐδεσμεύετο· ἄνω

A reddat, cum ita visum erit. Nam qui eum, cum non exsisteret, dedit, vel morte prostratum ultro dabit. Qui tibi alvo effeta matrem esse concessit, et puerum jugulatum remittet ad vitam. Quodque ad solatium valet plurimum, o mulier, is cujus in potestate est filius, ut mactaretur, flagitavit. Vitulum nuper obtulisti; Isaaco oblato ecquid bonorum non speres? Tali oratione tamque generosa ratione semper naturæ obloquenti os obstruens, mentemque exacuens, ac manum corroborans de suis extractam visceribus victimam capit, cursu contendit in montem, pedem senescentem juvenili cursu promovet. Naturam et afflictionem pervincebat affectio, nec non pietatis contentio senium, omniaque palam ardori in Deum inflammato cedebant. Exsiliebat in B montem, sacrificii adjutricem victimam ipsam sumens. Ipse enim ignem et gladium manu tractabat, lignisque victimariis Isaacum victimam pulcherrimam aggravabat et auxiliatrix sacrificii fuit ipsa victima. Simul enim cum patre Isaac sacrificium faciens, et cum genitore curam partitus interrogatione profert, quæ patrium animum exulceret: *Ecce*, inquit, *ignis et ligna; ubi est victima holocausti* [76]? Iterum patri velut oblito in memoriam reducit: Vide, pater, ne tuæ alacritatis celeritudo rei, quæ desit, sensum sustulerit. O vocem, quæ patris alterius cor medium instar teli dissecet: Abrahamum vero ne attingit quidem! Siccis oculis filio respondet, et sacrifici, non patris, voce C utitur. *Deus*, inquit, *providebit sibi victimam holocausti*. Imprudens, quod futurum antedicit, ac dum eludit filium, vera loquitur. Ovem filium nominat, quem instar ovis offerre festinat. Qua ratione vocem rupit? quibus e visceribus responsum exprompsit? quæ locutura lingua non obstupuit? qui non et gemens, et filium amplexus abjecit præ luctu sacrificii symbola? Jam tandem in montis vertice ara parabatur, addebantur ligna, Isaacus vinciebatur, gladius arripiebatur. O spectaculum formidandum! Amor in prolem Deique dilectio judicio contendunt, et judex **43** ensifer instat Abrahamus, ac ense jus dicit, victoriamque Dei dilectioni tribuit, consignat sanguine, testemque victoriæ sacrificium facit. Quomodo non obriguit manus? cur non captam machæram ingemiscens deinde projecit? O amoris divini vim. O pios ignes, qui amoris natura- D lis flammas pervicerunt! Verum ille mascula fortitudine dexteram in filii jugulum extendit; supreme vero missa vox manum sistit vincitque; vox jugu-

[76] Gen. xxii, 7.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

συναγαγεῖν, καὶ τὸ σπέρμα ἓν ὂν, καὶ ἁπλοῦν, εἰς πολλὰ διελεῖν, καὶ τὸ ἀδιάρθρωτον διαρθρῶσαι, καὶ τῷ μὴ ζῶντι δοῦναι ζωὴν τῆς αὐτῆς ἐστι, καὶ τὸ διαλελυμένον ἑνῶσαι, καὶ τὸ κείμενον ἀναστῆσαι, καὶ τὸ τεθνηκὸς ζωοποιῆσαι πάλιν, καὶ τὸ φθαρτὸν μεταβαλεῖν εἰς ἀφθαρσίαν, et plura, quæ, qui volet, legito.

(30) *Πρόβατον καλεῖ τὸν υἱόν*. Par enim et ovis et obsequentissimi Isaaci simplicitas. Veteres *ovem*, qui aut stolidus esset, aut fraudi pateret, vocabant. Plautus *Bacchidibus : Quis has huc oves adegit?* Fabius Maximus quod a puero tardiores videretur ingenii *oviculæ* cognomentum invenit. Et bene nummatum, sed quem Suada et Musæ non decorarent χρυσόμηλον appellavit Diogenes, *auream ovem*, χρυσοῦν πρόβατον M. Sylanum appellabat Caligula Dio.

lationem antevertit, et ante ad aures accedit vocatio, quam in cervices gladius incubuerit; vox mittebatur, et manus ligabantur. Ruentem ad jugulum feriendum dexteram desuper tenet, ingeminat vocationem, ut manum comprimat. Totum enim in opus intentum, et qui tantillo abfuit, quin in filii sanguine ferrum mergeret, cohibet, appellatione convertit, verbo frenat impetum, tanquam freni impatientem equum ad se attrahit. *Abraham, Abraham*. Qui tandem conversus, *Adsum* [77], inquit. Num sacra mea lentitudine defœdavi? Quid ergo vox? *Per memetipsum juravi, dicit Dominus, quia fecisti rem hanc, et non pepercisti filio tuo dilecto propter me, benedicentur in te et in semine tuo omnes gentes* [78]? Unius filii nullam rationem habuisti, orbis terrarum pater esto. Cum Isaaco gentes habe filias, unius sacrificii merito orbem terrarum; pater esto gentium. Siquidem pater eris Christi, cujus in possessione gentes sunt. Pro unigenito tuo ovis fiat succidanea. Meus Unigenitus, quem agnum gestaverit, tradet in mortem. Ne unigenitum tuum tangat gladius: nec enim crux Unigeniti mei deitatem tanget. Circa ovem sacrificatio versetur, circa dispensationem Christi passio. Ovis et caro configantur, ne quod imitandum perturbes, eum morti objiciens, qui una eademque tecum natura est; ovis cadat, quæ Agni in crucem suffixi fert imaginem. Vide arietem tanquam in cruce pendentem in frutice. Is clavos præstolatur, is est victima mundo salutaris. Patitur enim templum habitantis Dei secundum ipsius vocem Domini: *Solvite templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* [79]; cui gloria sempiterna. Amen.

A κατέχει τὴν δεξιὰν πρὸς σφαγὴν ἐπειγομένην, διπλασιάζει τὴν κλῆσιν, ἵνα συστείλῃ τὴν χεῖρα. Ὅλον γὰρ πρὸς τὸ ἔργον ἐγκείμενον, καὶ μικροῦ τὸ ξίφος ἐν τῷ βρέφει βαπτίσαντα κατέχει, τῇ κλήσει ἐπιστρέφει, τῷ ῥήματι τὴν ὁρμὴν χαλινοῖ, καθάπερ δυσήνιον ἵππον πρὸς ἑαυτὸν ἐπισπώμενος· *Ἀβραάμ, Ἀβραάμ*. Ὁ δὲ μόλις ἐπιστραφείς, *Ἰδοὺ ἐγώ*, φησίν. Ἆρα μὴ τὴν θυσίαν τῇ βραδυτῆτι καθύβρισα; Τί οὖν ἡ φωνή; *Κατ' ἐμαυτοῦ ὤμοσα, λέγει Κύριος, οὗ ἕνεκεν ἐποιήσας τὸ ῥῆμα τοῦτο, καὶ οὐκ ἐφείσω τοῦ υἱοῦ σου ἀγαπητοῦ δι' ἐμέ, ἐνευλογηθήσονται ἐν σοί, καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου πάντα τὰ ἔθνη τῆς γῆς*· ἑνὸς ὑπερεῖδες; Γενοῦ τῆς οἰκουμένης πατήρ· ἔχε μετὰ Ἰσαὰκ παῖδας τὰ ἔθνη, ἑνὶ θύματι τὴν οἰκουμένην. Γενοῦ πατὴρ ἐθνῶν. Πατὴρ B γὰρ ἔσῃ Χριστοῦ, οὗ κτῆμα τὰ ἔθνη. Ἀντὶ τοῦ σοῦ μονογενοῦς θυέσθω τὸ πρόβατον· ἐμὸς μονογενὴς τὸν φορούμενον ἀμνὸν ἐπιδώσει τῷ πάθει. Μὴ ἁπτέσθω τοῦ μονογενοῦς σου τὸ ξίφος. Οὐ γὰρ σταυρὸς τῆς τοῦ μονογενοῦς μου θεότητος ἅπτεται. Περὶ τὸ πρόβατον ἡ θυσία, περὶ τὴν οἰκονομίαν τὸ πάθος. Τὸ πρόβατον καὶ ἡ σὰρξ προσηλούσθω (31), μὴ παρατάξῃς τὴν μίμησιν, παραβάλλων τῷ πάθει τὸν σὸν ὁμοούσιον. Τὸ πρόβατον σφαττέσθω, τοῦ ἐσταυρωμένου ἀμνοῦ φέρον τὴν μίμησιν· ὅρα τὸ πρόβατον ὡς ἐπὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ φυτοῦ κρεμάμενον. Τοῦτο τοὺς ἥλους ἐκδέχεται, τοῦτο γίνεται θυσία τῷ κόσμῳ σωτήριος. Πάσχει γὰρ ναὸς οἰκοῦντος Θεοῦ, κατὰ τὴν αὐτοῦ τοῦ Δεσπότου φωνήν· *Λύσατε τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν*. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν. C

44 ORATIO VIII.

Ejusdem in Josephum.

1. Longa maria trajicientibus ad cursum regendum pro tessera sunt astrorum undequaque splendentium motiones, et gubernator incumbens gubernaculo tollit in cœlum oculos, astrorum motibus aurigans navem; cursumque per mare cœlesti lumine contorquens, fertur in portum. Qui vero vitæ pelagus recte student percurrere, ac vitæ secundum Deum institutæ desiderant secare fluctus, non astra spectant; sed chorum justorum inspectum eunt, ac eorum vivendi rationibus vestigiisque insistentes, quasi composito gradu, suam ipsorum vitam dirigunt. Non enim navigantes tot

ΛΟΓΟΣ Η'.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν Ἰωσήφ.

α'. Τοῖς μὲν τὰ μακρὰ πελάγη διαπερῶσιν αἱ τῶν περιφανεστέρων κινήσεις ἄστρων πρὸς τὸν δρόμον γίνονται σύνθημα· καὶ κυβερνήτης, ἐπιβάλλων τῷ πηδαλίῳ, τὸ βλέμμα τείνει πρὸς οὐρανόν, τοῖς τῶν ἀστέρων κινήμασι ἡνιοχῶν τὴν ὁλκάδα, καὶ τὸν πελάγιον δρόμον τῷ κατ' οὐρανὸν φέγγει συνελίττων πρὸς λιμένας ἐπείγεται. Οἱ δὲ τοῦ βίου τὴν θάλατταν καλῶς σταδιεύειν ἐθέλοντες, καὶ πολιτείας ἐνθέου τέμνειν ποθοῦντες τὰ κύματα, οὐκ εἰς ἀστέρας ὁρῶσιν, ἀλλὰ πρὸς τὸν τῶν δικαίων ἀφορῶσι χορόν, καὶ τοῖς τούτων ἴχνεσι, τοῖς τῆς πολιτείας ἐπερείδοντες D βήμασι, τὴν ἑαυτῶν ζωὴν ἀπευθύνουσιν. Οὐ γὰρ τοσ-

[77] Gen. XXII, 11. [78] ibid. 12. [79] Joan. II, 19.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(31) *Πρόβατον καὶ ἡ σὰρξ προσηλούσθω*. Hoc loco Scriptura habet κριός, aries; id vero magni interest. Dicit enim historia sacra, cornibus pependisse inter vepres: oves autem cornutæ non solent esse. Nam licet scientissimus naturæ Homerus in *Odyssea* scripserit agnis recens natis in Libya propere succrescere cornua: non tamen ubique sunt ejusmodi. Nisi dicamus angeli opera Libycam ovem cornutam eo deportatam, quod fingi nihil necesse est. Verum nota προβάτου appellationem arietem, et plura complecti. Suidas: Πρόβατα πάντα τὰ τετράποδα: *Probata omnia quadrupedia*. Hesychius idem tradit explicatius. Quare κριός est πρόβατον, etsi non convertuntur. Hinc etiam videre est *probaticam* piscinam apud Joannem non a solis ovibus nomen invenisse, cum et alia quadrupedia venderentur in usum sacrorum.

αὗται κινδύνων ἐπαναστάσεις πολιορκοῦσι τοὺς A πλέοντας, ὡς αἱ τοῦ βίου περιστάσεις περιαντλοῦσι τοὺς τῆς ἀρετῆς ἐμπορίαν ἀνύοντας. Τίς γὰρ τῶν δικαίων τὸν τῇδε πλοῦν διὰ γαλήνης παρέπλευσε; Πρῶτος Ἄβελ πίστεως ἐραστὴς χειρὸς ἀδελφικῆς παρανάλωμα γέγονε (32). Νῶε μετὰ τὴν πολυχρόνιον τῶν ἀσεβούντων ἀπήρειαν, ἐνιαυτὸν ὅλον ἐπελαγίζετο. Ἀβραὰμ διὰ πόθον Θεοῦ, τὸν νόμον ὑπερεῖδε τῆς φύσεως, πείθων δεξιὰν μᾶλλον παιδοκτονεῖν, ἢ ἀπειθεῖν ἐπιτάττοντι Θεῷ. Ἰσαὰκ ὡς ἱερεῖον δεσμευόμενον ἐφέρετο. Ἰακὼβ πόῤῥω τῶν γονέων ἐφυγαδεύετο, ἀδελφικῷ φόβῳ τῶν τεκόντων ἀλλοτριούμενος. Περιήχει δὲ ἡμῖν ὁ λόγος εἰς τὸν καλὸν (33) Ἰωσήφ, οὗ τὸ κάλλος ἡ Γραφὴ θαυμάσασα, τοὺς ὑπὲρ ἀρετῆς ἱδρῶτας ἀνέγραψεν, ἵνα πρὸς τοῦτον ὁρῶντες ἐπιγράφωνται. Περὶ οὗ καὶ μελῳδῶν Δαυῒδ ἀνεκρούετο B θαυμάζων τὴν σύνεσιν (34)· *Τοῦ παιδεῦσαι τοὺς ἄρχοντας Αἰγυπτίων ὡς ἑαυτὸν, καὶ τοὺς πρεσβυτέρους αὐτῶν σοφίσαι.* Πόσοις ὁ νέος ὑπὲρ ἀρετῆς κινδύνοις διεπάλαισε! πόσας κυμάτων προσβολὰς ἐτινάξατο! πόσους κρημνοὺς χωρὶς ὀλίσθου διήλατο (35)! Καίτοι τινὲς τὴν σωφροσύνην τοῦ νέου μόνον θαυμάζοντες, περὶ μόνην αὐτὴν ἀσχολοῦσι τὸν ἔπαινον, σμῆνος ὅλον ἀγωνισμάτων περὶ μίαν ἀρετὴν τῷ λόγῳ στενοχωροῦντες. Εἰ δέ τις ὁδῷ βαδίζειν ἐθέλῃ, καὶ τὴν ἀρχὴν τῶν ἄθλων πρὸ τοῦ τέλους φαντάζεσθαι, ἀπ' αὐτῆς αὐτῷ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ἁπλούμενον εὑρήσει τὸ στάδιον. Καὶ πρῶτος ὁ τῶν ἀδελφῶν πόλεμος προσεῤῥήγνυτο. Φθόνος γὰρ αὐτοῖς στρατηγῶν, μαίνεσθαι καθ' ἑαυτῆς τὴν φύσιν ἀνέπειθε· φθόνος ὁ τοῦ φόνου πατὴρ (36), ὁ τοῖς καλοῖς C ἀεὶ τιτρωσκόμενος. Καὶ τίνες αἱ τοῦ φθόνου προφάσεις; Ἀγάπη πατρὸς περὶ παῖδα τοὺς παῖδας ἐκίνησε, καὶ στασιάζει τὰ φίλτατα καθ' ἑαυτῶν τῷ πάθει μεθύοντα (37). Ἡ Γραφὴ δὲ τὸ ὑπερβάλλον τοῦ

periculorum assultus circumstant, quot vitæ casus et incommoda virtutis mercaturam facientes exhauriunt. Quis namque justorum navigationem hanc tranquille navigavit? Primus Abelus amator fidei a fraterna manu dilaniatus est. Noemus, post diuturnam in Deum peccantium improbitatem, annum solidum undis jactabatur. Abrahamus ob Dei charitatem sprevit naturæ leges, dexteræ suadens potius parricidium facere quam Dei jussa detrectare. Isaacus ut colligata victima ferebatur. Jacobus procul a parentibus exsulabat, fraterno terrore alienatus a parentibus. Verum ad probissimum Josephum nostra pervenit oratio, cujus Scriptura pulchritudinem admirata profusos pro virtute sudores describit, ut iis inscribantur qui in Josephum oculos defixerint. De quo David cantu personans mirabatur: *Ut erudiret principes Ægyptiorum, sicut semetipsum, senes ejus prudentiam doceret* [**]. Quot cum periculis juvenis pro virtute retinenda colluctatus est! Quot fluctuum excussit insultus! Quot præcipitia absque ruina transiliit! Nonnulli profecto, solam juvenis temperantiam obstupescentes, ejus solius laudationi vacant, et oratione circa virtutem unam occupata universum concertationum examen in angustum redigunt. Quod **45** si quis certa via progredi velit et prima certaminum ante ultima animo suo repræsentare, ab ipsius domestica virtute stadium sibi comperiet explicatum. Et primum a fratribus bellum obortum est: nam imperans illis invidia naturæ persuasit in seipsam insanire. Invidia cædis parens honesti studiis semper sauciatur. At quæ invidiæ causæ? Patris charitas erga filium filios excivit, et charissima pignora invidentia ebria contra semet incendit seditione. Scriptura vero, modum amoris

[**] Psal. civ, 22.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(32) *Χειρὸς ἀδελφικῆς παρανάλωμα γέγονε.* *Orat. 4 in Davidem:* Ἵνα πρὸ τοῦ θαλάμου ὁ νυμφίος παρανάλωμα γένηται. Ibidem *de Saule:* Ἐγένετο ἂν τοῦ δαίμονος παρανάλωμα. *Orat. de Moyse:* Καὶ ἦν τῆς ἡμέρας ὁ χρόνος νυκτὸς παρανάλωμα.

(33) *Τὸν καλόν*. *Probissimum.* Cum viderem hæc subire: Οὗ τὸ κάλλος ἡ Γραφὴ θαυμάσασα, vertebam ope articuli *formosissimum*, idque non leve est: verum Basilius nonnullos miratur in unius castitatis Josephicæ contemplatu defixos, cum aliis in virtutibus non minor fuerit. Prætuli igitur quod obtuli, ut latiore ambitu virtutes omnes comprehendens.

(34) *Θαυμάζων τὴν σύνεσιν.* Vide, ut vox hæc trajiciatur in psalmo civ, utque alii videantur legisse πηδῆσαι pro παιδεῦσαι ex ambiguitate Hebraica; vide Genebrardum.

(35) *Διήλατο.* *Insiluit* vel *transiliit.* Si exemplaria haberent διεκήλατο, non improbarem; id autem esset: *per præcipitia adactus est*, nec collapsus.

(36) *Φθόνος ὁ τοῦ φόνου πατήρ.* Quis hic elegantiam non deterat? Item eo loco de Annuntiatione B. Virginis, ubi dicitur de angelo: Ἀπὸ χαρᾶς, καὶ χάριτος τῆς προσηγορίας ἄρχεται. Item, εἰς βρῶσιν, καὶ ῥῶσιν. Item, κατάγνωσις ἀσύγγνωστος, βίος ἀβίωτος, πονηρίας ὑπέρθεσιν, τιμωρίας ὑπέρτασιν ἔχοντες, aliisque sexcentis locis.

(37) *Τῷ πάθει μεθύοντα.* De hac amœnissima translatione multi non pauca tradidere. Ego in medium symbolum meum conferam. Demosthenes *Oratione prima in Philippum* dixit, μεθύειν τῷ μεγέθει τῶν πεπραγμένων· *rerum gestarum magnitudine ebrium esse.* Dionysius Halicarnasseus, qui sæpicule pedem ponit in vestigia hujus magni oratoris lib. x D *Antiquitatum Romanarum:* Ἢ μεθύετε τῷ μεγέθει τῆς ἐξουσίας; *An magnitudine potestatis parum estis sobrii?* Poetæ efferunt hoc verbi de iis qui, graviore ictu percussi, in stuporem aut soporem dantur. Theocritus *Dioscoris:*

Ἔστη δὲ πληγαῖς μεθύων, ἐκ δ' ἔπτυσεν αἷμα
Φοίνιον....

Ebrius a plagis restat, deque ore cruorem
Liventem exsputat....

Nonnus *Dionysiacon* lib. xxix.

Αὐτὰρ ὁ τοσσατίῳ μεθύσας μυλοειδεῖ πέτρῳ
Στέρνον ὅλον βεβάρητο....

Ebrius hic saxi conjecto pondere toto
Pectore dejicitur....

Denique Chrysostomus *Hom. 4 in II Cor.*, μεθύων ἔτι τῷ πάθει. Videtur autem deesse vox τέκνα, ut sit oratio plena hæc: τὰ φίλτατα τέκνα.

immodicum admirata, affectionis illius causam invulgat : *Israel enim*, inquit, *diligebat Joseph, eo quod in senectute genuisset eum* [81]. Quod si Benjaminus filiorum Jacobi postremus, et senectuti vicinus erat, et pariendi finis, quomodo Josephus insuper filius senectutis appellatur ? At senectutis filius est, qui, senectutem accurans et ætatis patriæ laborem cura allevans, spe senectutis fovendæ naturalem amorem sibi conciliavit, et obsequio ardentiorem messuit dilectionem, futuram occasionem grandiori certamini. Fratres enim invidentia percussi turgebant, neque notam ex insomniis pueri felicitatem sustinebant : sed vel usque ad somnia invidiæ stimulum extendentes accepta occasione necem meditantur, necnon ab amplexu patrio puerum avulsum aucupati tanquam reum mortis montanæ cisternæ tradunt. Quæ cisterna fratrum invidiam humanitate superavit : nam ab aquis vacua salvum servat Josephum, ut cetus Jonam inter fluctus. Consilia vero de interfectione venditio excipit, ac velut aliquod cædis spolium fratrem fratres tradunt, amorque pecuniæ necis excussa cogitatione Josephum eodem cum illis satu editum a morte in apertam servitutem vindicavit. Ita solet invidia cum invisis humaniter agere. Verum (o divinam providentiam !) verax est, *qui comprehendit sapientes in astutia eorum* [82]. Nam invisis illis somniis per imprudentiam subserviunt, inviti Josephi somniis operam commodant, viam, qua vera evadant somnia, venditionem moliuntur. Cum enim Dei consiliis adversari voluerint homines, concedit Deus libidini obsequantur suæ, sinensque **46** cogitata in lucem venire, mores publice infamat. Servos suæ intentionis vel invitos facit, ut quæ impedire voluerint, palam conficiant, et per eas artes, quibus moras injecerant, cooperatores reperiantur, quo et bellum simul inferre, et simul servitutem servire comprobentur. Sic Josephi fratres usque ad sanguinem contra somnia pugnantes nundinatione somnia ad effectum perducunt, et inclementes cognati sanguinis nundinatores constituti, post paulo sui concitata commiseratione victus emptores evadunt, et objectos per

A φίλτρου θαυμάζουσα, τοῦ πάθους τὴν αἰτίαν ἐκήρυττεν· *Ἠγάπα γάρ*, φησὶν, *Ἰακὼβ τὸν Ἰωσὴφ, ὅτι υἱὸς γήρως ἦν αὐτῷ* (38). Καίτοι Βενιαμὶν τῶν τοῦ Ἰακὼβ παίδων ὁ ἔσχατος, καὶ γείτων τῷ γήρᾳ (39), καὶ τῶν ὠδίνων ὑπήρχετο πέρας· πῶς οὖν Ἰωσὴφ υἱὸς γήρως ἐπονομάζεται; Ἀλλ' υἱὸς γήρως ἐστὶν ὁ τοῦ γήρως ἐπιμελούμενος· καὶ πατρικῆς ἡλικίας τὸν πόνον τῇ θεραπείᾳ κουφίζων, ταῖς περὶ τὸ γῆρας ἐλπίσι τὸ τῆς φύσεως ἐπεσπάσατο φίλτρον, καὶ πρὸς ἀγῶνα δαψιλέστερον τῇ θεραπείᾳ ἐτρύγα θερμοτέραν φιλοστοργίαν. Ἀδελφοὶ δὲ φθόνῳ πληγέντες ἐπλήσθησαν, οὐδὲ πρὸς τὴν ἐξ ὀνειράτων εὐπραγίαν τοῦ παιδὸς ἐκαρτέρουν· ἀλλὰ καὶ ἄχρις ὀνείρων, τοῦ φθόνου τὸ κέντρον ἀνέτειναν, καὶ καιροῦ λαβόμενοι, μελετῶσι τὸν φόνον, καὶ τῶν πατρικῶν ἀγκα-
B λῶν γυμνὸν τὸν παῖδα θηρεύσαντες, καθάπερ θανάτῳ κατάδικον ὀρείῳ λάκκῳ πιστεύουσι. Ὁ δὲ λάκκος ἀδελφικοῦ φθόνου φιλανθρωπότερος γέγονε· κενὸς γὰρ ὕδατος ὑπάρχων φυλάττει σῶον τὸν Ἰωσὴφ, καθάπερ τὸ κῆτος τὸν Ἰωνᾶν ἐν τοῖς κύμασι. Διεδέχετο δὲ πρᾶσις τὰ περὶ φόνου βουλεύματα, καὶ καθάπερ τι φόνου λάφυρον, τὸν ἀδελφὸν ἀδελφοὶ ἀποδίδονται· καὶ φιλαργυρία τὸν φόνον νικήσασα, δοῦλον ἀντὶ νεκροῦ τὸν ὁμόσπορον ἤλεγξε. Τοιαῦτα ὁ φθόνος οἶδε τοὺς φθονουμένους φιλανθρωπεύεσθαι. Ἀλλ', ὢ τῆς θείας προνοίας! ἀληθὴς *ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν*. Οἷς γὰρ φθονοῦσιν ὀνείρασι, τούτοις ὑπουργοῦντες οὐκ οἴδασιν· ἄκοντες τοῖς τοῦ Ἰωσὴφ ἐνυπνίοις συμπράττουσι, ὁδὸν τῇ τούτων ἐκβάσει τὴν πρᾶσιν κατασκευάζοντες. Ἐπει-
C δὰν γὰρ τοῖς θείοις βουλεύμασιν ἀντιπράττειν ἐθέλωσιν ἄνθρωποι, συγχωρεῖ μὲν πράττειν Θεὸς ἃ προῄρηνται, ἐνδιδοὺς δὲ φανῆναι τὴν γνώμην, στηλιτεύει τὸν τρόπον· ὑπηκόους αὐτοὺς ἄκοντας τῆς ἑαυτοῦ ποιεῖται προθέσεως, ἵνα ἃ κωλύειν ἐθέλοντες, ἀνύοντες φαίνωνται· καὶ δι' ὧν ἐπέχειν βιάζονται, διὰ τούτων συνεργοῦντες εὑρίσκωνται, ἵνα καὶ πολεμοῦντες ὁμοῦ, καὶ δουλεύοντες ἀπελέγχωνται. Οὕτως οἱ τοῦ Ἰωσὴφ ἀδελφοὶ ἄχρις αἱμάτων κατ' ὀνείρων παραταττόμενοι, τῇ πράσει τοὺς ὀνείρους εἰς πρᾶξιν
D ἐγείρουσι, καὶ τῆς φύσεως ἔμποροι καταστάντες ἀνηλεεῖς, μετ' ὀλίγον ἔμποροι τροφῆς ἐλεούμενοι γίνονται· καὶ τῶν ὀνείρων μισοῦντες τὰ δράγματα,

[81] Gen. xxxvii, 3. [82] Job v, 13; I Cor. iii, 19.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(38) *Ὅτι υἱὸς γήρως ἦν αὐτῷ*. Concordant etiam Septuaginta cum Hebræo textu, in quo : *Filius senectutum est*. Versio communis sententiam explicavit : *Eo quod in senectute genuisset eum*, cum scilicet Jacob esset unius et nonaginta annorum. Cum quinque aut sex annis superasset centesimum genuit Benjamin ; quare recte Basilius de eo τῶν παίδων ὁ ἔσχατος. Ille alter tamen *filius senectutis* est appellatus, vel quod ulterioris sobolis spem nullam conciperet Jacob eo generato, vel ob curatam ab eo patris senectutem, quod visum nostro Basilio.

(39) *Γείτων τῷ γήρᾳ*. Quo referas ? Non ad Jacobum, qui jam senectam ætatem agebat, non ad eam vergebat ; non ad Josephum, qui non potuit esse major annis triginta ; non ad Benjaminum, qui prope annis quindecim natu minor erat Josepho. Tamen ad Benjaminum trahit nos orationis series, et And. Hoius, regius in Academia nostra Duacensi linguæ Græcæ doctor, cuicum hæc difficultas communicata, solerter intelligit Benjaminum vicinum fuisse senectuti, non suæ, sed patris Jacobi : nec aliter possunt hæc intelligi verba. Conjectura possit scribi : Γῆθος τῷ γήρᾳ, καὶ τῶν ὠδίνων ὑπήρχετο πέρας, id est, *Patriam senectutem oblectabat, et dolorum* (quos ex absentia Josephi capiebat Jacobus) *meta erat*. Licet ὠδίνων nomine *partio* possit accipi, cum Benjamino nato nulla successerit patri soboles. *Dolores* etiam pro *partione* apud Afranium poni putarunt nonnulli. Vereor, ut fallant δεύτεραι φροντίδες.

μετ' οὐ πολὺ τῶν ἀληθινῶν δραγμάτων ἱκέται καθ- A ίστανται· οἱ μὲν οὖν τὴν φύσιν καπηλεύοντες (40), ὡς ἐνόμιζον, νενοθευμένον δουλείᾳ τὸν παῖδα καταδικάζουσιν. Εἰκόνι δὲ φόνου τὸν χιτῶνα διατιθέμενοι, ὥσπερ οὐ δυνάμενοι σϐέσαι χωρὶς αἱμάτων τὸν φθόνον, χερσὶ προσάγουσι πατρικαῖς, καταψευδόμενοι θανάτου πρὸς ἀληθινὸν πένθος τὸν πρεσϐύτην ἀνάπτοντες, δίκας ἀπαιτοῦντες τοῦ φίλτρου τὸν φύσαντα.

β'. Τοῦτο τῶν Ἰωσὴφ ἀθλημάτων τὸ προοίμιον. Φέρων δὲ τῶν κινδύνων ὁ νέος τὰς ἀπαρχὰς εὐχαρίστῳ προθέσει, τὸν ἀγωνοθέτην τιμᾷ. Διαπλεύσας δὲ τοῦ φθόνου τὰ κύματα, καταλαμϐάνει τὴν Αἴγυπτον, καὶ γίνεται δοῦλος τῷ σώματι ὁ ἀδούλωτος τῷ φρονήματι· συναποϐάλλων τῷ σχήματι τῆς ψυχῆς τὴν εὐγένειαν, οὐδὲ περιστάσεσι βιαίοις τὴν ἐλευθερίαν B ἐνύϐρισεν. Οὐ γὰρ συμμετέϐαλε τὴν γνώμην τοῖς πράγμασιν, οὐδὲ δουλείας συνηθείᾳ κατὰ μικρὸν τὴν ἐλευθερίαν ἐσύλησε· ἀλλ' ἦν καὶ δουλεύων τῆς Ἀϐραὰμ εὐγενείας ἀπόγονος· διεδέχετο δὲ τῶν ἀδελφῶν τὸ μῖσος, δεσποίνης ἐχούσης ἀκόλαστον φίλτρον τοῦ μίσους τραχύτερον. Καὶ πάλιν ἀγῶνες, καὶ σκάμματα, καὶ Ἰωσὴφ στεφανούμενος. Ὁ μὲν οὖν ἀγὼν τοσοῦτος. Ὁ δὲ παλαίων, μειράκιον· ἡλικία, σωφροσύνης προδότις, πρὸς ἡδονῆς βίαν εὐάλωτος· δουλείας ταπείνωσις, γενναίου καταστέλλουσα φρόνημα· δεσποίνης συνεχεῖς κολακίαι ταῖς ἐλπίσι τὸν τόνον ἐκλύουσαι (41). Καὶ σιωπῶ τὰς ἔξωθεν, ὡς γυναικὸς, μηχανὰς χρωμάτων, ῥημάτων, σχημάτων, τὰς δι' ὀμμάτων ἀπάτας, C τὰς δι' ὀσφρήσεως λίθους (42), τὰς δι' ἀκοῶν τῆς ψυ-

A somnium manipulos exosi, non multo post verorum manipulorum supplices rogatores exstiterunt. Illi naturam cauponati, ut rebantur, abjectum pro notho puerum damnant servitute. Imo in speciem cædis vestem compositam, quasi sine sanguine invidentiam nequeant exstinguere, patriis offerunt manibus morte mentita ad verum luctum senem incendentes, et charitatis pœnas a generatore reposcentes.

2. Hoc Josephi certaminum caput est. Perferens autem adolescens læto animo prima periculorum rudimenta munerarium honorat. Enavigatis autem invidiæ fluctibus Ægyptum occupat, et servus evadit corpore, cujus animus nulli servitudini poterat esse obnoxius. Non una cum habitu animi nobili- B tatem exuit, neque violentis malorum procellis libertatem dedecoravit. Neque enim pro rerum eventu alios induebat animos; neque per servitii consuetudinem paulatim libertatem exuit: verum erat vel in servitute nobilitatis Abrahamiticæ progenies. Fratrum odia excipit mulier habens amores impotentes, ac odiis immaniores, quibus cum Josepho certamen fuit, et contentio non absque corona. Certamen tale: luctator adolescentulus; ætas ejusmodi quæ temperantiam prodat, quæque voluptatis violentia facile capiatur; servitii humilitas vel generosos animos deprimat; dominæ adulationes perpetuæ, quæ spe varia constantiam tentarent. Taceo externas mulieris artes, fucum, verba, C vestes, oculorum pellaciam, lecythos unguentarias se naribus insinuantes, animæ per aures obsidio-

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(40) *Τὴν φύσιν καπηλεύοντες*. Auctore Ennio *naturam cauponantes* vertimus. Dixerat olim Æschylus πόλεμον καπηλεύειν. Hor. *Dedecorum pretiosus emptor*. S. Ignatius martyr, quem ob elegantiam præterire non possum, de planis quibusdam, qui jura omnia præsertim divina venalia habebant, ita despecte loquitur *Epistola ad Trallianos*: Εἰσὶ γάρ τινες ματαιολόγοι, καὶ φρεναπάται οὐ Χριστιανοὶ, ἀλλὰ χριστέμποροι ἀπάτῃ (fors ἀπάντῃ) περιφέροντες τὸ ὄνομα Χριστοῦ, καὶ καπηλεύοντες τὸν λόγον τοῦ Εὐαγγελίου. *Sunt enim nonnulli vaniloqui, sociofraudi, non Christiani, sed Christi nundini ad fraudem circumferentes Christi nomen, et Evangelii vocem nundinantes.*

(41) *Τὸν τόνον ἐκλύουσαι*. Propterea amantes, telis cupidinis icti, Martis spiculis aut intorquendis aut ferendis sunt impares præ imbecillitate, eliso jam virtutis nervo. Eorum viribus per amorem hanc inferri noxam disces e Plauti Mercatore: *Amoris vi* D *diffunditari, ac deteri.*

(42) *Τὰς δι' ὀσφρήσεως λίθους*. An ergo odoratus lapidibus est pervius? Certe mihi lapides loqui videtur, hæc qui loquitur. Ignorantia lapidum bene odoratorum mihi sane hoc loco permolesta est. Scio quas Ophiti, quas Gagati vires Orpheus ascribat. At quærendi sunt lapides, qui Veneris pullis grati sint odore exquisita, et in deliciis. Hærentem me Andr. Hoius ad saxa murali tormento concita revocat, ut persistatur in metaphora a re bellica:

Hic me Dausqueium varios incerta per æstus
Mens rapit undantem curis ac pauca novantem

et novare parantem. Possint λίθοις lapides illi capi pro *vasis lapideis*, sive *pyxidulis* et *alabastris*, in quibus unguenta et odores varii recondissent, quod ποιητικώτερον. Quid si exturbem λίθους, et molliam reponamque ληκύθοις? quas unguentarias intelligerem, quæ perditis mulieribus primo sunt in amore. De voce Etymologus: Ἀλάϐαστρον, καὶ ἀλάϐαστρος, λήκυθος λιθίνη πρὸς μύρων ἀπόθεσιν· *Alabastrum et alabaster lecythus e lapide condendis unguentis.* Quandoque lecythus e vitro. Hesychius: Λήκυθος, καὶ μυροθήκη βισίον ὑάλινον. Rescribo ex Eustathio et Suida voce φόρος. βίκιον, id est, *Lecythus et myrothecium pyxidula e vitro.* Martialis lib. III, epigr. 54 *in Gelliam*:

Quod quacunque venis, cosmum migrare putamus,
Et fluere excusso cinnama fusa vitro.

Et libro IX, epigr. 38, Gelliæ multam pyxidem opprobrat, quibus illa velut condita sit, et sepulta.

Et latens centum condita pyxidibus.

Libro secundo, epigr. 9.

Quod cosmi redolent alabastra.

Ab ipsa pauperculi αὐτολήκυθοι vocati. Etymologus: Αὐτολήκυθος ὁ πένης ἀπὸ τοῦ ἑαυτοῖς τὰς ληκύθους φέρειν εἰς τὰ βαλανεῖα· *Autolecythus, pauper, eo quod tales secum lecythos in balnea deferrent.*

Fiebant et ex corio, et ex ære. Zacharias Theocriti enarrator in Idyllium secundum: Ὄλπη κυρίως ἡ δερματίνη λήκυθος, δι' ἧς ἐστιν ὀπτήσασθαι τὸ ἔλαιον, νῦν δὲ ἴσως τὴν χαλκῆν φησι λήκυθον διὰ τὸ Δωρίδα φάναι ἀντὶ Κορινθίας· τὰ γὰρ Κορίνθια χαλκώματα διαϐεϐόηται. Imo ex auro, et argento,

nem, naturales corporis infractiones. Nam 47 per omnes sentiendi vias ibat quidquid illecebrosum, omniaque adolescentem unum in scopum ferebant. Verum qui tot undique jaculis petebatur, unum contra omnia telum tenuit memoriam Creatoris. Quare illa ex somni aspectu Josephi temperantiam subigere sperabat, temporibus insidiabatur, opportunitatem observitabat, jugiter adhortabatur. Namque affectibus divendita, dum castum in unam eamdemque secum intemperantiæ pertraheret servitutem, exspectabat. Porro mulieris insidias adjuvans diabolus solitudinem hominum per dæmonis festivitatem invexit. *Accidit*, inquit [83],

A χῆς πολιορκίας (43), τὰς διὰ φύσεως κλάσεις τοῦ σώματος. Δι' ὅλων γὰρ ὥδευε τῶν αἰσθητηρίων τὰ θέλγειν ἰσχύοντα· πάντα δὲ πρὸς ἕνα σκοπὸν τὸν νέον ἐφέροντο (44). Ἀλλ' ὁ τοσούτοις οὕτως πανταχόθεν βαλλόμενος, ὅπλον εἶχε πρὸς πάντα τὴν μνήμην τοῦ πλάσαντος. Ἡ μὲν οὖν εἶχεν ἄγρυπνον τὸ βλέμμα, τὴν τοῦ Ἰωσὴφ σωφροσύνην λῃστεύειν (45) ἐλπίζουσα· λοχῶσα τοὺς χρόνους, ἐπιτηροῦσα καιρούς, παρακαλοῦσα συνεχῶς· τῷ γὰρ πάθει πραθεῖσα, συγκατασπᾶν τῇ τῆς ἀκολασίας δουλείᾳ προσεδόκα τὸν σώφρονα. Συμπράττων δὲ ταῖς τῆς γυναικὸς ἐπιβουλαῖς ὁ διάβολος, ἐρημίαν τῶν παρόντων, ἐξ ἑορτῆς δαιμονικῆς (46) κατεσκεύασεν. « Ἐγένετο γάρ,

[83] Gen. xxxix, 12.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

mox docebo. De more, et usu illud est, quod Aristophanes de Phryne scorto nobili scribit concionatoribus :

Φρύνην ἔχουσαν λήκυθον πρὸς ταῖς γνάθοις.
Phrynen habentem lecythum ad malas suas.

Instar adorantis, quæ subtilius poros permeabant. Nausicaæ amoribus diffluenti a prudentissimo poeta datur lecythus *Odyss. Z.* ubi hæc Eustathius : Λήκυθος δὲ ἀγγεῖον ἐλαιοδόχον παρὰ τὸ ἔλαιον κεύθειν, ἵνα ᾖ ἐλαιόκυθός τις. Ὅτι δὲ λήκυθος, καὶ ὄλπη λέγεται, φέρει χρῆσιν, Ἀθηναῖος ἐξ Ἀχαιοῦ γλαφυροῦ φησι ποιητοῦ λέγων, καὶ ὅτι λήκυθοι καὶ ἐκ τιμίας ἐγένοντο ὕλης, οἷον, Στέφανον καὶ διλήκυθον μύρου χρυσοῦν, καὶ ἀργυροῦν. Quibus e locis vides mulieribus in amorem pronis unguenta, et unguentarias thecas, sive lecythos in usu fuisse. Qua illaudabili recepta consuetudine, cum per olfactum lapilli se non insinuent homini, sed per cernendi vim τὰς δι' ὀσφρήσεως λίθους detrivi in ληκύθους, ac si dicat auctor lecythos pene totas in castissimi Jose C phi nares effusas, et præ Deo illi male oluisse, quod olebat bene. Itaque illi non fuit ὄσφρησις ἐκθηλύνουσα, ut loquitur Nazianzenus. His animadversis lego apud Scylacem in *Periplo* : Φοίνικες ἔμποροι εἰσάγουσιν αὐτοῖς μύρον λίθον Αἰγυπτίαν· *Phœnices mercatores illis invehunt unguentum* (*sive myrum*) *lapidem Ægyptium.* Qui lapis Ægyptius, etsi mihi non pernotuit, facit ut veterem lectionem non sollicitem pertinacius.

(43) *Ψυχῆς πολιορκίας.* Animæ obsidionem. Eo in tropo multus est Basilius, supra : πολιορκεῖ τὸν λόγον, *mentem obsidet*, ut Seneca *Clytæmnestra* : *Et inter istas mentis obsessæ faces.* Amore scilicet, dolore, timore, invidia confertim irruentibus. Item, Τοσαῦται κινδύνων ἐπαναστάσεις πολιορκοῦσι τοὺς πλέοντας, *Tanti periculorum insultus navigantes obsident.* Seneca *Hercule furente* :

Pectora tantis obsessa malis
Non sunt ictu ferienda levi.

A vidia sibi periculum creabatur, furtivo stratagemate posse propulsare, quando in amicis et inimicis formæ discrimen natura nullum figuravit; una vero circumcisio ab alienigenis abjungebat Israelem, et legis nota differentiæ signum erat. Quam igitur Davidi dat filiam, in cædis perpetrandæ societatem assumit. O miserrimas cogitationes! ut invidiæ motibus obsequatur, tam immature filiam viduitati adjudicat, invidiaque oppressus contra naturam furorem concipit. Cognatio non solvit inimicitias, neque naturæ vinculum dissipavit invidentiam. Imperat filiæ, maritum servet, sed in mortem. O improbitatem occæcatam! Viduitatem imponit filiæ, et adversus maritum armat uxorem, quod scelus refutant uxoris mores, nec natura patitur. Ignora- B bat interim Saul auxiliatricem, non insidiatricem dedisse se; vitæ custodem, non mortis adjutricem. Illa vero, improbato parentis furore, virum a jugulatione ereptum fuga dimittit; ita devicta parentis invidia, suam in maritum charitatem contestata est. At Saul, furore excitus, interfectores emisit. Filia vero, infirmitatem viri prudenter causata, inveteratam patris iram mollire clam sperabat, et fugæ occasiones fugienti circumspiciebat. At mihi vide qua solertia, qua charitate mulier in virum fuerit. Persuasit quoque lectulo, ut invaletudinis simulationem adjuvaret. Imago namque in viri speciem conformata, et in lectulo collocata, formæ fictione videntes eludebat; vestibus vero subjecto recens jugulatæ capræ jecore res credibilior apparebat. Adhuc enim C micans hepar, et supremam palpitationem prodens, viri reciprocantis animam speciem dabat, eluso sensu oculorum. Talem mulier tragœdiam, amore viri incensa, dare potuit! Ut insidiosa data fuit, et auxiliaris reperta est: latrocinatrix emissa est, et gubernatrix inventa. At filiæ commentum patris feritatem cicurare non potuit. Vere ementitam invaletudinem esse ratus, jubet in lectica deportari. Cur cesso? cur necem non molior? Exosum vinctum teneo, præda **94** in manibus est, jugulari possum. Huc jam mea pervenit oratio non tam voluntate Saulis cæde cruentati accusandi, quam fortitudinis Davidicæ propalandæ. Nam improbitatis illius com-

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(79) *Ἀποτοιχίζειν*. Frequentius est ἀποτειχίζειν. Nec inconcinne scribi possit ἀποστοιχίζειν, ut circumcisione Israelitarum ordines ab alienigenis fuerint discreti.

(80) *Ἀνδρὸς γὰρ εἰκόνα*. Hoc viri sui amantissimæ Michol repertum I Reg. XIX, et Josephus lib. VI *Antiq. Jud.* cap. 14 mei exemplaris.

(81) *Ἧπαρ δὲ νεοσφαγοῦς αἰγός*. Id in sacratis Litteris non est. Josephus idem Basilio tradit: Ὑποθεῖσα τοῖς ὑποβολαίοις ἧπαρ αἰγός, caprino jecore stragulæ vesti supposito. Est quoque conjectura mea, viscera quædam cum jecore connexa fuisse, ne spiritus, in quibus palpitandi vis, ocius æquo difflarentur.

(82) *Ἐσθήμασιν ὑποκρύψασα*. Vestes alteras Davidis intelligit, ut familiariter fit; quæ res etiam veri speciem auxit. Adde ad eam rem valuisse unice, D quod Scriptura prodit c. XIX: Καὶ στρογγύλωμα τριχῶν αἰγῶν ἔθηκε πρὸς κεφαλῆς αὐτοῦ, καὶ ἐκάλυψεν αὐτὰ ἱματίῳ. Significant hæc statuæ in lecto collocatæ caput investitum fuisse pilis caprinis ad effigiem viri aliquam.

(83) *Ἔτι δὲ σπαῖρον τὸ ἧπαρ, καὶ τοὺς ἐσχάτους ἐκπέμπων παλμοὺς ἀνδρὸς ἀναπνοὰς ἐσοφίζετο*. Ad vivum sunt expressa. Compone hæc cum eo M. Tullii loco secundo *De natura deorum*: *Jam vero venæ et arteriæ micare non desinunt quasi quodam igneo motu; animadversumque sæpe est, cum cor animantis alicujus evulsum ita mobiliter palpitaret, ut imitaretur igneam celeritatem*; item cum illo Senecæ in *Thyeste*:

Erepta vivis exta pectoribus tremunt,
Spirantque venæ, corque adhuc pavidum salit.

memoratio accurata est virtutum Davidis demonstratio. Siquidem ab eo, cui multis in casibus salutem dedisset, profligabatur, vitæ datæ præmium mortem referebat, ac per solitudinem, per viarum errores ad necem acquirebatur.

3. Familiarius hæc eventa consideremus, et profundam animi consternationem pervideamus, ut Davidicæ sapientiæ magnitudinem cognoscamus. Nam qui injuriam fecit, ac deinde ad supplicium conquiritur, ex perpetrati facinoris audacia mali solatium capit, et conscientiam circumferens accusatricem sui, persequenti ex animo patrocinatur, actaque sua juste dijudicans pœnam non queritur. At qui sollicite ab eo quem non raro servavit, ad necem circumvenitur, beneficentiæ suæ recordatione attonitus, quod per eam in arma contra se concitarit adversarium, intolerabili doloris morsu sauciatur. Ita David adversis undequaque ingruentibus obruebatur, nec in fuga periculum stetit; non enim Davidis fuga Saul satiatus est, neque præceps fuga invidentiam minuit; sed cum vivere nuntiaretur, qui in invidia erat, accendit acrius. Ideo regni cogens exercitus, prædator injustus protinus occultatum requirit, saltus pervestigat, ima vallium cingit indagine, summa montium lustrat curiosissime. Davidis psalmi, quid passus sit, evulgant, calamitates odæ clamitant: *In Domino confido: quomodo dicitis animæ meæ: Transmigra in montem sicut passer* [75]? Vides animam cogitatione peregrinantem, et ad securissimam Domini societatem recurrentem. Quis in talibus angustiis, ira simul et desperatione dominante, non diceret: Hæccine mihi Saul reponit? isne quem dæmoni eripui? isne, quem a Goliathi terrore liberavi? cui regnum in tuto collocavi? quem a servitute in libertatem asserui? cur gratiæ lyram pulsabam? cur dæmonem turbas introrsum cientem mei cantus feriebant? si obtritus a dæmone consumptusque fuisset, jam non ad cædem me quæreret: tunc ejus forte invidiam mors præripuisset. Immisit in me cantantem, lanceam; ego
95 vero carminis medicamentum non omisi: mihi ægritudinem levanti succensebat, ego vero contentiosa quadam humanitate inhumanum servabam. Nihil horum dixit David, ne cogitavit quidem: sed sublatis in cœlum oculis, inde auxilia devocabat. Huc jam progressus, vide mihi rerum arcanam re-

[75] Psal. x, 2.

A θήραμα πρὸς σφαγὴν ἑτοιμότερον. Ταῦτα διῆλθεν ὁ λόγος, οὐ τοσοῦτον τῆς Σαοὺλ μιαιφονίας κατηγορῆσαι βουλόμενος, ὅσον τὴν τοῦ Δαυὶδ ἀνεξικακίαν κηρύξαι προθέμενος. Ἡ γὰρ τῆς τοῦ Σαοὺλ πονηρίας ὑπόμνησις, ἔνδειξις ἀκριβὴς τῆς τοῦ Δαυὶδ ἀρετῆς. Ὁ γὰρ πολλάκις περισώσας, ὑπὸ τοῦ σωθέντος ἠλαύνετο, ζωῆς μισθὸν τὸν θάνατον κομιζόμενος, ἐρημίᾳ καὶ πλάνῃ πρὸς τὴν ἀναίρεσιν πολιορκούμενος.

γʹ. Οἰκειωσώμεθα τὸ πάθος, καὶ τὸ βάθος τῆς ἀθυμίας κατίδωμεν, ἵνα τὸ μέγεθος τῆς τοῦ Δαυὶδ φιλοσοφίας κατανοήσωμεν. Ὁ μὲν γὰρ ἀδικήσας, εἶτα διωκόμενος, ἔχει παραμυθίαν τοῦ πάθους τὴν τόλμαν ὧν ἔδρασε, καὶ τὸ συνειδὸς καθ' ἑαυτοῦ περιφέρων κατήγορον, ἔνδοθεν συνηγορεῖ τῷ διώκοντι, καὶ δικάζων τὴν πρᾶξιν, τὴν τιμωρίαν οὐ μέμφεται. Ὁ δὲ περισώσας πολλάκις, καὶ ὑπὸ τοῦ σωθέντος εἰς θά- B νατον ἀγρευόμενος, ἀφόρητον ἔχει τῆς ἀθυμίας τὸ βέλος, τῇ μνήμῃ τῆς εὐεργεσίας πληττόμενος, ὡς καθ' ἑαυτοῦ τὸν πολέμιον ὁπλίσας. Τοιαύταις ὁ Δαυὶδ ἐπολιορκεῖτο περιστάσεσι· καὶ οὐδὲ μέχρι τοῦ φεύγειν ὁ κίνδυνος. Οὐκ ἐκορέσθη γὰρ ὁ Σαοὺλ τῇ φυγῇ τοῦ Δαυὶδ, οὐδὲ δρόμος τὸν φθόνον ἐμείωσεν, ἀλλὰ πλέον ἀνέφλεγεν ἐν τοῖς ζῶσιν ἀκουόμενος ὁ φθονούμενος. Καὶ δὴ τὰ τῆς βασιλείας ἀθροίσας στρατεύματα, τὸν μετ' ὀλίγον κρυπτόμενον ἀναζητεῖ, καὶ νάπας ἀνίχνευε (84), καὶ φάραγγας ἐσαγήνευε, καὶ τὰς τῶν ὀρῶν ἐπολυπραγμόνει κορυφὰς, ἄδικος θηρατὴς τοῦ δικαίου γινόμενος. Οἱ Ψαλμοὶ τὰ πάθη κηρύττουσιν, αἱ ᾠδαὶ τὰς συμφορὰς ἐπαγγέλλουσιν. « Ἐπὶ τῷ Κυρίῳ πέποιθα, πῶς ἐρεῖτε τῇ ψυχῇ μου· Μεταναστεύου ἐπὶ τὰ ὄρη ὡς στρουθίον; » Ὁρᾷς C ψυχὴν πλανωμένην λογισμοῖς, καὶ πρὸς τὴν ἀπλανῆ βοήθειαν, τὸν Κύριον (85), καταφεύγουσαν; Τίς ἂν ἐν τοιούτοις γενόμενος, οὐκ εἶπε, θυμῷ καὶ ἀθυμίᾳ κρατούμενος· Ἐμοὶ ταῦτα Σαοὺλ διατίθησιν (86); ὃν ἐξήρπασα δαίμονος; ὃν τοῦ Γολιὰθ ἠλευθέρωσα; ᾧ τὴν βασιλείαν ἐφύλαξα; ὃν τοῦ δουλεύειν ἀπέστησα; Τί γὰρ ἐκίνουν τὴν λύραν τῆς χάριτος; τί δὲ τὸν ἐνοχλοῦντα δαίμονα τοῖς μέλεσιν ἔπληττον; Ἐγένετο ἂν τοῦ δαίμονος παρανάλωμα, οὐκ ἂν νῦν ἐδίωκεν ἀπολώμενος· τότε ἔφθασεν ἂν αὐτοῦ τὸν φθόνον ὁ φόνος (87). Ἐπαφῆκε τὸ δόρυ μοι ψάλλοντι, ἐγὼ δὲ τοῦ μέλους οὐκ ἀφῆκα τὸ φάρμακον· ὠργίζετο θεραπεύοντι, ἐγὼ δὲ φιλονείκῳ φιλανθρωπίᾳ τὸν ἀπάνθρωπον ἔσωζον. Οὐδὲν τούτων ὁ Δαυὶδ οὐκ εἶπεν, D οὐκ ἐνόησεν· ἀλλὰ τὸ βλέμμα τείνων πρὸς οὐρανὸν, ἐκεῖ ἐκάλει τὸν σύμμαχον (88). Ἐνταῦθα γενόμενος, ὅρα μοι τὴν ἀπόῤῥητον τῶν πραγμάτων διοίκησιν· ὅρα μοι καὶ τὴν θείαν φιλανθρωπίαν, καὶ τὴν τοῦ

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(84) *Νάπας ἀνίχνευε*. Vise, si tibi volenti est, Reg. xxiii.

(85) *Τὸν Κύριον*. Malim, τοῦ Κυρίου.

(86) *Ἐμοὶ ταῦτα Σαοὺλ διατίθησιν*. Siquidem repono ἀνατίθησιν. Qui prætulerit, διατίθησιν, reddat per verbum *afficio*.

(87) *Τότε ἔφθασεν ἂν αὐτοῦ τὸν φθόνον ὁ φόνος*. Τὸ ἂν per *forte* reddidi, quod ad exaggerandam Saülis invidiam non parum facit, si Basilius respiciat imbibitam gentilibus opinionem de affectuum pertinacia tanta, ut et mortuis inhæreant. Apud Maronem, ab Ænea *oculos aversa tenebat* Dido, in cujus odium, dum viveret, aversa fuerat. Licuit igitur indubitare num cum corpore invidiam quoque Saül fuerit exuturus: nisi forte Davidi hanc dubitationem affingi sit μικροπρεπές.

(88) *Ἐκεῖ ἐκάλει τὸν σύμμαχον*. Aut ἐκεῖθεν scribam, aut sic ordinabo, τὸν ἐκεῖ ἐκάλει σύμμαχον.

προφήτου φιλοσοφίαν. Ἑσπέρας καταλαβούσης, A ἐπειδὴ μήπω πέρας εἶχεν ὁ κίνδυνος, τοῦ μὲν ἡλίου τὰς οἰκείας δυσμὰς κατειληφότος, τοῦ δὲ φθόνου τὴν δύσιν οὐκ ἔχοντος, εἰσέρχεται Δαυῒδ εἴς τι παρακείμενον σπήλαιον. Εἰσίει δὲ καὶ ὁ Σαοὺλ ἀγνοίᾳ κρατούμενος, καὶ ὑπὸ τῆς ὥρας ὠθούμενος· εἰσελθὼν δὲ ὕπνῳ δεσμεύεται μετὰ τῶν δορυφόρων. Οἱ δὲ σὺν τῷ Δαυῒδ φυγάδες ἕτοιμον θήραν τὸν πολεμοῦντα νομίσαντες, τὸν Δαυῒδ παροξύνουσιν· *Ἰδοὺ ἡ ἡμέρα αὕτη, ἣν εἶπεν ὁ Κύριος πρὸς σέ· Ἰδοὺ δίδωμι* (89) *τὸν ἐχθρόν σου εἰς τὰς χεῖράς σου.* Τίς οὐκ ἂν εὑρὼν τὸν οὕτως ἐχθρὸν ὕπνου γενόμενον θήραμα, μιᾷ πληγῇ τὸν οἰκεῖον οὐκ ἂν ἔλυσε κίνδυνον; Ἀλλ' οὐ τοιοῦτος ὁ Δαυῒδ. Ἀλλὰ τί φησι; *Μηδαμῶς ἐμοὶ παρὰ Κυρίου, εἰ ποιήσω* B *τὸ ῥῆμα τοῦτο τῷ Κυρίῳ μου τῷ Χριστῷ Κυρίου, ἐπενεγκεῖν χεῖρά μου ἐπ' αὐτὸν, ὅτι Χριστὸς Κυρίου ἐστίν.* Οἱ φίλοι παρώξυναν, τὰ πάθη καθώπλιζεν, ὁ τοῦ μέλλοντος φόβος ἠκόνα τὴν χεῖρα, ἀλλὰ τοῦ Δαυῒδ οὐκ ἐνικᾶτο ἡ γνώμη. Ὢ γενναίας ψυχῆς, καὶ χάριτι μόνῃ δουλεύειν ἐπισταμένης! *Καὶ ἔπεισε τοὺς ἄνδρας ἐν τοῖς λόγοις τούτοις.* Τίς οἶδε φύλακα τοῦ πολεμοῦντος τὸν πολεμούμενον (90); τίς ὡς εὐεργετοῦντα, τὸν ἀδικοῦντα φιλανθρωπεύεται; *Παρέδωκεν αὐτὸν*, φησὶν, *ὁ Θεὸς εἰς τὰς χεῖράς σου.* Οὐδὲ Θεοῦ μνήμη πρὸς φόνον τὸν προφήτην ἀνέστησεν. Ἀνθρώπου φόνος Θεοῦ δῶρον οὐ γίνεται, οὐδὲ τούτοις τὸ θεῖον ἀρέσκεται βλέμμα. Κἂν αὐτὸς παρέδωκε τὸν ἐχθρὸν, ἀλλ' οἶδά μου τὸν Δεσπότην φιλανθρωπίᾳ C τερπόμενον. Ἀγαθότητι τὴν εὐεργεσίαν ἀμείβομαι. Ἀντὶ θύματος ἀνθρωπίνου θυσίαν αὐτῷ τὴν πραότητα προσενέγκωμεν. *Παρέδωκε τὸν ἐχθρὸν*, ἀλλ' οὐχ ὑβρίζω τὸ δῶρον τῷ φόνῳ, οὐ μολύνω τὴν χάριν τοῖς αἵμασι. Ζητείτω πάλιν, καὶ διωκέτω· τοῦ φονεύειν τὸ ὑπομένειν λυσιτελέστερον. Κἂν πάλιν διώκῃ, τὸ φεύγειν μεμελετήκαμεν. Κἂν οὗτος διώκῃ, Θεὸς οὐκ οἶδε διώκεσθαι. *Καὶ ἔπεισε*, φησὶ, *τοὺς ἄνδρας ἐν τοῖς λόγοις τούτοις.* Πόσας ἐκώλυσε δεξιὰς πρὸς φόνον ὁρμώσας μία φιλάνθρωπος γνώμη. Ὁ μὲν Κάϊν πρὸς Θεὸν ἀνεβόα· *Μὴ φύλαξ τοῦ ἀδελφοῦ μού εἰμι ἐγώ;* Ὁ δὲ Δαυῒδ φύλαξ τοῦ Σαοὺλ καὶ ἀδικούμενος ἐγίνετο, καὶ καθεύδοντος καὶ πολεμοῦντος ἐφείδετο, καὶ φθονοῦντος ἐκήδετο, D καὶ μισοῦντα διέσωζε, τὰ τῆς χάριτος μετιὼν πολιτεύματα, τοῖς τοῦ νόμου καιροῖς τὰ τῆς χάριτος μετερχόμενος. *Ἐῤῥέθη ὑμῖν· Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου, καὶ μισήσεις τὸν ἐχθρόν σου. Ἐγὼ δὲ λέγω ὑμῖν. Ἀγαπᾶτε τοὺς ἐχθροὺς ὑμῶν.* Καὶ ἦν ἅμιλλα φιλανθρωπίας καὶ πονηρίας, δικαιοσύνης

ctionem, vide mihi Dei in nos propensam voluntatem, ac prophetæ sapientiam. Jam invesperascebat, et quod periculorum nullus reperiebatur exitus, quodque sol, ut solet, occiderat, cum non occumberet invidia, David objacens spelæum ingreditur. Ingreditur et Saul cum summa inconsiderantia, tempestate compulsus; ingressus autem, cum satellitio somno devincitur. Socii vero Davidis fugitivi, opportunam rati prædam adversarium præsentem, Davidem exacuunt : *Ecce dies, de qua locutus est Dominus ad te : Ego tradam tibi inimicum tuum, ut facias ei, sicut placuerit in oculis tuis* [76]. Quis ejusmodi nactus hostem per somnum in prædam objectum, non una injecta plaga se periculo liberaret? At non talis David. Verum quid ait? *Propitius sit mihi Dominus, nec faciam hanc rem domino meo Christo Domini quia Christus Domini est* [77]. Amici nefarie proritabant, quæ passus erat, ad arma vocabant, futuri terror manum acuebat : sed animus Davidis haud superari potuit. O generosum pectus, et soli gratiæ servire gnarum! *Et confregit David viros suos sermonibus* [78]. Quis bello lacessitum, custodem lacessentis intellexit evasisse? quis, ut beneficum, injuriarum auctorem comiter excepit! *Tradidit*, inquiunt, *in manus tuas*. Neque vero Dei commemoratio prophetam ad cædem faciendam excitavit. Hominis interemptio Dei donum non est, neque oculus divinus arridet. Esto, inimicum tradiderit; Dominum meum satis novi humanitate delectari : Dei beneficentiæ mea lenitate respondebo. Pro humana victima ipsi mansuetudinem offeramus. *Inimicum tradidit*, at oblatum inimicum contumeliosa cæde non conficiam, gratiam sanguine non cruentabo. Me rursum conquirat, et persequatur : occisione conducibilior est patientia. Esto, rursus insequatur, fugere didicimus. Persequi me poterit, Deum non potest. **96** *Et confregit*, inquit, *viros suos sermonibus*. Quot dexteras in cædem ruentes una humanior sententia prohibuit! Cainus ad Deum contente clamabat : *Nunquid custos fratris mei sum ego* [79]? David autem vel injuriis appetitus Saulis custos erat. Pepercit et dormienti, et hostiliter se gerenti, et invidentis curam habuit, et osorem, gratiæ regimen secutus, conservavit, et legis tempore, quæ erant gratiæ consectatus est. *Dictum vobis est : Diliges proximum tuum, et odio habebis inimicum tuum. Ego autem dico vobis : Diligite inimicos vestros* [80]. Magna erat humanitati cum improbitate, juri cum injuria, feritati cum mansuetudine certatio. Hic totus erat, ut oppugnantem conserva-

[76] I Reg. XXIV, 5. [77] ibid. 7. [78] ibid. 8. [79] Gen. IV, 9. [80] Matth. V, 43, 44.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(89) *Ἰδοὺ δίδωμι.* Editio communis idem prætendit. Oi Septuaginta, ἣν εἶπε Κύριος πρὸς σὲ παραδοῦναι.

(90) *Τίς οἶδε φύλακα τοῦ πολεμοῦντος τὸν πολεμούμενον.* Nam primi juris est (quod sequi paucissimi refugiunt) vim vi repellere, et armis arma. Unde illud :

Sola gerat miles, quibus arma coerceat, arma.

Te autem oppugnanti salutem esse nimiæ cujusdam charitatis est.

ret : ille, ut conservatorem perderet. Istiusmodi mansuetudinis et comitatis præceptores Dominus constituit. Istiusmodi nobis lenitatis magistrum litterarum monumentis prodidit Scriptura nobis a Deo inspirata, quo nos quoque inimicos humanitate demereamur, et eorum, quibus odio sumus, rationibus benigne consulamus : *Estote*, inquit, *misericordes, sicut et Pater vester, qui in cœlis est*[81], *qui pluit super justos et injustos, et solem suum oriri facit super bonos et malos*[82]. Cui gloria, et honor in sæcula sæculorum. Amen.

ORATIO XVII.

Ejusdem in Davidem.

B 1. Quandoquidem rerum a Davide gestarum recordatio diebus præteritis gaudio publico nos exsilire fecit, ob virtutum affluentiam justo aggaudere, studium mores imitandi admiratione significare, ac illius placabilitatem adamare ; æquum est fausta quadam inter nos acclamatione justi certamina rependamus. Scimus ut quodam loco tam illustrem propugnatorem, qui antea sæpe diabolo fauces eliserat, vulneratum quoque nobis Scriptura repræsentet, et vulnus monstrantem, quidque pateretur, proclamantem. Verum ne animo concidas, neve obturberis cum audis vulneratum. Qui vulneratus, pugnator optimus est, et ferientem eodem telo referire potest.
97 Nam etsi vulneratus, victoriam persecutus est; ac tota licet acie corruisset, celerius surgere se, quam labi comprobavit. C Bellator quovis tempore victor, et mediis in hostibus perdurans invulneratus, magna quædam res est et admirabilis : longe vero admirabilius vulneratum pugnam non prodere, nec hosti, qui vulnerarit, ea re lætitiam afferre. Ex hoc enim videntes docet, neque oportere percussum ab hoste victoriam prodere, neque saucium ex infortunio suo claudicare in officio, neque collapsum jacere, et secundam sustinere plagam, neque hosti gloriæ occasionem præbere. Propterea Scriptura a Dei Spiritu accepta, virtutumque præceptrix, non justorum facinora duntaxat enarrat, sed eorum subinde publicat offensiones : ne sola rerum ab iis gestarum amplitudine conspecta mortales ad imitandum obtorpescant; quin potius per D istarum offensionum recordationem hominum ingenium cognoscentes, et quo nobilitatis pervenerint considerantes, virtutum æmulatione accendantur. Idque variis e locis invulgari novimus. Audisti evangelistam Matthæum ; times cum eo com-

A καὶ ἀδικίας, ἀγριότητος καὶ πραότητος· ὁ μὲν ἵνα σώσῃ τὸν πολεμοῦντα, ὁ δὲ ἵνα ἀπολέσῃ τὸν περισώσαντα. Τοιούτους ἡμῖν παιδευτὰς πραότητος καὶ φιλανθρωπίας ὁ Δεσπότης ἐπέστησε· τοιοῦτον ἡμῖν διδάσκαλον ἀγαθότητος ἡ θεόπνευστος Γραφὴ συνεγράψατο, ἵνα καὶ πρὸς τοὺς ἐχθροὺς ὦμεν φιλάνθρωποι, καὶ πρὸς τοὺς μισοῦντας φιλάγαθοι. *Γίνεσθε* γὰρ, φησὶν, *ἐλεήμονες, ὡς ὁ Πατὴρ ὑμῶν ὁ ἐν τοῖς οὐρανοῖς, ὅστις ἀνατέλλει τὸν ἥλιον* (91) *αὐτοῦ ἐπὶ τοὺς δικαίους καὶ ἀδίκους, καὶ βρέχει ἐπὶ ἀγαθοὺς καὶ πονηρούς*. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

ΛΟΓΟΣ ΙΖ'.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὸν Δαυΐδ

B α'. Ἐπειδὴ τῶν τοῦ Δαυῒδ κατορθωμάτων ἐν ταῖς προλαβούσαις ἡμέραις ἡ μνήμη σκιρτῶντας ἡμᾶς ἔδειξε, καὶ συνευφραινομένους τῷ δικαίῳ τῆς τῶν ἀγαθῶν περιουσίας, καὶ τῷ θαύματι παραδηλοῦντας τῶν τρόπων τὴν μίμησιν, καὶ τῆς ἐκείνου πραότητος ἐραστάς· δίκαιον ταῖς παρ' ἑαυτῶν εὐφημίαις τοῦ δικαίου τοὺς ἀγῶνας ἀμείβεσθαι. Οἴδαμεν ὅπως ἡμῖν ἡ Γραφὴ τὸν οὕτω λαμπρὸν ἀριστέα, καὶ τρωθέντα που παρέστησε, καὶ τὴν πληγὴν δεικνύντα, καὶ τὸ πάθος κηρύττοντα, τὸν ἤδη πολλάκις διαβόλου τὴν φάρυγγα πλήξαντα. Ἀλλ' ἀκούων *τρωθέντα*, μὴ καταπέσῃς τῇ γνώμῃ· ἀκούων *πληγέντα*, μὴ καταπλαγῇς τὸν λογισμόν. Ἀριστεύς ἐστιν ὁ τρωθεὶς, ἀντιπλήττων, δι' ὧν ἐπλήγη, τὸν πλήξαντα. Καὶ γὰρ καὶ τραυματίας γενόμενος, τοῦ νικᾷν οὐκ C ἐπαύσατο· ὃς καὶ πεσὼν ἐπὶ πάσης τῆς παρατάξεως (92), ὀξυτέραν ἔδειξε τοῦ πτώματος τὴν ἀνάστασιν. Μέγα μὲν οὖν τι χρῆμα διαπαντὸς νικῶν ἀριστεὺς, καὶ μεταξὺ πολεμίων τῆς πληγῆς διαμείνας ἐλεύθερος. Θαυμαστότερον δὲ καὶ πληγέντα μὴ προδοῦναι τῇ μάχῃ, μὴ δεῖξαι τὸν πλήξαντα χαίροντα. Γίνεται γὰρ ἐκ τούτου τοῖς ὁρῶσι διδάσκαλος, ὅτι χρὴ μηδὲ βληθέντα προδοῦναι τὴν νίκην, μηδὲ τρωθέντα σκάζειν τῷ πάθει, μηδὲ πεσόντα κεῖσθαι, καὶ δευτέραν ἀναμένειν πληγὴν, μηδὲ παρέχειν φιλοτιμεῖσθαι τῷ πλήξαντι. Διὰ τοῦτο καὶ ἡ θεόπνευστος Γραφὴ, τῶν ἀρετῶν ἡ διδάσκαλος, οὐ μόνον καταλέγει τῶν δικαίων τὸ κατόρθωμα, ἀλλὰ στηλιτεύει αὐτῶν πολλάκις καὶ τὰ πταίσματα· ἵνα μὴ πρὸς μόνον τὸ τῶν κατορθωμάτων ὕψος ἀποβλέποντες ἄν- D θρωποι ναρκῶσι τὴν μίμησιν, ἀλλὰ τῇ μνήμῃ τῶν πλημμελημάτων τὴν φύσιν γνωρίζοντες, καὶ τὴν εὐγένειαν ἐντρεπόμενοι, πρὸς τὸν τῶν ἀρετῶν παροξύνωνται ζῆλον. Καὶ τοῦτο πολλαχόθεν κηρυττόμενον εἴδομεν. Ἤκουσας εὐαγγελιστὴν τὸν Ματθαῖον· φοβῇ

[81] Luc. VI, 36. [82] Matth. V, 45.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(91) *Ὅστις ἀνατέλλει τὸν ἥλιον*. Hæc aliter ordinantur Matth. V. Concionantis ardor id fecit. Eamdem ob causam, oratione de centurione, cum prosit τὴν πίστιν, τὴν σύνεσιν, τὴν εὐλάβειαν, moxque vertat ordinem, nihil e loco, aliasque crebriuscule.

(92) *Πεσὼν ἐπὶ πάσης τῆς παρατάξεως*. Virtutum quamdam videtur aciem loqui, ut vitiorum Sallustius, cum hæc de Catilina : *Catilina omnium flagitiorum atque facinorum circum se tanquam stipatorum catervas habebat.*

τὴν σύγκρισιν, καὶ φεύγεις τὴν μίμησιν· ἀλλ' ἄκουσον ὅπως ἐκ τελωνικοῦ βίου πρὸς εὐαγγελικὸν μετεπήδησε, τὰ ἑστῶτα τῇ φύσει θηρεύσας τῷ τρόπῳ. Ἤκουσας Παῦλον τῷ πτερῷ τῆς δικαιοσύνης εἰς τρίτον οὐρανὸν ἀναπτάμενον· ἀλλὰ διώκτης πρότερον, εἰς κήρυκα μεταβάλλεται. Πέτρος, τῶν ἀποστόλων ὁ κορυφαῖος, ὁ τῶν Χριστοῦ μαθητῶν προστάτης, ὁ τῶν παρὰ τοῦ Πατρὸς ἀποκαλύψεων ἑρμηνευτὴς ἀκριβὴς, ὁ τῶν κυμάτων τῆς θαλάσσης ἐπιβάτης· ἀλλ' ἐν καιρῷ ταραχῆς γλῶσσαν εἶχεν ἀρνήσεως ὄργανον· καὶ ἅπερ οὐκ εἶχεν ἡ γνώμη, ταῦτα ἡ γλῶττα καθ' ἑαυτὴν ἀπεφθέγγετο ὑπηρετοῦσα τῷ φόβῳ (93). Πάλιν ὁ λῃστὴς ἐκήρυττε τὸν Χριστὸν καὶ σταυρούμενον, καὶ ἦν εὐαγγελιστὴς ὁ κατάδικος, πόθῳ Δεσποτικῷ τῶν ἥλων τὸν πόνον οὐ λογιζόμενος. Ἀλλ' οὔτε Ματθαῖος τελώνης διέμεινεν, οὔτε Παῦλος μέχρι τέλους τὸν διώκτην ἠσπάζετο· καὶ Πέτρος ἔσβεσε μετανοίᾳ τὴν ἄρνησιν, καὶ τοῖς τῶν δακρύων κύμασι τὴν ἁμαρτίαν ἀπένιψεν. Ὁ λῃστὴς τὸν μὲν τρόπον μετέβαλεν· ἔμεινε γὰρ μέχρι τέλους τὸν οὐρανὸν βιαζόμενος. *Οὕτως ἡ βασιλεία τῶν οὐρανῶν βιάζεται, καὶ βιασταὶ ἁρπάζουσιν αὐτήν.* Διὰ τοῦτο γὰρ, ὡς ἔφθην εἰπὼν, ἡ Γραφὴ τοῖς κατορθώμασι συμπλέκει τὰ πταίσματα, ἵνα οὓς ἀπείργει τὰ θαύματα, πείσῃ τὰ πλημμελήματα.

β'. Οὕτω καὶ νῦν ἡμῖν ἡ Γραφὴ τὸν Δαυὶδ ἐξαγγέλλει, ὅτι μυρίοις τερφθεὶς κατορθώμασιν, ἀλλὰ καὶ πλήξας πολλάκις, οἷος ἐσπάραττε τὸν διάβολον, τελευταῖον ἔλαθε πληγεὶς ἐν τῷ τῆς παρατάξεως σχήματι. Ὡς γὰρ εἶδε διὰ πάντων ὁ πολέμιος τὸν Δαυὶδ εὐδοκιμοῦντα, ἀδελφῶν προτιμηθέντα, προφήτην ὑπηρετοῦντα πρὸς τὴν παράδοξον χρίσιν, τὴν ἐκτρέπουσαν τὴν χάριν, ψαλμῷ δαίμονα πλήττοντα, ἐχθρῶν εὐεργέτην ἀκόρεστον, οὐκ ἤνεγκεν ἀπαθῶς, ὁρῶν φυτὸν ἀρετῆς ἐν νόμῳ ῥιζούμενον. Ἀλλ' αὐτὸν ἐρεθίζει πρῶτον τὸν εὐεργετηθέντα τῷ φθόνῳ, προσεκκαίει δὲ πρὸς φόνον τὸν φθόνον, καὶ μαθητὴν τοῦ Κάϊν τὸν Σαοὺλ ἀπεργάζεται, δρόμον ἀρετῆς ὑποσκελίσαι βουλόμενος. Ἀλλ' ἦσαν ὗλαι τῷ Δαυὶδ εἰς πρᾳότητα τοῦ φθόνου τὰ πάθη. Μετὰ τοῦτο φυγάδα ποιεῖ, καὶ πρὸς ἐρήμους ἐλαύνει, διώκτην τὸν Σαοὺλ ἐπιστήσας, ἵνα ναρκήσας ὁ δίκαιος ῥίψῃ τῶν

parari, et imitari refugis: simul audi, ut ex vectigalium tractatione ad evangelicam vitam transilierit, bona quæ suapte natura stabilia sunt, moribus aucupans. Audisti, Paulum justitiæ pennis alatum tertium in cœlum evolasse; sed Ecclesiam ante persecutus est, quam in præconem transmutatus. Petrus fuit apostolorum coryphæus, discipulorum Christi primas; mysteriorum, quæ a Patre Filius acceperat, accuratus interpres, undarum maris ambulator: verum dum perturbatur, lingua negationis erat instrumentum, et quæ mens non sentiebat, ea de se lingua effutiebat timori obsequens. Item latro Christum vel crucifixum prædicabat, et qui reus erat evasit evangelista, dolorem clavorum præ Domini desiderio nihil æstimans. Verum neque Matthæus permansit publicanus, neque in Ecclesia persequenda Paulus pertinax; Petrus quoque facti pœnitentia negationis fœditatem exstinxit, et lacrymarum undis culpam eluit: latro mutata mente in finem usque perduravit cœlo vim afferens. *Ita regnum cœlorum vim patitur, et violenti rapiunt illud* [83]. 98 Ideo siquidem, ut ante dixi, Scriptura cum nobilibus sanctorum factis flagitia commiscet, ut quos ab imitatione arcent miracula, provocent errata.

2. Sic et nobis Scriptura Davidem prodit, ut infinitis delectatus sit facinoribus, ut plagis sæpe illatis diabolum discerpserit, utque tandem velut in acie per imprudentiam plagam acceperit. Ut enim vidit adversarius omnibus e rebus gloriam et nomen Davidem reportare, fratribus anteferri, prophetam inexspectatæ obsecundantem unctioni, gratia agi, psalmo ferire dæmonem, haud satiari de inimicis bene merendo, tulit acerbissime videns sobolem virtutis in lege radices agere. Quare ipsum beneficiatum Saulum primum irritat invidia, deinde invidiam accendit ad cædem, et dum virtutis cursum studet inhibere supplantando, Caini discipulum Saulum facit. Verum illæ invidentiæ passiones Davidis lenitati materiam suggerebant. Post etiam mulctat exsilio, ac dum ei Saulem instare jubet, in solas terras proturbat, ut justus

[83] Matth. xi, 12.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(93) *Ἅπερ οὐκ εἶχεν ἡ γνώμη, ταῦτα ἡ γλῶττα καθ' ἑαυτὴν ἀπεφθέγγετο ὑπηρετοῦσα τῷ φόβῳ.* Nonnulla Petri laus, et culpa nonnulla. Idem prope in ipsum Basilium convenit, qui cum aliis episcopis subscripsit condemnationi viri sanctissimi Flaviani Constantinopoleos archiepiscopi. Quo super vide concilium Chalcedonense, et Evagrium, lib. II. Factum fuit excusabile: quia quod in mente non erat, calamus scribebat. Imo proprie non subscribebat: nam χάρτης ἄγραφος, ut Evagrius loquitur, illis objectus est, in qua charta primum detrectabant scribere, fraudem oculis obversari conspicati, et insolentiam facti, ut opinor, emirati. Sed detrectantes, et cunctabundos vi militum, et armorum terrore coegit Dioscorus Alexandriæ episcopus. At ne sic recto deerrare debuerunt; ni tamen id committerent, ut Nestorianos arripi, et male mulctari Dioscorus imperabat. Basilius autem, actione prima, in Chalcedonensi, ait hæretici mortem se devitasse, non martyrium horruisse; nam quo in id animo fuerit, satis amplum apud Constantinopolim specimen dedisse, et, *si fata fuissent, tunc meruisse mori*. Nihilominus ob eum errorem Basilius cum multis aliis episcopis de gradu episcopes moti sunt, et mox cum culpam essent deprecati, et error ignoscibilis omnibus videretur, in integrum restituti cum orthodoxis episcopis in eodem Chalcedonensi consederunt, viribusque junctis Dioscorum expugnarunt, et condemnarunt. Dioscorus damnatus est in Synodo quarta, et Flavianus justus declaratus, ut scribit Photius *Bibliothecæ* c. 17.

ignavescens virtutis abjiciat clypeum. Sed vitæ aspera amoris in Deum fuerunt exercitia: cum enim in spelæo quæritantem se deprehendisset, parcit; cumque invidentem cepisset, humanitate summa utitur. Sauli quidem pepercit; sed quod vero simile est, dum ab eo manus abstinet, diabolum percussit, et, pura ab inimici sanguine servata dextera, communem hominum hostem consauciavit, animo imperans, calcans odia, aciem gladii retundens, odio persequentem servans, invidiæ respondens mansuetudine, quibus solis stimulis pungitur diabolus. Num igitur hic Saul persequens quievit? Nequaquam, sed rursum persequens et captans, rursum captus est. Nox erat media, somnique vinculis Saul revinciebatur, et quæsiti Davidis spolium fuit, qui quærebat. Quam non hic emovisset rupem assurgens ira? Quam non succussisset turrim insaniæ violentia? Quæ tam serena humanitas, quam non exasperasset fluctibus? In ulterius tempus tamen virtutis extendit spatia. Sublatum Saulum calenter admodum lugebat, illustrabat tumulo, tumulum lamentis ornabat, et hæres sceptri morum non adibat hæreditatem. Humanitatis autem via progressus **99** vel usque ad inimici cognatos beneficentiæ suæ vim produxit, et Saulis ad se generi recurrenti suam humanitatem misit obviam.

3. His animadversis, communis humanæ gentis hostis, et tantis facinoribus sigillatim editis percussus, reprimebatur nonnihil, nec abstinebat tamen. Verum in natura immortali nequitiam insomnem exercens, justi diurnas actiones observitabat, item nocturnas, vivendi rationem, regis curas, hostium assultus: nunquid verbum jaciat acerbius, sibi vero suave, quomodo per iram Davidem vulneret, quomodo cupiditatis telo feriat, quomodo amicitiæ divinæ incuriosum offendat. Nec prius justi vitam insidiis petere destitit, quam cum animadvertisset ipsum a recto paululum oculos deflexisse; subito venustate mulieris objecta confixit. Cum enim regie David epulatus esset, ac pollucibili mensa emollitus animo meridiana sese oblectaret obambulatione, tunc diabolus, tunc animi curæque nervum remissum conspicatus, et mentem passionum aurigam indiligenter frenis succinctam, ac parvula quadam sua parte nudatum ab armis optimatem, furtim cecidit, ipsis justi oculis usus pro telo, et momento a via virtutis abreptum in adulterii præcipitium deturbavit. Videns autem eum facti sui pudore confusum, et pudendum ulcus celare cupientem, pudorem vertit in alterius peccati materiam. Scelus namque admissum oberrat scelus. Quippe cæde adulterium conatus occulere, et cædis et adulterii deprehensus est artifex. Sic qui se tam strenue non infrequenter gesserat, prostratus jacet: qui prostravit, justi casum doloris domestici lenimen ducens, magnifice se jactat ac circumspicit. Sed regis vexatio non latuit omnituentem Dei oculum, qui ante sus-

A ἀρετῶν τὴν ἀσπίδα. Τῷ δὲ ἦν ἄρα τοῦ βίου τὰ δυσχερῆ φιλοθεΐας γυμνάσια. Εὑρὼν γὰρ ἐν σπηλαίῳ τὸν διώκοντα, φείδεται, καὶ τὸν φθονοῦντα θηρεύσας φιλανθρωπεύεται. Ἀλλ' ἐφείδετο μὲν τοῦ Σαοὺλ, ἔπληττε δὲ, ὡς ἔοικε, διὰ τῆς τούτου φειδοῦς τὸν διάβολον, καὶ καθαρὰν δεξιὰν αἵματος ἐχθροῦ διαφυλάξας, τὸν κοινὸν τῶν ἀνθρώπων ἐχθρὸν ἐτραυμάτιζε, θυμοῦ κρατῶν, τὴν ἔχθραν πατῶν, τὸ ξίφος ἀμβλύνων, τὸν μισοῦντα φυλάττων, ἀμειβόμενος τὸν φθόνον πραότητι· οἷς μόνοις κεντεῖται διάβολος. Ἆρ' οὖν ἐπὶ τούτοις ὁ διώκων ἐπαύσατο; Οὐ μὲν οὖν· ἀλλὰ καὶ πάλιν διώκων, πάλιν ἡλίσκετο. Νὺξ γὰρ ἐν μέσῳ, καὶ πάλιν ὕπνου δεσμοῖς ὁ Σαοὺλ ἐθηρεύετο, καὶ τοῦ διωκομένου λάφυρον ὁ διώκων εὑρίσκετο. Ἐνταῦθα ποίαν οὐκ ἂν ἐτίναξε πέτραν ἡ τοῦ θυμοῦ B προσβολή; Ποῖον οὐκ ἂν ἔσεισε πύργον τῆς ἀφροσύνης ἡ βία; ποίαν φιλανθρωπίας γαλήνην οὐκ ἐτράχυνε κύμασι; Πλέον δὲ τῷ χρόνῳ τὰ τῆς ἀρετῆς ἐπλάτυνε διαστήματα. Ἀναιρεθέντα τὸν Σαοὺλ διαπύρως ἐπένθει, ἐλάμπρυνε τάφῳ, ἐκόσμει τοῖς θρήνοις τὸν τάφον, καὶ τὰ σκῆπτρα διαδεξάμενος, οὐκ ἐκληρονόμει τὸν τρόπον· ὁδῷ δὲ τῆς φιλανθρωπίας βαδίζων, καὶ μέχρι τῶν τοῦ δυσμενοῦς συγγενῶν τὰς εὐεργεσίας ἐξέτεινε, καὶ προσιόντι τῷ γένει τὴν αὐτοῦ φιλανθρωπίαν συνοδεύουσαν ἔπεμπε.

γ'. Ταῦτα ὁρῶν ὁ κοινὸς ἀνθρώπων ἐχθρὸς, καὶ καθ' ἕκαστον τῶν κατορθωμάτων βαλλόμενος, εἴκετο C μὲν, οὐκ ἀφίστατο δέ. Ἀλλ' ἐν ἀθανάτῳ φύσει πονηρίαν ἄγρυπνον ἐπιδεικνύμενος, παρετήρει τοῦ δικαίου τὰς πράξεις τὰς ἐν ἡμέρᾳ, τὰς ἐν νυκτὶ, τὰς ἡνίας τοῦ βίου, τὰς τῆς βασιλείας φροντίδας, τὰς τῶν πολεμίων ἐπαναστάσεις· μήπως φθέγξηται ῥῆμα πικρὸν, αὐτῷ δὲ γλυκύ· πῶς τρώσῃ θυμῷ, πῶς ἐπιθυμίᾳ τοξεύσῃ, πῶς ἀμελοῦντα φιλοθεΐας φωράσῃ. Καὶ οὐ πρότερον λοχῶν τοῦ δικαίου τὸν βίον ἐπαύσατο, πρὶν αὐτὸν μικρὸν ἰδὼν παραβλέψαντα, ταχέως γυναικείῳ κατετοξεύσατο κάλλει. Εὐωχηθεὶς γάρ ποτε βασιλικῶς ὁ Δαυῒδ, καὶ λαμπρᾷ τραπέζῃ τὸν νοῦν χαυνωθεὶς, μεσημβρινοῖς περιπάτοις ἐτέρπετο. Τότε δὴ, τότε τῶν λογισμῶν τὴν νευρὰν χαλασθεῖσαν ὁ δυσμενὴς θεασάμενος, τὸν τῶν παθῶν ἡνίοχον νοῦν οὐκ ἀκριβῶς τὰς ἡνίας διεζωσμένον, ἢ μικρόν τι D μέρος ἐκ τῶν ὀμμάτων, γυμνωθέντα τὸν ἀριστέα τῶν ὅπλων, ἔλαθε πλήξας, αὐτοῖς τοῖς ὄμμασι τοῦ δικαίου χρησάμενος, καὶ συναρπάσας τῆς ὁδοῦ τῆς ἀρετῆς, πρὸς τὸν τῆς μοιχείας ἐμβάλλει κρημνόν. Ὁρῶν δὲ τὸν πράξαντα, τὴν πρᾶξιν αἰδούμενον, καὶ κρύψαι τὸ ἕλκος τῆς αἰσχύνης βουλόμενον, λαμβάνει τὴν αἰσχύνην, ἄλλης παρανομίας συνέμπορον. Πάθει γὰρ κακῷ τὸ κακὸν περιώδευσεν· ὥστε φόνῳ κρύψαι τὴν μοιχείαν θελήσας, ἑκατέρων ἐργάτης ἁλίσκεται. Ὁ μὲν οὖν πολλάκις ἀριστεύσας ἔκειτο πληγείς· ὁ δὲ πλήξας ἐκόμπαζεν, ἴαμα πόνων οἰκείων τὸ τοῦ δικαίου πάθος ἡγούμενος. Ἀλλ' οὐχ ἔλαθε τὸν πάντα ὁρῶντα ὀφθαλμὸν, ἡ κατὰ τοῦ βασιλέως ἐπήρεια. Ἀλλ' ὁ πρὸ τῆς πράξεως βλέπων τὴν πρόθεσιν, καὶ πρὸ τῶν ἔργων τὴν γνώμην, οἰκτείρει μὲν τοῦ λο

γισμοῦ τὴν κλοπήν· βοηθεῖ δὲ τῷ κλαπέντι, καὶ οὐ A βραβεύει τὴν νίκην τῷ πλήξαντι. Ἀλλὰ πάλιν τὴν στάσιν τοῦ πεσόντος ἐκδέχεται, καὶ ἀναμάχεσθαι τὴν ἧτταν προτρέπεται· καὶ χεῖρα ὀρέγει, καὶ ἀνορθοῖ τὸν παραπεσόντα, καὶ παραβλέπει τὸ πταῖσμα, περιοδεύει τὸ ἕλκος φιλανθρωπίᾳ, τὴν τιμωρίαν ἀποπεμπόμενος. Ἄξιον δὲ ἰδεῖν τῆς θεραπείας τὸν τρόπον, καὶ μαθεῖν τῆς τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπίας τὸ ὕψος. Κοινὸν γὰρ ἐντεῦθεν ἀνοίγεται τοῖς ἁμαρτωλοῖς ἰατρεῖον· καὶ φάρμακον μετανοίας διὰ μὲν τὸν Δαυὶδ ἐσκευάσθη, πᾶσι δὲ τοῖς δεομένοις ἐδόθη. Πέμπει τὸν Ναθὰν Θεὸς τὸν προφήτην, ἰατρὸν προφήτου γενέσθαι· προστάξας γυμνῶσαι τὸ ἕλκος, δεῖξαι τοῖς ὄμμασι τοῦ πεπονθότος, ἃ πέπονθεν· ἄνθρωπον εὐτελῆ τὸ φαινόμενον, πρὸς τὸ ἐν θρόνῳ καθήμενον, πενίᾳ σύντροφον, πρὸς τὸν τοῖς σκήπτροις κοσμούμενον· B μονονουχὶ λέγων· Μὴ φοβηθῇς, ἄνθρωπε, τὴν ἀξίαν· τὸν ἐμὸν οἰκέτην ἐπίσταμαι, γνωρίζω τὸν ἐμὸν ἀριστέα, ὃς οὐ νῶτα τῷ πολεμίῳ διδούς, ἀλλὰ μαχόμενος πέπληκται. Οὐχ ἤλλαξεν αὐτοῦ τὴν γνώμην τὸ πάθος, οὐχ ἤμειψε τὴν πρόθεσιν ἡ πρᾶξις· ἀπατηθείς, οὐ βιασθείς, κατενήνεκται· ἀριστεύς, οὐ δραπετεύων, τετόξευται· *Πορεύου· σκεῦος γὰρ ἐκλογῆς μοί ἐστιν*. Εἰ δὲ φοβῇ τὴν βασιλείαν, ἐγώ σου χαλκεύσω τὴν γλῶτταν, ἐγώ σου τὴν τῆς ἰατρείας σμίλην ἐπιθήξω τοῖς λόγοις (94). Ἔρχεται πρὸς τὸν Δαυὶδ ὁ Ναθὰν, καὶ μῦθον ὑφαίνει σοφῶς, καὶ κρύπτει τῶν λόγων τὸν ἔλεγχον, καὶ περισκέπει τῷ διηγήματι τὸν σίδηρον. Ὑπὸ τὴν γλῶτταν φέρει τὸ φάρμακον, καὶ πλανᾷ τὴν αἴσθησιν, ἵνα κινήσῃ πρὸς αἴσθησιν. Ἀπάγγειλόν μοι, φησὶ, τὴν κρίσιν ταύτην, C ὦ βασιλεῦ (95). Λόγῳ ζωγραφεῖ δικαστήριον, καὶ καθίζει δικαστὴν κατὰ τοῦ Δαυὶδ τὸν Δαυίδ. *Δύο ἄνδρες ἦσαν ἐν πόλει μιᾷ, εἷς πλούσιος, καὶ ὁ ἕτερος* (96) *πένης. Καὶ ἦν τῷ πλουσίῳ ποίμνια καὶ βουκόλια πολλὰ σφόδρα· καὶ τῷ πένητι οὐκ ἦν* (97) *ἀλλ' ἢ ἀμνὰς μικρὰ, ἣν ἐκτήσατο καὶ περιεποιήσατο, καὶ ἐξέθρεψεν αὐτὴν, καὶ συνετράφη μετ' αὐτοῦ* (98), *καὶ μετὰ τῶν τέκνων αὐτοῦ, ἀπὸ τοῦ ἄρτου αὐτοῦ ἤσθιε, καὶ ἀπὸ τοῦ ποτηρίου αὐτοῦ ἔπινε, καὶ ἐν τῷ κόλπῳ αὐτοῦ ἐκάθευδε, καὶ ἦν αὐτῷ ὡς θυγάτηρ*. Τρέφει τῷ λόγῳ τὸν πόθον, ἵνα τὴν ἀδικίαν αὐξήσῃ· πλατύνει τοῦ πένητης τὴν στοργὴν, ἵνα διεγείρῃ τὸν Δαυὶδ πρὸς

A ceptas actiones cernens intentionem, et animum ante facta, Davidis miseretur, qui clanculariis diaboli technis falli se passus sit; auxiliatur furtim oppresso, nec sinit victoriam esse percussoris. Prostrati stationem ipsemet excipit, et ad offensionem istam pugna relevandam cohortatur. Manum dat, prolapsum erigit; quo impegerit, circumlustrat; præ humanitate omni ex parte ulcus obit; pœnam remittit. Par est ut curaturæ modum videamus, et quanta sit vis **100** ac magnitudo Dei in homines amoris condiscamus. Hinc enim publicum peccatoribus aperitur valetudinarium, et pœnitentiæ medicamentum Davidis nomine paratum omnibus egenis condonatum est. Nathanum prophetam mittit Deus prophetæ medicum futurum. B Imperat, ulcus denudet, subjiciat oculis miseriam, quam patitur. Mittit hominem vilem in speciem ad eum qui thronum insidet; paupertati innutritum, ad eum quem sceptra decorant. Quasi dicat: Ne verearis, o homo, dignitatem regiam: servum meum novi, novi bellatorem meum, qui inimico terga non dedit, sed deprœlians vulneratus est. Non est ab eventu mente alienatus, nec ea res hominis propositum immutavit; astu, non vi, prostratus est. Optime se gerens, non fugitans ictus est. *Vade: vas electionis est mihi* [84]. Quod si majestatem regiam reformidas, ego linguam tuam perpoliam, ego cu rationis scapellum verbis exacuam. Venit ad Davidem Nathanus, et orationem texit argute; aciem sermonum suorum tegit, et narratu ferrum celat; C sub lingua medicamentum gerit, et sensum fallit, ut sensum excitet. Annuntia mihi, inquit, o rex, judicium hoc. Verbo tribunal depingit, et contra Davidem ipsummet Davidem statuit judicem. *Duo viri erant in civitate una, unus dives, et alter pauper. Dives habebat oves, et boves plurimos valde. Pauper autem nihil habebat omnino præter ovem unam parvulam, quam emerat, et nutrierat, et quæ creverat apud eum cum filiis ejus, simul de pane illius comedens, et de calice ejus bibens, et in sinu illius dormiens, eratque illi sicut filia* [85]. Orationis serie alit audiendi cupiditatem, ut injuriam amplificet: auget pauperis amorem in ovem, ut Davidem in iram suscitet. *Cum autem pere-*

[84] Act. IX, 15. [85] II Reg. XII, 1, 3.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(94) *Ἐγώ σου τὴν τῆς ἰατρείας σμίλην ἐπιθήξω τοῖς λόγοις*. Malim σμίλην. Congruit enim aliquanto melius cum χαλκεύσω et ἐπιθήξω. Non longe abest ab illa elegantia illud veteris oratoris: ἡ τῶν ἐμῶν λόγων κοπὶς ἀνίσταται. Si quis σμήλην præhabeat, scribat ἐπιθήσω hoc sensu: *Ego orationi tuæ vim purgantem indam*. Porro illud χαλκεύσω τὴν γλῶσσαν mihi sumptum videtur ex oda prima *Pythionic.*:

Ἀψευδεῖ δὲ πρὸς ἄκμονι χάλκευε γλῶσσαν.

(95) *Ἀπάγγειλον δή μοι τὴν κρίσιν ταύτην, ὦ βασιλεῦ*. Hoc e loco restitui potest vetus lectio versionis communis: *Annuntia mihi judicium hoc*, D quam etiam Biblia regia sic repræsentant: Ἀπάγγειλον δή μοι κρίσιν ταύτην. Quæ verba de versione qui expulerunt, secuti sunt editionem τῶν Septuaginta.

(96) *Ὁ ἕτερος*. Vulgaria exemplaria et οἱ Septuaginta, εἷς.

(97) *Τῷ πένητι οὐκ ἦν*. Biblia regia addunt οὐθέν, οἱ Septuaginta οὐδέν: quod laxiusculum est ipsa voce, non significandi more. Nam οὐκ ἦν de quo dictum sit quærenti respondebit Basilius: Ποίμνια, βουκόλια πολλὰ σφόδρα.

(98) *Συνετράφη μετ' αὐτοῦ*. Οἱ Septuaginta, ἡδρύνθη μετ' αὐτοῦ.

grinus quidam venisset ad divitem [86]. Apposite peregrinus, hospes, alienus. Incidit enim David in infortunium tanquam in extraneum, et peregrinum, et inconsiderato casu dejectus est. *Venit peregrinus.* Improviso enim jaculo feritur. *Parcens autem sumere de ovibus et de bobus suis, ut exhiberet convivium peregrino illi, qui venerat ad se, tulit ovem viri pauperis, præparavit cibos homini, qui venerat ad se* [87].
101 Audiebat David narrationem contra David institutam. *Iratus autem indignatione David adversus hominem illum nimis, dixit ad Nathan : Vivit Dominus : quoniam filius mortis est vir qui facit hoc. Ovem reddet in quadruplum* [88]. Ob peccata sua sic afficitur, ac ob aliena regie decernit, et suffragium contra Davidem fert David : Dignus morte est. Lingua ista contra seipsam gladium acuit. Quid Nathanus denique? evulgat arcanum, ostendit illi orationis habitæ speculum, nudat reum, scelus clare repræsentat : *Tu ille es, o rex, qui id commisisti* [89]. Quasi dicat : Regie decrevisti, o rex; justi animus sibi patronus est : sed nolebam contra te ferre suffragium. Tu factum tuum agnosce : vide quis tuo judicio sit obnoxius. Volebam te judicem, non reum esse : non in te inquiri, sed a te edici sententiam. Audisti quæ dixerim, et mea narratio tibi movit iram : sed a te facta sunt, quæ protulit; tu tantæ iræ materiam subjecisti; tu alienæ ovicula jugulator, o rex; tu unicum pauperis solatium sustulisti; tu possessionem sustulisti simul et possessorem. Respice tuo sanguine scriptam epistolam; respice facilis tuis ensem cruentatum. Ilic mihi vide Davidis philosophiam; non enim, argutus, regum more indignatus est, neque dignitatis aspectu asperatus, neque qui latens peccatum nudavit, odio prosecutus, neque a privato accusatus rex in iras assurrexit. Verum, agnito facinore, dignitatis oblitus, nulla usus est loquendi libertate. Factum exprimit, non premit; cernuus solo affligitur, et animo contrahitur, ulcus dolet, nec sine lacrymis culpam prædicans exclamavit : *Peccavi Domino* [90]; externis criminationibus nihil egeo : meipsum accuso, peccati sum ipse testis; factum non inficior, quod conscientia palam facit : negatione peccatum non amplifico. Ecquod igitur e confessione lucrum? *Dominus transtulit peccatum tuum* [91]. Dominus, qui legi domina-

A ὀργήν. *Ἦλθεν ὁδοιπόρος* (99) *πρὸς τὸν ἄνδρα τὸν πλούσιον.* Καλῶς ὁδοιπόρος, ξένος, ἀλλότριος. Ξένῳ γὰρ νῦν ὁδοιπόρῳ τῷ πάθει Δαυῒδ περιπέπτωκεν, ἀμελλετήτῳ κατενήνεκται πταίσματι. *Ἦλθεν ὁδοιπόρος.* Αἰφνιδίῳ γὰρ βέλει τοξεύεται. *Καὶ ἐφείσατο λαβεῖν ἐκ τοῦ ποιμνίου αὐτοῦ καὶ ἐκ τῶν βουκολίων αὐτοῦ τοῦ ποιῆσαι τῷ ἀνδρὶ τῷ ξένῳ* (1) *τῷ ἥκοντι πρὸς αὐτόν· καὶ ἔλαβε τὴν ἀμνάδα τοῦ πένητος, καὶ ἔθυσεν αὐτὴν τῷ ἀνδρὶ τῷ ἥκοντι.* Ἤκουσε Δαυῒδ κατὰ τοῦ Δαυῒδ τὸ διήγημα. *Καὶ ἐθυμώθη Δαυῒδ σφόδρα, καὶ εἶπε· Ζῇ Κύριος, ὅτι ἄξιος ὁ ἀνὴρ ὁ ποιήσας τοῦτο θανάτου. Καὶ τὴν ἀμνάδα ἀποτίσει τετραπλασίονα.* Ἔπαθεν ὡς ἐπ' ἀλλοτρίοις, τοῖς οἰκείοις ἐγκλήμασι· βασιλικῶς ἀποφαίνεται, καὶ φέρει τὴν ψῆφον κατὰ
B τοῦ Δαυῒδ ὁ Δαυΐδ· ἄξιος θανάτου ἐστίν. Ἠκόνησε καθ' ἑαυτῆς ἡ γλῶττα τὸ ξίφος. Τί οὖν ὁ Ναθάν; Ἐκκαλύπτει τὸ ἀπόῤῥητον· δείκνυσιν αὐτῷ τὸ τοῦ λόγου ἔσοπτρον· γυμνοῖ τὸν κατάκριτον, σαφηνίζει τὸ πταῖσμα, παρίστησι (2)· *Σὺ εἶ, βασιλεῦ, ὁ ποιήσας τοῦτο·* μονονουχὶ λέγων· Ἀπεφήνω βασιλικῶς, βασιλεῦ· ὁ θυμὸς τοῦ δικαίου συνήγορος· ἀλλ' ἐβουλόμην μὴ κατὰ σοῦ τὴν ψῆφον ἐκφέρεσθαι. Ἐπίγνωθί σου τὴν πρᾶξιν· ὅρα τίς ὑπὸ τὴν σὴν ἀπόφασιν ὁ κείμενος. Ἐβουλόμην εἶναί σε δικαστὴν, οὐ κατάδικον· ἀποφαίνεσθαι, μὴ εὐθύνεσθαι. Ἤκουσας τὸν λόγον· ἐκίνησέ σε πρὸς ὀργὴν ἡ διήγησις· ἀλλὰ σὺ τῶν λόγων ἐργάτης, σὺ τοσούτῳ θυμῷ τὰς ὕλας ὑπέβαλες, σὺ τῆς ἀλλοτρίας ἀμνάδος ὁ σφαγεὺς, βασιλεῦ· σὺ πέ-
C νητος τὴν μόνην ἀφεῖλες παραμυθίαν· σὺ καὶ τὴν κτῆσιν ἀφείλου, καὶ τὸν κτησάμενον ἀνεῖλες. Ὅρα σου τὴν αἵμασι γεγραμμένην ἐπιστολήν (3)· ὅρα τῶν πραγμάτων ᾑμαγμένον τὸ ξίφος. Ἐνταῦθά μοι βλέπε τὴν τοῦ Δαυῒδ φιλοσοφίαν· οὐ γὰρ ὡς βασιλεὺς ἐλεγχθεὶς (4) ἠγανάκτησεν, οὐδὲ πρὸς τὴν ἀξίαν ἰδὼν ἐτραχύνθη, οὐδὲ μισεῖ τὸν τὴν παρανομίαν γυμνώσαντα, οὐδὲ πρὸς θυμὸν ἤχθη βασιλεὺς ὑπ' ἀνδρὸς ἰδιώτου κατηγορούμενος. Ἀλλὰ γνωρίσας τὴν ἁμαρτίαν, καταβάλλει τὴν παῤῥησίαν, τῆς ἀξίας ἐπιλαθόμενος. Ἐκκρύπτει, καὶ οὐ κρύπτει. Κύπτει πρὸς τὴν γῆν, καὶ τὴν γνώμην συστέλλεται, καὶ τὸ ἕλκος ὀδύρεται, καὶ μετὰ δακρύων ἀναβοᾷ, τὴν ἁμαρτίαν κηρύττων· *Ἡμάρτηκα τῷ Κυρίῳ·* οὐ χρῄζω τῶν ἔξωθεν ἐλέγχων· ἐμαυτοῦ κατήγορος γίνομαι· ἐγὼ μάρτυς
D τοῦ πταίσματος· οὐκ ἀρνοῦμαι πρᾶξιν, ἣν τὸ συνειδὸς

[86] II Reg. XII, 4. [87] ibid. [88] ibid. 5, 6. [89] ibid. 7. [90] ibid. 13. [91] ibid.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(99) *Ὁδοιπόρος.* Item Biblia vulgaria. At οἱ Septuaginta, πάροδος.

(1) *Ποιῆσαι τῷ ἀνδρὶ τῷ ξένῳ.* Nota ποιῆσαι a versione vulgaria redditum. *Ut convivium exhiberet.* Quid si diceretur ποιῆσαι esse *mactare?* mox enim Basilius, καὶ ἔθυσεν αὐτὴν, quo loco Biblia regia habent ἐποίησεν. Nec versionis mutaretur sententia : succedit enim mactationi convivium, quo mihi interpres respexisse videtur.

(2) *Σαφηνίζει τὸ πταῖσμα, παρίστησι. Scelus clare repræsentat.* Quæ mihi data, reddidi. Videtur tamen τὸ παρίστησι proprium, ac devinctum sibi aliquid reposcere, verbi gratia, παρίστησι τὸν πταίσαντα, σὺ εἶ, ὦ βασιλεῦ, etc.

(3) *Αἵμασι γεγραμμένην ἐπιστολήν.* An epistolam intelligit Uriæ sanguine violatam? an ἐπιταγὴν scribendum? ut rex ad scita revocetur, quibus homicidarum sanguis in pœnam reposcitur; quemadmodum veteres prodidere Draconis leges scriptas sanguine?

(4) *Ἐλεγχθείς.* Argutus, ex Amphitryone, posui :

... *Dedecoris a viro arguiam meo.*

στηλιτεύει, οὐκ ἐπάγω τὴν ἄρνησιν τῆς ἁμαρτίας ἐπαύξησιν. Τί οὖν τῆς ὁμολογίας τὸ κέρδος; *Κύριος ἀφείλετο τὸ ἀνόμημά σου* (5), ὁ τοῦ νόμου Δεσπότης. Ὁ μὲν γὰρ νόμος τὸ ξίφος ἐγύμνωσεν, οἶδε γὰρ τῆς μοιχείας τὸ ἐπιτίμιον, καὶ φόνῳ τὸν φόνον ἀμύνεται. Ἀλλὰ *Κύριος ἀφείλετο τὸ ἀνόμημά σου.* Ἐνίκησε τὸ χρέος ἡ χάρις, ἔπαυσε τὴν τιμωρίαν φιλανθρωπία· δικαστὴς εἰς ἰατρὸν μεταβέβληται· ἀντὶ σιδήρου τῷ τῆς μετανοίας ἀρκεῖται φαρμάκῳ. Ὢ μεγάλης καὶ γοργῆς ἀγαθότητος (6)· συνέδραμε τῇ ὁμολογίᾳ τῆς ἁμαρτίας ἡ λύσις τῆς τιμωρίας· ἔδειξεν ὅση τῆς μετανοίας ἡ ἐνέργεια. Οὕτω μαθὼν ὁ Δαυΐδ, καὶ τὴν χάριν δεξάμενος τῆς ἐξομολογήσεως οὐκ ἐπαύσατο, ἀλλ' ἔμενε τῇ μετανοίᾳ προσπεφευγώς. Οὐκ ἔῤῥιψεν οὐδὲ μετὰ τὴν θεραπείαν τὸ φάρμακον, ἀλλὰ δακρύων, ἐν οὐρανῷ ἐκτείνων, τοῦ βίου διὰ παντὸς ἀνεβόα· *Λούσω καθ' ἑκάστην νύκτα τὴν κλίνην μου.* Δι' ἧς ἔπταισε, διὰ ταύτης ἀπελογήσατο· ἁμαρτία γὰρ δάκρυσι θεραπεύεται· ἁμαρτία θρήνοις καθαίρεται· ῥύπος ψυχῆς, τῆς τῶν ὀφθαλμῶν σμήχεται νάμασι, καὶ τὴν ὑπ' οὐρανὸν (7) ἀεὶ συγκαλούμενος, καὶ τὸ τῆς οἰκουμένης θέατρον καθ' ἡμέραν ἀθροίζων, δημοσιεύει τὸ πταῖσμα, καὶ τοῖς ἁπάντων στόμασι τὰ τῆς ὁμολογίας περιτίθησι ῥήματα, καὶ κοινωνοὺς ποιεῖται τῆς ἀπολογίας τοὺς ἅπαντας, ἵνα κοινωνοὺς τῆς μετανοίας ποιήσηται. Νόμος γάρ ἐστι μετανοίας τοῦ προφήτου τὰ δάκρυα. Ἔδειξε πῶς τὰ τῆς ψυχῆς θεραπεύεται τραύματα· ἔδειξε ποῖον ἁμαρτίας τὸ ἀντιφάρμακον· ἔδειξε κατὰ τοῦ διαβόλου δάκρυα· δι' ὀφθαλμῶν ἀντετόξευσε, καὶ δάκρυσι τὸν διάβολον ἐτραυμάτισε· ἀνεμαχέσατο τὴν ἧτταν τοῖς δάκρυσι, θρήνοις τὴν νίκην πορίζεται, καὶ στεναγμοῖς τὴν χάριν ἐφέλκεται· πένθει τὸ πένθος ἰᾶτο. Ἴδες ἀριστέα πληγέντα, καὶ μηδὲ μετὰ τὴν πληγὴν τῆς ἀριστείας παυσάμενον; Ἴδες ἀθρόως πεσόντα καὶ γοργῶς ἀναστάντα; Ἴδες πῶς πεσὼν, πολλοὺς ἑαυτῷ συνανέστησε; ὅπως ἔδωκε τοῖς πεπτωκόσι τὴν χεῖρα; ὅπως ἐδίδαξε, πῶς ὁ πεσὼν ἐνίστασθαι δύναται; Ἔγνωμεν τῆς μετανοίας τὴν δύναμιν, ἔγνωμεν τοῦ φαρμάκου τὴν χρῆσιν. Μὴ παυσώμεθα τῇ δωρεᾷ κεχρημένοι, πταίοντες, καὶ θεραπευόμενοι. Μὴ ῥαθυμίᾳ τὴν χάριν ὑβρίσωμεν, μηδὲ τὰ τῶν πταισμάτων ἀνίατα καλύπτωμεν ἕλκη (8). Μὴ μείνωμεν θεραπευθῆναι πυρί. Βοήσωμεν καὶ ἡμεῖς· *Ἡμάρτηκα τῷ Κυρίῳ,* ἵνα καὶ τὴν αὐτὴν περιγραφὴν παρὰ τοῦ φιλανθρώπου βασιλέως πορισώμεθα λέγουσαν· *Κύριος ἀφείλετο τὸ ἀνόμημά σου.* Αὐτῷ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

tur : lex enim gladium nudaverat, quod adulterii pœnam nosset, et necem nece parabat vindicare : Sed *Dominus transtulit peccatum tuum.* Debitum superavit gratia, pœnam remisit clementia, judex medici fecit officium, ferri vice pœnitudinis medicamento contentus **102** est. O magnam repentinamque bonitatem! concurrit cum culpæ confessione pœnæ absolutio; ostendit quanta sit pœnitentiæ vis. Sic doctus David, et accepta per confessionem gratia non quievit, sed quod pœnitentiæ stadium capessiverat, mordicus tenuit. Medicamentum ne quidem post curationem abjecit, at flens per omnem vitam clamabat intentus in cœlum : *Lavabo per singulas noctes lectum meum*[92]. Qua peccavit, et se purgavit. Peccatum namque lacrymis curatur, peccatum lamentis expurgatur, animæ illuvies oculorum fontibus extergitur. Deinde subcœlestem creaturam convocans, et orbis terrarum theatrum quotidie cogens publicat scelus, et ante omnium ora ponit confessionis verba, facitque defensionis participes, ut in pœnitentiæ partem veniant. Nam Prophetæ lacrymæ pro pœnitentiæ lege sunt. Monstravit quomodo curentur animæ vulnera, monstravit ecquod sit antipharmacum, monstravit inimicas diabolo esse lacrymas; per oculos contra jaculatus est, et lacrymis diabolum convulneravit : pugnat, ut lacrymis ab offensione se vindicet, lamentando victoriam acquirit, et gemitibus gratiam trahit, luctum luctu medicatur. Vidisti virum optimum sauciatum, nec accepta plaga quidquam de strenuitate remittentem? vidisti derepente succumbentem, et subito emergentem? vidisti, ut collapsus multos secum restituerit? ut afflictis manum dederit? ut docuerit lapsum posse resurgere? Agnovimus pœnitentiæ vim, agnovimus usum medicamenti. Hoc uti munere non desistamus, dum labimur ac vicissim sanamur : ne per socordiam gratiæ contumeliam inferamus. Neque vero immedicabiles peccatorum vomicas occultemus; neve maneamus dum ab igne curemur. Clamemus et nos : *Peccavi Domino*, ut eamdem ab humanissimo rege sententiam obtineamus, quæ dicat : *Dominus transtulit peccatum tuum :* cui gloria, et honor in sæcula sæculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ ΙΗ'.

Τοῦ αὐτοῦ εἰς τὴν Ἡρωδιάδα.

α'. Τὴν τῆς Ἡρωδιάδος ὄρχησιν ἡ τῶν Εὐαγγελίων

103 ORATIO XVIII.

Ejusdem in Herodiadem.

1. Herodiadis tripudium nobis hodie invulgat Evan-

[92] Psal. VI, 7.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(5) *Ἀφείλετο τὸ ἀνόμημά σου.* Biblia vulgaria : Ἀφείλετο τὸ ἁμάρτημά σου· οἱ Septuag. : Περιεβίβασε τὸ ἁμάρτημά σου, idque propius versionem communem est : *Transtulit a te peccatum tuum.*

(6) *Ὢ μεγάλης, καὶ γοργῆς ἀγαθότητος.* Nathani celerem subitamque conclusionem respicit de oblata venia. Itaque vertendo Hesychium secutus sum : Γοργὸς, εὐκίνητος, ταχύς. Γόργευσον, τάχυνον, σπεῦσον. Mox iterato Basilius : Ἴδες ἀθρόως πεσόντα, καὶ γοργῶς ἀναστάντα. *Vidisti derepente succumbentem, et e casu subito emersum.*

(7) *Τὴν ὑπ' οὐρανόν.* Expleo κτίσιν.

(8) *Μηδὲ τὰ τῶν πταισμάτων ἀνίατα καλύπτωμεν ἕλκη.* Ante tibi dixerat : Δεῖξον τῷ ἰατρῷ τὸ τῆς παραβάσεως ἕλκος. Horatius :

Stultorum incurata malus pudor ulcera celat.

geliorum vox, et atheam mulierum illarum publicitus pandit insaniam, Herodem sub jugo libidinis captivum, Baptistam pro continentia capite truncatum, ac neque allata morte silentii patientem. Ejusmodi enim justorum facinora plus etiam post mortem splendoris obtinent, plusque roboris. Hanc diabolus tragœdiam excogitavit, Herodes confecit, Herodias saltavit, Baptista descendit in certamen, evangelista narravit. Jam enim videns diabolus Joannem fluento Jordanis eluentem hominum scelera, et Mosaico obnoxios gladio liberantem, nec non legis minas in aquis retundentem, ac pœnitentiæ decreto mutantem in melius, veteri rursus correptus invidia, et timoris plenus, ne potissima sua in homines machina dissolvatur, ac deinde videns adoptionis radios per Christum in aqua insertos, et cultorem humanitatis Joannem in aquis stantem, ad ulciscendum horum ministrum impellebatur et humanissimi servitii pœnas reposcere instituit. Ac primum cum abluto Christo confligit, et quasi contra conservum jaculatus esset, a Domino alapa frangitur. Ubi cum victoriam desperasset, in Joannem vertit arma, et Herodianis affectibus pro armis usus viam aperit ad Baptistæ mortem. O pulchre excogitatam a diabolo insaniam! Carnificem statuit in Joannem regem ipsum. Vidit hominum quidem dominatorem esse Herodem, affectuum vero servum; vidit regem intemperantiæ mancipium, et schemate quidem regni tyrannum, ut ægritudinum animæ tyrannide premi. Ac mihi vide diaboli artem, ut ad impietatem ex levioribus erratis extrahat. Primum fraterni cubilis perfossorem fecit, et subsessorem, ut ex adulterii fossa ad Baptistæ cædem transilire faciat. Malum vero tempore altum crevit in quamvis libertatem. **104** Vivi igitur, videntisque fratris uxorem suam facit, regni potestate abusus in auxilium intemperantiæ, et cum ausu consueto nefarium animi propositum conglutinans. Fratris autem appellatio per medias incedens injurias scelus augebat adulterii novo scelere, et injuriæ accessione cumulabatur injuria. Auget enim injuriam cognatio. A quo enim naturæ debita exspectabatur benevolentia, apud eum majora sunt, quæ accusentur crimina. Verum ad mulierem festinans oratio, hæret, quem potissimum tangat. Ut

β'. Ἐπὶ τούτοις, καθάπερ ἀγκίστρῳ τὰς ἀκοὰς A περιπαρέντες, ἠκολούθησαν προθύμως τῷ ἑκόντας θηρεύοντι. Καὶ πολλὰ χαίρειν τοῖς δικτύοις εἰπόντες, καὶ τὴν θάλατταν ἀποδυσάμενοι, τοῖς τοῦ Σωτῆρος εἵποντο νεύμασιν. Οὕτω δὲ τοῖς Ἰησοῦ δικτύοις ἐνομιλήσαντες, καὶ τῆς παραδοξοτάτης ἁλίας μαθηταὶ καταστάντες, ἄρτι τοῦ Δεσπότου πρὸς οὐρανὸν ἀναφοιτήσαντος, οἱ μαθηταὶ τοῖς τῆς χάριτος δικτύοις τὰ γένη τῶν ἀνθρώπων ἡλίευον. Πρῶτον τοίνυν κατὰ Ἰουδαϊκῶν συλλόγων ἀφέντες τὰ θήρατρα, τρισχιλίους εὐθὺς ἀνηγρεύσαντο. Δευτέρα τῆς σαγήνης βολὴ, καὶ εἰς πεντακισχιλίους ἡρπάζετο. Ἴσως ποθεῖτε γνῶναι τὸ δέλεαρ, ᾧ χρησάμενοι τοὺς πεντακισχιλίους ἐζώγρησαν. *Χωλός τις ἦν πρὸ τῆς ὡραίας πύλης*, ᾧ τὰς τῶν ποδῶν βάσεις ἡ φύσις διὰ πάθους συλήσασα, τῇ χάριτι παρέδωκε χαλκεύειν B ὡς βούλεται. Τοῦτον ὁ Πέτρος τῷ ἀγκίστρῳ περιδήσας τῆς πίστεως, δῆμον ὅλον δεσμώτην διὰ τῆς ἑαυτοῦ γλώττης εἰργάσατο. Γίνεται καὶ Κορνήλιος ἐκεῖνος ὁ μέγας τῆς σαγήνης θήρα ταύτης. Οὕτω τοὺς κατὰ Παλαιστίνην ἀγρεύσαντες, ἔφερον ἐπὶ τὰς νήσους τὴν τέχνην τῆς χάριτος, τὴν θάλατταν μετὰ τὴν ἤπειρον σαγηνεύοντες. Κύπρον εἶδον, Ἀντιόχειαν εἶχον. Παμφυλία μετὰ τοῦτο κατείχετο· Μακεδονία σεσύλευτο· Θρᾴκη προσέτρεχεν, Ἑλλὰς μετὰ τῆς γλώττης ἠγρεύετο. Ῥώμη, τὸ διάδημα κρύψασα, τῷ τοῦ σταυροῦ προσεκύνει κηρύγματι. Ἀλλεπάλληλαι πόλεις αὐτομάτως τῶν ἀποστολικῶν δικτύων τὴν θήραν ἠσπάζοντο. Οὐκ ἐπαύσαντο βάλλοντες, ἕως ὁ τῆς οἰκουμένης περίβολος τοῖς δεσποτικοῖς συνελήφθη δικτύοις. Ἀλλ', ὦ τῶν παραδόξων καὶ ὑπὲρ C φύσιν πραγμάτων! Ἐπειδὴ γὰρ πλήττεται τοῖς ὁρωμένοις διάβολος, οὐ φέρων ὁρᾷν ἁπλουμένην τὴν σωτηρίαν, θανάτῳ περιβάλλει τοὺς κήρυκας, καθάπερ τινὰς ἀγριωτέρους ἰχθύας κατὰ τῶν ἁλιέων ἐγείρας. Ἀλλὰ δέχονται μὲν τὸν θάνατον, οὐ μὴν ἐπαύσαντο τῆς ἁλίας καὶ τελευτήσαντες· ἀλλ' ἐργάζονται καὶ μετὰ θάνατον τὸ τοῦ Δεσπότου πρόσταγμα, καὶ κρυπτόμενοι τάφῳ τῆς θήρας οὐκ ἐπελάθοντο. Φθέγγονται γὰρ καὶ τάφοι βουλομένης τῆς χάριτος. Ἀληθὴς γὰρ ὁ εἰπών· *Δεῦτε ὀπίσω μου, καὶ ποιήσω ὑμᾶς ἁλιεῖς ἀνθρώπων*· αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

2. Talibus verbis velut unco perfossis auribus prompti secuti sunt trahentem volentes, et longum vale retibus dixerunt, seque a mari expediverunt, Salvatoris nutibus obsequentes. Sic in Jesu retia turmæ modo illapsi, et piscatus admodum insperati constituti discipuli, cum jam cœlum Dominus repetivisset, gratiæ retibus hominum genera piscabantur. Primum igitur contra Judaica collegia dispersis laqueis confestim ter mille homines comprehenderunt[72]. Secundus sagenæ jactus vel ad quinquies mille homines sursum extraxit[73]. Forte avetis escam nosse, qua usi quinquies mille vivos abduxerint? *Claudus quidam erat ante portam Speciosam*[74], cui pedum itionem cum forte natura ademisset, gratiæ tradidit pro arbitratu recudendum. Petrus unco fidei postquam hunc devinxerat, populum universum lingua cepit. Fit et hujus sagenæ præda magnus ille Cornelius[75]. Eodem modo Palæstinis adhamatis, artem gratiæ transportant in insulas, et a continenti in mare retia trajiciunt. Cyprum viderunt, Antiochiam obtinuerunt; Pamphylia deinde occupata est, Macedonia vastata; accurrit Thracia, Græcia cum sua eloquentia capta est: Roma, suppresso diademate, crucis prædicationem exosculata est. Ordine densissimo civitates sponte concesserunt in prædam apostolicorum retium. Nec jactu abstinuere, dum terrarum ambitus Domini retibus sit comprehensus. Verum, o res inopinas, et supra naturam! Ilis enim visis territus diabolus, neque salutem tam late diffusam videre sustinens, præcones morte circumvenit, agrestioribus quibusdam piscibus in piscatores concitatis. At mortem excipiunt quidem, nec piscatu tamen abstinent vel obita morte. Quin etiam post fata Domini faciunt imperata, nec pressi sepulcro prædationis obliti sunt. **164** Nam et sepulcra volente gratia loquuntur. Verax enim qui dixit: *Venite ad me, et faciam vos fieri piscatores hominum*: cui gloria et imperium in secula seculorum. Amen.

ΛΟΓΟΣ ΛΑ'.

Εἰς τὸ, « Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται εἰς χεῖρας ἁμαρτωλῶν. »

α'. Αὔξει μὲν τῆς γλώττης τὴν ἀγωνίαν ἡ τῶν ἀκροατῶν φιληκοΐα, καὶ τὴν τοῦ λόγου ἐγχείρησιν φοβερωτέραν εἰργάσατο ὁ τῆς Ἐκκλησίας θεσμὸς, καὶ περὶ τὰ θεῖα διδάγματα πόθος. Διὰ τοῦτο μακαρισμῷ πραΰνων τοῦ λόγου τὸν φόβον, ὁ Δεσπότης ἐβόα· *Μακάριοι οἱ λέγοντες εἰς ὦτα ἀκουόντων* (69*)· οἱ τῆς διδασκαλίας τὸν σπόρον εἰς εὔγονον

ORATIO XXXI.

In illud: « Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur in manus peccatorum[76]. » D

1. Auget difficultatem linguæ suam eluctantis angustiam auditorum attentio studiosa, verbi tractationem formidabiliorem facit Ecclesiæ consuetudo, et divina capessendi desiderium. Quare beatitate proposita leniens verborum cruditatem, Dominus clamabat: *Beati, qui loquuntur ad aures audientium*[77]: qui doctrinæ semen in terram fru-

[72] Act. II, 41. [73] Act. IV, 4. [74] Act. III, 2. [75] Act. X, 1 seqq. [76] Marc. X, 33; XIV, 41. [77] Eccl. XXV, 12.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(69*) *Μακάριοι οἱ λέγοντες εἰς ὦτα ἀκουόντων*. Ad similem locum reperio Job cap. XXIX, vers. 11. *Τὸ οὖς ἤκουσε, καὶ ἐμακάρισέ με. Auris audiens beatificavit me.* Item Ecclesiastici XXV, 12: *Μακάριος, ὃς ἐξεῦρε φρόνησιν, καὶ ὁ διηγούμενος εἰς τὰ ὦτα τῶν ἀκουόντων*. Hunc ego locum Basilii dicentis memoriæ puto obversatum esse,

g feram conjiciunt, qui bona documenta in areas animæ cumulant, quia præsentium laborum opportunum exstat ærarium laborantibus fructum recondens. Etenim apud Judæos ventura antedicere inevitabile erat, nec prophetis optabile monita dare. Siquidem *Domine*, inquit, *quis credidit auditui nostro* [78]? Jeremias quidem speciosam detrectati officii excusationem ætatem prætendebat : *Puer ego sum, nescio loqui* [79]. Moyses ad populi ducatum vocatus, eam dignitatem refugit, et sibi refragatur : *Impeditioris et tardioris linguæ sum* [80]. Accusat enim lentam ingenii Judaici credulitatem, eorum qui ad eos legabantur, deprecatio. Gens enim Deo, divinæque beneficentiæ rebellatrix. Moleste ferebant olim servitutem Ægyptiacam, et ab ea liberati conviciis liberatorem incessebant : *Quasi defuerint in Ægypto tumuli, eduxit nos, ut occidat in deserto* [81]. Mare velut viam publicam decurrebant, pedibus pulverantibus maris iter conficiebant, et vitulo per adorationem clamore gratiam referebant: *Hi sunt dii tui, Israel, qui te eduxerunt de terra Ægypti* [82]. Cœlum etiam nivosam mannæ copiam demisit, et, qui sub cœlo sunt, in blasphemias erumpunt : **165** *Nauseat anima nostra super cibo isto levissimo* [83]. Rupes quoque secuta est, quæ torrentibus solitudinem inundavit, et unius virgæ percussio frequentes peperit undarum fontes, sed ingratam eorum linguam non eluit, qui percepto aquæ beneficio dicebant : *Quoniam percussit petram, et fluxerunt aquæ, et torrentes inundaverunt, nunquid et panem potest dare* [84]? Iterum viarum ignaros comitabatur nubes, tum ad ignorantiam levandam, tum ad solis ardorem defendendum. Noctem columna ignea illuminabat : verum tot a Deo miraculis honorati, maledictis eum exhonorabant : *Constituamus nobis ducem, et revertamur in Ægyptum* [85]. Avium nubes aer dependebat veluti peregrinis hospitibus opsonium apparans : vestis ab ipsis totos quadraginta annos trita recentis operis speciem pertinaciter dabat, novo exortu temporis edacitatem pervincens : renovabatur simul cum veste calceorum usus, ad annorum quadraginta tempus, et errationem resistens. Prœliantibus illis

A ἄρουραν καταβάλλοντες· οἱ τὰς τῆς ψυχῆς ἀλωνίας ἀγαθῶν δογμάτων σωρεύοντες (70), ἐπειδὴ τῶν ἐνταῦθα πόνων ὑπάρχει ταμιεῖον εὔκαιρον, τοῖς καμοῦσι τηροῦν τὴν ἀπόλαυσιν. Παρ' Ἰουδαίοις μὲν γὰρ, καὶ τὸ προφητεύειν φευκτὸν, καὶ τὸ νουθετεῖν ἀπευκτὸν τοῖς προφήταις εὑρίσκεται. *Κύριε*, γὰρ φησὶ, *τίς ἐπίστευσε τῇ ἀκοῇ ἡμῶν;* Ἱερεμίας δὲ, εὐπρόσωπον φερόμενος παραιτήσεως πρόφασιν, τὴν ἡλικίαν προσεβάλλετο· *Νεώτερος ἐγώ εἰμι, καὶ λαλεῖν οὐκ ἐπίσταμαι*. Μωϋσῆς δὲ πρὸς τὴν τοῦ λαοῦ καλούμενος ἡγεμονίαν, ἀποφεύγει τὴν ἀξίαν, καθ' ἑαυτοῦ τὴν ψῆφον ἐνέγκας. *Ἰσχνόφωνός εἰμι, καὶ βραδύγλωσσος*. Ἐλέγχει γὰρ τῶν ἰουδαϊκῶν τρόπων τὸ δυσπειθὲς, ἡ τῶν πρὸς αὐτοὺς ἀποστελλομένων παραίτησις. Ἀεὶ γὰρ θεομάχον τὸ γένος, καὶ ταῖς B θείαις εὐεργεσίαις ἀντίπαλον. Ὠδύροντό ποτε τὴν ἐν Αἰγύπτῳ δουλείαν, καὶ ταύτης ἀπαλλαγέντες ἐλοιδόρουν τὸν ἀπαλλάξαντα· *Παρὰ τὸ μὴ εἶναι μνήματα ἐν γῇ Αἰγύπτῳ ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἀποκτεῖναι ἐν ἐρήμῳ*. Διέτρεχον ὡς λεοφόρον (71) τὴν θάλασσαν, ποσὶ κεκονισμένοις ὁδοιποροῦντες τὸ πέλαγος (72), καὶ τῷ μόσχῳ τὴν χάριν προσκυνοῦντες ἐλογίζοντο, βοῶντες· *Οὗτοι οἱ θεοί σου, Ἰσραὴλ, οἱ ἐξαγαγόντες σε* (73) *ἐκ γῆς Αἰγύπτου*. Πάλιν οὐρανὸς τὰς τοῦ μάννα νιφάδας ἀπέστελλε, καὶ κάτωθεν βλασφημοῦντες ἐβόων· *Κατάξηρος γέγονεν ἡ ψυχὴ* (74) *ἡμῶν ἐπὶ τῷ ἄρτῳ τῷ διακένῳ*. Ἠκολούθει πέτρα κατακλύζουσα χειμάῤῥους τὴν ἔρημον, καὶ μία ῥάβδου πληγὴ πολλὰς ναμάτων ἐκυοφόρει C πηγάς· ἀλλ' οὐκ ἐκάθηρεν αὐτῶν τὴν ἀχάριστον γλῶτταν, οἳ καὶ παρ' αὐτὴν τὴν ἀπόλαυσιν ἔλεγον· *Ἐπεὶ ἐπάταξε πέτραν, καὶ ἐῤῥύησαν ὕδατα, καὶ χείμαῤῥοι κατεκλύσθησαν, μὴ καὶ ἄρτον δύναται δοῦναι;* Πάλιν ἀγνοοῦσιν αὐτοῖς τὴν ὁδὸν, συνωδοιπόρει νεφέλη, καὶ τὴν ἄγνοιαν λύουσα, καὶ τῶν ἀκτίνων τὴν φλόγα κωλύουσα. Στύλος πυρὸς ἐφωταγώγει τὴν νύκτα. Ἀλλὰ τὸν τιμῶντα τοῖς θαύμασιν ἀτιμάζοντες ἔλεγον· *Δῶμεν ἀρχηγοὺς, καὶ ἀποστρέψωμεν εἰς Αἴγυπτον*. Ὀρνίθων νεφέλας ὁ ἀὴρ ἐπαφίει, καθάπερ ξένοις ὁδοιπόροις εὐτρεπίζων ὀψώνιον. Τεσσαρακοστὸν ἔτος αὐτοῖς ἐσθὴς τριβομένη, νεουργὴς διετέλει νικῶσα τὸν χρόνον τῇ φύσει, συνενέαζε τῇ ἐσθῆτι τῶν ὑποδημάτων ἡ χρεία (75)

[78] Isa. LIII, 1. [79] Jerem. I 6. [80] Exod. IV, 10. [81] Num. XVI, 13. [82] Exod. XXXII, 4. [83] Num. XXI, 5. [84] Psal. LXXVII, 20. [85] Num. XIV, 4.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(70) *Τὰς τῆς ψυχῆς ἀλωνίας ἀγαθῶν δογμάτων σωρεύοντες*. Conjecto Ovidium apud græcum quemdam scriptorem paria legisse, unde hæc effinxerit,

Et patet in laudes area magna tuas. Item :
Et patet in curas area lata meas.

(71) *Λεοφόρον*. γρ. λεωφόρον, ampliore vocali.

(72) *Ποσὶ κεκονισμένοις ὁδοιποροῦντες τὸ πέλαγος*. Quod quidam velit *pedibus siccis*, frustra est : hoc temporis articulo mihi pedes a gelu siccissimi sunt, et pulveris ne tantillum habent. Res hæc scribitur Exod. XV, 19 : Οἱ δὲ υἱοὶ Ἰσραὴλ ἐπορεύθησαν διὰ ξηρᾶς ἐν μέσῳ τῆς θαλάσσης. Solo probe desiccato, quam fuit in proclivi ut pedes *pulverarent*? Quare pro miraculo non immerito ducit Philo τοῦ διακοπέντος καὶ ἀναξηρανθέντος μέρους αἰφνίδιον θαλάττωσιν, *proscissi et siccati spatii extemporalem inundationem*. Eam vocem leges apud Gellium.

(73) *Οἱ ἐξαγαγόντες σε*. Exodi XXXII : Οἵτινες ἀνεβίβασάν σε.

(74) *Κατάξηρος γέγονεν ἡ ψυχή*. Scriptura, ἡ ψυχὴ ὑμῶν προσώχθισεν ἐν τῷ ἄρτῳ.

(75) *Συνενέαζε τῇ ἐσθῆτι τῶν ὑποδημάτων ἡ χρεία*. Verteret Gellius : *Recentabatur*. Libenter idem æquipondium appenderem, nisi delicatulos et labeones metuerem. Historia hæc consignata est Deuter. XXIX : Οὐκ ἐπαλαιώθη τὰ ἱμάτια ὑμῶν, καὶ τὰ ὑποδήματα ὑμῶν οὐ κατετρίβη ἀπὸ τῶν ποδῶν ὑμῶν. Perperam συνενέαξε.

πρὸς τεσσαρακοστὸν καὶ χρόνον καὶ δρόμον ἀντέχουσα. Πολεμοῦσιν αὐτοῖς ὁ τῶν στοιχείων συμπαρετάττετο δρόμος, ὅτε βραδύνειν διδασκόμενος ὁ ἥλιος, τὸ τῆς νίκης αὐτοῖς ἐπραγματεύετο τάχος· πλατύνων τῆς ἡμέρας τὰ διαστήματα, ἵνα αὐθήμερον (76) ἀποτέχῃ τοῖς μαχομένοις τὸ τρόπαιον· πλατύνων τὸν δρόμον, ἵνα συστείλῃ τῆς νίκης τὸν χρόνον, ἢ μηκύνων τοῦ χρόνου τὰ μέτρα, ἵνα μὴ ὑπερημέρῳ νίκῃ λυπήσῃ τοὺς κάμνοντας. Ἵστατο μεθ' ἥλιον Ἰορδάνου τὰ ῥεύματα, καὶ τὸ ῥόθιον ἐχαλινοῦτο, παραχωροῦν τοῖς βαδίζουσι· καὶ νόμοις ἵστατο (77) ῥεύματος ἀναμένων τὴν πάροδον. Βασιλεῖς παρὰ τὴν ἀκοὴν ἐταράττοντο, αὐτόματοι πόλεις ὑπέκυπτον. Ἱεριχὼ κυκλουμένη τὸν τοῦ τείχους ἀπεδύετο κύκλον, ὥσπερ τοὺς οἰκήτορας φεύγουσα, καὶ τοῖς Ἰσραηλίταις προστρέχουσα. Τίς οὖν τούτων ἡ χάρις; *Δῶμεν ἀρχηγοὺς* (78), *καὶ ἀποστρέψωμεν εἰς Αἴγυπτον.* Καὶ τὰ δεύτερα τῶν φθασάντων δεινότερα· Μωαβιτικὸν προσκυνούμενον ξόανον, καὶ τὰ τῶν νικηθέντων προσεκύνουν οἱ νικήσαντες εἴδωλα· προφητικῶν αἱμάτων ἔκχυσις, Μωσαϊκῶν βιβλίων ἔμπρησις (79)· μῖσος θρησκείας θεοφιλοῦς, δαιμονικῶν ἀγαλμάτων ἱδρύματα.

β'. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν ἀρχαῖα καὶ παλαιά. Παρὰ δὲ τὴν τοῦ Σωτῆρος ἐνανθρώπησιν, τίνες ἄρα τὸν τρόπον γεγόνασιν; Ὁ δὲ Χριστὸς οἰκτείρας ἀνθρώπους ἀφίκετο, χεῖρα σωτήριον προτείνων τῷ γένει. Οὐκ ἤλλαξαν τὸν τρόπον αἰδεσθέντες τὰ θαύματα, ἀλλὰ συνέτρεχε τῷ χρόνῳ τῶν προγόνων ἡ γνώμη, τοὺς κληρονόμους εὑρίσκουσα. Θαυμάτων νιφάδες, θεραπείας πελάγη, παντοδαπῶν ἀγαθῶν εὐθηνία· ἀλλ' ἐπένθουν εὐεργετούμενοι, καὶ τῆς ψυχῆς τὴν ἀπορίαν διὰ τῶν ῥημάτων ἐκήρυττον· *Τί ποιήσωμεν* (80), *ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος τοιαῦτα σημεῖα ποιεῖ;* Πάθη διωκόμενα βλέποντες, τοῖς τοῦ φθόνου πάθεσι τὴν ψυχὴν ἐτιτρώσκοντο· καὶ τῶν ἀλλοτρίων συμφορῶν ἡ λύσις, οἰκείων αὐτῶν ὀδυρμῶν ὑπῆρχε γονή. Παράλυτος ἐσφίγγετο, τυφλὸς ὠμματοῦτο, νεκρὸς ἐξωριγεῖτο (81) τοῦ ᾅδου τὴν ἧτταν, καὶ ὁ ἰατρὸς ἐν ἐγκλήμασι. Δαιμονικῆς ἠλευθεροῦντο χειρός· καὶ ἐξιμηνῶντα τὸν δαιμόνων ἐλευθεροῦντα καλεῖν οὐχ

A elementa succurrebant, quando soi moram facere doctus victoriam illis præcipiti cursu conficiebat: diurna spatia producebat, ut uno ipso die pugnantibus tropæum pareret: producebat cursum, ut victoriæ tempus corriperet, aut potius tempus extrahebat, ut ne diuturniore victoria fatigatis molestiam crearet. Post solem (*a*) stetere fluctus Jordanis, et unda frenos passa est, dum spatium dat euntibus; stetit consuetus fluxus, dum præterirent, præstolatus. Reges, ea re audita, conturbabantur, sponte sua civitates collabebantur. Obsessa Jericho murorum orbem exuebat, quasi habitatores suos ipsa fugeret, et ad Israelitas transfugeret. Horum quæ gratia? *Constituamus nobis ducem, et revertamur in Ægyptum.* Graviora subsequuntur B ante relatis: Moabiticum simulacrum adoratum, et victores idola victorum adorabant, prophetici sanguinis effusio, Mosaici libri concremati, odium religionis Deo gratæ, diabolicarum statuarum sedes.

2. Sed hæc vetera, atque obsoleta. Sub incarnationem Salvatoris, quibus fuere Judæi moribus? Christus homines miseratus venit salutarem manum homini porrigens: nec ea fuit miraculorum reverentia, ut mores alios induerent; sed 166 majorum nequitia hæredes nacta perdurabat hoc quoque tempore. Erant in oculis densissima mira- C cula, curationum maria, omnigenorum bonorum profluentia, sed ex beneficentia luctu conficiebantur, et inopiam consilii verbis vulgabant: *Quid faciemus, quia hic homo talia signa facit* [84]? Morbos abigi conspicati, invidiæ morbo ad animum usque proserpente sauciabantur: et alienæ miseriæ levamentum domestici Judæorum doloris fuit seminarium. Paralyticus solidabatur, oculi cæco reficiebantur, mortuus ob illatam inferno cladem gestiebat, et medicus in crimen vocabatur. Asserebantur in libertatem a diabolica potestate, et assertorem

[84] Joan. xi, 47.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(76) *Αὐτήμερον.* γρ. Αὐθημερὸν, ut αὐθωρόν.

(77) *Νόμοις ἵστατο.* γρ. νόμος, lex fluvii, consuetudo, sive consuetus fluxus stetit.

(78) *Δῶμεν ἀρχηγούς.* Si scribatur θῶμεν, versioni vulgatæ studebitur, et elegantiæ.

(79) *Μωσαϊκῶν βιβλίων ἔμπρησις.* Chrysostomus D. Paulum ad Hebræos explicans: Ἐπῆλθε πόλεμος, ἀνεῖλε πάντας [προφήτας], κατέκοψαν [reponο κατεκόπησαν. Eustathius in Iliada ψ, Τὸ μέντοι κατακόπτειν ἐπὶ σφαγῆς οἱ μεθ' Ὅμηρον τιθέασιν ῥήτορες, οἷον, κατέκοψαν ἐν πολέμῳ] ἐνεπρήσθησαν αἱ βίβλοι, ἑτέρῳ πάλιν ἀνδρὶ θαυμαστῷ ἐνέπνευσεν, ὥστε αὐτὰς ἐκθέσθαι, τῷ Ἔσδρᾳ λέγω, καὶ ἀπὸ λειψάνων συντεθῆναι ἐποίησε. Scribo Latine: *Bellum obortum est, omnes prophetas sustulit, occisi sunt, libri exusti sunt: alteri viro admirabili Deus inspiravit, ut eos exponeret, Esdram dico, atque e reliquiis ut iterum componerentur, fecit.* Καλὴ δὴ ξυνωρὶς Basilii et Chrysostomi.

(80) *Τί ποιήσωμεν.* D. Joannes capite undecimo: τί ποιοῦμεν.

(81) *Νεκρὸς ἐξωριγεῖτο.* Forte ἐξωριγνεῖτο. *Gestiebat.* Hesychius ὠριγνώμενον, ὀρεγόμενον. Scribe anteriore loco ὀριγον, o minore, ita litterarum series inibi turbata est, originatione aliud postulante. Eustathius enim in *Iliada* T ducit ex ὀρέγω ὀριγνῶ, ut ex μένω μίμνω, ex γένω γίγνω. Hæc conjectura solum adsciscit litteram ν. Quid si legas, Νεκρὸς ἐξωρύετο τοῦ ᾅ. τ. ἡ. *Exsululabat?* Nec male cohæreat mortuum redivivum, exclamare devictum infernum, et calumniatores medicum in crimen vocare. Item ἐξωρύεσθαι capi posset pro *contentissimo clamore*, qualis leonum est: vide Apollonii Scholiasten. Pro eodem posset ἐξωρύγετο scribi: nam nisi tale aliquod statuas verbum, unde ὠρυγμὸς, ὠρυγή?

(*a*) Imo ante solem.

dæmonibus oppletum non erubescebant appellitare. A Et rursum lamentantium voces inculcant : *Quid faciemus, quia hic homo talia signa facit?* Communis naturæ pernicies sunt Judæorum mores. Cum ne morte quidem invidiam finire possent, mortem dedecorosam decernunt : crucem machinantur, et ob miracula legis violatæ dedecus offundentes, invidentiæ suæ serviebant. Sed non hæc Christum latuere, qui passionem suapte sponte subit, qui pridem morti, prophetarum oraculis comminatus erat. *Solvite* enim *templum hoc, et in tribus diebus excitabo illud* [87]. Non eum latuit passio, qui dixit : *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo eam iterum sumendi* [88]. Nam Dei incarnati passio a Judæis quidem nefarie, et audaciter suscepta est ; a Deo vero ad salutem destinata. B Sed amans Christi apostolorum chorus animo linquebatur audita passione, et ea oratione perculsi animo, passionis acerbitatem prægustabant. Ingentem vero discipulorum dolorem molliens Salvator, mortis mentionem resurrectionis prædictione temperabat, ipsamque passionem dictis ambagiosis investiens, narratione pensiculatius exposita, leviorem reddebat : ne spectaculo improviso percussi, majori tristitia perfunderentur animi. Quare modo Salvator has vel ante passionem de passione voces incinens, ait : *Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur in manus seniorum, et scribarum, et occident eum, et tertia die resurget* [89]. Etiam temporis notitiam ostentat, et quam sponte passurus sit. C

167 Mihi licebat, inquit, inhibito cursu passionem recusare, et devitato mortis loco mortem effugere ; sed tempus crucem reposcit, et ipsa necessitas passionem parturit, adest præfinitum tempus quod adventus mei causam quærit. Idcirco lapidum ante jactus ictusque recusabam, crucem quod præstolarer : idcirco structas circa præcipitia insidias recusavi, quod illatam per Adamum in ligno mortem medicari venissem, ut ligno clavis affixus averruncarem immissa per lignum mala. Ministri vero passionis Pharisæi, et scribæ, et seniores, Legis veteris capita, qui mosaica per ambitionem condecorati cathedra cum diabolo faciunt ; qui sanctoris legum discipuli cum essent, prævaricatoris armigeri sunt. Vobis autem, qui mei estis, passionem D vaticinor, et futuræ resurrectionis significatione dolori medeor. *Ecce ascendimus Hierosolymam, et Filius hominis tradetur in manus seniorum, et scribarum, et occident eum, et tertia die resurget.* Si passionem doletis, dolori medeatur resurrectio ; si crucem

A ᾐσχύνοντο. Καὶ πάλιν θρηνούντων μελετῶσι φωνάς· *Τί ποιήσωμεν, ὅτι ὁ ἄνθρωπος οὗτος τοιαῦτα σημεῖα* (82) *ποιεῖ;* Κοινὴ τῆς φύσεως λύμη τῶν Ἰουδαίων τρόπος. Ἕως τοῦ φόνου τὸ πάθος οὐ φέροντες, ἄδοξον φόνον ἐνόμιζον· τὸν σταυρὸν μηχανῶνται, καὶ τῶν θαυμάτων παρανομίας αἰσχύνην κεράσαντες οἰκείου φθόνου θεραπείαν εὐτρέπιζον. Ἀλλ' οὐκ ἐλάνθανε ταῦτα Χριστὸν, τὸν ἑκόντα τὸ πάθος ὑποδυόμενον, τὸν πάλαι διὰ προφητῶν κατὰ θανάτου ἀπειλήσαντα (83)· *Λύσατε γὰρ τὸν ναὸν τοῦτον, καὶ ἐν τρισὶν ἡμέραις ἐγερῶ αὐτόν.* Οὐκ ἐλάνθανε τὸ πάθος τὸν εἰπόντα· *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ψυχήν μου· καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν.* Τὸ γὰρ τῆς θείας οἰκονομίας πάθος, παρ' Ἰουδαίων μὲν παρανόμως τολμώμενον, B παρὰ δὲ τοῦ Θεοῦ πρὸς σωτηρίαν οἰκονομούμενον. Ἀλλ' ὁ φιλόχριστος τῶν ἀποστόλων χορὸς ἠθύμει περὶ τοῦ πάθους ἀκούων, καὶ τὴν ψυχὴν τῷ λόγῳ πληττόμενοι, τῷ πένθει τὸ πάθος προελάμβανον. Μαλάττων δὲ τῆς λύπης τὴν ὑπερβολὴν τοῖς μαθηταῖς ὁ Σωτὴρ, συνέπλεκε τῇ μνήμῃ τοῦ πάθους, τὴν τῆς ἀναστάσεως πρόῤῥησιν· αὐτό τε τὸ πάθος ποικίλως περιάγων τοῖς λόγοις, τῇ τῆς διηγήσεως μελέτῃ κουφότερον ποιῶν, ἵνα μὴ τῷ ἀθρόῳ τῆς θέας καταπλαγέντες, τῷ πλείστῳ πάθει τὴν ψυχὴν βαπτισθῶσι. Διὰ τοῦτο καὶ νῦν ὁ Σωτὴρ ταύτας περὶ τοῦ πάθους, πρὸ τοῦ πάθους, τὰς φωνὰς κατεπᾴδων· *Ἰδοὺ*, φησὶν, *ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου παραδοθήσεται εἰς χεῖρας πρεσβυτέρων καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτενοῦσιν* C *αὐτὸν* (84), *καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται.* Δείκνυσι καὶ τοῦ χρόνου τὴν γνῶσιν, καὶ τὸ τοῦ πάθους ἑκούσιον. Ἐνῆν μοι, φησὶ, καὶ παραιτήσασθαι τὸ πάθος ἐπίσχοντι τὸν δρόμον, καὶ παραδραμεῖν τὴν ἀναίρεσιν τὸ τοῦ φόνου παραιτουμένῳ χωρίον· ἀλλὰ καιρὸς τὸν σταυρὸν ἀπαιτεῖ, καὶ ἡ χρεία τὸ πάθος ὠδίνει, καὶ πάρεστι προθεσμία τῆς ἐμῆς παρουσίας τὴν αἰτίαν ζητοῦσα. Διὰ τοῦτο πρώην τὰς τῶν λίθων ἐπαγομένας παρῃτησάμην βολὰς, σταυρὸν ἀναμένων. Διὰ τοῦτο τὴν περὶ τῶν κρημνῶν ἐπιβουλὴν παρῃτησάμην. Ἦλθον γὰρ τὸν ἐν ξύλῳ τοῦ Ἀδὰμ ἰάσασθαι θάνατον, ἵνα ξύλῳ προσηλωθεὶς τῶν διὰ τοῦ ξύλου κακῶν ἀνέλω τὴν πάροδον. Ὑπηρέται δέ μοι τοῦ πάθους Φαρισαῖοι, καὶ γραμματεῖς, καὶ πρεσ- D βύτεροι, τὰ τοῦ Νόμου κεφάλαια, οἱ τῇ Μωϋσέως καθέδρᾳ φιλοτιμούμενοι τῷ διαβόλῳ συμπράττουσιν· οἱ τοῦ νομοθέτου μαθηταὶ, τοῦ παρανομοῦντος ὑπασπισταί. Ὑμῖν δὲ τοῖς ἐμοῖς προλέγω τὸ πάθος, καὶ θεραπεύω τὴν λύπην προμηνύων ἀνάστασιν. *Ἰδοὺ ἀναβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, καὶ ὁ Υἱὸς τοῦ*

[87] Joan. II, 19. [88] Joan. X, 18. [89] Matth. XVI, 21.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(82) *Τοιαῦτα σημεῖα.* Joannes cap. XI. Πολλὰ σημ. Item Basilius, pag. 404.

(83) *Τὸν πάλαι διὰ προφητῶν κατὰ θανάτου ἀπειλήσαντα.* Videntur hic deesse nonnulla prophetarum testimonia, quibus Christum sponte mortem adiisse comprobetur, quibusque testimonium S. Joannis capite secundo subscribatur.

(84) *Παραδοθήσεται εἰς χεῖρας πρεσβυτέρων καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτόν.* Matth. XX : Παραδοθήσεται τοῖς ἀρχιερεῦσι καὶ γραμματεῦσι, καὶ κατακρινοῦσιν αὐτὸν θανάτῳ.

ἀνθρώπου παραδοθήσεται εἰς χεῖρας πρεσβυτέρων καὶ γραμματέων, καὶ ἀποκτενοῦσιν αὐτὸν, καὶ τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἀναστήσεται. Εἰ λυπεῖσθε τὸ πάθος, ἰάσθω τὴν λύπην ἀνάστασις· εἰ φρίττετε τὸν σταυρὸν, διὰ τὴν νίκην εὐφραίνεσθε. *Τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ ἐγερθήσομαι.* Ἐφ' ἑτοίμῳ πορεύσομαι νίκῃ, σύντομον ἐργάσομαι τρόπαιον, ἐμπρόθεσμον ἀναδύσομαι στέφανον. Θνήσκω γὰρ ἵνα νομοθετήσω θανάτῳ, (a) μὴ κρατεῖν ἀνθρώπων ἀθάνατα (85). Καὶ ἀναστήσομαι τάφου καινουργῶν τὴν ἀνάστασιν. Διδάξω τὸν ᾅδην διάδοχον περιμένειν ἀνάστασιν. Ἐν ἐμοὶ γὰρ καὶ θάνατος παύεται, καὶ ἀθανασία φυτεύεται. Μικρὸν ἔσται τῆς τελευτῆς καὶ τῆς ζωῆς τὸ μεταίχμιον. Οὐ γὰρ ὡς ὀφειλέτης ἁμαρτίας, ἀλλ' ὡς ἀναιρετὴς κατέρχομαι.

γ'. Οὐκ ἤρκεσε πρὸς τὴν φωνὴν τῶν μαθητῶν ἡ ψυχὴ, ἀλλὰ καὶ πρὸς μνήμην τοῦ πάθους ὀκλάσαντες, δεσμῶται σιγῆς ἅπαντες ὤφθησαν. Ὁ δὲ Πέτρος περιαργήσας τοῖς ῥήμασι, καὶ πόθῳ τὸ πάθος οὐκ ἐνεγκὼν, τῆς Δεσποτικῆς χειρὸς ἐπιδράττεται, καί φησιν· *Ἵλεώς σοι, Κύριε· οὐ μὴ ἔσται σοι τοῦτο.* Ἡ φωνὴ, τῆς ψυχῆς τὴν πληγὴν ὑπαινίττεται. Τί φῂς, ὦ Δέσποτα; Σταυροῦ μνήμη, καὶ πάθους ὅλως ἐλπίς. Κατὰ σοῦ νεανιεύσεται θάνατος, οὗ φωνὴν οὐκ ἤνεγκεν ᾅδης; Πρώην ἐκάλεσας τεθνηκότα τὸν τῆς χήρας υἱὸν, καὶ ὁ θάνατος ἔφυγεν, οὐδὲ μέχρι τοῦ τάφου παροδεῦσαι τῷ κεκρατημένῳ δυνάμενος, πῶς οὖν ὃν πεφόβηται, δέξεται θάνατος; Ἄπαγε τῶν λόγων, ὦ Δέσποτα. Ἠλίας ἀνωτέρω θανάτου μεμένηκεν, Ἐνὼχ μεταθέσει τὸν ᾅδην ἐξέκλινε· καὶ πῶς Χριστὸς ὑπὸ θάνατον κείσεται; Ταῦτα διαλεγόμενον Πέτρον περὶ τοῦ πάθους ἐπιστομίζει Χριστὸς, δριμεῖαν ἐπαγαγὼν τὴν ἐπιτίμησιν· *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ, σκάνδαλόν μου εἶ, ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.* Τί λέγεις, ὦ Πέτρε; Κωλύεις τὸν θάνατον; οὐκοῦν ἐπέχεις τὴν ἀνάστασιν; Κωλύεις τὸν σταυρόν; Πῶς ἡ νίκη φανήσεται; Μὴ γένηται πάθος; Πῶς οὖν ἀπάθεια λήψεται χώραν; Μὴ προσηλώσω τὸ σῶμα τῷ ξύλῳ; Πῶς οὖν τὸ διὰ ξύλου ῥαγήσεται τῶν ἁμαρτημάτων χειρόγραφον; Μὴ ἀναβῶ πρὸς ὕψος; Πῶς οὖν θριαμβεύσω διάβολον; Παραιτήσομαι τάφον; Πῶς οὖν λυθῶσιν οἱ τάφοι; Μὴ κατέλθω εἰς νεκρούς; Πῶς οὖν δήσω τὸν ᾅδην; Πῶς τὴν λύσιν τοῖς δεδεμένοις χαρίσωμαι; Παραιτήσωμαι τὸν σταυρόν; Πῶς οὖν τὰ τοῦ Ἀδὰμ ἰάσω (86) τραύματα; ποίαν ἑτέραν ἴασιν, ἡ τοῦ πρωτοπλάστου παράβασις δέξηται; Ἄκων, ὦ Πέτρε, συνηγορεῖς διαβόλῳ. Παραιτήσωμαι θάνατον; Πῶς οὖν τῶν προφητῶν αἱ προῤῥήσεις ἐκβάσεις λήψονται; Καταβοήσεταί σου τῶν ῥημάτων Ἡσαΐας ἀνακράξας σφοδρότερον· *Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον* (87) *τοῦ κείροντος αὐτὸν, ἄφωνος.* Διηγή-

hortetis, ob victoriam lætamini. *Tertia die resurgam.* Ibo, in facili stat victoria, expeditum statuam tropæum, prædestinatam coronam induam. Siquidem moriar, legem ut morti sanciam, ne, quod hominis immortale est, occupet: et resurgam e tumulo resurrectionem innovans, infernum docebo successuram exspectare resurrectionem. In me namque mors desinit, et immortalitas seritur. Breve erit vitæ et mortis intervallum. Non enim ut peccati debitor, sed ut interfector descendo.

3. Vocem hanc non sustinuerunt discipulorum animi; sed ad illatam de passione mentionem dejectiores, palam altissimum silentium tenuere. Petrus autem stupens super hac oratione, neque præ amore passionem ferens, apprehensa Domini manu ait: *Absit a te, Domine: non erit tibi hoc* [90]. Vox ea perculsionem animi indicat. Quid ais, o Domine? crucis mentio fit, et passionis omnino spes ulla est? an contra te juveniliter mors aget, cujus vocem non sustinuit infernus? Pridem vocasti mortuum viduæ filium, morsque fugit impotens eum ad tumulum usque comitari, quem devicerat: quomodo igitur, quem reformidat, mors capiet? **168** Apage verba ista, Domine. Elias morte superior evasit, Enochus translatus infernum declinavit; et quomodo Christus in mortis potestatem veniet? Hæc de passione disputanti Petro Dominus oppilat os acerbiori inducta objurgatione: *Vade post me, Satana: scandalum es mihi, quia non sapis quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum* [91]. Quid ais, Petre? Arces mortem? non igitur exspectas resurrectionem? Arces crucem? qua ratione victoria enitescet? Non eveniet passio? quid igitur erit loci impatibilitati? Non ligno corpus affigam clavis? Quomodo igitur per lignum rumpetur peccati chirographum? Non sursum evehar? Quomodo igitur diabolum triumphabo? Sepulcrum recusabo? Quomodo igitur aperientur sepulcra? Ad mortuos non descendam? Quomodo igitur inferno vincula injiciam? quomodo solvam vinctos? Crucem recusabo? Quomodo igitur Adami curabo vulnera? quam aliam medendi rationem admittat protoplasti prævaricatio? O Petre, diabolo, licet illubens, patrocinaris. Mortem recusabo? Quo igitur prophetarum prædictiones evadent? Huic tuæ orationi Isaias ibit obviam contentius occlamitans: *Tanquam ovis ad occisionem ductus est, et velut agnus coram tondente se obmutuit* [92]. Tibi referet idem Isaias passionis

[90] Matth. XVI, 22. [91] ibid. 23. [92] Isa. LIII, 7.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(85) *Μὴ κρατεῖν ἀνθρώπων ἀθάνατα.* Vide num scribendum, Τὰ ἀνθρ. ἀθ.

(86) *Ἰάσω.* γρ. ἰάσωμαι.

(87) *Ἐναντίον.* Item et οἱ Septuaginta. Biblia regia voce pari, ἔμπροσθεν. Idem observare est Oratione in illud: *Ego sum pastor bonus.*

(a) *Μὴ κρατεῖν ἀνθρώπων ἀθάνατα.* Verte, *Morior enim ut morti, ne immortalis hominum dominetur, legem sanciam.* Male Dausqueius, *ne quod hominis immortale est occupet.* Combefis.

emolumentum : *Cujus livore nos omnes sanati sumus* [93]. Jeremias quoque passionis imagine præpositis condemnabit : *Ecce quasi agnus mansuetus, qui portatur ad victimam* [94]. Altrinsecus David, cum pretiosam de passione fragrantiam cithara personat, te accusabit : *Myrrham, et guttam, et casiam a vestimentis tuis* [95]. Te premet et instabit Zacharias : *Aspicient ad me, quem confixerunt* [96]. Aliunde alius : *Occidet sol in meridie* [97], et iterum : *Non dies, neque nox, et in tempore vesperi erit lux* [98]. Petre, tantisper exspecta, et verborum effecta videbis : raptum die media solem, nocte præmatura mundum late coopertum, saxa disrupta, exspoliatum infernum, mortem exinanitam, devolutum tyrannide diabolum, liberas mortuorum turbas. Hæc ego præpediam, Petre? hæc inhibeam? hæc ne eveniant, obstabo? *Vade post me, Satana : quia non sapis ea quæ Dei sunt, sed ea quæ hominum.* Verum quæ hæc est asperitas verborum, Domine? quæ hæc formidanda in Petrum increpatio? **169** Modo audivit : *Beatus es, Simon Barjona*, et nunc Satanam vocas apostolum? Modo dicebas : *Tu es Petrus, et super hanc petram ædificabo Ecclesiam meam* [99] ; et nunc scandalum, diabolique appellas instrumentum? Etsi Judas venditionem molitur, cædem facit, te contra cum Judæis compositione transigit : non tamen increpatur. Unguento videt honoratum, indignatur, et pretii jacturam solerter appellat : *Ut quid perditio hæc? potuit istud venundari multo* [1] ; verbis mores suos redarguit : nec indignaris, nec increpas. Contra vero miserabili sermone iras disjicis : *Quid molesti estis huic mulieri? opus enim bonum operata est in me : mittens enim hæc unguentum hoc in corpus meum, ad sepeliendum me fecit* [2] : tantum non hæc ad Judam effatus : Ne mihi ritus sepulcrales invideas, licet vita spoliaveris. Nam mulier hoc sepulcrali ritu mortem, cujus tu mihi auctor, prævertit. Honorem puta sepulturæ meæ hoc esse : et si cædem apparas, tumulum saltem concede. Vidisti, o Domine, *cum militibus, et armis, et fustibus* invadentem [3], nec dixisti : *Vade post me, Satana* ; non verbis invertisti, non re territasti ; quin potius ad cœpta hortatus es : *Amice, ad quid venisti* [4]? Opus persequere, tam audax facinus ne differ, venditionem effectu firma. Et contra Judam talis? et Petrus amoris præmium fert contumeliam? feritur qui parcit ; et ex ignoratione offendens verbis vapulat? Næ, inquit perhumanus Salvator : ubi enim ulcus est

A σεταί σοι τὴν τοῦ πάθους ὠφέλειαν λέγων· *Οὗ τῷ μώλωπι ἡμεῖς πάντες ἰάθημεν.* Καταγνώσεταί σου καὶ Ἱερεμίας εἰκονίζων τὸ πάθος· *Ἰδοὺ ὡς ἀρνίον* (88) *ἄκακον ἀγόμενον τοῦ θύεσθαι, οὐκ ἔγνω.* Ἑτέρωθεν ὁ Δαυῒδ ἐγκαλέσει σε, τὴν ἔντιμον τοῦ πάθους κιθαρίζων εὐωδίαν (89)· *Σμύρναν, καὶ στάκτην, καὶ κασσίαν ἀπὸ τῶν ἱματίων σου.* Ζαχαρίας σε περιστήσεται λέγων· *Καὶ ὄψονται πρός με, πρὸς ὃν ἐξεκέντησαν* (90). Ἄλλος ἑτέρωθεν· *Καὶ δύσεται ὁ ἥλιος μεσημβρίας.* Καὶ πάλιν· *Οὔτε ἡμέρα, οὔτε νὺξ, καὶ πρὸς ἑσπέραν ἔσται φῶς.* Ἀνάμεινον, ὦ Πέτρε, καὶ ὄψει τῶν ῥημάτων τὰ πράγματα· ἥλιον μέσης ἡμέρας ἁρπαζόμενον, νύκτα πρόωρον ἐφαπλουμένην τῇ κτίσει· πέτρας διαιρουμένας, σκυλευόμενον ᾅδην· ἀκυρούμενον B θάνατον· ἐκπίπτοντα τυραννίδος διάβολον· νεκρῶν δῆμον ἐλεύθερον. Ταῦτα, ὦ Πέτρε, κωλύσω; ταῦτα ἐπίσχω; τούτων ἀνέλω τὴν πάροδον; *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ· ὅτι οὐ φρονεῖς τὰ τοῦ Θεοῦ, ἀλλὰ τὰ τῶν ἀνθρώπων.* Τίς οὖν ἡ τῶν ῥημάτων τραχύτης, ὦ Δέσποτα; τίς ἡ φοβερὰ κατὰ τοῦ Πέτρου νῦν ἐπιτίμησις; Ἀρτίως ἤκουσε· *Μακάριος εἶ, Σίμων Βαριωνᾶ*, καὶ νῦν Σατανᾶν ἀποκαλεῖς τὸν ἀπόστολον; Ἀρτίως ἔλεγες· *Σὺ εἶ Πέτρος, καὶ ἐπὶ ταύτῃ τῇ πέτρᾳ οἰκοδομήσω μου τὴν Ἐκκλησίαν*· καὶ νῦν σκάνδαλον, καὶ ὄργανον διαβόλου καλεῖς; Καὶ ὁ μὲν Ἰούδας οὐκ ἐπιτιμᾶται· καίτοι πιπράσκει, φονεύει, κατὰ σοῦ τοῖς Ἰουδαίοις συντίθεται· μύρῳ τιμώμενον βλέπει, ἀγανακτεῖ, καὶ τῆς τιμῆς ἀπώ- C λειαν σαφῶς ἀναβοᾷ· *Εἰς τί ἡ ἀπώλεια αὕτη; ἠδύνατο τοῦτο πραθῆναι πολλοῦ* (91)· καὶ τοῖς λόγοις ἐλέγχει τὸν τρόπον· καὶ οὐκ ἠγανάκτησας, καὶ οὐκ ἐπετίμησας· τοὐναντίον μὲν οὖν ἐλεεινολογίᾳ τὸν θυμὸν διεκρούσω· *Τί κόπους*, λέγων, *παρέχετε τῇ γυναικί; καλὸν ἔργον εἰργάσατο εἰς ἐμέ. Βαλοῦσα γὰρ αὕτη τὸ μύρον, εἰς τὸ ἐνταφιάσαι με πεποίηκε.* Μονονουχὶ ταῦτα πρὸς τὸν Ἰούδαν εἰπών· Μή μοι βασκάνῃς ἐνταφίων, εἰ καὶ τῆς ζωῆς ἀπεστέρησας. Προλαμβάνει γὰρ τὸν παρὰ σοῦ φόνον ἐν τοῖς ἐνταφίοις τὸ γύναιον. Λόγισαί μοι τὴν τιμὴν εἰς ταφήν· εἰ καὶ πραγματεύῃ τὸν φόνον, ἀλλὰ συγχώρει τὸν τάφον. Εἶδες *μετὰ στρατιωτῶν, καὶ ὅπλων, καὶ ξύλων* ἐπιόντα, καὶ οὐκ ἔφης· *Ὕπαγε ὀπίσω μου, Σατανᾶ.* Οὐ λόγοις ἐνέτρεψας, οὐ τοῖς ἔργοις D ἐφόβησας, ἀλλὰ προετρέψω πρὸς τὴν ἐγχείρησιν· *Ἑταῖρε, ἐφ' ᾧ πάρει;* Ἔχου τοῦ ἔργου, μὴ ἀναβαλοῦ τὴν τόλμαν· κύρωσον τῇ πράξει τὴν πρᾶσιν. Καὶ πρὸς μὲν Ἰούδαν τοιοῦτος. Πέτρος δὲ φιλῶν καθυβρίζεται; καὶ φειδόμενος πλήττεται; καὶ ἄγνοιαν

[93] Isa. LIII 5. [94] Jerem. XI, 19. [95] Psal. XLIV, 9. [96] Zachar. XII, 10. [97] Amos VIII, 9. [98] Zach. XIV, 7. [99] Matth. XVI, 17. [1] Matth. XXVI, 9. [2] ibid. 10-12. [3] ibid. 47. [4] ibid. 50.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(88) *Ἰδοὺ ὡς ἀρνίον.* Scriptura, ἐγὼ ὡς ἀ.

(89) *Τὴν ἔντιμον τοῦ πάθους κιθαρίζων εὐωδίαν.* I Petri, II : λίθον ἔντιμον vertit Interpres *Pretiosum*, nec pretium huic versioni facit Valla, qui eam immerito culpat. Ego contra licebor. Glossarium vetus : *Pretiosum*, πολυτελὲς, πολυτίμητον, βαρύτιμον, τίμιον. An ἔντιμον non par est? non id quod ἐν τιμῇ, *in pretio?*

(90) *Πρὸς ὃν ἐξεκέντησαν.* Ea lectio firmat lectionem vulgatam, et D. Pauli. Græca tamen vulgata, et οἱ Septuaginta, ἀνθ' ὧν κατωρχήσαντο.

(91) *Ἠδύνατο τοῦτο πραθῆναι πολλοῦ.* D. Matth. expressius, τοῦτο τὸ μύρον, et habet signum rationis γάρ.

παίσας, τοῖς λόγοις μαστίζεται; Ναὶ, φησὶν ὁ Σωτὴρ ὁ φιλάνθρωπος. Ὅπου γὰρ τὸ ἕλκος ἀνίατον, ἐκεῖ τὸ φάρμακον ἄχρηστον· ὅπου δὲ θεραπείας ἐλπὶς, ἐπάγω τὴν τομὴν, ἴασιν. Ὅπου γνωρίζω μαθητὴν, κἂν ὑβρίζω, παιδεύω· ὅπου δὲ ὁ τρόπος ἀλλότριος, ἡ νόσος ἀνίατος. Καὶ τοῦ μὲν θεραπεύω τὴν ἄγνοιαν, τοῦ δὲ βιάζομαι τὴν ἀπόνοιαν. Ἀλλὰ σὺ μὲν, ὦ Πέτρε, παραιτεῖσθαί με συμβουλεύεις τὸ πάθος· ἐγὼ δέ σοι παραινῶ τὸν ἐμὸν μιμήσασθαι θάνατον, ὑπελθεῖν τὸν σταυρὸν, ὑπομεῖναι τὸ πάθος, ζηλῶσαι τὸν κίνδυνον. *Εἴ τις γὰρ θέλει ὀπίσω μου ἐλθεῖν, ἀπαρνησάσθω ἑαυτὸν, καὶ ἀράτω τὸν σταυρὸν αὐτοῦ, καὶ ἀκολουθήτω* (92) *μοι*. Πάθος, σωτηρίας ὁδός· καὶ σταυρὸς, βασιλείας πρόξενος. Δείξατε τὴν μαθητίαν, τῶν παθῶν κοινωνίαν. Οὕτω γὰρ δι' ἐμὲ παθόντες, σὺν ἐμοὶ βασιλεύσετε. Αὐτῷ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

immedicabile, ibi pharmacum inutile; ubi autem curationis spes, sectionem induco curationi. Cum agnosco discipulum, esto, contumeliam dicam, instruo; cum alieni sunt mores, ægritudo est insanabilis: et unius ignorantiæ medeor, et alterius superbiæ vim affero. Tu quidem, Petre, mortem recusem, consulis: ego vero tibi consulo, mortem meam imiteris, crucem subeas, passionem sustineas, periculum æmuleris. *Si quis enim vult post me venire, abneget semetipsum, et tollat crucem suam, et sequatur me* [5]. Via ad salutem passio, et crux regni conciliatrix. Specimen disciplinæ date rerum adversarum societate. Sic enim propter me dura perpessi mecum regnabitis. Cui gloria et imperium in sæcula. Amen.

ΛΟΓΟΣ ΛΒʹ.

Εἰς τό· « Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. »

αʹ. Σάλπιγξ μὲν πολεμικὸν ἠχήσασα μέλος, τὴν στρατιώτου χεῖρα καὶ τὴν γνώμην παρορμᾷ πρὸς παράταξιν· Εὐαγγελικὴ δὲ γλῶττα τὴν Δεσποτικὴν ἀναγράφουσα φωνὴν, τοὺς τῆς πίστεως ἀγωνιστὰς ἀλείφει, καὶ πρὸς κινδύνους ὁπλίζει, καλὴν ὑπόθεσιν τῆς εὐσεβείας ἀνέχοντας. Καὶ νῦν μὲν ἡ τῶν Εὐαγγελίων φωνὴ πάθος μὲν ἡμῖν ὑπαγορεύει διὰ λόγων, τοῖς στρατιώταις τῆς πίστεως, ἐν οἷς ὁ Δεσπότης πρὸς τὸ πάθος ὁρμῶν, τοὺς μαθητὰς καταλλήλως τῷ καιρῷ παρορμῶν, εὐχὴν, μᾶλλον δὲ διδαχὴν, ἐποιεῖτο βοῶν· *Πάτερ, εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο. Πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω*. Σταυρὸς δὲ, καὶ ἧλοι, καὶ προδότης, καὶ συκοφάντης, καὶ δικαστήριον ὑπὸ διαβόλου δραματουργούμενον, ὑπὸ Ἰουδαίων σκηνοβατούμενον, καὶ Χριστὸς τούτοις ἅπασιν ἐμβεβηκὼς, τοῖς ὑπὲρ Χριστοῦ πάσχειν ἐθέλουσι διδασκαλίαν χαρίζεται· ἵνα τὸν ὑπὲρ ἡμᾶς παθόντα ποθήσαντες, τοῖς ὑπὲρ αὐτοῦ πάθεσιν αὐτὸν ἀμειβώμεθα, χάριν ὁμολογοῦντες τῷ τὴν χάριν ἀναπετάσαντι, ὃς αἵματος πράσει τοὺς κακῶς πραθέντας ὠνήσατο, κατὰ τὴν τοῦ Παύλου φωνήν· *Χριστὸς ἡμᾶς ἐξηγόρασεν ἐκ τῆς κατάρας τοῦ νόμου, γενόμενος ὑπὲρ ἡμῶν κατάρα*. Ἀλλὰ Χριστὸς μὲν παθὼν τῆς νόμου κατάρας ἔλυσεν· Ἀρεῖος δὲ καὶ Εὐνόμιος, ἡ διαβολικὴ ξυνωρὶς, οἱ τοῦ Ἰούδα συμπράκτορες, τὸ τοῦ Χριστοῦ πάθος ὑπόθεσιν ὕφαναν ἀσεβείας παρεμπλοκῇ· τὸ τῆς σωτηρίας φάρμακον δηλητήριον δεῖξαι φιλονεικήσαντες, καὶ τὸ κατὰ τοῦ Χριστοῦ μῖσος τοῖς ἔργοις ἐνδείκνυνται, πανταχοῦ τῶν Γραφῶν περιτρέχοντες, καὶ λέξεις ἀναζητοῦντες, καὶ φωνὰς ἀνιχνεύοντες, μήπου τινὰς εὕροιεν συλλαβὰς τὴν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα κλεπτούσας ἰσότητα. Ἀλλὰ τὴν μὲν τῆς οὐσίας εὑρίσκων κηρυττομένην ταυτότητα παρορᾷ καὶ σιωπᾷ, καὶ παρατρέχει τὰ γεγραμμένα, κρύ-

170 ORATIO XXXII.

In illud: « Pater, si possibile est, transeat a me calix iste. »

1. Quæ bellicum insonuit tuba, militis dexteram animumque in aciem concitat: Evangelii autem lingua Domini describens vocem pro fide certantes ungit, et honestam pietatis causam propugnantes adversus periculum armat. Et nunc Evangeliorum vox passionem nobis fidei militibus iis dictat verbis, quibus Dominus, iter ad patiendum capessens, et subcisivis horis discipulos inhortans, orationem, seu potius doctrinam, tali clamore promebat: *Pater, si possibile est, transeat a me calix iste: verumtamen non mea voluntas, sed tua fiat* [6]. Crux vero, et clavi, et proditor, et sycophanta, et tragice excogitatum a diabolo tribunal, et a Judæis scenæ instar initum, et Christus in hæc omnia sese inferens, eos docent, qui pro Christo pati voluerint: ut Christi pro nobis perpessi desiderio, malis pro eo exantlatis par pari referamus, gratiam habentes ei, qui ad gratiam aditum aperuit, qui sanguinis pretio male venditos redemit, juxta Pauli vocem: *Christus nos redemit de maledicto legis, factus pro nobis maledictum* [7]. Verum Christus passione sua legis maledicto nos exsolvit. Arius vero et Eunomius, par illud diabolicum, cum Juda conjurati Christi passionis telam texuerunt cum impietatis intertextu, salubre medicamentum in perniciem convertere summa contentione allaborarunt, et sui in Christum odii specimen factis ostentarunt, Scripturas undique percurrentes, dictiones captantes, voculas investigantes, nuncubi quasdam inveniant syllabas, quæ Filii cum Patre æqualitatem celent occultius. Verum qui decantatam essentiæ identitatem cum deprehenderit, obliquis oculis aspicit, et prætermissa Scriptura tacet, affectata quadam cæcitate veritatem premit. Sicubi vero voces compererit incarnationis occasione positas, 171

[5] Matth. XVI, 27. [6] Matth. XXVI, 39. [7] Galat. III, 13.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(92) Ἀκολουθήτω. γρ. penultima per ει, idem vitium in μαθητίαν.

quarum primus quidem aspectus quid humile præ se fert ob necessitatem, in penetralibus vero quid excelsum ac reconditum habet (quas equidem voces, ut amoris in hominem plenissimas suspicere oportuit), ex ipsa humanitate criminationis occasionem captant. Vident in Scriptura : *Ego et Pater unum sumus* [8], et eam vocem ut veritatis matrem oderunt. Audiunt : *Quæcunque enim Pater fecerit, hæc et Filius similiter facit* [9] ; et atratam infaustamque Scripturam opinantur. Audiunt : *Sicut enim Pater suscitat mortuos, et vivificat, sic et Filius, quos vult vivificat* [10] ; et quod dicitur, repudiant. Audiunt : *Qui videt me, videt et Patrem* [11] ; et Scriptum horrentes, sententiam calumniantur. Audiunt ad leprosum clamantem : *Volo, mundare* [12] : et morbis intractabiliores evadunt, quatenus illi, imperantem reveriti, cesserunt verbo, et fugiendo declararunt obsequelam : hi vero aures oppilantes, lingua temeraria Domino vindicias dant secundum servitutem. Opportuna prophetæ vox inclamat : *Dedit illis Deus spiritum compunctionis : oculos, ut non videant, et aures, ut non audiant usque in hodiernum diem* [13]. Sicubi e verbis ad incarnationem spectantibus, et ingentem Christi demissionem proponentibus, aliquid conspexerint, incarnationem rapiunt in impietatis defensionem, exsiliunt ut parta de Filio victoria. Exempli gratia : *Pater meus*, inquit, *qui misit me, major me est* [14]. Surdi, audite, et cæci, sursum oculos tollite, ut cognoscatis, *Pater meus, qui misit me*. In illud, *Qui misit me*, aciem intendis ? Cogita tecum, quid mittatur. Quod mittitur loco circumscribitur, regione continetur : Filius autem, cum sit Deus, incircumscriptus est. Carnis igitur est circumscriptio, non divinitatis. Hæretica interpretamenta ! Ex amore generis humani, ex benignitate orta est incarnatio : œconomiam, non essentiam, respiciunt istæ voces. Non ergo tanti amoris magnitudo vertat in naturæ detrimentum ; nec ei qui salutem dedit, de salute crimen affingamus.

2. Hoc igitur inexplebili odio stimulati, deridiculum bellum sustulerunt, et quam in Christum aciem apparant, in nos tanquam in Christi milites convertunt, pro telis voces ejaculantur, et a nobis, qui Christi patrocinium arripimus, responsa flagitant. *Pater*, inquit, *si possibile est, transeat a me calix iste* [15]. **172** Vides, inquit, *Si possibile*, me-

A πτων τὴν ἀλήθειαν ἑκουσίῳ τυφλότητι. Ἐὰν δέ που τῶν ἐξ οἰκονομίας φερομένων εὕρῃ ῥημάτων, ὧν ἡ μὲν θέα προσφέρει τὸ ταπεινὸν διὰ τὴν χρείαν, ἐν δὲ τῷ βάθει φυλάττει τὸ ὕψος, παρ' ὧν τὴν φιλανθρωπίαν δέον θαυμάζειν, πρόφασιν ποιοῦνται διαβολῆς τὸ φιλάνθρωπον. Ὁρῶσιν ἐγγεγραμμένον· *Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν*, καὶ μισοῦσι τὴν λέξιν ὡς ἀληθείας μητέρα. Ἀκούουσιν· *Ἃ γὰρ ποιεῖ ὁ Πατὴρ, ταῦτα καὶ ὁ Υἱὸς ὁμοίως ποιεῖ*· καὶ μέλαν τὸ γράμμα (93) νομίζουσιν. Ἀκούουσιν· *Ὥσπερ ὁ Πατὴρ ἐγείρει τοὺς νεκροὺς, καὶ ζωοποιεῖ, οὕτω καὶ ὁ Υἱὸς οὓς θέλει ζωοποιεῖ*· καὶ τὸ λεχθὲν παραπέμπονται. Ἀκούουσιν· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε καὶ τὸν Πατέρα*· καὶ φρίττοντες τὸ γράμμα, συκοφαντοῦσι τὴν ἔννοιαν. Ἀκούουσι βοῶντος πρὸς τὸν λεπρόν· *Θέλω,*
B *καθαρίσθητι*· καὶ τοῦ πάθους χαλεπώτεροι (94) γίνονται, παρόσον ἐκεῖνα μὲν, αἰδεσθέντα τὸν προστάξαντα, εἶξαν τῷ λόγῳ, τῇ φυγῇ τὴν δουλείαν ἐκήρυξαν· οὗτοι δὲ τὰς ἀκοὰς ἀποφράξαντες, γλώττῃ τολμηρᾷ δουλείαν τοῦ Δεσπότου καταψηφίζονται. Εὔκαιρος ἡ τοῦ προφήτου φωνὴ βοῶσα· *Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως* (95)· *ὀφθαλμοὺς τοῦ μὴ βλέπειν, καὶ ὦτα τοῦ μὴ ἀκούειν ἕως τῆς σήμερον ἡμέρας.* Εἰ δέ που τῶν ἐξ οἰκονομίας ῥημάτων κατίδωσιν, ἅπερ αἰτίαν ἔχει τὴν συγκατάβασιν, ἀσεβείας συνήγορον εὐθὺς τὴν οἰκονομίαν ἁρπάζουσι· σκιρτῶσιν ὡς τὸν Υἱὸν νενικηκότες. Οἷον· *Ὁ Πατήρ μου*, φησὶν, *ὁ πέμψας με μείζων μου ἐστίν.* Οἱ κωφοὶ, ἀκούσατε, καὶ οἱ τυφλοὶ, ἀναβλέψατε ἰδεῖν. *Ὁ Πατήρ μου ὁ πέμψας με.* Εἰς τὸ *πέμψας*
C ὁρᾷς; Ἐννόησον τὸ πεμπόμενον. Τὸ πεμφθὲν περιγράφεται τόπῳ· περιέχεται χώρῳ. Ὁ δὲ Υἱὸς, Θεὸς ὢν, ἀπερίγραπτος. Σαρκὸς οὖν ἡ περιγραφὴ, οὐ θεότητος. Αἱρετικὰ τὰ μηνύματα· ἐκ φιλανθρωπίας ἡ συγκατάβασις, ἐξ ἀγαθότητος ἡ ἐνανθρώπησις. Πρὸς τὴν οἰκονομίαν, οὐ τὴν οὐσίαν, βλέπει τὰ ῥήματα. Μὴ τοίνυν γενέσθω τῆς φύσεως ἐλάττωσις, τῆς φιλανθρωπίας τὸ μέγεθος· μηδὲ τὴν σωτηρίαν, κατηγορίαν τοῦ σεσωκότος ποιώμεθα.

β'. Ἐκ ταύτης ἄρα τῆς ἀπλήστου δυσμενείας ὁρμώμενοι, καταγέλαστον ἀνῄρηνται πόλεμον, καὶ ὡς Χριστοῦ στρατιώταις ἡμῖν τὴν κατὰ Χριστοῦ ποιοῦνται παράταξιν, ἀνθ' ὅπλων τοὺς λόγους ἐκπέμποντες,
D καὶ παρ' ἡμῶν, ὡς Χριστῷ συνηγορούντων, τὰς ἀποκρίσεις ζητοῦντες. *Πάτερ*, φησὶν, *εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο.* Ὁρᾷς,

[8] Joan. x, 30. [9] Joan. v, 19. [10] ibid. 21. [11] Joan. xiv, 9. [12] Marc. i, 41. [13] Isa. vi, 9, 10 ; Rom. viii, 8. [14] Joan. xiv, 28. [15] Matth. xxvi, 39.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(93) *Μέλαν τὸ γράμμα.* Ita vocat *infaustam scripturam*, hæreticorum judicio, obelisco fodiendam, *aut atro fœdandam*.

(94) *Τῶν παθῶν χαλεπώτεροι.* Hoc illi substitui, τοῦ πάθους. Nam cum omnia plurativo numero subjiciantur, quid mage vero consentaneum, quam Basilium plures dinumérasse morbos, et eum scripsisset τῶν παθῶν, ascripsisse ἐκεῖνα αἰδεσθέντα ? Verum si cui aliter sedet, non tanti est ut pugnem.

(95) *Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως.* Hæc verba citantur a D. Paulo ii Epist. ad Rom. Καθὼς γέγραπται, Ἔδωκεν αὐτοῖς ὁ Θεὸς πνεῦμα κατανύξεως. Ubi scriptum, o Paule ? quis hæc protulit prophetarum, Basili ? Ego vero nescio : nisi quod cap. vi, Isaiæ scriptum est : Ὅτι κατανένυγμαι, verbo, *punctus sum*. Patres Græci sequuntur. Si quæ sequuntur, quæruntur, sunt apud Isaiam prædicto loco.

φησὶν, *Εἰ δυνατὸν*, τοῦ πάθους τὸν φόδον; Ὁρᾷς A τοῦ σταυροῦ τὴν παραίτησιν; Ὁρᾷς τοῦ Υἱοῦ τὴν ἐλάττωσιν; Καὶ σοφιστεύουσι λόγοις, ἵνα τῷ Υἱῷ λοιδορήσωνται. Ἀλλ' εἰ τοῦ Υἱοῦ ἐντεῦθεν κατηγορεῖς, ὥρα σοι καὶ τοῦ Πατρὸς καταγινώσκειν ἀσθένειαν. *Πάτερ γὰρ*, φησὶν, *εἰ δυνατὸν, παρελθέτω ἀπ' ἐμοῦ τὸ ποτήριον τοῦτο*. Ὅπου δὲ ἀμφίβολος ἡ βοήθεια, πρόδηλος ἡ ἀσθένεια. Οὐ γὰρ εἶπε, Παρένεγκε, Πάτερ· δύνασαι γάρ· ἀλλ', *Εἰ δυνατὸν, παρελθέτω*. Εἰ δουλεύεις τῇ λέξει, προκατηγορεῖς τοῦ Πατρός· εἰ διαβάλλεις τὸν Υἱὸν, προδιαβάλλεις τὸ Πνεῦμα. Ὧν γὰρ ἀμέριστος ἡ τιμὴ, τούτων ἡ ὕβρις κοινὴ, κατὰ τὴν τοῦ αὐτοῦ τοῦ Κυρίου πρὸς τὸν Πατέρα φωνήν· *Πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστιν* (96). Ἀλλ' ἀντεκτείνουσιν ἡμῖν τὰ ἑξῆς· *Πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω*. Ἄλλη πάλιν θελημάτων B διαίρεσις, ἵνα μὴ μόνον φύσις ἔχῃ τὴν διαφορὰν, ἀλλὰ καὶ ἡ γνώμη τὸν πόλεμον· *Πλὴν μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα, ἀλλὰ τὸ σὸν γενέσθω*. Ὁρᾷς, φησὶν, ὡς ἄκων τὸ πάθος εἰσέρχεται; Ἀλλ' εἰ τὸ πάθος ἀκούσιον, ἀδούλητος ἡ ἀνάστασις. Εἰ παρὰ γνώμην ὁ σταυρὸς, ἐκ βίας ἡ χάρις· οὐ κατὰ γνώμην ἡ σωτηρία· οὐ βουλόμενος ἔσωσε. Τί οὖν ἐβούλετο Παῦλος εὐχαριστῶν, καὶ βοῶν· *Χριστὸς ἦλθεν εἰς τὸν κόσμον ἁμαρτωλοὺς σῶσαι* (97); Τί δὲ πάλιν αὐτὸς ὁ Σωτὴρ (98) ἐβούλετο, λέγων· *Ἐξουσίαν ἔχω θεῖναι τὴν ἐμὴν ψυχὴν, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν*; Ἐξουσίαν ἀνωτέραν δουλείας, ἐξουσίαν ἀξίας μητέρα, ἐξουσίαν ἀδεσπότου φύσεως μάρτυρα. Τί δὲ ἔφασκε; *Διὰ τοῦτο ὁ Πατήρ με ἀγαπᾷ, ὅτι ἐγὼ τίθημι τὴν ψυχήν μου ὑπὲρ τῶν προβάτων*. Τὸ φίλτρον ἑκούσιον, καὶ C τὸ πάθος ἀδούλητον; Ποῦ δὲ χώραν ἡ περιφανὴς ἔχει φωνή· *Ὁ ποιμὴν ὁ καλὸς τίθησι τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ὑπὲρ τῶν προβάτων*; Τί κλέπτεις καὶ τοῦ ποιμένος τὴν ἐπιμέλειαν, καὶ τοῦ πάθους τὴν χάριν; Καὶ Παῦλος μὲν ὑπὲρ τῆς Ἰουδαίων σωτηρίας ἀγωνιζόμενος, ἔλεγεν· *Ηὐχόμην ἐγὼ αὐτὸς ἀνάθεμα εἶναι ἀπὸ τοῦ Χριστοῦ ὑπὲρ τῶν συγγενῶν* (99) *μου κατὰ σάρκα*. Χριστὸς δὲ ἀδουλήτως σώζει τὴν κτίσιν, ὑπὲρ ἧς, ἵνα σώσῃ, τὸ πάθος ὑπέμεινε.

γʹ. Δέχου καὶ ἑτέραν φωνὴν Δεσποτικὴν τὸ θέλειν σημαίνουσαν· *Ὅταν ὑψωθῶ, πάντας ἑλκύσω* (1) *πρὸς ἐμαυτόν*. Πῶς οὖν ἑτέροις χαρίζεται, ὃ προ- D

A tum passionis? Vides crucem deprecantem? Vides Filii majestatem obteri? Fallaces quasdam contorquent conclusiunculas, ut Filium Dei conviciis proscindant. Sed si his vocculis Filium incusas, opportunum tibi Patris quoque infirmitatem coarguere. *Pater* enim, inquit, *si possibile est, transeat a me calix iste*. Ubi dubium est subsidium, manifesta est infirmitas. Non enim dixit: Transfer, Pater: potes enim: sed, *Si possibile est, transeat*. Si dictioni te mancipas, Patri crimen ante facis; si Filium carpis, Spiritum ante vellicas: Nam quorum honor indiscretus, eorum communis est contumelia, quod ipsius Domini ad Patrem voce comprobatur: *Mea omnia tua sunt: et tua mea sunt* [16]. Sed contra nobis ingerunt sequentia: B *Attamen non mea voluntas, sed tua fiat*. Alia iterum voluntatis divisio: ut non natura solum habeat discrimen, sed et voluntas suum adversarium: *Attamen non mea voluntas, sed tua fiat*. Vides, inquit, ut invitus passionis limen ineat? Quod si invite suscepta passio, resurrectio quoque non ab ejus voluntate profecta est. Si præter animi sententiam crux, vi nobiscum gratia communicata est: non ejus voluntate salus obtigit, non volens salvavit. Quid ergo volebat Paulus cum gratias ageret, et clamaret: *Christus venit in hunc mundum peccatores salvos facere, quorum primus ego sum* [17]? Quid rursus ipse Salvator aliud voluit, dicens: *Potestatem habeo ponendi animam meam, et potestatem habeo iterum sumendi eam* [18]? potestatem C servitute celsiorem, potestatem dignitatis parentem, potestatem testem naturæ nullius obnoxiæ dominationi. Quid porro affirmabat: *Propterea me diligit Pater, quia ego pono animam meam pro ovibus* [19]? Amandi incentivum voluntarium sit, passio non sit? Alibi locum habet hæc ejus luculenta vox: *Pastor bonus animam suam dat pro ovibus* [20]. Cur et pastoris diligentiam furaris, et passionis gratiam? Paulus quidem pro Judæorum salute decertans dicebat: *Optabam ego anathema esse pro cognatis meis secundum carnem* [21]. Scilicet Christus nolens creaturam salvat, pro qua ut salutem daret, passionem sustinuit.

3. Accipe et alteram Domini vocem, quæ velle ipsius consignat: *Et ego si exaltatus fuero, omnes* D *traham ad memetipsum* [22]. Quomodo igitur aliis

39. [16] Joan. XVII, 10. [17] I Tim. I, 15. [18] Joan. X, 18. [19] ibid. 17. [20] ibid. 11. [21] Rom. IX, 3. [22] Joan. XII, 32.

CL. DAUSQUEII NOTÆ.

(96) *Πάντα τὰ ἐμὰ, σά ἐστιν*. Adde, Καὶ τὰ σὰ ἐμά. Ea in portiuncula robur inest permaximum.

(97) *Ἁμαρτωλοὺς σῶσαι*. Ascribo, Ὧν πρῶτός εἰμι ἐγὼ, ductu illius vocis εὐχαριστῶν.

(98) *Σωτήρ*. De Christo pertinaciter reddo *Salvator*, nunquam *Servator*. Solide, fuse, ἀναντιῤῥήτως in anterioribus scriptis docui Christo, et Christianis injuriam facere, qui Christum Σωτῆρα vocat *Servatorem*. Possit autem *sospitator*, ut ibi doceo, ut Arnobius, lib. I, *Contra gentes*, aliique nobis fuere præmonstratores.

(99) *Τῶν συγγενῶν*. D. Paulus ad Romanos cap. 9. τῶν ἀδελφῶν, quæ eodem numero habenda. Philo Judæus lib. *De charitate*: Ἀπαγορεύει τοίνυν ἀδελφῷ δανείζειν, ἀδελφὸν ὀνομάζων οὐ μόνον ἐκ τῶν αὐτῶν φύντα γονέων, ἀλλὰ καὶ ὃς ἂν ἀστὸς, ἢ ὁμόφυλος ᾖ. *Vetat igitur Moyses fratri fænerari, fratrem appellans non eum solum, qui ex iisdem parentibus sit progenitus, sed et qui civis aut contribulis fuerit*.

(1) *Πάντας ἑλκύσω*. Consentiunt exemplaria quædam Testamenti: quædam habent, πάντα, genere neutro.

C Τὰς μὲν οὖν λαμπρὰς καὶ ὁλοφαεῖς τοῦ μάρτυρος τῶν μαρτύρων νικηφόρους μαρμαρυγάς, καὶ τῆς κορυφῆς πάντων τῶν ἀθλησάντων· τοῦ ἐξάρχου τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας· τοῦ στεφανίτου τῆς οἰκουμένης· τοῦ κατὰ πάντων τῶν ἄθλων βεβηκότος, Στεφάνου τοῦ τὸ μαρτύριον καταδείξαντος, ἱκανῶς αἱ ἱεραὶ βίβλοι ἐντὸς τῶν ἐκκλησιαστικῶν δαπέδων ὁσημέραι κηρύττουσαι ἐπισήμους ἀπέφηναν. Ἀλλ' ἐπειδὴ τὸ ἐπίδοξον καὶ πανταχοῦ τῆς οἰκουμένης ἀοίδιμον πάθος τοῦ μάρτυρος παμφανόντος μαρμαρυγαῖς ἀστράπτει τὰς λαμπηδόνας, καὶ ὁ εὐκλεὴς στέφανος τοῦ Στεφάνου κατὰ κόσμον διαλάμπων τὰς τῶν εὐσεβεστέρων ψυχὰς ἐρεθίζων οὐ παύεται· εἰκότως ἂν ἐκείνης τῆς ἐλλάμψεως ἐπιδέεται ὁ φράζων τὰ τούτου ἐγκώμια, καὶ τὴν ἄνωθεν ἐπιβοᾷ συνέργειαν, ἵνα ἐκεῖθεν φαινόμενον τὸ ὄμμα τῆς διανοίας, βραχυτάτου τινὸς χαρακτῆρος D τῶν ἐκείνου ἀρετῶν ἐκ μέρους ἐπιφαῦσαι δυνήσηται. Τὰ γὰρ ἐπίδοξα τῶν ἐκείνου θαυμάτων ἐκλάμποντα τὴν ἡλιακὴν ἀκτῖνα, συσκιάζουσι τὰς ὄψεις τῶν ἐντυγχανόντων τοῖς τούτου παθήμασιν. Ἀλλ' ἐπειδὴ καὶ τὰ τῶν ἔργων ὠγύγια, καὶ τὰ εὐμεγέθη τῶν σωμάτων οἶδεν καὶ ἡ βραχυτάτη σφραγὶς χαρακτῆρσιν ἐναγκαλίζεσθαι· τοσοῦτον ἡ βρότειος γλῶσσα βιάζεται τὰ πλῆκτρα τοῦ λόγου ταῖς εὐφημίαις ἀνακινεῖν πειρωμένη, ὅσον ἰσχύει πόθος. καὶ ζῆλος ἐπιτρέπει φιλοθείας.

C Illustres planeque lucidos martyris martyrum victoriæ fulgores, certantiumque omnium summi verticis; Christi, inquam, confessionis antistitis, orbis terrarum athletæ coronati, ejus qui universa desudavit certamina, Stephani martyrii initiatoris, atque doctoris, sacri quotidie libri intra Ecclesiarum prædicantes areas, claras abunde reddiderunt. Quia tamen gloriosa, totoque terrarum orbe inclyta clarissimi martyris passio splendoribus emicat, illustrisque Stephani corona mundo toto religiosorum animos provocare non cessat, merito plane eam administrationem necessariam habet, qui ejus laudes est enarraturus, supernamque opem invocat, quo inde collustratus mentis oculis exiguum quoddam ejus virtutum specimen valeat emicare. D Gloriosa enim ejus miracula radiis ipsis solaribus illustriora, passionem illius legentium aciem perstringunt, uberiorique luce hebetant. Quia tamen et operum immensam vastitatem, et ampla mole fusa corpora, exigui quoque sigilli ambitus complecti solet, tantum mortalis lingua sermonis plectra laudando movere connititur, quantum desiderium pollet, jubetque mentis religiosæ zelus.

Ὅπερ γάρ ἐστιν κόρη ἐν ὀφθαλμῷ, τοῦτό ἐστιν ὁ πολύτλας Στέφανος ἐν τοῖς ἁπανταχοῦ μάρτυσιν ἱδρύμενος, τοῖς βασιλείοις τῶν παθημάτων ἀγλαϊζό-

Quod enim pupilla in oculo, hoc laboriosissimus Stephanus inter martyres ubique terrarum exsistit, regiis præclare passionibus honestatus. Ac, sicut

[92] II Thess. IV, 15. [93] Matth. XXV, 34. [94] ibid. 41. [95] Rom. VIII, 17.

natura comparatum est, ut apis præsidem sive ducem sequatur, nec prius alvearibus exeat, quam rex evolare cœperit: sic et divinum sequens martyrum agmen, nisi Christi confessionis præeunte duce, nunquam volatu sublime cœlum petiisset, neque mori induxisset in animum, nisi prius pietatis athleta præclaros victores præiens ipse morti devinxisset. Equidem quoad sæculo vivebat, pietatem quadam velut scaturigine fundebat, beata Christianorum spe luxurians; doctrinæ latices copioso manabant fonte; pietatis virtutes efflorebat; desiderii divini ardoribus sensus accendebat; linguam laudibus acuebat; explicatissimo ore psalmodiis assiduus erat; diu noctuque mentis oculum in Deum subrigebat: lucrum ei spiritalia; esca, et potus, quæ Deo accepta: Christi amans moribus, totus intentus in virtutem, varius pietatis operibus, noctu insomnis, vigil timore, ratione excitatus, inexpugnabilis veritatis vindex, juris defensor, indefessus doctor, jugis admonitor, ea docens quæ Christianæ essent pietatis: nulla perinde ac Christi passiones voluptas oblectabat; una quies, ac refectio mori pro pietate; gaudebat periculis, quæ religionis erant' libere depromebat, confundebat Judæos, revincebat Pharisæos, Christi passiones propheticis sapienter probabat oraculis, oratorum refrenabat eloquentiam, idololatriæ pelagus proscindebat, fidei patrocinabatur, ignorantiæ cæcitatem coarguebat, fugiebat nequitia, Dei cognitio libertate gaudebat, facessebant cædes: omnis sublimitas Stephani illa sapientia deprimebatur, omnisque abjectio ad sublimitatem inturgebat; suscitabat de terra inopes, deque stercore pauperes: adeuntes alloquebatur, arguebat, nec se illis ad gratiam inflectebat, atque Paulum Paulo prior imitans, quin Pauli magister effectus (alter enim prior, alter posterior Christiana philosophia claruit: Paulus namque post Stephanum pietatis prædicator exstitit, at Stephanus haud longe a Christi adventu pietatis luce effloruit), divino augustius sermone vir infracti laboribus animi inclarescens: Certa, aiebat [a], pro veritate usque ad mortem, Dominusque tui erit propugnator. Certavit ultronea certamina, martyrium sustinuit sponte sua, voluntariam suscepit mortem. Primus omnium Christi causa defunctus martyrio, primus quoque coronas accepit a Christo.

A μενος. Καὶ ὥσπερ ὁ νόμος τῆς φύσεως, τὴν μέλιτταν στρατηγεῖσθαι ὑπὸ τοῦ ἐξάρχου παρασκευάζει, οὐ πρότερον τῶν σίμβλων ἀφιπταμένην, πρὶν ἂν ὁ βασιλεὺς τῆς πτήσεως ἀφηγήσεται. Οὕτως καὶ ὁ θεοπρεπὴς ἑσμὸς τῶν μετὰ ταῦτα μαρτύρων, μὴ προηγησαμένου τοῦ ἀρχηγοῦ τῆς εἰς Χριστὸν ὁμολογίας, οὐκ ἂν τὴν πτῆσιν τὴν πρὸς οὐρανοὺς ἀνεπτερώθη, καὶ τὸ παθεῖν ἐνενόησεν, εἰ μὴ πρότερον οὗτος ὁ τῆς εὐσεβείας ἀγωνιστὴς τοὺς καλλινίκους προδραμὼν ἀνεδήσατο τῷ πάθει. Παρὰ μὲν γὰρ τὸν καιρὸν τῆς κατὰ τὸν βίον ἐπιδημίας ἔβρυεν τὴν εὐσέβειαν, κωμῶν τὰς μακαρίας τῶν Χριστιανῶν ἐλπίδας· ἐπήγαζεν τὰ νάματα τῆς διδασκαλίας· ἤνθει τὰς ἀρετὰς τῆς εὐσεβείας· ἐπυρπόλει τὰς αἰσθήσεις τοῖς κατὰ Θεὸν πόθοις ἀναπτόμενος· ὤξυνε γλῶτταν ταῖς εὐφημίαις· εὐρυ-B τάτῳ στόματι ἐνεχρόνιζε ταῖς ψαλμῳδίαις· τὸ ὄμμα τῆς καρδίας νύκτωρ τε καὶ καθ' ἡμέραν ἐκίνει πρὸς θεολογίαν. Κέρδος αὐτῷ τὰ πνευματικά· βρῶσις αὐτῷ, καὶ πόσις τὰ θεοφιλῆ· φιλόχριστος τὸν τρόπον· ὅλος πρὸς ἀρετὴν βλέπων· ποικίλλων τὰ τῆς εὐσεβείας κατορθώματα· νύκτωρ ἄϋπνος· ἐγρηγορὼς τὴν εὐλάβειαν· διεγειγερμένος τὸν λόγον· ἀκαταμάχητος πρὸς τὴν ἀλήθειαν· ὑπερασπίζων τοῦ δικαίου· ἀκάμας τὴν διδασκαλίαν· ἐντελεχῶν τὰς παραινέσεις· διδάσκων τὰ φιλόχριστα· ὑπὲρ πᾶσαν ἡδονὴν τοῖς Χριστοῦ παθήμασιν ἐφαιδρύνετο· ἀνάπαυσις αὐτῷ, τὸ παθεῖν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας. Ἔχαιρεν τοῖς κινδύνοις· ἐπαῤῥησιάζετο τοῖς θεοφιλέσιν· συνῆσχυνεν Ἰουδαίους· διακατηλέγχετο Φαρισαίους· τοῖς προφητικοῖς C μηνύμασι τὰ τοῦ Χριστοῦ παθήματα σοφῶς ἐπεδείκνυεν· ἐχαλίνου τὰς τῶν ῥητόρων εὐγλωττείας· ἔτεμνεν τὸ πέλαγος τῆς εἰδωλολατρείας· ταῖς θεολογίαις συνηγόρει· τῆς ἀγνοίας ἤλεγχε τὴν ἀγνωσίαν· ἐδραπέτευε ἡ κακία· ἐπαῤῥησιάζετο ἡ θεογνωσία· ἐκ ποδῶν ἐγίνοντο αἱ μιαιφωνίαι· πᾶν ὕψωμα κατεφέρετο τῇ τοῦ Στεφάνου φιλοσοφίᾳ. Πᾶσα ταπείνωσις ὠγκοῦτο πρὸς ὕψος· ἤγειρεν πτωχοὺς ἀπὸ γῆς, καὶ πένητας ἀπὸ κοπρίας. Ἐλάλει πρὸς τοὺς παρατυγχάνοντας· ἤλεγχεν, καὶ οὐ συγκατεφέρετο· καὶ τὸν Παῦλον πρὸ τοῦ Παύλου μιμούμενος, μᾶλλον δὲ αὐτοῦ τοῦ Παύλου διδάσκαλος γενόμενος· ὁ μὲν γὰρ πρῶτος, ὁ δὲ δεύτερος τὴν περὶ Χριστοῦ ἤκμαζεν φιλοσοφίαν· ὁ μὲν γὰρ μετὰ τὸν Στέφανον ἐδημηγόρει D τὰ τῆς εὐσεβείας κηρύγματα· ὁ δέ γε Στέφανος, μετ' οὐ πολὺ τῆς Χριστοῦ παρουσίας ἤνθει τὰ τῆς εὐσεβείας γνωρίσματα. Ἠγλαΐζετο ὁ ἀκάμας τῷ θεοπρεπεῖ λόγῳ· Ἀγώνισαι, λέγων, περὶ τῆς ἀληθείας ἕως θανάτου, καὶ Κύριος πολεμήσει ὑπὲρ σοῦ. Ἠγωνίσατο τοὺς ἑκουσίους ἀγῶνας· ὑπέμεινε τὸ αὐτοπροαίρετον μαρτύριον· τὸν αὐθαίρετον ἀνεδέξατο θάνατον· πρῶτος πάντων ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσας, πρὸ πάντων καὶ τοὺς Χριστοῦ στεφάνους ἐδέξατο.

O beate immortalis! Tu enim etiam durissimam, summeque pervicacem exstinxisti Judæorum nequitiam. Quin et divinus vultus tuus, cum disputares, angelicis manifeste effulsit fulgoribus, qui divinæ Scripturæ divinos latices palam proderent. *Intuentes* enim Judæi, inquit, *in faciem ejus, viderunt eam tanquam faciem angeli* [b]. O terrestris Angele! O homo cœlestis! Communem cum hominibus vitam agens, cœlestium virtutum speciem exhibebas ad specta-

Ὦ μάκαρ ἀθάνατε! Σὺ γὰρ καὶ τὴν παναργαλέον καὶ δυσήνιον τῶν Ἰουδαίων κακίαν κατέσβεσας. Σοῦ καὶ τὸ θεοείκελον πρόσωπον τὰς ἀγγελικὰς μαρμαρυγὰς τηλαυγῶς διαλεγομένου ἀπέστιλβεν, θεῖα νάματα μαρτυρούσης τῆς θεοπρεποῦς Γραφῆς. « Ἐμβλέψαντες γάρ, φησίν, Ἰουδαῖοι εἰς τὸ πρόσωπον αὐτοῦ, ἴδον αὐτὸ ὡσεὶ πρόσωπον ἀγγέλου. » Ὦ ἐπίγειε ἄγγελε! ὦ ἐπουράνιε ἄνθρωπε! Ἀνθρώποις συμβιοτεύων, τῶν κατ' οὐρανὸν δυνάμεων τὴν θέαν ἐχαρι-

[a] I Tim. VI, 12. [b] Act. VI, 15.

κτήριζες. Ἐπάλαισας ταῖς ἀντικειμέναις δυνάμεσιν· A ἐνίκησας τοὺς ἀντιδιατεταγμένους δαίμονας. Μαχόμενος τῆς διαβολικῆς κακίας τὴν πανουργίαν οὐ κατεπλάγης· οὐδὲ τῶν ἀσωμάτων δαιμόνων τὸν στρατόν. Οὐκ ἐδειλίασας τὸ ἄτακτον πλῆθος τῶν Ἰουδαίων, οὐ ξίφη ἠκονημένα. Τοῦ λίθου τοῦ ἀκρογωνιαίου μιμητὴς τυγχάνων, τῇ τῶν λίθων βολῇ ἀνεδήσω τοὺς στεφάνους τοῦ μαρτυρίου. Καὶ θαυμαστὰ μὲν ταῦτα καὶ ἐπίδοξα λίαν, καὶ ἐν τῷ νῦν καιρῷ ἀποπληρούμενα· πολὺ δὲ θαυμασιώτερον, καὶ σφόδρα ἐκπληκτικώτερον τὸ ὑπὸ τοῦ μακαρίου τούτου ἐπιδειχθὲν μαρτύριον.

Νέον γὰρ ἦν τὸ κήρυγμα τῆς εὐσεβείας, καὶ κομιδῇ ἐκείνους τοῖς χρόνοις νεώτερον ἐξαγγέλλειν τὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν. Ἤκμαζε τὰ τῶν Ἑλλήνων· ἤνθει τὰ τῶν Ἰουδαίων· ἐκώμα τὰ τῶν Φαρισαίων· οὐδαμοῦ θεογνωσία· παντί τε καὶ πανταχοῦ B ἐκέχυτο τὸ σκότος τῆς εἰδωλολατρείας. Ἀνὰ πᾶσαν τὴν οἰκουμένην ἐβασίλευεν ὁ ζόφος τῆς φονοκτονίας. Οὐ βασιλεὺς εὐσεβής, οὐκ ἄρχων θεοφιλής, οὐχ ἡγούμενος ἐλεήμων. Τὰ πάντα νὺξ μέλαινα, καὶ ἡ τῶν δαιμόνων ἐπεβόσκετο μανία. Στέφανος μόνος ἐπὶ τὸ ὄρος τῆς φιλοσοφίας ἐκαθέζετο, κατέχων μὲν τὴν λαμπάδα τῆς πίστεως, συσκιαζόμενος δὲ ὑπὸ τῆς ἄγαν τῶν οἰκητόρων κακοπραγίας, τῷ πάντα ἄνθρωπον μεθύειν τὴν πλάνην τῆς ἀγνωσίας. Ἀλλ' οὗτος ὁ μακάριος ἑαυτῷ νόμος· μᾶλλον δὲ καὶ τοῖς μετέπειτα στήλη εὐσεβείας, καὶ διδάσκαλος τῆς χάριτος ἀνεφαίνετο. Οὐκ εἶχε προγραμμόν· οὐχ ἡγούμενον· οὐ πρῶτον ὑπὲρ Χριστοῦ μαρτυρήσαντα· οὐδεὶς τὴν δι' αἵματος ὁμολογίαν ἦν ἐπιδειξάμενος· οὐδεὶς τὰ σωτηριώδη τῶν παθημάτων ὑπὲρ τῆς δεσποτικῆς ἐν- C ανθρωπήσεως ἐνεθήσατο. Μόνος οὗτος ὁ μακάριος τὸ ἀρχέτυπον τοῦ μαρτυρίου ἐκ τῆς οἰκείας ἥλκυσε προαιρέσεως. Αὐτὸς ἑαυτοῦ διδάσκαλος γενόμενος, ὑπέδειξε τὴν ὁδὸν τῆς σωτηρίας. Ἐνομοθέτησε τὴν δι' αἵματος περὶ Χριστοῦ διάθεσιν· ἔπηξε νόμους πύλας οὐρανίους ἀνοίγοντας, συνεργούσης αὐτῷ τῆς ἄνωθεν βοηθείας. Ἐθέσπισε δόγματα ξεναγοῦντα εἰς παράδεισον. Ὥρισεν διατάξεις τελειούσας τοῖς παθήμασιν. Λίθοις βαλλόμενος ἐξεπόνει τὴν εὐσέβειαν. Λιθοβολούμενος, ὑπὲρ τῶν βαλλόντων λίθους, ηὔχετο. Οὐκ ἐχώρισεν αὐτὸν τῆς εὐχῆς ὁ κίνδυνος. Οὐ διέλυσεν αὐτοῦ τὴν ὁμολογίαν τὸ βροτοκτόνον τῶν Ἰουδαίων. Πρὸ τῆς πόλεως ἐλιθάζετο, ὁ πάσης πόλεως πρόμαχος. Τὸ τεῖχος τὸ ἀρραγὲς πρὸ τῶν τειχέων ἐφονεύετο. D Ἀλλ' οὐχ ἠρέμησεν ἡ γλῶσσα τῆς εὐφημίας· οὐχ ἡσύχασεν τὸ στόμα τῆς εὐφωνίας. Οὐκ ἐπαύσατο ἡ ψυχὴ τῆς θεολογίας. Καὶ τὸ μὲν σῶμα τοῖς λίθοις συνετρίβετο, τὸ δὲ πνεῦμα τῇ εὐχαριστίᾳ ἐσφίγγετο. Ἐμιμεῖτο τὸν ἑαυτοῦ Δεσπότην, λέγοντα· *Πάτερ, ἄφες αὐτοῖς, οὐ γὰρ οἴδασι τί ποιοῦσιν*. Ἐκτήσατο καὶ οὗτος τὴν ἱερὰν εὐφωνίαν· ἀνοίξας γὰρ τὸ θεολόγον αὐτοῦ στόμα ἀπεφθέγξατο· *Κύριε, μὴ στήσῃς αὐτοῖς τὴν ἁμαρτίαν ταύτην*.

Ὦ πανσοίδιμε μάκαρ! ὦ τρισόλβιε μάρτυς! ὦ αὐτόπτα τοῦ Μονογενοῦς! ὁ ἐν τοῖς τῶν οὐρανῶν ὑψώμασιν ἐπὶ γῆς ὤν, θεασάμενος ἑστῶτα τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου αὐτὸν τὸν Θεὸν λόγον σοι τὰ βραβεῖα οὐρανόθεν ὀρέγοντα ἐκεῖνο τὸ θεοπρεπὲς καὶ φρικτὸν

A calum. Luctatus es contra adversarias potestates: vicisti adversarios dæmones. Depugnantem non terruit diabolicæ nequitiæ vafrities, neque incorporeorum dæmonum conferta acies. Non timuisti multitudinem Judæorum, non gladios acutos. Lapis illius angularis lapidis imitator, lapidum jactura martyrii tibi coronam texuisti. Atque hæc quidem miranda sunt, valdeque gloriosa, et in præsenti impleta ævo, at majori longe dignum admiratione ac stupore, quod vir hic beatus exhibuit martyrium.

Erat namque religionis prædicatio nova, novumque magis iis temporibus ut religionem Christianam quis annuntiaret. Vigebat gentilium error, florebant res Judaicæ, Pharisæorum secta honore pollebat, nusquam Dei notitia, usque ac omni loco effusæ idolorum cultus tenebræ; toto orbe regnabat sævitiæ caligo, nusquam misericors præpositus. Omnia atra nox, dæmonumque depascebat insania. Unus Stephanus super philosophiæ sedebat montem, qui fidei facem teneret, quem tamen immensa hominum nequitia, ebriis omnibus ignorantiæ Dei errore, nubilo quodam velut obtegeret. Enimvero vir hic beatus sibi ipsi lex, quin et secuturis pietatis titulus, ac gratiæ magister effectus est. Exemplum non habuit, non præcessorem, non qui prior martyrio defunctus sit. Nemo qui sanguine confessionem sanxisset; nemo qui salutares passiones pro Dominica incarnatione arripuisset. Solus hic beatus martyrii exemplar ex propria traxit voluntate. Ipse sibi doctor effectus, salutis ostendit iter; affectionem in Christum statuit, quæ sanguine probetur; leges fixit, quæ divina gratia opitulante cœli portas aperiant. Edicta sanxit, quæ peregrinos in paradisum reducant. Constitutiones edidit, quæ passionibus perficiant. Lapidibus appetitus, pietatem excolebat. Cum lapidaretur, pro iis qui mittebant lapides orabat. Non prohibuit ab oratione periculi vis: non ejus dissolvit confessionem Judæorum cædem spirans animus. Ante urbis muros lapidabatur, qui urbis omnis propugnator est. Murus ille infractus ante muros neci tradebatur. Haud enimvero cessavit lingua bona precari, haud desiit os bona verba loqui; non fecit animus finem Deum collaudandi. Ac corpus quidem lapidum grandine conterebatur; spiritus autem gratiarum actione astringebatur. Imitabatur Dominum suum, cum ait: *Pater, dimitte illis, non enim sciunt quid faciunt* [c]. Etiam ille sacram habuit acclamationem. Aperiens enim divina loqui consuetum os suum, isthæc pronuntiavit: *Domine, ne statuas illis hoc peccatum* [d].

O summe inclyte beate! o martyr beatissime! o qui Unigenitum oculis ipse aspexisti! o qui in cœlestibus axibus ipse in terra constitutus stantem Filium hominis, ipsum Deum Verbum coronam e cœlo præbentem vidisti! Divinum illud, atque tre-

[c] Luc. XXIII, 34. [d] Act. VII, 59.

meodum in tuo martyrio mysterium contuentes ipsi stupore percellimur. Mundo sublimiores tuas illas dotes supra modum admiramur, quas videmus immortalitatis notas magnifice conferre. Scinduntur cœli, ad reditum tuum expediti. Cœlestes fortitudines tuarum passionum immortale decus contuentur. Ipse cœlestis militiæ Princeps tui martyrii spectat præclarum facinus. Stupemus tuam, inclyte beate, in Christum pietatem. Forte robur tuum supra modum admiramur. Patientiam illam tuam osculamur, veneramur tuum martyrium. Certamina complectimur. Passiones amore astringimus. Laudamus tua certamina; certaminum positorem canticis celebramus; benedicimus coronas præbentem; clarificamus robur largientem; honore prosequimur vires præstantem. Petimus supplices tuæ illi regiæ aggregari. Obsecramus ut tuis intercessionibus delictorum veniam consequamur.

Te enim, inclyte beate cœlestis Regis miles, morte pietatis causa defunctum extulerunt viri timorati, ac reliquias in locis novæ Jerusalem vicinis condiderunt. Nec sæculorum memoria rem potest occultare. Cum vero pretiosissimus thesaurus esset, in terra absconditus, in cœlo radiabas. Idcirco nos beati, qui meruerimus in ea incurrere tempora, quibus manifestatio tua prædicatur. Porro beatissimi corporis inventio ejusmodi est.

Jacebat depositum in agro quodam, Hebræorum lingua dicto Pergamala; temporum quidem caligine hominum memoriam latens, ut tamen lucidissimis Spiritus radiis fidei facem prætenderet. Ac testaceum quidem corpus pro communi lege naturæ dissolutum erat; martyrii vero flamma radiantibus accensa fulgoribus, justi reliquias prædicabat. Ossiumque compago immortales martyris memorias servabat, eo quod dictum sit in Scriptura: *Custodit Dominus omnia ossa eorum; unum ex his non conteretur* [a]. Erat porro tabula tumbæ imposita, haud absimilis uni earum quæ leguntur in Mosis historia: sed et superscriptionem ferebat, qualis illa quæ supra Domini crucem scripta erat. Ac sicut illic superscriptum erat Hebraice, Græce, Latine, sic et hic insculptum erat martyris nomen lingua Hebraica Χελιέλ· quod Stephanum interpreteris; hoc est, Coronam. Decebat namque, ut qui propter crucem sustinuisset martyrium, ejus qui fuerat cruci affixus symbola cuncta referret.

Seipsum itaque vir beatus revelat. Tanquam matutinum splendens lumen, lucidosque fulgores oculis ingerens, illuxit: ceu enim pretiosum lapidem fulgoribus rutilantem sese ostendit. Apparet autem loci presbytero, viro pietatis studiis longe assiduo, quique ea quæ religionis exsistunt, diligenter coluerit. Apparet et sapienti quæ sancta sunt Joanni Hierosolymorum urbis inclytæ episcopo, viro scilicet, qui Dei voluntatem strenue obierit. Simili quo-

[a] Psal. XXXIII, 21.

A μυστήριον ἐν τῷ σῷ μαρτυρίῳ θεωροῦντες, ἐκπληττόμεθα· ἐξιστάμεθα τῶν ὑπερκοσμίων σου θεωροῦντες φιλοτιμούμενα τῆς ἀθανασίας τὰ γνωρίσματα. Σχίζονται οἱ οὐρανοὶ πρὸς τὴν σὴν ἐπάνοδον εὐτρεπιζόμενοι. Αἱ κατ' οὐρανὸν δυνάμεις κατοπτεύουσι τῶν σῶν παθημάτων τὸ ἀθάνατον κλέος. Ὁ ἀρχιστρατηγὸς τῆς κατ' οὐρανὸν εὐταξίας ἐφορᾷ τοῦ σοῦ μαρτυρίου τὰ κατορθώματα. Ἐκπληττόμεθά σου, πανaοίδιμε μάκαρ, τὸ φιλόχριστον· τὸ καρτερικόν σου καταπληττόμεθα· τὸ ὑπομονητικόν σου ἀσπαζόμεθα. Προσκυνοῦμέν σου τὸ μαρτύριον, τοὺς ἄθλους περιπτυσσόμεθα· ἐναγκαλιζόμεθα τὰ παθήματα· δοξάζομέν σου τοὺς ἀγῶνας· ἀνυμνοῦμεν τὴν ἀγωνοθέτην· εὐλογοῦμεν τὸν τοὺς στεφάνους βραβεύσαντα· δοξάζομεν τὸν χαρισάμενόν σοι τὸ σθένος· γεραίρο-
B μεν τὸν παρασχόντα σοι τὴν δύναμιν· καθικετεύομεν τοῖς σοῖς καταγῆναι βασιλείοις· παρακαλοῦμεν ταῖς σαῖς πρεσβείαις τῆς τῶν ἡμαρτημένων ἀπολαῦσαι συγχωρήσεως.

Σὲ γάρ, πανaοίδιμε μάκαρ στρατιῶτα τοῦ μεγάλου Βασιλέως, τὸν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας ὑπομείναντα θάνατον, ἄνδρες συνεκόμισαν καθωσιωμένοι πρὸς τὴν εὐλάβειαν, καὶ ἔθαψαν τὸ λείψανον ἐν τόποις γειτνιάζουσιν τῇ νέᾳ Ἱερουσαλήμ· ὅπερ ἡ τῶν αἰώνων μνήμη ἀποκρύψαι οὐ δύναται· ἀλλὰ θησαυρὸς ὢν πολυτελής, ἐκρύπτου μὲν ἐν τῇ γῇ, διέλαμπες δὲ ἐν τοῖς οὐρανοῖς. Διὰ τοῦτο ἡμεῖς μακάριοι οἱ καταξιωθέντες τῶν καιρῶν τῶν τὴν σὴν φανέρωσιν κηρυξάντων. Ἡ δὲ εὕρεσις τοῦ πανολβίου σώματος τοῦτον ἔχει τὸν τρόπον.

C Κατὰ ἀγρόν τινα τῇ τῶν Ἑβραίων γλώττῃ καλούμενον Παργαμαλὰ κατέκειτο· ὑπὸ μὲν τῆς ἀχλύος τῶν χρόνων ταῖς μνήμαις καλυπτόμενος· τῷ δὲ φεγγοβόλῳ πνεύματι δᾳδουχῶν τὴν λαμπάδα τῆς πίστεως. Καὶ τὸ μὲν ὀστράκινον σῶμα κατὰ τὸν κοινὸν τῆς φύσεως νόμον διελέλυτο· ὁ δὲ πυρσὸς τοῦ μαρτυρίου φεγγοβόλοις μαρμαρυγαῖς ἀνήπτετο, κηρύττων τοῦ δικαίου τὰ λείψανα. Καὶ ἡ τῶν ὀστέων ἁρμονία ἀπέσωζε τὰς ἀθανάτους μνήμας τοῦ μάρτυρος διὰ τὸ εἰρημένον παρὰ τῇ Γραφῇ· *Φυλάξει Κύριος πάντα τὰ ὀστᾶ αὐτῶν· ἓν ἐξ αὐτῶν οὐ συντριβήσεται.* Εἶχεν δὲ ὁ τύμβος πλάκα ὑποχθόνιον ἐπικείμενον, ἐοικυῖαν μιᾷ τῶν ἐμφερομένων ἐν τῇ Μωσαϊκῇ ἱστορίᾳ. Ἐνέφερεν δὲ καὶ ἐπιγραφήν, μίμημα φέρουσαν τῆς ἐπὶ τοῦ Δεσποτικοῦ σταυροῦ γεγραμμένης· καὶ ὥσ-
D περ ἐκεῖ ἐπεγέγραπτο Ἑβραϊστί, Ἑλληνιστί, Ῥωμαϊστί, οὕτως καὶ ἐνταῦθα ἐγκεχάρακτο τὸ ὄνομα τοῦ μάρτυρος τῇ Ἑβραϊκῇ διαλέκτῳ, Χελιήλ· ὅπερ ἑρμηνεύεται Στέφανος. Ἔπρεπεν γὰρ διὰ πάντα τὸν ὑπὲρ τοῦ σταυροῦ ὑπομείναντα τὸ μαρτύριον, πάντα ἐπικομίζεσθαι τοῦ σταυρωθέντος τὰ σύμβολα.

Ἑαυτὸν γοῦν ἀποκαλύπτει ὁ μακάριος. Ὥσπερ ἑωθινὸν φῶς αὐγάζων, καὶ τὰς φωτεινὰς μαρμαρυγὰς ἐμελανοζόμενος τοῖς ὁρῶσιν ἀπέλαμπεν. Ὥσπερ γὰρ λίθον τίμιον μαρμαίροντα ταῖς ἀστραπαῖς ἑαυτὸν ἀνέδειξεν. Ἐμφανίζεται δὲ πρεσβυτέρῳ τοῦ τόπου, ἀνδρὶ λίαν περὶ τὴν εὐσέβειαν ἀσχολουμένῳ, καὶ σφόδρα ἐκπονοῦντι τὰ θεοφιλέστερα. Ἀποκαλύπτεται δὲ καὶ τῷ ὅσια φρονήσαντι ἐπισκόπῳ Ἰωάννῃ τῆς ἐνδόξου Ἱερουσαλήμ, διαπραξαμένῳ ὅσα θέλει ὁ Θεός.

Ὁμοίως δὲ καὶ ἄλλοις ὀπτάνεται ἐπισκόποις, ἄγαν πρὸς τὴν εὐσέβειαν τεθεραπευμένοις. Ἀποκαλύπτεται δὲ αὐτοῖς ὁ μακάριος εἰς ἄγγελον φωτὸς χρηματίζων, καὶ παρακελευόμενος περὶ τῆς τοῦ λειψάνου μετακομιδῆς, συμφώνοις τοῖς ῥήμασιν, ἐν ἑνὶ σχήματι, ἐν μιᾷ ὀπτασίᾳ ἑκατέροις ἐνεφανίζετο. Ἀποτίθεται δὲ τοῦ μακαρίου τὸ λείψανον κατὰ τὸ αὐτοῦ τοῦ Στεφάνου θέλημα πρὸ τῶν τειχίων τῆς Ἱερουσαλὴμ, ἔνθα λιθοβοληθεὶς, τὸν ἁπανταχοῦ τῆς οἰκουμένης βοώμενον ἐπιδόξως ἀοίδιμον ὑπομείνας θάνατον, τοὺς λαμπροὺς τοῦ μαρτυρίου ἀνεδήσατο στεφάνους· ἐπαξίας τῆς ἐκείνου μνήμης, καὶ τῶν ἐκείνου πόνων, καὶ τῶν εὐκλεεστέρων ἀγώνων Ἐκκλησίας οἰκοδομηθείσης ὑπὸ τὸν νῦν τὸν ἔνδοξον καὶ περίβλεπτον θρόνον Ἰακώβου διακοσμοῦντος Ἰουβεναλίου· ἀνδρὸς ἐν ᾧ καὶ ὁ λόγος, καὶ ὁ τρόπος, καὶ ὁ βίος, τό, τε ἀμώμητον, καὶ B ἐπίδοξον, καὶ φιλόθεον τοῦ αὐτοῦ Ἰακώβου ἀποσώζεται, μίμημα ἀκριβὲς, τυγχάνοντος τῆς ἐκείνου φιλοθείας· ὅστις καὶ τὴν ἐπίδοξον καὶ σωτηριώδη τοῦ Κυρίου προσκυνουμένην ἀρξάμενος ἐπετέλεσεν γένναν· ἧσπερ αἱ φθάσουσαι γενεαὶ τῶν καλῶν, εἰ σπουδὴ· μᾶλλον δὲ ταῖς αὐτοῦ εὐχαῖς, ἀπολαύειν καταξιοῦνται.

Ὦ καλλίνικε! ὦ πανаοίδιμε καὶ τρισόλβιε καὶ μακάριε! ὦ Στέφανε μάρτυς τὰ ἄνθη εὐωδιάζων τῆς εὐσεβείας! ὦ ἐργαστήριον ἀρετῶν! ὦ πανδοχεῖον πνευματικῶν κατορθωμάτων! ὦ λαμπτὴρ ὁ τὸ πρωῒ ἀνατέλλων. Καὶ γὰρ σὺν ἀνθρώποις βιοτεύων, διέλαμπες σημεῖα, καὶ τέρατα καὶ διάφορα ἰάματα ἐπιδεικνύμενος· τὰς ἀντικειμένας δυνάμεις κολάζων, καὶ τοὺς ἀντιταττομένους δαίμονας βασανίζων ταῖς ἐνεργείαις. Πρωτοστάτα τῶν μαρτύρων, συνόμιλε C τῶν ἀποστόλων, ἐπαινοῦμέν σου τοὺς ἀγῶνας· περιπτυσσόμεθα τοὺς ἱδρῶτας· καλλωπιζόμεθα τῷ μαρτυρίῳ. Ὦ αὐτόπτα τοῦ Μονογενοῦς, ἀνεῳχθέντων τῶν οὐρανῶν ἴδες τὸν Υἱὸν τοῦ ἀνθρώπου ἑστῶτα ἐκ δεξιῶν τῆς δόξης, καθὼς ἔπρεπεν τὸν πρῶτον θεάσασθαι τῶν μαρτύρων· καὶ ὥσπερ ἐπὶ τῶν Ὀλυμπιακῶν ἀγώνων οἱ ἀγωνοθέται νικητὰς βραβεύουσιν· οὕτως ὁ μέγας ἀγωνοθέτης Χριστὸς, ὑπὲρ οὗ καὶ συνεκρότησεν τοὺς ἀγῶνας, καὶ τοὺς ἄθλους ὑπέμεινεν ἄνωθεν ἑστὼς, τὰ βραβεῖα καὶ τοὺς στεφάνους θαυμάζων ἀπέσωζεν τοῦ ἰδίου ἀθλητοῦ, ὅνπερ ἐπήλειφεν τὰς ὑπομονὰς ἐκπληττόμενος. Ἐκχυθέν σου τὸ αἷμα, τὴν γῆν τῆς εἰδωλολατρείας ἀπέλυσεν· τοῖς πνιγμοῖς τὸν αἰθέρα θολωθέντα ἐκάθαρεν. Πᾶς τόπος τοῖς σοῖς λειψάνοις φαιδρυνόμενος ἁγιάζεται. Πᾶσα D ἡ γῆ κατευλογουμένη ταῖς σαῖς εὐλογίαις καταλαμπρύνεται! Ὦ λαμπρὸν, καὶ τῷ ἡλίῳ τῆς δικαιοσύνης καταλαμπόμενον μαρτύριον! Σὺ κοπιάσας συμβασιλεύεις τῷ Βασιλεῖ τῶν βασιλευόντων, καὶ Κυρίῳ τῶν κυριευόντων. Προσκυνοῦμεν αὐτοῦ τὸ κράτος· ὑπερυψοῦμεν αὐτοῦ τὴν δύναμιν· σεβόμεθα τὸν τῶν καλῶν δοτῆρα, τὸν φωστῆρα, τὸν λυτρωτὴν, τὸν εὐεργέτην, τὸν ἄφθονον, τὸν φιλάνθρωπον, τὸν φιλόδουλον Δεσπότην, τὸν τοῦ Στεφάνου στέφανον· αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας. Ἀμήν.

A que ratione episcopis aliis se conspicuum facit, viris pietate longe excultis. Apparet autem vir beatus tanquam angelus lucis : admonensque de reliquiis transferendis, consona verborum serie, eadem specie, in eadem visione utrisque sese ostendit. Deponuntur autem viri beati reliquiæ, pro eo ac Stephanus ipse voluerat, ante Hierosolymorum muros quo loco lapidatus, morteque inclyta toto terrarum orbe glorioso præconio celebri defunctus, illustrem martyrii coronam reportaverat; condignam memoria illius, atque laborum, illustriumque certaminum exstruente ecclesiam Juvenale, qui nunc gloriosum ac spectabilem Jacobi thronum, episcopus ornat : viro scilicet in quo et doctrina, et mores, vitaque, et puritas, et claritas, atque pietas Jacobi ejusdem sospites sunt, ut qui illius totius religiositatis accurata imago exsistat : qui et gloriosum ac salutarem adorandum Domini Natalem celebrare cœpit; cujus bona nostræ deinceps ætatis homines, modo diligentiam habeant, quin potius ejus precibus consequi promerentur.

O victor gloriose! o summe inclyte, felixque ac beate! o Stephane martyr pietatis floribus fragrantissime! o virtutum officina! o spiritalium recte factorum plena complexio! o sidus mane exoriens! Nam et communem cum hominibus vitam agens late fulgebas, signa, et prodigia, variasque sanationes ostendens; adversarias castigans potestates, dæmonesque adversantes virtutibus torquens. Martyrum antistes, apostolorum sodalis, laudamus tua certamina, sudores amore complectimur, gloriamur martyrio. O Unigeniti ipsis oculis spectator, apertis cœlis vidisti Filium hominis stantem a dextris gloriæ, pro eo ac decebat inter martyres primum, videre, ac sicut in Olympiacis certaminibus certaminum positores victoribus præmia distribuunt; sic et magnus certaminum positor Christus, cujus gratia et certamina desudavit, et subiit labores, in cœlo stans, sui præmia athletæ admirans conservabat; quem, summa admiratione patientiam prosequendo ad pugnam animaverat. Effusus sanguis tuus terram idololatriæ errore absolvit, æstibus turbatum purgavit. Omnis locus tuus exhilaratus reliquiis sanctitatem contrahit, omnis terra tuis benedictionibus donata clarescit. O illustre Soleque justitiæ splendescens martyrium! Labores defunctus cum Rege regum regnas, et Domino dominantium. Adoramus ejus imperium; superexaltamus illius potentiam; veneramur bonorum datorem, Sidus illud, Redemptorem, beneficum, copiosum, humanum, Dominum servorum amantem, Stephani coronam.

Ὦ πόσα ἐπάλαισεν ὁ πολυσχιδὴς διάβολος! ἡ ῥίζα τῆς ἁμαρτίας, ὁ σύμβουλος τῆς παραβάσεως! Πᾶσαν ἐπήγαγεν τῷ δικαίῳ τὴν θάλασσαν· Ἰουδαίους ὤξυνεν· τὸ πικρὸν τῶν Ἑλλήνων ἐτάραξεν· Φαρισαίους ἐξέμηνεν πρὸς τὴν τοῦ μακαρίου φονοκτονίαν. Οἱ μὲν γὰρ λίθοις ἔβαλλον· ἄλλοι δὲ αἰκίζοντες εἷλκον ἔξω

O quantum luctatus est consiliis multiplex diabolus! radix illa peccati; transgressionis suasor! Totum pelagus justo immisit; Judæos irritavit; Græcorum feroces turbavit mores; Pharisæos in beati necem furore egit. Nam alii quidem lapidibus cædebant; alii verberibus ac colaphis dehonestantes

extra muros ante urbem ultro devotum athletam trahebant; invictum, inquam, militem; columnam; propugnatorem, pietatis præsidem. Omnia quippe movit mali auctor diabolus; pulverem excitavit, aerem miscuit; dæmonum legiones compellabat, ut martyris voluntatem mutaret, ut a pietate avocaret, ut longe a Christi confessione abduceret. Haud tamen expugnatus est indefessi animi pugil, haud formidavit martyr, haud pietatem negavit, usque ad sanguinem peccato restitit. Hoc enim mali auctorem illum furore agebat ut cum martyre consereret prælium, quo malorum ei timorem objiciens, Christi negata confessione, vitæ præsentis solatia æternæ vitæ deliciis anteferre efficeret. Tricumanos induxit fluctus, nec petram commovit; armorum genus omne vibravit, nec militem sauciavit; ignita tela ejaculatus est, nec strenuissimum pugilem vulneravit. Cædebatur quidem, at non dejiciebatur: excussit arborem, fructum tamen non attigit. Corpus vulneravit, at fides vegetior evasit: fundebatur sanguis, fidesque tanquam fonte manabat.

A τῶν τειχῶν πρὸ τῆς πόλεως τὸν αὐθαίρετον ἀθλητήν· τὸν ἀνίκητον στρατιώτην· τὸν στύλον· τὸν πρόμαχον· τὸν πρόβολον τῆς εὐσεβείας· πάντα γὰρ ἐκίνησεν ὁ ἀρχέκακος διάβολος· κονιορτοὺς ἤγειρεν· τὸν ἀέρα συνέχεεν· συνεκαλεῖτο τοὺς λεγεῶνας τῶν δαιμόνων, ἵνα τοῦ μάρτυρος μεταθήσῃ τὴν πρόθεσιν· ἵνα μεταστήσῃ αὐτὸν τῆς εὐσεβείας· ἵνα ἀποδουχολήσῃ αὐτὸν πόῤῥω τῆς περὶ Χριστοῦ ὁμολογίας ἀλλ' οὐχ ἑάλω ὁ ἀκάμας· οὐκ ἐνέδωκεν ὁ πολύτλας· οὐ κατεπλάγη ὁ μάρτυς· οὐκ ἠρνήσατο τὴν εὐσέβειαν μέχρι αἵματος· ἀντικατέστη πρὸς τὴν ἁμαρτίαν. Τοῦτο γὰρ τὴν ἀρχέκακον ἐξέμαινε δαίμονα πρὸς τὴν τοῦ μάρτυρος ἀψιμαχίαν, ἵνα ἐπιτειχίσας αὐτῷ τὸν ἐπὶ τοῖς κακοῖς φόβον, παρασκευάσῃ ἀρνησάμενον τὴν εἰς Χριστὸν ὁμολογίαν, προτιμήσειν τῆς αἰωνίου ζωῆς τὴν τοῦ B παρόντος βίου ἀπόλαυσιν· τὰς τρικυμίας προσῆγεν, καὶ τὴν πέτραν οὐκ ἐκίνει. Τὴν πανοπλίαν ἐτίναξεν, καὶ τὸν στρατιώτην οὐκ ἔτρωσεν· τὰ πεπυρωμένα βέλη ἐτόξευσεν, καὶ τὸν ἀριστέα οὐκ ἔβαλεν. Ἐβάλλετο μὲν γάρ, καὶ οὐ κατεβάλετο. Τὸ δένδρον ἐτίναξεν, τοῦ δὲ καρποῦ οὐχ ἥψατο. Τὸ σῶμα ἐτραύετο, καὶ ἡ πίστις ἐνεανιεύετο· τὸ αἷμα ἐχύνετο, καὶ ἡ πίστις ἐπήγαζεν.

Vidistin', quisquis pius es, expeditum militem? vidistin' petram immobilem? vidistin' murum inconvulsum? vidistin' fructum amplissimum? vidistin' turrim quæ non suffodiatur? vidistin' pudore suffusum diabolum? vidistin' Deum gloria cumulatum? vidistin' imperculsum pugilem corona donatum? vidistin' confessorem lætum? vidistin' Martyrem præconio clarum? vidistin' victorem coronatum? Stephanum, inquam, martyrum ducem, confessorum summum verticem, pugilum arcem, certamen committentium firmum robur, exemplum eorum qui adversus sævos dæmones luctam suscipiunt; urbem munitam, murum infractum, tranquillum portum religiosæ mentis, hominum decus, ac gloriam, piorum domicilium; eorum qui stant, securitatem; qui ceciderunt, emendationem; flagellum dæmonum.

Ἴδες, ὦ φιλόθεε, ἐμπαράσκευον στρατιώτην; ἴδες πέτραν ἀκίνητον; ἴδες τεῖχος ἀσάλευτον; ἴδες καρπὸν πλατυνόμενον; ἴδες πύργον μὴ διορυττόμενον; ἴδες διάβολον αἰσχυνόμενον; ἴδες Θεὸν δοξαζόμενον; ἴδες τὸν ἀπλήκτον στεφανούμενον; ἴδες τὸν ὁμολογητὴν φαιδρόμενον; ἴδες τὸν μάρτυρα ἀνακηρυττόμενον; ἴδες τὸν στεφανίτην στεφανουμένον; Στέφανον, τὸν ἔξαρχον τῶν μαρτύρων, κορυφὴν τῶν ὁμολογη- C τῶν, τὴν ἀκρόπολιν τῶν ἀθλούντων, τὸ στήριγμα τῶν ἀγωνιζομένων, τὸν προγραμμὸν τῶν πυκτευομένων τοῖς ἀνημέροις δαίμοσιν, τὴν πόλιν τὴν ὀχυράν, τὸ τεῖχος τὸ ἀῤῥαγές, τὸν εὔδιον λιμένα, τὸ καλλώπισμα τῶν θεοφιλῶν, τὸ ἐνδιαίτημα τῶν εὐλαβῶν, τῶν ἑστώτων τὴν ἀσφάλειαν, τῶν πεπτωκότων τὴν ἀνόρθωσιν, τὴν μάστιγα τῶν δαιμόνων.

O Martyr immortalis, multa tibi gloriatio in Christo; multa tibi propter Christum fiducia; multa pro Christo confidentia. Orbis terrarum fines tuis magnifice passionibus honestantur, qui sis infirmorum corporum medicatio, eorum qui prolapsi sunt perfugium; nec est locus, oppidum, natio, extremitas, quæ tuorum opem beneficiorum non sit consecuta. Nemo est sive advena, sive indigena, sive Barbarus, sive Scytha, qui tuis intercessionibus non persentiat meliora. Pulchre te honestavit crux illius, qui nostri causa passus est, obfirmans sensus alacritatis tuæ. Conseruit angelis, incorporeis Potestatibus accensuit. Cœlesti militiæ accensus es: sole fulgentius splendes, cum cœlestibus stellarum choris rutilas, clariores radios per virtutum opera emicans. Hactenus namque tuas pene virtutes sequens mortalium genus, tuis martyrii coronis præclare ornatur. Sive enim Patres, sive prophetæ, sive claritate præcipuus apostolorum chorus, tui imitatione fortem deinceps in passionibus animum ostendit. Universa in teipso excellenter adeo habuisti,

Ὦ μάρτυς ἀθάνατε, πολλή σοι καύχησις ἐν Χριστῷ· πολλή σοι παῤῥησία διὰ Χριστόν· πολλή σοι πεποίθησις ὑπὲρ Χριστοῦ. Τὰ τῆς οἰκουμένης πέρατα τοῖς σοῖς παθήμασιν ἐγκαλλωπίζονται. Σωμάτων ἀῤῥωστούντων ἰατήριον, καταφυγὴ τῶν πεπτωκότων· καὶ οὐκ ἔστι τόπος, οὐ χώρα, οὐκ ἔθνος, οὐκ ἐσχατιά, ἥτις οὐ μετέσχεν τῶν εὐεργεσίων τῆς σῆς ἐπικου- D ρίας. [Οὐδεὶς] εἴτε ἔπηλυς, εἴτε αὐτόχθων, εἴτε βάρβαρος, εἴτε Σκύθης, ὃς ταῖς σαῖς πρεσβείαις οὐκ ἀπαισθάνεται τῶν χρειττόνων. Καλῶς κατεκόσμησέν σε ὁ σταυρὸς τοῦ ὑπὲρ ἡμῶν παθόντος, νευρώσας τῆς σῆς προθυμίας τὰ αἰσθητήρια συνηρίθμησεν τοῖς ἀγγέλοις, κατηρίθμησεν ταῖς ἀσωμάτοις δυνάμεσιν. Καταψηφίζῃ τῆς κατ' οὐρανὸν στρατιᾶς· λάμπεις ὑπὲρ τὸν ἥλιον· ταῖς οὐρανίαις τῶν ἄστρων χορείαις συμμαρμαίρεις, λαμπροτέρας τὰς ἀκτῖνας ἀποστίλβων διὰ τῶν κατορθωμάτων. Μέχρι γὰρ τοῦ παρόντος κατόπιν τῶν σῶν ἀρετῶν βαῖνον τὸ τῶν ἀνθρώπων γένος, τοῖς σοῖς τοῦ μαρτυρίου στεφάνοις ἐγκαλλωπίζεται. Εἴτε γὰρ Πατέρες, εἴτε προφῆται, εἴτε ὁ τῶν ἀποστόλων εὐκλεὴς χορός, σοῦ μιμητὴς τυγχάνων, μετὰ

ταῦτα ἐν τοῖς παθήμασι γενναῖόν τι ἐπεδείξατο. Πάντα ἐν σεαυτῷ ἐκέκτησο μετὰ τοσαύτης ὑπερβολῆς, μεθ' ὅσης οὐδεὶς ἐκείνων ὧνπερ εἶχεν ἕκαστος ἐκέκτητο. Ἤνοιξας τὰ τῆς σωτηρίας στάδια. Ἔδειξάς πως χρὴ μέχρις αἵματος τοὺς ὑπὲρ Χριστοῦ πόθους ἐπιδείκνυσθαι.

Ὦ διδάσκαλε τῶν μετὰ ταῦτα ἀγωνιζομένων! ὦ ἄνθος ἀμάραντον! ὦ μύρον εὐωδιάζον! ὦ πηγὴ διειδεστάτη! ὦ ποταμὲ Εὐφράτα, τὰ καλίῤῥοα ἀποτίκτων νάματα, βοηθὲ τῶν ὁδοιπορούντων, ἀρωγὲ τῶν ξενιτευόντων, ἐλευθερία τῶν δεδουλωμένων, φυλακιζομένων σωτηρία· τῶν πλεόντων γαληνὸς καὶ ἀτάραχος λιμὴν τυγχάνεις· ἀπαλλάττοις τοὺς τοῖς πάθεσι βεβλημένους· τὸν νοσοῦντα ἴασαι· δαίμοσιν ἐπιτίμα, καὶ λυτροῦσαι τοὺς ὀχλουμένους· ταῖς μνήμαις ἐνεργεῖς, ταῖς ἐνεργείαις καθαίρεις, φωτίζεις τοὺς ἐσκοτισμένους, γνωρίζῃ τοῖς ἀγνοοῦσί σε, ἐμφανίζῃ τοῖς γινώσκουσί σε, ὀχύροις τὸν ἑστῶτα, ἀντιλαμβάνῃ τοῦ ὀλισθήσαντος, πρεσβεύεις ὑπὲρ τοῦ ἁμαρτήσαντος, ἔχεις τὴν πρὸς Θεὸν παῤῥησίαν, κέκτησαι τὴν ὑπὲρ Χριστοῦ πεποίθησιν, παῤῥησιάζῃ τῇ τοῦ ἁγίου Πνεύματος δυναστείᾳ. Διὸ καὶ ἡμεῖς οἱ ταῦτα τὰ βραχέα συγγράψαντες, μεγάλα δὲ διὰ τὰ σὰ παθήματα, δεόμεθα, ὥστε πρεσβεῦσαί σε ὑπὲρ τῶν ἡμαρτημένων ἡμῖν πρὸς τὸν κοινὸν ἡμῶν Δεσπότην· ᾧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

A ut nemo quod cuique proprium sic magnifice haberit. Aperuisti salutis stadia. Ostendisti ut prodendus Christi amor usque ad sanguinem.

O sequentium athletarum magister! o flos immarcescibilis! o suave fragrans unguentum! o fons limpidissime! o flumen Euphrates clarissimos edens latices. Adjutor iter agentium, defensor peregrinorum, libertas servituti addictorum, salus carcere detentorum, navigantium tranquillus exsistis portus. Libera passionibus saucios, medere laboranti: dæmones increpa, eosque libera quibus ii molesti exsistunt. Tui memoria operaris, operationibus purgas, illustras obsitos tenebris, nosceris agnoscentibus te, B appares, ac te conspicuum facis noscentibus; stantem munis ac firmas, prolapso opitularis, intercessor pro peccatore exsistis, fiducia ad Deum polles, confidentiam habes pro Christo, sancti Spiritus potentia libere loqueris. Idcirco nos quoque qui pauca hæc scripsimus, magna tamen tuarum ergo passionum rogamus, ut pro iis quæ peccavimus intercedas apud communem Dominum nostrum; cui gloria et potestas in sæcula sæculorum. Amen.

BASILII SELEUCIENSIS

DE VITA AC MIRACULIS

D. THECLÆ VIRGINIS MARTYRIS ICONIENSIS

LIBRI DUO.

Petrus Pantinus Tiletanus, decanus Bruxellensis, e tenebris primus eruit, Latine vertit notisque illustravit.

—

PHILIPPO III,
HISPANIARUM REGI PIO, FELICI. S.

225-227 *Laudandarum artium disciplinas, Regum Maxime, eadem fere quæ vitem conditio obstrinxit. Ut enim generosum hoc plantæ genus, usuque et aspectu jucundissimum, licet indole ac vi sua naturali sursum feratur, ac velut despecta humo cœlum affectet; adeo tamen imbecillum ac debile est, ut nisi arundinibus, perticis, ridicis, aliisque ejuscemodi pedamentis, quam* vineæ dotem *Veteres appellabant, assidue juvetur ac subrigatur, in terram eat intereatque: ita illæ, nobilissimæ alioquin, et ad omnem reipublicæ partem prudenter administrandam, ad omnem fortunæ varietatem constanter ferendam, ad omnem denique ætatem bene suaviterque degendam utilissimæ, facile inter tot Barbarorum crudeliter in ipsas quotidie incursantium cuneos dejiciuntur emoriunturque, si necessario regum principumque cæterorum patrocinio destitui contingat. Quæ res viros doctos jam olim coegit, ut sicut in fabulis aquilam avium reginam, quo se suamque sobolem ab infesto pertinacis sui adversarii impetu tutaretur, in ipsum Jovis sinum convolasse ovaque aeposuisse*

legimus; eodem ipsi exemplo, quos secundum Deum inter mortales plurimum præstare noverant, illorum fidei ac defensioni se suorumque ingeniorum fetus, in tanto impugnantium numero ac malignitate, commendarent. Ab hoc ego solemni vel latum unguem deflectere nec velim, nec secure aut decore etiam possim. Libros hosce duos ante ∞. C. L. *admodum annos Græce a Basilio Seleuciæ in Isauria episcopo eleganter pieque conscriptos, et longa mox præter meritum oblivione damnatos,* puteoque Democriti *cum Veritate demersos, in lucem educere, et publici rursum usus, etiam nostris hominibus facere, jam pridem est animus. At qua, quæso, boni eventus fiducia, Rex potentissime, nisi tenelli atque caduci adhuc vineatici palmitis instar, inviolabilis auctoritatis tuæ statumini innitantur? Cui etiam rectius litterarium hoc venerandæ antiquitatis monimentum, diu æque tota Hispania jam olim celeberrimæ, vita resque gestæ cumprimis admirabiles consecrari debeant, quam regi Hispaniæ, litterarum omnisque antiquitatis studiosissimo, cujusque ei reliquorum divorum cultori religiosissimo? Aut quo ego aptiori hostimento memoris et ob multa maximaque pridem Majestatis T. in me beneficia devinctissimi hujus animi observantiam* **228** *declarem, quam tali munere dedicando, cujusmodi cum maxime capiatur, ad plura id genus investiganda edendaque tantum mihi otii ac facultatis liberalissime suppeditavit? Ego vero peccasse me graviter, hominisque non modo inconsiderantis, sed et ingrati culpam incurrisse putarem, si hoc quidquid est operis, sub alterius quam sub felici tuo auspicio evulgare tentassem. Pateris? equidem vero; si quale, quamque tutela tua non indignum sit, paucis cognoscas. Opus quod dico, Thecla est, vere magna, vere admiranda; seu vitam, seu mortem, seu postuma spectemus. Hæc Iconii illis temporibus nata, quibus mundus densissimis eo usque errorum tenebris involutus, a Servatoris nostri in cœlum reditu, evangelicæ veritatis radiis sensim illustrari incipiebat; ipsa quoque jam grandiuscula, magni Pauli ductu atque doctrina ad fidem conversa, spretis divitiis, matre, sponso, patria, illam summo labore, summo capitis periculo, Magistri sui suasu atque exemplo, quoquoversum disseminare est aggressa. At, Deus bone! Quanto ejus odio, qui piis conatibus perpetuo adversatur! Videbat invidus ille nostræque salutis juratus hostis, Petrum, Jacobum, Stephanum, cæteros sacri illius cœtus antesignanos, libera fronte, libero ore, cærimonias, mysteria, animalium sacrificia, humanas hostias, reliquamque idololatricæ imposturæ pestem, quæ sub ridiculis nescio quibus fabularum commentis passim irrepserat atque inveteraverat, strenue oppugnantes; stupra, adulteria, furta, rapinas, perjuria, cædes, flagitiorumque ac scelerum universorum lernam fortiter undique exturbantes; eorumque in locum veri Dei diu ignoratum cognitionem, castitatem. temperantiam, severitatem, justitiam, pietatem inducentes: indignabatur, dolebat, fremebat. At vero ubi advertit virgunculam teneram, vixdum duodevicesimum ætatis curriculum emensam, colo calathisque hactenus assidentem, gynæcei latebris assuetam, inter ancillulas suas educatam; imo nec plerisque domesticorum vel de facie satis notam; præter sexum, præter ætatem, intrepido animo in hanc ipsam palæstram prodiisse; tingere jam, docere, quæque reliqua apostolici sunt muneris alacriter obire, innumerosque mortales ab æternæ perditionis præcipitio in certissimæ felicitatis viam revocatos, sub summi imperatoris sui Christi signis auctorare: tum demum serio ille furere, insanire, bacchari; omnia in illam acerbitatis suæ retia ac tela concitare. Sed nihil agis, livide veterator: ridet illa debiles tuos conatus, et tanquam fila aranearum facillime perfringit. Flammas minaris? Flammæ illæ jam non flammæ, sed roris refrigerantis ipsi vicem præbent. Feras immittis? Non illas jam feras, sed fidas adversum se famulas experitur. In stagnum eundum? Nunquam balnei gratioris deliciis est usa. Denique*

> Verte omnes tete in facies, et contrahe quidquid
> Sive animis, sive arte vales:

omnia tibi inania, cassa, irrita cedunt; ab omnibus virgo nostra tecta, tuta, victrix evadit; donec tandem suavissimo mortis somno in meliorem vitam transmissa, Sponso suo immortali læta læto obviam procedit; perennibus Agni illius immaculati nuptiis perfruitura; perennem posteris, tot tamque inauditis miraculis, quæ post obitum ejus acciderunt, sui memoriam venerationemque relictura. Hæc nostra, quam damus Thecla: hic veræ illius vitis, cujus Pater cœlestis agricola est [a], *germanus* palmes; *in Lycaoniæ vitiario primum satus Pauli manu cultus, Basilii calamo propagatus; nostra nuper industria in Latii agrum translatus, pastinatus, sarritus, pampinatus, putatus; ea, inquam, diligentia curatus, quam inter Castrensis tum muneris quotidianas occupationes adhibere maximam licuit.* **229** *Qui quando jam satis feliciter, ut in alieno solo, convaluit; multaque frondium et capreolorum copia luxurians, in pedationem, quod reliquum est, se dare desideret: illum Majestatis Tuæ nomini tanquam certissimo adminiculo committendum putavi, ut cujus fultura afflictas pridem Belgii res paulatim erigi, recreari, firmari videmus, ipse quoque eidem deinceps adversus omnem cœli injuriam tuto adhærescens, claviculisque se suis velut manibus incitans, et in ultimum usque jugum brevi perveniens, opimam nobis vindemiam fundat: cujus dulcissimo gustu piorum animi sobria quadam atque divina ebrietate capti, ad quamvis pro vera religione dimicationem suscipiendam, fortunas, sanguinem, vitam ipsam, si res poscat, huic impendendam, inflammentur: dum in virgine ac martyre nostra, tanquam in clarissimo speculo intuebuntur, quantam clementissimus noster agonotheta athletarum*

[a] Joan. XV, 1.

suorum in glorioso hoc certamine fortiter depugnantium curam gerat; quam nunquam non occulto consolationis suæ oleo illis præsto sit; quam incredibilibus sæpe modis ab immani tyrannorum ac diaboli crudelitate vindicet; quam benigne denique post tempestatem tranquillum faciens, et post lacrymationem et fletum exsultationem infundens [b], *pro laboribus atque periculis in ærumnosa hac vitæ arena strenue toleratis, præmia atque coronas nunquam interituras reponat. Idem ille supremus rerum arbiter*, per quem reges regnant, et legum conditores justa decernunt; per quem principes imperant, et potentes decernunt justitiam [c]. *Majestatis Tuæ decimum jam annum in maxima temporum difficultate tot regnorum habenas prudentissime moderantis, proque publica harum provinciarum salute noctes diesque omni studio excubantis, sanctissimas actiones bene prospereque evenire permittat: quo Belgium nostrum tam diuturni ac perniciosi belli malis aliquando liberatum, summo totius Europæ, vestrique atque adeo Christiani nominis universi bono, pristinæ felicitati, ardentissime ab omnibus hactenus exoptatæ et vixdum solide cuiquam speratæ, tandem restitutum esse lætemur. Bruxellæ Kalendis Septembris, Anno Sal. Hum.* C I Ɔ. I Ɔ C. VIII.

Majest. Tuæ

Devotissimus
PETRUS PANTINUS
Decanus Bruxellensis.

[b] Tob III, 22. [c] Prov. VIII, 15, 16.

ΒΑΣΙΛΕΙΟΥ

ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΕΛΕΥΚΕΙΑΣ ΙΣΑΥΡΙΑΣ,

Εἰς τὰς πράξεις τῆς ἁγίας ἀποστόλου καὶ πρωτομάρτυρος Θέκλης (1), *συγγραφικῷ χαρακτῆρι*,

ΠΡΟΘΕΩΡΙΑ.

BASILII

EPISCOPI SELEUCIÆ ISAURIÆ,

In Commentarium de rebus gestis sanctæ apostoli ac protomartyris Theclæ, historico stylo ab ipso conscriptum,

PRÆFATIO.

Ἱστορία μὲν τὸ πονηθὲν ἡμῖν τοῦτο σύγγραμμα, A καὶ παλαιῶν ἔργων διήγησις, τῶν ὑπὸ τῆς μακαρίας Θέκλης τῆς ἀποστόλου καὶ μάρτυρος πραχθέντων· ἐξ ἑτέρας μὲν καὶ παλαιοτέρας ἱστορίας

230 Historia est hic liber a nobis elaboratus, rerumque jam olim a beata Thecla apostolo et martyre gestarum enarratio: ex alia quidem, eaque vetustiori memoria excerpta: ad exemplum tamen

PETRI PANTINI NOTÆ.

(1) *Πράξεις τῆς ἁγίας Θέκλης*. Crebra Theclæ in Menologiis, Horologiis, Euchologiis et historiis Græcorum mentio. Meminit et Gregorius Nazianzenus oratione in laudem Athanasii, et Exhortatione ad virgines, ad hæc oratione I in Julian. Apostat., et ad eumdem locum Elias Cretensis; præterea orat. 18, quæ est in laudem sancti Cypriani martyris; item carmine iambico de vita sua; Gregorius Nyssenus luculente oratione 14 in Cantica canticorum; Epiphan., hæres. 79, *Contra Collyridianos;* Chrysost. homilia 25 in Act. apost.; Damascen. in oratione de iis qui cum fide ex hac vita excesserunt; et inter Latinos Tertullianus lib. *De baptismo*, cap. 17; Ambros. epist. 7 et 81, et lib. II *De virginibus;* August. lib. XXX *Contra Faustum*, cap. 4; Sulpitius Severus dialog. II, cap. 14; Cyprian. Orat. pro martyribus, et Orat. sub diem passionis suæ; Fortunatus Pictaviensis episcopus diversis locis; copiose etiam Zeno Veronensis episcopus, et Ado Viennensis in suo Martyrologio, Aldelmus Balduinus lib. *De laudibus virginitatis*, cap. 15. Vide etiam *Bibliothecam* Sixti Senensis in *Paulo*, et lib. VI, annotat. 47, et præterea multos alios ab illustrissimo cardinale Baronio citatos tomo I *Annal.*, ad annum Christi 47, et in adnotationibus in Martyrologium Romanum die XXIII Septembris, ubi hunc commentarium ab odiosa apocryphi nota egregie vindicat.

illius ita concinnata, ut ejusdem velut vestigiis omnino insistat. Sciendum vero non eo nos hoc opus instituisse, quasi eadem, quæ quondam ab aliis dicta sunt, uberius, elegantius enucleatiusve oratione nos prosequi posse crederemus : sed partim, ut voto nostro, exiguum aliquid ac tenue, pro virium nostrarum facultate, eximiæ Dei Martyri (quæ qua est benignitate, etiam minima quæque boni consulit) consecrandi a nobis satis fieret : partim ut mandatum pii cujusdam viri, cujus in hoc ipso opere obiter mentionem fecimus, studiose expleremus. Rogatos **231** porro omnes cum præsentes, tum futuros forte an hujus scriptionis lectores cupimus, ut si quid forte in hisce uspiam de novo per nos additum (ut est profecto), nihil tamen extra scopum mentemque eorum, quæ veteres ejusdem historiæ auctores ea ipsa de re scriptis prodiderunt, a nobis allatum fuisse observent. Sensum enim ordinemque eorum, quæ martyrii tempore vel dicta, vel facta fuere, secuti, alio duntaxat compositionis (ut quod res est fateamur) et locutionis genere, laborem ab aliis jam ante susceptum, nostrum in usum convertentes, maximæ Dei martyri dedicavimus. Orationes autem seu conciones, prout res admittere videbatur, eidem martyri attribuentes, propriamque et aptam sermonis formam cuique personæ assignantes, priscum, nisi fallimur, illi decus atque ornamentum conciliavimus. Cæterum de Attica dicendi ratione, vetustatemque redolente dictione parum solliciti, uni veritati, perspicuitati, rerumque gestarum ordini observando, potissimum cogitationem intendimus, ut ne quod omnino dictum, factumve apostoli et martyris nostræ, quævo rursum aliis ob illam dicta factave fuerunt, ignoraretur.

A ἐκληφθεῖσα, κατ' ἴχνος δὲ αὐτῆς ἐκείνης συντεθεῖσα. Ἰστέον δὲ (1*), ὅτιπερ οὐχ ὡς ἐροῦντές τι πλέον, ἢ περικαλλέστερον, ἤγουν ἀκριβέστερον τῶν πάλαι ῥηθέντων, τὸν πόνον τοῦτον ἐνεστησάμεθα· ἀλλ' ὡς εὐχήν τε οἰκείαν ἡμῶν ἐκπληροῦντες· ὥστε τι καὶ τῶν ἡμῖν δυνατῶν τῶν μικρῶν καὶ εὐτελῶν ἀναθεῖναι τῇ μεγάλῃ μάρτυρι, καὶ τὰ μικρότατα ἀγαπώσῃ δι' ἀγαθότητα· ἔτι μὴν καὶ ἀνδρὸς εὐσεβοῦς ἐπίταγμα εἰς πέρας ἀγαγεῖν σπουδάζοντες, οὗπέρ που καὶ κατὰ τὴν συγγραφὴν ἀμωσγέπως ἐποιησάμεθα μνήμην. Παρατηρεῖν μέντοι ἀξιῶ τούς τε νῦν, τούς τε αὖθις ἴσως ἐντευξομένους τῷ συγγράμματι τούτῳ, ὡς εἴ τι καὶ περιττὸν ἐν τούτοις εἴρηται παρ' ἡμῶν (εἴρηται γάρ), ὡς οὐκ ἔξω τοῦ σκοποῦ τῶν πάλαι συγγραφέντων εἴρηται. Καὶ γὰρ τῇ διανοίᾳ καὶ B τάξει τῶν τότε λεχθέντων ἤτοι πραχθέντων, κατὰ τὸν τοῦ μαρτυρίου καιρὸν, ἀκολουθήσαντες, δι' ἑτέρας μόνον, ὡς εἰπεῖν, συνθήκης καὶ λέξεως τὸν ἄλλοις προπονηθέντα πόνον ᾠκειωσάμεθά τε καὶ ἀνεθέμεθα τῇ μεγίστῃ μάρτυρι. Προσυφήναντες δὲ αὐτῇ καὶ δημηγορίας κατὰ τὸ ἐνδεχόμενον, ἀρχαιότροπον αὐτῇ προσενείμαμεν, ὡς οἶμαι, κάλλος, μετὰ τοῦ καὶ τὸ οἰκεῖον καὶ ἁρμόζον ἑκάστῳ προσώπῳ φυλάξαι σχῆμα κατὰ τοὺς λόγους. Λέξεώς γε μὴν Ἀττικιζούσης, ἤτοι φράσεως ἀρχαϊζούσης ὀλίγα ἐφροντίσαμεν· μόνης δὲ τῆς ἀληθείας, καὶ σαφηνείας, καὶ τῆς ἐν τοῖς πράγμασι τάξεως ἐποιησάμεθα πρόνοιαν· ὡς μηδὲν ἀγνοεῖσθαι τὸ σύνολον τῶν ὑπὸ τῆς ἀποστόλου καὶ μάρτυρος ῥηθέντων πάλιν ἢ πραχθέντων, ἤτοι καὶ τῶν δι' αὐτὴν ὑφ' ἑτέρων ῥηθέντων πάλιν ἢ πρα- C χθέντων (2).

Herodotus Halicarnasseus, Thucydides Atheniensis, et si quis alius postea illos subsecutus, qui historias cum veteres, tum novas, litterarum monumentis tradiderunt, suapte animi inductione et cupiditate incitatos, ad suum quisque scriptionis laborem se accessisse profitentur. Ego autem et divina sæpius voce exstimulatus, et Achæi, viri, inquam, optimi ac sapientissimi, monitis impulsus, ad contexendam hanc apostoli et martyris Theclæ historiam me contuli. Non id adeo quod vererer, ne temporis diuturnitate sensim evanesceret (*sanctorum enim gesta stabilia, firma, et in omnem æternitatis memoriam duratura, tum ad nominis illorum gloriam, tum ad hominum in terris adhuc degentium utilitatem a Deo conservantur*), sed ut pio hoc studio memetipsum exornarem, et simul voto, quod pri-

Ἡρόδοτος μὲν ὁ Ἀλικαρνασεὺς, καὶ Θουκυδίδης ὁ Ἀθηναῖος, καὶ εἴ τις μετὰ τούτους γέγονε τῶν ἱστορίας παλαιᾶς ἢ νέας συγγεγραφότων, οἰκείᾳ ἔφασαν γνώμῃ τε καὶ προθυμίᾳ ἐπὶ τὸν οἰκεῖον ἕκαστος ἐληλυθέναι πόνον τῆς συγγραφῆς· ἐγὼ δὲ τὰ μὲν ὑπὸ θείας ὀμφῆς ἐρεθισθεὶς πολλάκις, τὰ δὲ καὶ ὑπὸ συμβουλῆς ἀνδρὸς ἀρίστου προτραπεὶς, Ἀχαιοῦ λέγω τοῦ παναρίστου καὶ σοφωτάτου, ἐπὶ τὴν τῆς ἀποστόλου καὶ μάρτυρος Θέκλης ἱστορίαν ἐλήλυθα. Οὐχ ὡς ἂν μὴ ἐξίτηλα, μηδὲ ἄδηλα τῷ μακρῷ χρόνῳ γένη- D ται (*βέβαια γὰρ ἀεὶ καὶ πάγια καὶ ἀθάνατα μένει τὰ τῶν ἁγίων ἔργα παρὰ Θεοῦ φυλαττόμενα, εἰς τε οἰκεῖον ἀεὶ κλέος, καὶ ἀνθρώπων τῶν ἐν γῇ ἔτι στρεφομένων ὠφέλειαν*), ἀλλ' ὡς ἂν ἡμεῖς τε αὐτοὺς τῷ ἱερῷ τούτῳ πόνῳ κοσμήσωμεν, καὶ ἣν πάλαι ὠδίνομεν εὐχὴν, ταύτην ἀποπληρώσωμεν,

PETRI PANTINI NOTÆ.

(1*) Vatic, C, Τοσοῦτον ἰστ.

(2) *Ῥηθέντων πάλιν ἢ πραχθέντων*. Inconcinne hæc ipsa verba statim repeti videntur. Proinde legere malim, τῶν ὑπὸ τῆς ἀποστόλου καὶ μάρτυρος, ἤτοι καὶ τῶν δι' αὐτὴν ὑφ' ἑτέρων ῥηθέντων ἢ πραχθέντων. Nihil tamen Vaticani codices, ab humanissimo doctissimoque viro D. Jacobo Sirmondo, ad nostrum exemplar comparati, hic variant.

Ab Onesiphoro acceptus. Hunc illum illustrissimus Baronius esse existimat, de quo Paulus epist. II ad Timotheum, c. I, vers. 16 : *Det misericordiam Dominus Onesiphori domui : quia sæpe me refrigeravit, et catenam meam non erubuit : sed cum Romam venisset, sollicite me quæsivit, et invenit. Det illi Dominus invenire misericordiam a Domino in illa die. Et quanta Ephesi ministravit mihi, tu melius nosti*. Item cap. IV, sub finem, ejusdem domum salutari jubet.

τόν τε ταῦτα ποιεῖν ἡμῖν διακελευσάμενον ἄνδρα, δῆλον καὶ τοῖς μετέπειτα ποιήσωμεν ἀνθρώποις. Ὥσπερ οὖν καὶ ὁ μακάριος καὶ θαυμάσιος Λουκᾶς φαίνεται πεποιηκὼς ἔν τε τοῖς θείοις Εὐαγγελίοις, ἔν τε τῷ περὶ τῶν ἀποστόλων συντάγματι, προτάξας[1] τὸν Θεόφιλον· ᾧ καὶ τὸν πάντα πόνον ἀνέθηκε τῆς θείας συγγραφῆς. Ἄρξομαι δὲ ὧδε τῆς παρθενικῆς ἱστορίας·

Τοῦ Θεοῦ Λόγου φύντος μὲν ἐκ Θεοῦ καὶ Πατρὸς ἄνωθεν, καὶ ἐξ ὅτουπερ ἦν ὁ Πατήρ· (οὐκ ἦν δὲ, ὅτε οὐκ ἦν ὁ Πατὴρ, ἀεὶ συνὼν τῷ Παιδί· καὶ γὰρ ἀεὶ συνυπῆρχον ἀλλήλοις, ὁ Πατὴρ τῷ Παιδὶ, ὁ Παῖς τῷ Πατρὶ, τὸ Φῶς τῷ Φωτὶ, τὸ ἀείζωον ὕδωρ τῇ ἀειζώσῃ πηγῇ·) φύντος δὲ καὶ σαρκωθέντος ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ ἀειπαιδος Μαρίας ἐπ' ἐσχάτων τῶν ἡμερῶν, καὶ φοιτήσαντος εἰς γῆν ἐπὶ σωτηρίᾳ τοῦ τῶν ἀνθρώπων γένους, διόπερ ἐγεγόνει καὶ ἄνθρωπος, συνέστη μὲν χορὸς τῶν ἀποστόλων ὑπ' αὐτοῦ Χριστοῦ, τὰ κατὰ τὴν γῆν ἔτι διαθεσμοθετοῦντος· ἐπεβλάστησαν δὲ καὶ ἐπώμβρησαν[2] αἱ τῶν μαρτύρων ἀγέλαι πολλαὶ καὶ ἀναρίθμητοι, μετὰ τὴν εἰς οὐρανοὺς ἄνοδον αὐτοῦ τοῦ Χριστοῦ. Πάλιν ἐν τούτῳ πάρεισι τῷ καιρῷ καὶ ἡ Θέκλα, οὐ μετὰ πολλοὺς μάρτυρας οὐδὲ μετὰ πολλάς· ἀλλὰ δευτέρα μὲν εὐθὺς μετὰ τοὺς ἀποστόλους, καὶ Στέφανον τὸν μάρτυρα, ὃν καὶ πρῶτον οἶδεν ὁ λόγος τῆς ἀληθείας· πρώτη δὲ πασῶν τῶν γυναικῶν. Ὥστε τὸν μὲν Στέφανον ἡγεμονεύειν τῶν ὑπὲρ Χριστοῦ καὶ διὰ Χριστὸν ἀγωνισαμένων ἀνδρῶν· τὴν δὲ Θέκλαν, τῶν γυναικῶν, ἐν ὁμοίοις διαγωνισαμένην[3] τοῖς ἄθλοις. Πάρεισι δὲ οὕτως·

Ὁ θεσπέσιος Παῦλος, ὢν μὲν Ἰουδαῖος τὸ ἐξ ἀρχῆς, καὶ διώκτης, καὶ τοῦ πατρῴου νόμου ζηλωτὴς, ὥς αὐτός πού φησιν[4]· ἀξιωθεὶς δὲ τοῦ θείου βαπτίσματος καὶ κηρύγματος, καὶ τοῦ εἶναι ἀπόστολος (τὸ δὲ, ὅπως, παρὰ τοῦ μακαρίου δεδιδάγμεθα Λουκᾶ), τοῦ ἀποστολικοῦ καὶ αὐτὸς εἴχετο δρόμου λοιπόν. Οὗτος τοίνυν ὁ Παῦλος διαθέων τὴν οἰκουμένην ἐπὶ κατηχήσει καὶ κλήσει καὶ σωτηρίᾳ τῶν ἐθνῶν, γίνεται καὶ κατὰ τὸ Ἰκόνιον, ὡς ἂν καὶ αὐτόθι κηρύξων τὴν ἀλήθειαν[5]. Πόλις δὲ αὕτη Λυκαονίας, τῆς μὲν ἑῴας οὐ πολὺ ἀπέχουσα, τῇ δὲ Ἀσιανῶν μᾶλλόν τι προσορμίζουσα[6], καὶ τῆς Πισιδῶν καὶ Φρυγῶν χώρας ἐν προοιμίῳ κειμένη. Ἐν ταύτῃ δὲ γεγονὼς, καὶ τῆς παρὰ Ὀνησιφόρου δεξιώσεως ἀξιωθεὶς, καὶ φιλοφρόνως ξεναγωγηθεὶς, γίνεται καὶ γείτων τῆς παρθένου Θέκλης· οὐ τοῦτο βουλόμενος, οὐδὲ πρὸς τοῦτο ἐπειγόμενος, ὑπὸ δὲ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὁδηγούμενος· ἵν' ἐκ τῆς τοιαύτης γειτνιάσεως καὶ μὴ ὁρώμενος ὁ Παῦλος διαπορθμεύσῃ τῇ παρθένῳ τὴν πίστιν, καὶ τῇ ὑπὸ τῷ ζόφῳ τῆς πλάνης ἔτι καθημένῃ κόρῃ διαπέμψῃ καὶ ὑπαυγάσῃ τὴν ἀκτῖνα τῆς εὐσε-

A dem parturieram, persoluto, viri illius famam, cujus jussu id operis aggressus sum, posteritatis memoriæ commendarem. Quemadmodum sane et a Luca, beato atque admirabili viro, tam in divinis Evangeliis, **232** quam in eo quem de apostolis edidit, libro; Theophili nomine præposito (cui etiam universum hunc sacræ scriptionis laborem dedicavit), factitatum fuisse constat. Sed virginis nostræ historiæ hoc deinceps initium esto:

Deo Verbo, ex Deo Patre, a principio, et jam inde, ex quo fuit Pater, genito (non autem fuit aliquando tempus, cum non esset Pater, semper una cum Filio exsistens: etenim ab omni æternitate alter cum altero, Pater cum Filio, Filius cum Patre, Lux cum Luce, perennis aqua cum perenni fonte B exsistebat), novissimis vero temporibus ex sancta Virgine et semper Virgine Maria nato, ac carnem induto, et in terram, pro humani generis salute, cujus causa etiam homo factus fuit, progresso, cœtus quidem apostolorum ab ipsomet Christo, in terra adhuc degente, eorumque quæ declaranda ac decernenda habebat, legem ac normam sanciente, est aggregatus: at post ejusdem in cœlos ascensionem, ingens atque adeo innumerabilis martyrum copia, gregatim enata, imbrium in morem, protinus affluxit. Qua ipsa tempestate sese offert et Thecla: non illa multos multasque post martyres; sed statim secunda ab apostolis et Stephano martyre: quem ut primum veritatis ratio inter viros agnoscit; C ita et hæc prima inter omnes mulieres: plane ut Stephanus virorum, qui pro Christo certamen subierunt, dux sit; Thecla vero mulierum, quæ in eodem dimicationis genere decertavere, locum obtineat principem. Offert, inquam, se Thecla hoc pacto.

Divinus Paulus, Judæus quidem initio, et persecutor[d], patriæque legis ut quodam loco ipse ait, æmulator[e], ad sacrum vero baptismi et prædicationis atque apostolatus dignitatem admissus, ut a beato Luca edocti accepimus[f], ipse quoque apostolicum cursum deinceps tenuit. Hic igitur pro gentium institutione, vocatione ac salute, terrarum orbem percurrens, Iconium denique pervenit, veritatem ibi quoque promulgaturus. Urbs ea est D Lycaoniæ, ab oriente non procul distans: Asiam tamen versus magis accedens, et in ipso Pisidarum Phrygumque regionis aditu sita. In qua cum jam constitisset, perhumaniter ab Onesiphoro acceptus, **233** amicissimoque illius hospitio usus; contigit ut vicinus Theclæ virginis fieret; non voluntate sua, aut studio aliquo ad illam rem adhibito, sed Spiritu sancto illum eo ducente: ut hac vicinitatis occasione oblata, nec visus Paulus fidem virgini transmitteret; eique in erroris et inscitiæ adhuc tenebris versanti accensum pietatis lumen porrigeret. Quod sane evenit. Simul atque enim in ædibus Onesiphori

[d] Act. XXII, 43. [e] Galat. I, 14. [f] Act. IX, 18.

[1] προστάξας V. C. [2] V. C. ἐπώμβρησαν. [3] f. διαγωνισαμένων. [4] ὁ Παῦλος V. C. [5] εὐσέβειαν V. C. [6] προσεγγίζουσα V. C.

ab illo doceri cœptum esset, et frequentes ejusce rei gratia congregati auscultarent; Virgo stirpe nobili, et parentibus, generis splendore, divitiis ac formæ dignitate maxime gloriantibus nata, quæque jam ætate nubilis, multos sæpenumero adolescentes locupletes in sollicitudinem et rixas concitasset (*quales inter rivales, copiosos adolescentes, quibus cupido incessit uxorem ducendi, puellam quampiam oris venustate eximiam lectissimamque, commoveri fere solent*) Thamyride nihilominus, in gratiam matris Theocleæ [1], cæteris omnibus, qui tum in illa urbe florebant, opibus affluentiore, atque aliis partibus superiore, familiarius præ reliquis usa; prorogato tamen adhuc et extracto nuptiarum die; ad quamdam domus fenestram alteri quæ in Onesiphori erat ædibus proximam accedit: et Pauli voce utcunque excepta, primum quidem ad illam, utpote peregrinam, et eatenus insuetam, obstupefacta (sic Christo statuente, ut hac potissimum ratione tantæ virgo præstantiæ velut venatione caperetur), tum paucula quædam verba sacræ concionis vixdum inaudiens, statim animo morsa, fenestræ, quasi clavis quibusdam adamantinis, ita sermonibus Pauli confixa, adhæsit.

Quales vero et quinam hi Pauli sermones.

« Viri, qui me de rebus novis nec opinatis externum oratorem verba facturum audituri convenistis; nova plane, nec opinata in medium afferam: at certe divina et salutaria; quæque non ab alio accepi quam ab ipsomet Deo Verbo, qui ex humana forma et natura procreatus, et in terra conspectus, hæc eadem angelicæ cœlestisque vitæ præcepta nobis tradidit. Ut beatus ille, verusque **234** divini Numinis contemplator, qui animam suam puram et integram, atque in malis, quibus hominum vita exposita est, ab omni perturbatione liberam conservavit: utque item ille beatus, qui carnem suam fœdissimis voluptatibus non prodidit; utpote perpetuo Dei aspectu, citra ullum impedimentum, ipse quoque perfruiturus: ita non minus ille etiam beatus censendus est, qui communi licet naturæ lege natus, quasi omnino natus non esset, vitam caste, et sine ulla turpitudinis labe, transegit; quique ejusdem vitæ usuram ad solas res honestissimas ac Deo gratissimas, non autem ad pessimas ipsique invisas adhibuit. Atque etiam illud præstantissimum esse aio, et ad eamdem beatitudinem comparandam valere plurimum, nuptias quidem inire, thalamumque connubialem (Deo scilicet id etiam jubente) figere: at in tantum rei uxoriæ operam dare, quantum procreandæ exinde proli, et parentum loco in vitam substituendæ, satis sit; nihilque a morum gravitate illorum, qui virginitatem colunt, discrepare. Rursus ex æquo beatitudinis

A θείας. Ὃ δὴ καὶ γεγένηται. Ὡς γὰρ ὁ μὲν ἐδίδασκε κατὰ τὴν ἑστίαν τοῦ Ὀνησιφόρου, πολλοὶ δὲ ἠκροῶντο, ἐπ' αὐτό τε τοῦτο καὶ διὰ τοῦτο συλλεγέντες· ἡ παρθένος εὐπατρίδις τε οὖσα τὸ ἐξ ἀρχῆς, καὶ τῶν ἄγαν ἐπ' εὐγενείᾳ καὶ πλούτῳ καὶ κάλλει σεμνυνομένων, ἤδη δὲ καὶ ὥραν ἔχουσα γάμου, καὶ πολλοῖς μὲν πολλάκις τῶν εὐδαιμόνων καὶ νέων κινήσασα φροντίδας καὶ ἔρεις (*ὑπὲρ ὧν εὐδαίμοσι καὶ νέοις, καὶ τὴν καλλίστην καὶ βελτίστην ἄγεσθαι βουλομένοις, ἀεὶ κινεῖσθαι φιλοῦσι φροντίδες καὶ ἔριδες* [2]), προσομιληθεῖσα δ' οὖν ὅμως τῷ Θαμύριδι, διὰ τῆς μητρὸς Θεοκλείας, ἀνδρὶ τῶν, ὁπόσοι [3] τὴν πόλιν ἐκείνην ἦσαν εὐδαίμονες, εὐδαιμονεστέρῳ τε καὶ τ' ἄλλα κρατοῦντι τῶν ἄλλων ἁπάντων· ἔτι δὲ ἐν ὑπερθέσει καὶ ἀναβολῇ τῆς
B νυμφοστολίας οὔσης, πρός τινι γίνεται τῶν κατὰ τὴν ἑστίαν θυρίδων ἡ παρθένος, πλησίον οὔσῃ καὶ αὐτῇ θυρίδος ἑτέρας, τῆς κατὰ ἑτέραν οἰκίαν ὑπαρχούσης, τὴν τοῦ Ὀνησιφόρου· καί πως ἀκούει τῆς Παύλου φωνῆς, καὶ τὴν ἀρχὴν κατεπλάγη, ὡς ἂν ξένης καὶ ἀήθους ἀκούσασα τῆς φωνῆς· οὕτω τοῦ Χριστοῦ βουληθέντος, ἵν' οὕτω μάλιστα τὸ τοσοῦτο ζωγρηθείη καλόν· καί τινων λόγων ὑπαισθομένη τῆς θείας ἀκροάσεως, ἐδήχθη μὲν εὐθὺς τὴν ψυχὴν ὑπὸ τῶν ῥημάτων, προσπήγνυται δὲ τῇ θυρίδι καθάπερ ὑπ' ἀδαμαντίνων ἥλων τῶν τοῦ Παύλου λόγων.

Ποῖοι δὲ καὶ τίνες οἱ τοῦ Παύλου λόγοι [4].

« Ἄνδρες, οἳ ξυνεληλύθατε μὲν ὥς τι ξένον ἀκουσόμενοι καὶ παράδοξον παρ' ἐμοῦ τοῦ ξένου δημη-
C γόρου· ἐρῶ δὲ ξένα μὲν ἀληθῶς καὶ παράδοξα, θεῖα δ' οὖν ὅμως, καὶ σωτήρια, καὶ ἃ παρ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου δεδίδαγμαι, τοῦ ἐξ ἀνθρωπίνης μορφῆς καὶ φύσεως καὶ τεχθέντος, καὶ εἰς γῆν ὀφθέντος, καὶ τὴν ἀγγελικὴν ἡμᾶς ταύτην καὶ οὐράνιον πολιτείαν ἐκπαιδεύσαντος. Ὡς μακάριστος μὲν ἐκεῖνος καὶ Θεοῦ γνήσιος θεωρὸς, ὁ τὴν αὐτοῦ ψυχὴν εἰλικρινῆ, καὶ ἀμιγῆ, καὶ ἀθόλωτον ἐκ τῶν ἀνθρωπίνων τούτων διατηρήσας κακῶν· μακάριστος δ' αὖ πάλιν κἀκεῖνος, ὁ ταῖς αἰσχίσταις τῶν ἡδονῶν τὴν ἑαυτοῦ σάρκα μὴ καταπροδοὺς, ὡς τὸν Θεὸν ἐσαεὶ καὶ αὐτὸς ἀκωλύτως ὀψόμενος· οὐδὲν δὲ ἧττον μακάριστος καὶ ὁ τεχθεὶς μὲν φύσεως νόμῳ, ὡς δὲ μηδὲ ὅλως τεχθεὶς, καθαρὸς καὶ ἀκηλίδωτος τὸν βίον παραδραμὼν, καὶ τοσοῦτον τῷ βίῳ μόνον χρησάμε-
D νος, ὅσον χρήσασθαι μὲν τοῖς καλλίστοις καὶ Θεῷ ἀρέσκουσι, μὴ χρήσασθαι δὲ τοῖς κακίστοις καὶ λυποῦσι Θεόν. Κάλλιστον δὲ εἶναί φημι κἀκεῖνο, καὶ τῆς αὐτῆς μακαριότητος πρόξενον, τὸ τὸν μὲν γάμον αἱρεῖσθαι, καὶ πηγνύναι γαμηλίους παστάδας, ὡς καὶ Θεοῦ τοῦτο κελεύσαντος· τοσοῦτον δὲ κεχρῆσθαι ταῖς γυναιξὶν, ὅσον τοὺς ἐξ αὐτῶν καὶ ἀντ' αὐτῶν παρέξειν τῷ βίῳ· τῇ μέντοι γε σεμνότητι τῶν ἐν παρθενίᾳ μηδὲν διαλλάττειν. Τῆς ἴσης δὲ αὖ πάλιν κἀκείνους μετέχειν φαίη τις ἂν μακαριότητος, τοὺς αἰδοῖ καὶ φόβῳ τοῦ Θεοῦ ἐπιμελουμένους μὲν τῆς τῶν ψυχῶν καὶ σωμάτων ἁγνείας, ἐπιμελουμένους

[1] Theoclea mater Theclæ male aliis Tocchia vocata. [2] ἔρεις V. C. [3] f. deest vocula κατά. [4] Ante hanc orationem erat in V. C. titulus novi capitis : Δημηγορία Παύλου περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως.

δὲ τῆς ἀκηράτου καὶ πάντα ἀρίστης παρθενίας, καὶ A τὸν τῶν ἀγγέλων ἐπὶ γῆς βίον ζηλοῦντας· ὡς ἂν καὶ αὐτοὺς τῆς αὐτῆς πάντως μεθέξοντας ἀπαθείας καὶ λήξεως. Πολλῷ δὲ ἔτι καὶ μᾶλλον καὶ πλέον ἥγημαι μακαρίους, τοὺς καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ βαπτίσματος χάριν σώαν καὶ ἀκέραιον φυλάξαντας, καὶ τὸ ἔνδυμα τοῦ Χριστοῦ δι' αἰσχρῶν ἔργων ἢ λόγων μὴ μολύναντας [1]· ἀλλ' οἷον παρέλαβον τὴν ἀρχὴν, τοιοῦτο καὶ μέχρι τέλους τηρήσαντας. Ἔτι γε μὴν ζηλωτοὺς κἀκείνους εἶναι νενόμικα, τοὺς τῆς τῶν δεομένων καὶ πτωχῶν [αν] ἐνδείας φροντίζοντας, καὶ τὸν ἴσον ἔλεον παρὰ τοῦ μεγίστου Θεοῦ θηρωμένους. Πρὸς ἐπὶ τούτοις δὲ πᾶσι, χρὴ τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν καὶ εὔνοιαν ἀμείωτον, ἀσάλευτον, ἀκλινῆ, ἀμετάπτωτον, καὶ ἄπταιστον φυλάττειν ἀεί. Ὡς τῆς γε τῶν ἀρετῶν κορυφῆς ἀκλινῶς καὶ ἀμεταπτώτως ἐχούσης ἀεὶ, καὶ B τὸ πᾶν σῶμα τῆς εὐσεβείας ὑγιῶς τε ἕξει, καὶ ἀπόνως εὐθυπορήσει πρὸς οὐρανὸν, καὶ τῆς αὐτόθι μεθέξει λοιπὸν βασιλείας, καὶ δόξης, καὶ λήξεως, καὶ τῶν θείων ἐκείνων καὶ ἀκηράτων ἀπολαύσει στεφάνων καὶ ἄθλων· ὧν ὁ μὲν ἐπιτυχὼν μακαριστότατος [2], ὁ δὲ διαμαρτὼν ἐλεεινότατός που, καὶ τῶν ἐν ᾅδου κολάσεων ἀληθῶς ἄξιος. »

participes esse quis dixerit, qui divini Numinis reverentia ac metu, cum animarum corporumque puritati, tum inviolabili præstantissimæque virginitati operam navant; angelorum in terra vitam æmulati, eumdem plane cum ipsis statum nullis perturbationibus obnoxium participaturi. Ad hæc multo etiam beatiores censeo illos, qui acceptum baptismatis donum, illæsum integrumque conservarunt, neque ulla Christi vestem actionum verborumve obscenorum macula asperserunt, sed qualem initio acceperant, talem in finem usque custodierunt. Quin et illorum conditionem imprimis optandam judico, qui curam in sublevanda egentium hominum et mendicorum inopia ponentes, parem a Deo maximo misericordiam sibi venantur. Ad hæc omnia, fidem, quæ in Christum est, atque amorem omni tempore non imminutum, aut fluctuantem, sed immobilem, stabilem, inoffensumque tenere necesse est. Quippe hoc virtutum velut culmine firmiter atque constanter sese habente, universum pietatis deinceps corpus incolume erit, et nullo negotio recta in cœlum iter capesset, ejusque deinceps regni, gloriæ et quietis particeps, perfruetur. Hæc qui nactus fuerit, beatissimus; divinis illis et immortalibus coronis præmiisque qui vero illis exciderit, omnium miserrimus est, et suppliciis inferni jure dignissimus. »

Ἀλλ' ὁ μὲν θεσπέσιος Παῦλος τοιαῦτα καὶ λέγων καὶ συμβουλεύων τοῖς ἐκεῖ παροῦσι τῶν πολιτῶν ἐφαίνετο· ὥστε καὶ τῶν ἀκροωμένων ἕκαστον, εἴτε ἀνδρῶν, εἴτε γυναικῶν, εἰς πολλὴν καὶ ἄπειρον ἐπι- C θυμίαν τῶν ὑπὲρ τῆς εὐσεβείας λόγων ἐνάγειν, ὡς καὶ περιῤῥεῖσθαι μὲν ὄχλῳ πολλῷ τὸ δωμάτιον, περιῤῥεῖσθαι δὲ τὸν στενωπὸν ἐκεῖνον ὑπ' ἀνδρῶν ὁμοίως καὶ γυναικῶν, ἤδη δὲ καὶ παιδαρίων καὶ γερόντων· πάντας δὲ ὑφ' ἡδονῆς ἐπιλελῆσθαι μὲν ποτοῦ καὶ σιτίων, ἐπιλελῆσθαι δὲ τῶν οἴκοι καὶ τῶν ἐπ' ἀγορᾶς ἔργων, μόνης δὲ ἐξηρτῆσθαι τῆς Παύλου γλώττης καὶ διδασκαλίας. Ἡ δὲ παρθένος ἔμενε μὲν ἐπὶ τῆς ἑστίας ἔτι, καὶ τῆς φιλτάτης εἴχετο θυρίδος· ἡ γὰρ αἰδὼς τῆς ἡλικίας, καὶ τὸ νόμον εἶναι ταῖς ἔτι παρθένοις *μὴ θυραυλεῖν, ἀλλ' ἔνδον ἠρεμεῖν*, ἦγχεν ἔτι τὴν καλὴν ἐπιθυμίαν, καὶ μένειν ἔπειθεν ἔνδον· δυσανασχετοῦσαν μὲν καὶ σχετλιάζουσαν, ὅ τι δὲ πράξοι τέως οὐκ ἔχουσαν. Τῶν μέντοι παρόντων καὶ ἀκροωμένων, ἡ μὴ παροῦσα, μηδὲ θεωμένη τὸν D Παῦλον, μᾶλλον τῶν Παύλου λόγων ἐδράττετο, καὶ ἀπρὶξ εἴχετο τῆς θυρίδος, ὡς ἂν καὶ τὴν φιλτάτην αὐτῇ διακονούσης φωνὴν, καὶ κατὰ μηδὲν λείπεσθαι ποιούσης αὐτὴν τῶν αὐτῶν [3] θεωμένων καὶ περιεστηκότων τὸν Παῦλον. Οὕτω δὲ τῆς κόρης ἐμβριθῶς ἐχούσης καὶ καρτερικῶς, μηδὲ ὅσον ἀνεχομένης [4] ἀποστῆναι μὲν τῆς θυρίδος, μετασχεῖν δὲ ποτοῦ καὶ τροφῆς, καλλῦναι δὲ, καὶ ἧπερ ἔθος ταῖς κόραις, τὰ ἠμελημένα τοῦ σώματος ἃ [5] ἐσθῆτι καὶ μύρων ἀλοιφαῖς, καὶ χρωμάτων ὑπογραφαῖς, καὶ τριχῶν ἐμπλοκαῖς, ἐλύπει τοῦτο τὴν Θεόκλειαν, ἣν καὶ μητέρα οἶδεν ὁ λόγος τῆς κόρης, καὶ πρὸς ὑποψίαν καὶ

235 Atque hæc talia quidem divinus Paulus coram civibus, qui tum aderant, dicere et suadere visus est, adeoque auditores omnes, tam viros quam mulieres plurimo immensoque sermonis, qui de pietate erat, studio inflammare, ut ædes jam magno hominum concursu undique affluerent, et angiportus ibidem undanti virorum, feminarum, puerorum ac senum numero compleretur: omnesque cibi, et potus, præ voluptate obliviscentes, resque domesticas et forenses neglectui habentes, a sola Pauli voce atque doctrina omnino penderent. Virgo interea adhuc domi manens, gratissimæ sibi fenestræ adhærescebat: verecundia enim ætatis, et quod lege receptum sit, *ne virgines foras prodeant, sed quiete intra domum se contineant*, generosum animi illius impetum adhuc coercebat, atque intus manere monebat; graviter tamen id molesteque ferentem ac lamentantem, et quidnam facto opus esset, eousque ambigentem. Atqui plus tamen his omnibus, qui aderant et auscultabant, hæc nec una præsens, nec Paulum adeo cernens, verba ipsius comprehendebat; neque a fenestra arcte insessa ullo modo divellebatur: ut quæ jucundissimam sibi vocem subministraret; efficeretque, ne quid ipsa minus omnino haberet cæteris omnibus, qui Paulum circumstantes intuebantur. Virgine autem tam graviter sese patienterque gerente; neque vel tantillum a fenestra discedere sustinente, ut vel cibum potumque sumeret: et neglecta corporis membra, ut puellarum mos est, vestitu, unguentorum aspersione, fuci inductione,

[1] μολύνοντας V. C. [2] V. C. μακαριώτατος. [3] αὐτόν V. C, sed f. αὐτῶν τῶν. [4] οὕτως ἀνεχ. V. C. [5] f. ἅτε Vat. tamen cc. τὸ ἃ præferunt, forte superflue.

et capillorum compositione exornaret; magnum inde Theoclea (quo nomine matrem virginis, historia agnoscit) dolorem accepit; eique illa ipsa res suspicionem minime probam, metumque injecit. Nam quod omnia vitæ necessaria atque jucunda aversata, tanta animi incitatione in peregrinum hominem ferretur, non injuria rei ignaris sequius de ipsa cogitandi ansam præbebat. Quare quam citissime mater Thamyrim arcessit: quod ipse solus servatam sibi virginem flexurus, et ab instituto avocaturus videretur. « Plerumque enim amor quidam iis ingenerari consuevit, ante congressum adhuc amplexumque, qui sola adhuc verborum sponsione invicem tenentur: amatque puellam adolescens, quam nec unquam attigit; et vicissim puella adolescentem: et **236** cum eo ante thalamum torumque nuptialem, tanquam cum marito (cum quo tamen nondum consuevit) familiariter colloquitur: nuptiisque adhuc prolatis, voluptas tamen interim et suavis quædam oblectatio cogitationi utriusque subrepit; cum ante diem lecti genialis, de iis inter se rebus sermones serunt, de quibus, postquam ille advenit, tractare par est. » Venit itaque Thamyris arcessitus, eadem, quæ spe præceperat, somnians, eoque incitatius properans: festinationem tamen suam, cum quæ non exspectaverat reperisset, nimirum incusans. Protinus enim hujusmodi ad illum Theoclea sermonem habuit:

A δειλίαν ἐνῆγεν οὐ καλήν. Τὸ γὰρ ἐπτοῆσθαι μὲν οὕτω περὶ τὸν ξένον, ἀπεστράφθαι δὲ πάντα τά τε ἀναγκαῖα καὶ τερπνὰ τοῦ βίου, οὐκ ἀγαθὴν ἔτι τοῖς ἀπείροις τοῦ πράγματος εἰκότως ἐνεποίει τὴν ὑπόνοιαν. Ὅθεν καὶ, ὡς εἶχε τάχους, ἡ μήτηρ πέμπει πρὸς τὸν Θάμυριν, ὡς ἂν ἐκείνου δυνησομένου μόνου μεταπεῖσαι καὶ μεταγαγεῖν τὴν αὐτῷ φυλαττομένην κόρην. Καὶ γὰρ καὶ πρὸ τῆς συμπλοκῆς καὶ μίξεως, ὡς τὰ πολλὰ, πέφυκέ τις ἔρως ἐντίκτεσθαι τοῖς καὶ ἐκ λόγων τέως ἁρμοσθεῖσι μόνον· καὶ ἐρᾷ μὲν τῆς κόρης ὁ νέος, ἧς μηδέπω ἐν πείρᾳ γεγένηται· ἐρᾷ δὲ ἡ νέα τοῦ κόρου [1], καὶ πρὸ τοῦ θαλάμου καὶ τῆς παστάδος, ὡς ἀνδρὶ λοιπὸν τῷ μηδέπω συναφθέντι διαλέγεται. Καὶ τῶν γάμων ἔτι μελλόντων ὑφέρπει τις ἡδονὴ καὶ χαρίεσσα τέρψις τοὺς B ἑκατέρων λογισμούς· καὶ πρὸ τῆς εὐνῆς, οἷάπερ εἰκὸς, τὰ μετὰ τὴν εὐνὴν διαλέγονται. Ἧκε τοιγαροῦν ὁ Θάμυρις ὡς μεταπεμφθεὶς, ὀνειροπολῶν μὲν ἅπερ καὶ ἤλπιζε, καὶ διὰ τοῦτο θέων συντόνως· εὑρὼν δὲ ἅπερ οὐκ ἤλπιζε, καὶ διὰ τοῦτο τῷ τάχει μεμψάμενος. Καὶ γὰρ εὐθὺς ἡ Θεόκλεια τοιούτοις πρὸς αὐτὸν ἐχρήσατο λόγοις·

« Pudor mihi verba, mi Thamyri, lacrymæque præripiunt; et priusquam eloquor, erubesco; quippe injuriam earum rerum, quas contra filiam meam tibi edisseram, omnino non ferens. Audi nihilominus, audi me tamen, invito licet animo infelicitatis meæ damna commemorantem. Tua Thecla, vota nostra, quamque de ipsa exspectationem conceperamus, prorsus fefellit: et me quidem matrem contemnit, et te sponsum despicit, quæque ex re familiæ hujus erant scire, nihil quidquam pensi habet; peregrini cujusdam impostoris ac nebulonis amore capta, qui vicinas has ædes, in exitium domus nostræ occupavit: ut raptam, tanquam ex pistrino aut prostibulo quopiam captivam secum abducat. Proinde matura, mi Thamyri, atque prævertere; et quæ jam alium in oculis fert, ex illius manibus extorque, et nobis restitue; tuoque et meo generi antiquam felicitatem conserva: ne infamis fabula effecti, hominibus pessime de nobis loquendi materiam demus. Cæterum mollibus et assentatoriis ad ipsam verbis utere; mentisque ejus concitatam ac rigidam feritatem adulandi artificio, tanquam oleo emolli: præfidens enim et obduratus animus violentia superari nequiverit; sed suadela quadam potius et verborum lenitate mitigari. Urbane igitur et blande eam adeas: pellicies fortassis in tuam sententiam, et in pristinam libertatem, vitæque institutum, modestiamque ac pudorem puellis ac virginibus dignum revocabis. » Hæc dicente Theoclea, et cum gemitu obtestante, æstuare evestigio Thamyris, vertigine corripi, oculis caligare; ex immensa lætitia, ad summum

« Φθάνει μέν μου τοὺς λόγους ἡ αἰδὼς, ὦ Θάμυρι, καὶ τὰ δάκρυα, καὶ πρὸ τῶν ῥημάτων αἰσχύνομαι· τὴν, ἐφ' οἷς ἐρεῖν μέλλω, κατὰ τῆς ἐμῆς παιδὸς ὕβριν μὴ φέρουσα. Ἄκουε δ' οὖν ὅμως καὶ μὴ παρὰ C βουλομένης λέγειν τὴν συμφοράν. Καὶ γὰρ ἡ σὴ Θέκλα τῶν [μὲν] [2] ἡμετέρων ἐπ' αὐτὴν εὐχῶν καὶ ἐλπίδων ἔξω γεγένηται, καὶ ὑπερορᾷ μὲν ἐμοῦ τῆς μητρὸς, ὑπερορᾷ δὲ σοῦ τοῦ μνηστῆρος· τὰ δὲ κατὰ τὴν οἰκίαν ταύτην οὐδ' ὅλως ἐπίστασθαι θέλει· ἐρᾷ δὲ ξένου τινὸς καὶ ἀπατεῶνος καὶ πλάνου, καὶ τὴν γείτονα ταύτην οἰκίαν ἐπὶ κακῷ τῆς ἡμετέρας οἰκίας κατειληφότος· ἵν' αἰχμάλωτον ταύτην ἀπέλθῃ λαβὼν, καθάπερ ἐκ μυλῶνος ἢ τέγους τινός. Ἐπείχθητι τοιγαροῦν καὶ φθάσον, ὦ Θάμυρι, καὶ τὴν πρὸς ἕτερον ἤδη βλέπουσαν ἀφάρπασον μὲν τῶν ἐκείνου χειρῶν, ἀνακάλεσαι δὲ πρὸς ἡμᾶς πάλιν, καὶ τῷ σῷ καὶ ἐμῷ γένει τὴν ἀρχαίαν εὐδαιμονίαν φύλαξον· μὴ γενώμεθα μῦθος αἰσχρὸς, καὶ διήγημα D κάκιστον τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει. Ἁπαλοῖς μέντοι γε καὶ θωπευτικοῖς τοῖς πρὸς αὐτὴν χρῆσαι λόγοις, καὶ καθάπερ ἐλαίῳ τινὶ τῇ κολακείᾳ τὸ τῆς ψυχῆς αὐτῆς ἀτενὲς [3] καὶ θυμούμενον μάλαξον. Βίᾳ μὲν γὰρ οὐκ οἶδεν εἴκειν ποτὲ τὸ αὐθάδες τοῦτο καὶ ἀπεσκληκὸς [4] τῆς γνώμης, πειθοῖ δὲ μᾶλλον χαλᾶσθαι καὶ τοῖς μαλάσσουσι τῶν λόγων. Πρόσελθε τοίνυν αὐτῇ χαριέντως καὶ θωπευτικῶς· καὶ ἴσως ἕλξεις μὲν αὐτὴν πρὸς ἑαυτὸν, ἐπανάξεις δὲ πρὸς τὴν ἄνωθεν ἐλευθερίαν καὶ τάξιν, καὶ τὴν παρθένοις καὶ κόραις ἁρμόττουσαν αἰδῶ καὶ σωφροσύνην. Ταῦτα λεγούσης τῆς Θεοκλείας καὶ ποτνιωμένης, ἰλίγγου μὲν εὐθὺς καὶ σκοτοδινίας [5] ἐπληρώθη ὁ Θάμυρις, καὶ πρὸς ἄμετρον λύπην ἐξ ἀμέτρου χα-

[1] V. C. κούρου. [2] deest. V. C. [3] ἀσθενές V. C. [4] ἀπεσκλικός V. C. [5] σκοτοδείνης. V. C.

ἧς ὑπενόστησε. Προσῆλθε δὲ οὖν ὅμως τῇ παρθένῳ, κατηφὴς καὶ περιδεὴς καὶ περίδακρυς, ὅ τι μὲν καὶ φθέγξοιτο πρὸς αὐτὴν τέως ἀπορῶν, μόλις δέ ποτε τῆς λύπης ἀνενεγκὼν, τοιαῦτά φησι πρὸς αὐτήν·

« [1] Ἀπορῶ μὲν ὅθεν ἀρξαίμην τῆς πρὸς σὲ διαλέξεως, κόρη, καὶ πάντων ἐμοὶ φιλτάτη. Καὶ γὰρ τουτὶ τὸ παρὰ σοῦ πραττόμενον νῦν εἰς ἀμηχανίαν περιέστησε μὲν ἐμὲ, περιέστησε δὲ μητέρα σήν. Οὔτε γὰρ τῶν σῶν ἠθῶν καὶ τρόπων, οὔτε τῆς σῆς αἰδοῦς ἄνωθεν καὶ σεμνότητος, ταυτὶ τὰ παρὰ σοῦ γινόμενα νῦν. Ἐπήρεια δὲ, ὡς οἶμαι, σκαιοῦ τινος καὶ πονηροῦ δαίμονος, πειρωμένου παρατρέψαι σε μὲν ἐκ τοῦ καθήκοντος λογισμοῦ, ἀνατρέψαι δὲ τὴν ἄνωθεν τῆς οἰκίας εὐδαιμονίαν, περιάψαι δὲ πᾶσιν ἡμῖν αἰσχρὰν λοιδορίαν, ἀντ' εὐφημίας καλλίστης. Ὅμως καὶ νῦν πείσθητί μοι τῷ σῷ Θαμύριδι. Καὶ γάρ εἰμι σός· καὶ εἰ μηδέπω τῷ γάμῳ, τῷ νόμῳ λοιπὸν καὶ ταῖς ἐπὶ σοί μοι γεγενημέναις συνθήκαις. Καὶ ἀπόστηθι μὲν ταυτησὶ τῆς θυρίδος· ἀπόστηθι δὲ τοῦ τὴν ἀκοὴν παρέχειν τῷ ξένῳ τούτῳ καὶ ἀλήτῃ, καὶ οὐκ οἶδ' ὅπως ἐπεισφθαρέντι [2] κατὰ τὴν πόλιν ταύτην· μήπου τις καὶ λόγος ἄτοπος ῥυῇ περὶ σοῦ· ὡς ἄρα ἡ παῖς μὲν τῆς σεμνῆς Θεοκλείας, μνηστὴ δὲ τοῦ Θαμύριδος, πρώτη δὲ τῆς πόλεως, ὁμοῦ [3] πάντων ὑπεριδοῦσα, καὶ πλούτου, καὶ γένους, καὶ μητρὸς, καὶ τῶν σεμνῶν τοῦ γένους διηγημάτων, ἔτι γε μὴν καὶ τῆς ἄνωθεν τροφῆς καὶ παιδεύσεως, προσεῤῥύη ξένῳ τινὶ καὶ ἀλήτῃ, καὶ γέγονε τὸ σεμνολόγημα τῆς πόλεως, ἑνός τινος αἰχμαλώτου καὶ πελάτου παίγνιον. Καὶ προσᾴδει μὲν ἐκεῖνος πρός τινι θυρίδι καθήμενος· ἑάλωκε δὲ τοῖς ᾄσμασιν ἐκείνη, καὶ αὐτὴ θυρίδος ἐπειλημμένη τινός· καὶ περιφρονεῖται μὲν ἡ μήτηρ παραινοῦσα, καὶ πᾶσαν ὥραν προσλιπαροῦσα· περιφρονεῖται δὲ ὁ μνηστὴρ, καὶ μετ' ὀλίγον ἀνὴρ, νουθετῶν καὶ δεόμενος· ὅλη δέ ἐστιν ἐκείνου καὶ τῶν ἐκείνου λόγων καὶ δολερῶν ἰύγγων. Φθάσον τοιγαροῦν, ὦ φιλτάτη, καὶ φύγε τοιαύτας διαβολὰς καὶ λοιδορίας, καὶ ἀπόστησον τῆς μιαρᾶς ἐκείνης φωνῆς τὴν σὴν ἀκοὴν ἐπίπροσθεν δὲ τῆς ἀπατηλῆς ταύτης καὶ ξένης ἡδονῆς ποίησαι τὴν οἰκείαν αἰδῶ καὶ σωφροσύνην, κατάλιπε λοιπὸν καὶ τὴν θυρίδα ταύτην· τόπον οὔτε πρὸς ἐλευθέρας καὶ κόρης ὄντα, καὶ οὐκ ἀγαθῆς φήμης πάντως ἐσόμενόν σοι πρόξενον. Εἰ δέ σοι μὴ φορτικὸν, ὡς ἔτι παρθένῳ, νομισθείη τὸ ῥῆμα, καὶ τὸν πολύευκτον ἤδη περαίνωμεν γάμον, σὺν εὐμενεῖ τῷ δαίμονι. » Τούτοις μὲν καὶ τοιούτοις ἔτι πλείοσιν ἐχρήσατο λόγοις ὁ Θάμυρις, συνικετευούσης ἅμα καὶ τῆς Θεοκλείας, καὶ πεισθῆναι τὴν παῖδα βιαζομένης, προβαλλομένης ἅμα καὶ μαστὸν καὶ πολιὰν, καὶ μὴ καταισχῦναι ταῦτα δεομένης τῷ παραλόγῳ τούτῳ νοσήματι. Ἡ μέντοι γε παρθένος μηδὲ ὅλως τι παραδεξαμένη τῶν λόγων τούτων, πρὸς τὴν Παύλου μόνην [4] ἀπεστήρικτο φωνήν· μηδ' ὅσον προσβλέψαι τὸν Θάμυριν ἀνασχομένη, μηδὲ τῇ μητρὶ δοῦναι παραινούσῃ τὴν

A quemdam acerbissimumque mœrorem traductus. Accessit tamen virginem tristi ac demisso vultu, pavens et illacrymans, et quidnam dicturus esset interim **237** ambigens. Vix tandem vero a dolore respirans, ejusmodi ad illam oratione est usus :

« Incertus sum, unde tecum colloquendi initium sumam, virgo longe omnium mihi charissima. Etenim quod abs te nunc perpetratum est facinus, cum me, tum matrem tuam, in desperationem extremamque consilii inopiam adduxit. Nam actiones istæ tuæ immane quantum a moribus, ingenio, solitaque verecundia et gravitate tua, reapse discrepant ; id quod impulsu sinistri atque infesti alicujus genii evenisse existimo, qui te conetur ab honesta cogitatione avocare, et felicem superiorum temporum
B tuæ familiæ statum convellere ac labefactare, fundamque nobis omnibus ignominiæ notam, pro præstantissima nominis gloria, inurere. At tamen vel nunc mihi tuo Thamyridi morem gere : tuus enim sum, licet nondum matrimonio inito, at jure quidem certe pactionumque inter nos factarum fide. Proinde ab hac fenestra recede, nec diutius aures peregrino huic erroni, nescio quo pacto perniciose in hanc civitatem illapso, præbe : ne fortassis rumor non satis commodus de te spargatur : filiam Theocleæ gravissimæ feminæ, sponsam Thamyridis, primariam civitatis, spretis omnibus, divitiis, genere, matre, amplissima stirpis commendatione, et, quod amplius est, priore educatione institutioneque contempta, ad externum quemdam et erronem
C hominem accessisse, et qua, tanquam ornamento hæc sese civitas hactenus jactabat, mancipii nescio cujus et clientuli nunc ludibrium factam. Accinere illum quidem, fenestræ cuipiam assidentem : hanc vero cantu irretitam fenestræ itidem inhærere, et matrem admonentem et singulis horis obnixe rogantem despectui habere, sponsique, ac paulo post futuri mariti, consiliis precibusque nullum locum relinquere, sed totam istius in potestate esse, fallacibus verborum ejus illecebris delenitam. Anticipa igitur, mea charissima Thecla, et ejusmodi calumnias opprobriaque evita, auresque a scelerata illa voce averte, et pudorem ac temperantiam tuam deceptoriæ isti ac peregrinæ voluptati antepone. Linque
D autem deinceps hanc fenestram, ut locum virgine liberaliter educata indignum, et certam infamiæ causam conciliaturum. Ac nisi tibi virgini adhuc, grave ac molestum, quod dicam, judicetur : age Deo propitio, matrimonium denique, plurimis mihi votis optatum, inter nos transigamus. » His et id genus pluribus aliis verbis ad illam usus est Thamyris, **238** una etiam obsecrante Theoclea, filiamque in hanc sententiam trahere summa ope annitente : ubera simul canitiemque ostentante, et ne hæc, temerario illo animi morbo, contumelia afficeret supplicante. Cæterum virgo nihil prorsus horum

[1] Præmittitur hic titulus, ὁ Θάμυρις συμβουλεύων τῇ Θέκλῃ, in V. C. [2] ἐπιφθαρέντι V. C. [3] al. ὅπου. [4] μόνον V. C.

quæ dicebantur admittens, ad solam Pauli vocem defixa sedebat: adeo ut ne aspicere quidem Thamyrim, aut matri ita consulenti auditum præbere sustineret; ad id tantummodo, more mulierum divino numine afflatarum, mentis aciem intendens, ad quod ipsam Christi desiderium auditusque de ipso sermo pertrahebat: hinc ejulatu fletuque domus compleri, omniaque mœstitia ac luctu redundare. Hoc rerum domesticarum statu, prosiliens Thamyris, et ex ædibus se proripiens, ad ostium atrii Onesiphori properat, ad ipsum Paulum recta contendens. Repressit tamen impetum, cum ibidem in Demam et Hermogenem incidisset: qui duo, viri erant minime boni, quantumvis id esse maxime simularent; in comitatu tamen Pauli versabantur: non quod quales essent, ipsum lateret; sed ob id eos Apostolus sua humanitate frui patiebatur, ut vel meliores ex tali congressu redderentur, aut in posterum, quod in improbitate sua perstitissent, suam sibi vecordiam imputarent. Percontabatur igitur illos Thamyris, de Paulo agens, quisnam hic peregrinus et cujas esset; quid vellet, quid diceret, quid moliretur. Illi autem observata viri perturbatione atque iracundia (neque enim obscurum ipsis erat, quanto Thamyris furoris tumore torqueretur), reconditum hactenus et in intimis visceribus exardescens acerbitatis suæ virus, hac contra Paulum oblata occasione, tum demum aperiunt, huncque in modum Thamyridi respondent:

« Præstantissime virorum (talem enim te esse ex iis quæ oculis auribusque usurpamus manifestum nobis est, cum aspectu atque auditu ut plurimum virtus vitiumque discernatur), de quibus nos interrogas, hæc e nobis et quidem ex vero audi. Peregrinus hic cujas sit, et quisnam, non satis compertum habemus, atqui impostorem esse ac planum, et omnia contra communem vitæ ordinem ac disciplinam, incertis errantem sedibus, pervertere, scimus, et quidem optime, ex iis, quæ sæpenumero ab ipsomet sumus edocti: **239** quippe in illam curam totus incumbit, ut viam ab ipsamet natura humano generi excogitatam, propagandæ videlicet per matrimonium sobolis, exterminet, subvertat, atque omnibus viribus de medio tollat. Novis autem et extraneis quibusdam doctrinis universam simul humani generis naturam perturbare molitur, cœlibatum sanciens, de virginitate disserens, inusitatis plane et ab ipso nunc primum evulgatis nominibus. Quin et resurrectionem quamdam corporum olim vita functorum, et in terram resolutorum, prædicare atque inducere tentat, rem insolentem et a nullo hactenus unquam auditam: cum vera atque exacta resurrectio in ipsa humana natura conservetur, et singulis diebus perficiatur. Hoc siquidem est, et hoc vult continuata filiorum ex nobis nascentium series; imagine illorum, ex quibus sati atque editi sunt, in omnibus iterum redintegrata, et quodammodo resurgente: ita ut illos qui jam olim

A ἀκοήν· κατὰ δὲ τὰς θεολήπτους τῶν γυναικῶν πρὸς ἓν ἐκεῖνο μόνον ὁρῶσα, πρὸς ὅπερ ἂν εἵλκεν αὐτὴν ὁ ὑπὲρ Χριστοῦ πόθος καὶ λόγος· ὡς ὀλολυγῆς μὲν καὶ θρήνου διὰ τοῦτο πληρωθῆναι τὸ δωμάτιον, πάντα δὲ κατηφείας καὶ πένθους γενέσθαι μεστά. Ἐν τούτοις δὲ ὄντων τῶν κατὰ τὴν ἑστίαν, ἀναπηδήσας ὁ Θάμυρις, καὶ τῆς οἰκίας ἐκδραμὼν, ἔρχεται πρὸς τὴν αὔλειον θύραν τοῦ Ὀνησιφόρου, ἐπ' αὐτὸν τὸν Παῦλον ἐπειγόμενος· ἐπχύσατο δὲ τῆς ὁρμῆς, τοῖς περὶ τὸν Δημᾶν καὶ Ἑρμογένην αὐτόθι προσεντυχών. Τούτω[1] δὲ ἤστην οὐκ ἀγαθὼ μὲν ἄνδρε, τοῦτο δὲ πλαττομένω· ἤστην δὲ μετὰ Παύλου, οὐχ ὅπερ μὲν ἦσαν λανθάνοντες· τῆς δὲ τοῦ Ἀποστόλου τέως φιλανθρωπίας ἀπολαύοντες, ἵν' ἢ βελτίους ἐκ τῆς τοιαύτης γένωνται συνουσίας, ἢ ἑαυτοῖς μέμψωνται λοιπὸν
B τῆς ἀβουλίας ὡς ἐμμείναντες τῇ κακίᾳ. Ἤρετο τοιγαροῦν αὐτοὺς[2] ὁ Θάμυρις, ὅστις τε οὗτος ὁ ξένος εἴη, καὶ πόθεν, περὶ τοῦ Παύλου λέγων, καὶ ὅ τι βούλοιτο, καὶ ὅ τι λέγοι, καὶ ὅ τι πράττοι. Τεκμηρωσάμενοι δὲ οἱ περὶ τὸν Δημᾶν[3] τῆς τοῦ ἀνδρὸς ὁρμῆς τε καὶ ὀργῆς· οὔτε γὰρ ἔλαθεν αὐτοὺς θυμοῦ γέμων καὶ οἰδήματος ὁ Θάμυρις· τὸν πάλαι κρυπτόμενον, καὶ ὑπὸ τοῖς σπλάγχνοις τυφόμενον ἰὸν ἀπεγύμνωσαν τότε, ὡς καὶ τότε καιρὸν ἔχοντα κατὰ τοῦ Παύλου. Καί φασι πρὸς τὸν Θάμυριν·

« Ὦ βέλτιστε ἀνδρῶν· τοῦτο γὰρ τέως δῆλον ἡμῖν ἐξ ὧν ὁρῶμεν, ἐξ ὧν πυνθανόμεθα· ὄψει δὲ καὶ ἀκοῇ
C τά τε τῆς ἀρετῆς, τά τε τῆς κακίας τὰ πολλὰ κρίνεται· περὶ ὧν πυνθάνῃ νῦν ἡμῶν, ἄκουσον, ἀληθείας ἡγουμένης. Οὗτος ὁ ξένος τὸ μὲν ὅθεν τε καὶ ὅστις ἐστὶν, οὐκ ἴσμεν σαφῶς· ὅτι δὲ ἀπατεὼν καὶ πλάνος ἐστὶ, καὶ κατὰ[4] τῆς κοινῆς τοῦ βίου τάξεώς τε καὶ εὐταξίας ἀλώμενος πάντα[5] διέφθαρκε, τοῦτο δὴ ἴσμεν, καὶ πάνυ σαφέστατα, ἐξ ὧν παρ' αὐτοῦ τούτου πολλάκις δεδιδάγμεθα. Καὶ γὰρ τῆς ἐκ τοῦ γάμου μὲν καὶ τῆς παιδοποιίας, παρ' αὐτῆς τῆς φύσεως ἐπινοηθεῖσαν τῷ γένει τῶν ἀνθρώπων ὁδὸν πειρᾶται οὗτος ἐκβάλλειν τε καὶ ἀνατρέπειν, καὶ παντὶ σθένει διαφθείρειν. Καινοῖς δέ τισι καὶ ἀλλοκότοις διδάγμασι πᾶσαν ἅμα συγχεῖν τὴν ἀνθρωπίνην ἐπείγεται φύσιν, ἀγαμίαν νομοθετῶν, περὶ παρθενίας φιλοσοφῶν, ὀνόματα καινὰ καὶ νῦν καὶ πρῶτον παρ' αὐτοῦ ῥη-
D θέντα. Καὶ ἀνάστασιν δέ τινα τῶν πάλαι τεθνηκότων, καὶ εἰς γῆν ἀναλυθέντων σωμάτων κηρύττειν τε καὶ παρεισάγειν πειρᾶται· πρᾶγμα καινὸν καὶ παρὰ μηδενὸς μηδέπω ἀκουσθέν· τῆς γε ἀληθοῦς καὶ ἀκριβοῦς ἀναστάσεως ἐν αὐτῇ γε τῇ ἀνθρωπίνῃ φύσει σωζομένης τε καὶ ὁσημέραι ἐπιτελουμένης. Ἡ γὰρ τῶν ἐξ ἡμῶν φυομένων παίδων διαδοχὴ τοῦτό τέ ἐστι καὶ τοῦτο βούλεται, τῆς τῶν σπειράντων καὶ φυσάντων εἰκόνος ἐν τοῖς πᾶσιν[6] αὖθις ἀνανεουμένης ἀεὶ, καὶ τρόπον τινὰ πάλιν ἀνισταμένης· ὡς δοκεῖν ἐκείνους τοὺς πάλαι κατοιχομένους ἐν τοῖς ζῶσί τε πάλιν καὶ περιοῦσιν ἀνθρώποις ὁρᾶν. » Ταῦτα τῶν ἀμφὶ τὸν

[1] οὗτοι δέ V. C. [2] πρὸς αὐτ. V. C. [3] Ex fine hujus orationis addendum videtur: Ἑρμογένην ἤτοι τὸν Δημ. ut infra; aliter tamen V. C. [4] Novus hic rursum titulus in Vat. C. licet mutilus, ὁ Δημᾶς ἤτοι Ἑρμογένης ἐστὶν, ἴσμεν σαφῶς, καὶ κατ. V. C. [5] πάντας V. C. [6] melius f. παισίν.

Ἑρμογένην καὶ Δημᾶν εἰπόντων, ἔτι μᾶλλον ὀργῆς A τε ὁ Θάμυρις ὑπεπλήσθη[1]· καὶ ὥσπερ σαφεστάτης κατὰ τοῦ Παύλου δημηγορίας λαβόμενος, τὸ μὲν παρ' αὐτίκα ἡσύχασε, καὶ πρὸς ἑστίασιν αὐτός τε ἐτράπη, καὶ αὐτοὺς δήπουθεν τούτους ἐξενάγησέ τε καὶ προετρέψατο, ὥσπερ τινὰ μισθὸν τῆς κατὰ τοῦ Παύλου διαβολῆς τὴν ἑστίασιν αὐτοῖς ταύτην καταβαλλόμενος· ἵνα δὴ καὶ προθυμοτέρους αὐτοὺς πρὸς τὰ λοιπὰ ποιήσειεν. Ἄρτι δὲ ἡμέρας γεγονυίας, καὶ μηδὲ ὅσον ἀνίσχειν τὸν ἥλιον ἀνασχόμενος, μετὰ δημοτῶν τινῶν καὶ ἀγοραίων, καὶ πάντα τολμᾷν εἰθισμένων ἀνθρώπων ἐπιτίθεται τῷ Παύλῳ. Ἑκάστῳ δὲ τῶν ἑπομένων ὅπλον ἦν ὁ ἑκάστου θυμὸς, καὶ τὸ ἐν χερσὶν εὑρεθὲν ὄργανον τῆς ἑκάστου τέχνης. Καὶ πρὸς ταῦτά τις ἐβόα λοιπόν· « Βαλλέσθω, παιέσθω, ἐπὶ τὸ δικαστήριον ἑλκέσθω ὁ ἀπατεὼν οὗτος ἀλιτήριος, καὶ τῶν B καινῶν καὶ ἀλλοτρίων τῆς φύσεως νόμων εὑρετής· ὁ ἐπὶ φθορᾷ καὶ λύμῃ τῶν πόλεων ἀλώμενος, καὶ τὴν μὲν ἐπὶ σωφροσύνῃ καὶ γενέσει παιδίων[2] γνησίων εὑρεθέντα γάμον κατηγορῶν[3] καὶ βδελυττόμενος· ἐπὶ προφάσει δὲ παρθενείας πορνείαν νομοθετῶν. » Ἔτι δὲ τούτων λεγομένων, ἧκον καὶ ἕτεροί τινες πολλοὶ, ὑβρισταὶ καὶ θρασεῖς, ὑβριστικῶς καὶ βιαίως τὸν Παῦλον ἄγοντες. Μεστὰ δὲ ἦν πάντα θορύβου καὶ ταραχῆς καὶ οἰμωγῆς, ὡς ἂν πολεμίων τινῶν ἐξαίφνης ἐπεισπεπτωκότων κατὰ τὸ ἄστυ, καὶ πάντα ληϊζομένων. Ἅμα δὲ τούτοις καὶ ὁ Θάμυρις ἔθει, *μακρὰ βιβὰς* (3), ποιητικῶς τις ἂν εἴποι, παρὰ τὸ δικαστήριον· ὡς ἂν ἐξ ἀκροπόλεως τύραννόν τινα, καθῃρηκώς τε καὶ ἄγων αὐτοχειρὶ τὸν Παῦλον παρὰ C τῇ δίκῃ· εἴσω δὲ τῆς δικαστικῆς κιγκλίδος παρελθὼν, καὶ στὰς ἐπὶ τοῦ βήματος, τοιῶνδε ἀπήρξατο λόγων·

mortem obierunt, in viventibus rursum ac superstitibus cernere videamur. » Quæ cum a Dema atque Hermogene dicerentur, Thamyris magis magisque iracundia est incitatus; et velut apertissimum in Paulum oratione invehendi argumentum nactus, pro tempore quidem sibi temperavit, et ad convivium abiens illos quoque domum suam prehensa manu invitatos abduxit : epulas hasce, tanquam præmium quoddam structæ in Paulum calumniæ præbens, quo promptiores nimirum ad cætera deinceps haberet. At simul ac diluxisset, vix ille solem oriri passus, cum plebeis quibusdam ac circumforaneis nebulonibus, hominibus ad quidvis audendum assuetis, in Paulum irruit. Singulis autem illorum, qui ipsum sequebantur, armorum loco erat cujusque furor, et obvium in manibus sui cujusque opificii instrumentum. Interea aliqui contenta voce clamare : « Cædatur, pulsetur, ad tribunal trahatur impostor hic flagitiosus, novarumque et cum natura pugnantium legum inventor : qui in perniciem et pestem civitatum, huc illuc evagatus, conjugium, pudicitiæ liberorumque legitimorum procreationis causa institutum, insectatur et detestatur, virginitatis autem obtentu, pro impudicitia leges sancit. » His hoc pacto adhuc vociferantibus, convolant et alii multi, homines injuriosi ac temerarii, contumeliose ac violenter Paulum raptantes. Omnia interim passim motu, tumultu, planctu, **240** quasi hostibus derepente civitatem invadentibus, cunctaque diripientibus, replebantur. Inter quos et Thamyris grandia, ut poetice loquar, ingrediens, ad tribunal cursitabat, perinde ac si tyrannum aliquem ex arce deturbasset, Paulum suamet manu in judicium trahens : cumque subselliorum cancellos esset ingressus, stans pro suggestu, hujusmodi orationem est exorsus :

« Τῆς[4] μὲν τῶν θεῶν εὐμενείας καὶ τῆς σῆς ἀγαθῆς τύχης, ὦ δικαστὰ, οἶμαι καὶ τοῦτο εἶναι τεκμήριον, τὸ τὸν ἀλάστορα τοῦτον καὶ μιαρὸν, ἐπὶ κακῷ τῆς ὅλης πόλεως ἐνδημήσαντα, γεγενῆσθαί τε φανερὸν, καὶ ὑπὸ τοῖς νόμοις γενέσθαι. Σὸν δ' ἂν εἴη λοιπὸν, καὶ τῆς σῆς θέμιδος, βοηθῆσαι μὲν τῇ νῦν καθεστώσῃ βασιλείᾳ, βοηθῆσαι δὲ τοῖς νόμοις, ἐπικουρῆσαι δὲ τῇ κοινῇ καταστάσει τῶν ἀνθρώπων ἤδη πρὸς τὸ μηκέτι εἶναι κινδυνευούσῃ. Τὸ δὲ ὅπως, ἐγὼ λέξω διὰ βραχέων· Ὁ παρεστὼς[5] οὗτος ἀνὴρ πρὸ τῶν D σῶν θρόνων καὶ τῆς σῆς δίκης, τίς μὲν ὅλως ἐστὶν, ἢ πόθεν ἧκεν, οὐκ ἔχω λέγειν· ξένος γὰρ καὶ πᾶσιν ἡμῖν ἄγνωστός ἐστιν ὁ ἄνθρωπος· ἐν ἐπιεικείας δὲ, ὡς καὶ νῦν ἔχεις ὁρᾷν, προσχήματι καὶ πλάσματι, καινήν τινα καὶ ἀλλότοχον[6], κατὰ τοῦ κοινοῦ γένους τῶν ἀνθρώπων ποιεῖται διδασκαλίαν, τὸν μὲν γάμον

« Deorum benignitatis, o judex, fortunæque tuæ felicis et hoc certum argumentum esse reor, perniciosum hunc ac impurum hominem, malo civitatis universæ hic hactenus commorantem, fuisse detectum, et legibus astrictum teneri. Tui de cætero officii tuæque æquitatis est, constituto jam regno subvenire, legibus præsidio esse, humani generis communi statui, de sui interitu periclitanti, opitulari. Quonam id pacto, paucis expediam. Homo hic ante tribunal judiciumque tuum constitutus, quis omnino sit, et unde huc venerit non habeo dicere : externus enim est, et nobis omnibus ignotus; sub probitatis autem specie, ut etiam nunc videre licet, simulatæque pietatis artificio, novum quemdam et monstrosum doctrinæ modum, universo hominum generi exitiabilem, comminiscitur; matrimonium

[1] f. ἐπεπλ. [2] παίδων V. C. [3] κακηγορῶν in uno V. C. sic etiam infra. [4] Novus titulus in Vaticanis : Ὁ Θάμυρις κατηγορῶν τοῦ Παύλου. [5] ὅπερ ἑστὼς V. C. [6] al. ἀλλόκοτον utrumque recte.

PETRI PANTINI NOTÆ.

(3) *Μακρὰ βιβάς*. Homericum *Iliad.* Γ, vers. 22, μακρὰ βιβῶντα, et hymno in Apollinem, vers. 202, καλὰ καὶ ὕψ. βιβάς, et *Odyss.* P, vers. 27, κραιπνὰ ποσὶ προβιβάς. Ex eodem fonte ille apud Agellium lib. IX, cap. 11, ex *Annalibus* locus jam olim a doctissimo Lipsio restitutus : *Dux interea Gallorum vasta et ardua proceritate, armisque auro præfulgentibus grandia ingrediens, et in manu telum reciprocans incedebat.* Sic Tertull. initio libri *De bono patientiæ, qui cæca-vivunt*, et alibi apud eumdem infinita id genus.

quidem vituperans, quod merito quis originem, radicem ac fontem naturæ nostræ vocitaverit; ex quo patres, matres, filii, familiæ, urbes, agri, vici emanarunt; a quo navigatio, agricultura, et quæcunque terræ artes; a quo regnum, respublica, leges, magistratus, judicia, exercitus, tribunatus; a quo philosophia, rhetorica, omneque liberalium disciplinarum agmen; a quo denique, quod præstantius est, templa, delubra, sacrificia, cærimoniæ, mysteria, vota, supplicationes profluxerunt. Hæc enim omnia, aliaque quæ, ne longiori oratione uti necesse sit, a nobis omissa sunt, ab hominibus quidem perficiuntur et fiunt; porro homo matrimonii velut seges est. Cæterum hoc ipsum, quod dico, matrimonium ille vituperat, calumniatur, ejusque in odium sua persuasione adducit omnes: virginitatem autem quamdam, quæ ego quidnam sit, omnino dicere nequeo, laudibus effert. Accepi autem a nonnullis cœlibatum ab ipso commendari: quodque a cœtu mutuo ac legitimis nuptiis abstineatur, neque viri cum mulieribus, neque mulieres cum viris commorentur, id vero serio admirari, liberorum autem orbitatem et solitudinem amplecti. Quod quid est aliud, quam omnium simul familiarum, gentium, civitatum, pagorum, **241** agrorum, artium, operum, studiorum, in summa, rerum universarum abrogationem decernere; et, ut verbo absolvam, vastitatem orbi terrarum, et viduitatem inducere? Id enim si universis hominibus semel persuadeatur, brevi genus hoc humanum prorsus interierit. Atque ego quidem hactenus summatim, quæ ab illo dicta et tentata sunt, percensui. Reliquum est, o judex, idque officio tuo incumbit, ut de eo, qui gravissimis sceleribus obnoxius tenetur, pœnas sumas: nobis vero omnibus, quibus ducendæ uxoris, accendendæ facis nuptialis, cantandi hymenæi, atque filios et filiorum filios relinquendi maximum atque adeo primum votum est, auxilium feras; conjugioque, rei omnium pulcherrimæ, a quo et tu in hanc vitam venisti, et liberos suscepisti, opituleris. Quod si feceris, et meritum huic supplicium inferre non distuleris, tum sane posteros et numero et virtute eximios, et te avo et proavo dignos, es visurus. » Illis ita a Thamyride peroratis, Demas sive Hermogenes remotius paulum ab eo distans, leniter ac volubili voce subjiciens, « Recte, inquit, graviter, sapienter, contra hunc Paulum perorasti. Unum tantum, idque gravissimi momenti, abs te in oratione est prætermissum, Christianum hunc esse: quod legibus maxime adversatur pœnasque in eum irrogandi et in perditionis barathrum præcipitandi celeritatem attulerit. » Quod ipsum quoque postquam Thamyris orationi addidisset, judex deinceps ex Paulo est percontatus, quisnam esset, et unde, et quid fecisset. Jam enim, inquit, quorum Thamyris te accusat, ipsemet omnino audivisti. Cui Paulus:

A ψέγων, τὴν, ὡς ἂν εἴποι τις, ἀρχὴν καὶ ῥίζαν καὶ πηγὴν τῆς ἡμετέρας φύσεως· ἀφ' οὗπερ καὶ πατέρες καὶ μητέρες, καὶ παῖδες καὶ γένη, καὶ πόλεις καὶ ἀγροὶ καὶ κῶμαι πεφήνασιν· ἀφ' οὗπερ ναυτιλία καὶ γεωργία, καὶ αἱ παντοδαπαὶ τέχναι τῆς γῆς· ἀφ' οὗπερ βασιλεία καὶ πολιτεία, καὶ νόμοι καὶ ἀρχαὶ καὶ δικαστήρια, καὶ στρατεῖαι καὶ στρατηγίαι· ἀφ' οὗπερ φιλοσοφία, καὶ ῥητορικὴ, καὶ ὁ σύμπας τῶν λόγων ἑσμός· καὶ τὸ μεῖζον, ἀφ' οὗπερ ναοὶ καὶ τεμένη, καὶ θυσίαι καὶ τελεταὶ, καὶ μυστήρια καὶ εὐχαὶ καὶ λιταί. Πάντα τε γὰρ ταῦτα, καὶ ὅσα διὰ πλῆθος λόγων παρελείψαμεν, τελεῖται μὲν καὶ πράττεται δι' ἀνθρώπων· ἄνθρωπος δὲ γεώργιόν ἐστι γάμου. Τοῦτον μὲν οὖν, ὅνπερ εἶπον, τὸν γάμον ψέγει καὶ διαβάλλει, καὶ πείθει πάντας μισεῖν· ἐπαινεῖ δέ
B τινα παρθενίαν, ἣν ἐγὼ μὲν ὅ τί ποτέ ἐστιν, εἰπεῖν οὐκ ἔχω. Ἀκήκοα δέ τινων λεγόντων, ὡς τὴν ἀγαμίαν ἐπαινεῖ καὶ θαυμάζει, καὶ τὸ μὴ συνεῖναι μηδὲ συνοικεῖν ἀλλήλοις κατὰ νόμον, μὴ γυναιξὶν ἄνδρας, μὴ γυναῖκας ἀνδράσιν· ἀσπάζεσθαι δὲ τὴν ἀπαιδίαν καὶ ἐρημίαν. Τοῦτο δὲ οὐδὲν ἕτερόν ἐστι, ἢ πάντων ὁμοῦ καὶ γενῶν καὶ ἐθνῶν, καὶ πόλεων καὶ κωμῶν, καὶ ἀγρῶν καὶ τεχνῶν, καὶ ἔργων καὶ ἐπιτηδευμάτων, καὶ ἅπαξ ἁπλῶς ἁπάντων ἀναίρεσιν καταψηφίσασθαι· καὶ συντόμως εἰπεῖν, ὥστε ἔρημον καὶ ἀοίκητον καταλεῖψαι τὴν γῆν. Εἰ γὰρ τοῦτο πεισθείησαν ἅπαντες ἄνθρωποι, ταχὺ τὸ ἀνθρώπινον τοῦτο γένος ἐπιλείψει τὸν βίον. Ἐγὼ μὲν οὖν ὡς ἐν κεφαλαίῳ τὰ παρὰ τούτου λεγόμενά τε καὶ τολμώμενα εἶπον. Σὸν
C δὲ ἂν εἴη λοιπὸν, ὦ δικαστὰ, ἀπαιτῆσαι μὲν τοῦτον δίκην, ὡς ἐπὶ μεγίστοις ἁλόντα κακοῖς· βοηθῆσαι δὲ πᾶσιν ἡμῖν, οἷς ἐν εὐχῇ τῇ μεγίστῃ καὶ πρώτῃ τὸ ἀγαγέσθαι τε γυναῖκα, καὶ γαμήλιον ἅψαι λαμπάδα, καὶ ὑμέναιον ᾆσαι, καὶ παῖδας καὶ παίδων παῖδας καταλιπεῖν· βοηθῆσαι δὲ καὶ τῷ βελτίστῳ γάμῳ, ἀφ' οὗπερ καὶ σὺ γέγονας, καὶ παῖδας ἐκτήσω. Ὄψει δέ που πάντως καὶ ἐκγόνους πολλούς τε καὶ θαυμασίους, καὶ σοὶ τῷ πάππῳ καὶ ἐπιπάππῳ πρέποντας, ἂν μὴ μελλήσῃς περὶ τὴν δίκην. » Τούτων δὴ οὕτω λεγομένων παρὰ τοῦ Θαμύριδος, ὁ Δημᾶς εἴτε ὁ Ἑρμογένης, μικρὸν πόῤῥωθεν ἑστὼς, ὑπεφώνησεν ἠρέμα πως καὶ τροχαλῶς, ὅτι « Καλῶς μὲν καὶ δεινῶς καὶ σοφῶς τοῦ Παύλου τούτου κατεῤῥητόρευσας. Ἓν δὲ καὶ τὸ μέγιστον παραλέλοιπας προσθεῖναι τοῖς εἰρη-
D μένοις, ὅτι καὶ Χριστιανός ἐστιν· ὃ μάλιστα πολέμιον τε τοῖς νόμοις, καὶ θᾶττον ποιήσει τοῦτον ὑπὸ τὴν δίκην, καὶ τῷ τῆς ἀπωλείας παραπέμψει βαράθρῳ. » Καὶ τούτου δὲ ῥηθέντος παρὰ τοῦ Θαμύριδος, ὁ δικαστὴς ἤρετο λοιπὸν τὸν Παῦλον, τίς τε εἴη, καὶ πόθεν, καὶ τίνα πεποιηκὼς εἴη. Τῶν γὰρ, φησὶ, κατὰ σοῦ λεχθέντων ὑπὸ τοῦ Θαμύριδος οὐδὲ σὺ πάντως ἀνήκοος γέγονας. Καὶ ὁ Παῦλός φησι·

« Proconsul virorum optime, doctrinæ meæ, quæ nunc ab istis in judicium vocatur, non ego sum auctor aut inventor; sed verus hujus auctor, doctor,

« Ἀνθύπατε [1] ἀνδρῶν ἄριστε, τῆς μὲν ἐμῆς διδασκαλίας, ἧς οὗτοι νῦν κατηγοροῦσιν, οὐκ ἐγὼ δημιουργὸς οὔτε μὲν εὑρετής εἰμι· ὁ δὲ ἀληθῶς δη-

[1] In Vat. C. titulus, ὁ Παῦλος ἀπολογούμενος.

μιουργὸς ταύτης καὶ διδάσκαλος καὶ νομοθέτης ὑπάρχει Θεὸς, ὃς, τὸ ἀνθρώπινον τοῦτο γένος ἐλεῶν καὶ οἰκτιζόμενος, ἄλλους τε πολλοὺς κἀμὲ νῦν ἔπεμψε κήρυκα τῆς αὐτοῦ περὶ πάντας ἡμᾶς φιλανθρωπίας· ὥστε τὴν μὲν ἄνωθεν ἐξ ἀγνοίας καὶ πλάνης καὶ ἀπάτης ἐπιπολάσασαν νόσον ἡμῖν, πρόῤῥιζον ἐκτεμεῖν τε καὶ ἀνασπᾶσαι, δημοσιεῦσαι δὲ καὶ ἀναπετάσαι καὶ δεῖξαι πᾶσιν ἀνθρώποις τὰ πάλαι κρυπτόμενα τῆς εἰδωλολατρείας κακὰ, τελετὰς δὴ λέγω καὶ μυστήρια καὶ ζωοθυσίας καὶ ἀνδροκτονίας, διὰ μύθων μέν τινων καὶ λόγων εὐπρεπεστέρων ἐπεισκωμάσαντα τῷ βίῳ τούτῳ, πάσης δὲ ἀνοσιουργίας καὶ μυσαρίας ἐμπλήσαντα τὴν γῆν. Ἄῤῥητα μὲν οὐδαμῶς ἐστιν οὐδὲ ἀριθμητά· παντελῶς δὲ ἄῤῥητα καὶ ἐξάγιστα. Καὶ γὰρ διὰ τούτων μάλιστα τῶν εἴτε μύθων εἴτε πλασμάτων, ἠγνοήθη μὲν ὁ τῷ ὄντι Θεὸς, καὶ ταμίας καὶ δημιουργὸς τοῦδε τοῦ παντός· προσεκυνήθησαν δὲ δαίμονές τινες μυρίοι, ἀρουραῖοι καὶ ταρταραῖοι καὶ ταραχώδεις, σύγκλυδές τε καὶ βάσκανοι καὶ ἀλιτήριοι καὶ ἀποτρόπαιοι καὶ ἀμείλικτοι, ἀεὶ φόνων ἀθεμίτων ἐρῶντες, ἀεὶ κρεανομίας καὶ μιαιφονίας καὶ καπνοῦ καὶ λύθρου καὶ κνίσσης[1] καὶ αἱμάτων δειψῶντες· ἀντὶ σεισμῶν, ἀντὶ λοιμῶν, πᾶσαν τὴν ὑφήλιον ταύτην ἐπιβοσκόμενοί τε καὶ ποινηλατοῦντες. Τὰ δὴ τούτων ἀνοσιώτερα πάλιν καὶ βδελυρώτερα. Καὶ γὰρ πάλιν διὰ τούτων τῶν βελτίστων μύθων μοιχεῖαι καὶ πορνεῖαι καὶ παιδεραστίαι καὶ ἀδελφομιξίαι καὶ παιδοφθορίαι ἐσεβάσθησαν καὶ ἐλατρεύθησαν. Ἢ οὐ διὰ ταῦτα μὲν Ἀφροδίτη καὶ Ἄρης καὶ Ἥρα καὶ Ζεὺς πάλιν καὶ Γανυμήδης καὶ ὁ Κύκνος καὶ ἡ Λήδα, καὶ ὁ διὰ τῆς θαλάττης νηχόμενος Ταῦρος μετὰ τῆς Ἰοῦς; Περὶ δὲ κύκνων καὶ προβάτων καὶ βοῶν, καὶ τῶν ἔτι τούτων χειρόνων, αἰλούρων καὶ ἰκτίνων καὶ κροκοδείλων θεοποιουμένων, τί ἂν καὶ εἴποι τις πλέον; ἢ πῶς ἄρα οὐχ ἠρυθρίασαν οἱ τῆς πολυθείας ὑμῶν ἐξηγηταὶ θεοπλαστοῦντές τε ταῦτα, καὶ ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανοὺς μετοικίζοντες; Ἔγωγε πολλάκις ἐθαύμασα, καὶ θαυμάζω. Διὰ ταῦτά τε οὖν, καὶ τἄλλα πάντα τῆς δυσσεβείας κακὰ, ἐλεῶν, ὅπερ εἶπον, καὶ οἰκτιζόμενος τὴν φύσιν ταύτην ὁ Θεὸς, ὡς καὶ πλάστης αὐτῆς καὶ Δημιουργὸς ὑπάρχων, ἡμᾶς τοὺς ἀποστόλους ἐψηφίσατο διὰ τοῦ μονογενοῦς αὐτοῦ Παιδὸς ἐκπεριελθεῖν τε καὶ περινοστῆσαι τὴν σύμπασαν γῆν, καὶ ἀνακαθᾶραι μὲν ταύτην ἀφ' ὧν εἶπόν τε καὶ παρέλειψα κακῶν· ἀντεισαγαγεῖν δὲ πίστιν, θεογνωσίαν, εὐσέβειαν. Ἃ μάλιστα τῶν πάντων χαρακτηρίζει καὶ τεκμηριοῖ Πατὴρ, καὶ Υἱὸς, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ἡ ἁγία καὶ προσκυνητὴ Τριὰς, ἡ ἄκτιστος καὶ ὁμοούσιος θεότης, ἡ ἀΐδιος καὶ ἀναλλοίωτος, ἡ ἀχώριστος καὶ ἀπερίγραφος, ἡ ὑπέρχρονος καὶ ὑπερκόσμιος, ἡ

A atque institutor Deus; qui humani generis misertus ejusque calamitate permotus, cum alios multos, tum me suæ in omnes nos benivolentiæ præconem misit: ut morbum, superiorum temporum inscitia, errore, atque impostura in nobis redundantem, radicitus excideremus atque evelleremus, et idololatriæ mala, tot annorum spatio occultata, divulgaremus, aperiremus, et ob omnium hominum conspectum proponeremus (cærimonias dico, mysteria, animalium sacrificia, et humanas hostias) quæ fabularum quibusdam atque verborum speciosis involucris in communem hominum usum impudenter irrupere, **242** et longe lateque terrarum orbem impietate omni nefariisque sceleribus repleverunt. Quæ nec dictu, nec numeratu facilia sunt; et plane ne- B fanda ac detestanda. Nam his, sive fabulis, sive commentis, ignorantia veri Dei, administratoris rerum omnium et conditoris, inducta fuit: supplicatum vero est dæmonibus omnis generis, terrestribus, tartareis, turbulentis, adsciticiis, invidis, impuris, abominandis, implacabilibus, cædium scelestarum semper amantibus; viscerationum, homicidiorum, fumi, cruoris, nidoris, sanguinis perpetuo sitientibus; et terræ motus instar ac pestis, totum hunc, qui sub sole est, orbem depascentibus, ac dirissime exagitantibus. Quin et hæc illis atrociora rursus magisque detestanda sunt. Nam sub harum bellissimarum scilicet fabularum integumentis adulteria, stupra, in pueros libidines, fratrum cum sororibus commistiones, parentum in liberos corruptelæ, C divinis honoribus celebrata fuere, ac religiose culta. An non hanc ob causam Venus, Mars, Juno, Jupiter, item Ganymedes, Cycnus, Leda, et Taurus mare cum Io trajiciens (4) id sunt assecuti? De oloribus porro, ovibus, bobus, et his abjectioribus etiam felibus, milvis, crocodilis, in deorum censum relatis, quid pluribus attinet commemorare? Aut qui non puduit vestros de multitudine deorum magistros, hujusmodi rebus deorum appellationes affingere, et ex terra in cœlum transmittere? Non potui illa sæpenumero non admirari, et nunc admiror. Ob hujusmodi igitur, aliaque omnia impietatis mala, Deus, ut dixi, naturæ humanæ, cujus creator et conditor fuerat, misericordia tactus permotusque, nos apostolos decrevit, qui unigeniti D Filii ejus auctoritate, universum terrarum orbem obiremus ac perlustraremus, eumdemque ab hisce quæ retuli, quæque omisi, malis perpurgaremus: et loco illorum, fidem, Dei cognitionem, pietatem induceremus. Quæ maxime exprimit denotatque Pater et Filius et Spiritus sanctus, sancta et ado-

[1] al. κνίσσου unus C κνίσης.

PETRI PANTINI NOTÆ.

(4) *Taurus mare cum Io trajiciens.* Μετὰ τῆς Εὐρώπης dicendum fuerat, si fabulis fides. Horat. libro IV, ode 37; Ovidius libro II *Metamorphos.*, nisi forte Ἰνοῦς substituas; illa enim cum filio suo Melicerte in mare se projecit, Leucothea deinceps nuncupata; fabula est apud Ovid. lib. IV *Metamorphos.* et Hygin. *Fabularum poeticarum* capite 1, 2, 3, 4; Homerum *Odyss.* Γ, 333; nisi illud μετ' Ἰοῦς seorsim interpretemur hoc pacto: *Taurus mare trajiciens, et Io, id sunt assecuti.*

tur, perinde ac si publicum aliquod infortunium, ob tam scelestam crudelitatem, mox esset acceptura. Multæ etiam erant ea animi alacritate atque cupiditate, ut una cum Thecla emori vellent: adeo moleste iniquissimæ hujus ærumnæ indignitate afficiebantur. Cæterum omnibus deinceps rei tantæ exspectatione suspensis, avideque ad unum hoc inusitatumque spectaculum intentis, introducitur virgo, Tryphænæ manibus vi extorta, et vestibus etiam denudata; quo ea res leonum contra illam impetum magis irritaret « quod speciosis corporibus illud peculiare sit, ut belluarum in se oculos semper attrahant incitentque. » Quibus ita paratis, fera iterum leæna in ipsam immittitur; unde etiam lamentis lacrymisque theatrum completur. At optima leæna, innatum quidem sibi impetum ac rabiem præ se ferebat: **263** ut vero cominus accessit, non tam leæna, quam famula visa est; namque non tactu solum sacri sanctissimique corporis abstinuit, sed insuper ad pedes virginis procumbens, a cæterarum belluarum incursu ipsam tuebatur. Ursam quippe omnium ferocissimam in eam irruentem, protinus discerptam illico perdidit: cum leone autem furiosius in ipsam insiliente congressa, pugnansque, tandem una cum ipso interiit. Quo facto ingens dolor spectatorum animos invasit, leæna certaminis socia atque auxiliatrice de medio sublata: quod nondum penitus ipsis constaret, eventum hunc divino miraculo et non belluinæ naturæ esse attribuendum. Tametsi enim, quod prius acciderat, admirabile esset, cum leæna sibi a contactu Theclæ temperasset: longe tamen admirabilius est, quod eidem propugnaret. « Belluæ siquidem semper sunt belluæ, et in eadem, quæ ipsis innata est, natura persistunt. Cæterum quod superest, Dei est; ut ad quæcunque eas velit immutet, illarum impetum reprimat, piis faciles et obsequentes, aliter vero affectis immanes, atque in homines efferatas reddat. » Tale quid etiam fuit, quod in igne Iconii accidit; et, si ita vis, quod etiam Babylone circa tres pueros. Nam ignis ille, vere ignis erat, comburens, omnivorus, exitialis; hoc enim a natura illi inditum; a Deo autem jussus, roris, auræque rorantis effectum illis atque huic præbuit. Et Daniel, quem Hebræum adolescentem cum leonibus aliquando conclusum fuisse narrant, salvus atque illæsus ab illis evasit. Non belluarum natura cupiente, sed divina potentia id efficiente. Porro apud Babylonios, ubi id miraculi evenit, hoc solum accidit, nempe adolescentem non fuisse peremptum: hic vero, hoc amplius, belluas etiam mutuum inter se pro Thecla certamen suscepisse: tanto igitur miraculum hoc nostrum præ illo est majoris præstantiæ. Postquam autem hic quoque conatus ipsis irritus evasit, magnam simul vim immaniorum belluarum in Theclam agunt. Illa autem cogitatione, non tam circa terrorem so-

[1] θεραπαινίδος βελτίστης ἐπεδείξατο τρόπον. Οὐ γὰρ μόνον V. C. [2] διεφθάρη V. C. [3] ὡς ἂν καὶ τῆς συμ. V. C. [4] οἷον δή τι V. C. [5] Hæc ex altero Vaticano sunt; nam nostrum exemplar θαλ. καὶ τοῖς πολλοῖς ἄγνωστον γάμῳ τε καὶ Θ.

mitumque earum, quam circa preces tota occupabatur, hujusmodi, opinor, intra se verbis secreto orans: « Magnas tibi gratias ago, Christe Domine, pro tuæ hujus in me voluntatis decreto: quod me puellam adhuc, intra thalami latebras versantem,
264 nec domesticorum quidem famulorum plerisque notam, telæque ac colo intentam, et nuptiis Thamyridis destinatam, Pauli opera in lucem produxeris,[1] tuoque per eumdem signaculo et gratia dignam habueris[1]; labores etiam atque discrimina pro te ut degustarem, effeceris (Iconii quidem per ignem, hic vero per tot hasce adeoque efferatas belluas), publicumque omnibus me spectaculum proposueris: non negligens interim meam salutem, sed fidem in te meam, animique propositum exercens. Pro his igitur, quamvis minime pro dignitate, gratias tamen ago: quod omnino cruciatibus hisce ac stigmatis pro te suscipiendis me dignatus fueris. Sed cum vehementem gravemque adhuc adversarium videam, novis etiam aggressionibus majora in me pericula concitantem, metuamque, quippe natura imbecillior, ne fortassis malis defatigata, ad reliqua certaminis hujus languescam, atque ita exitu destinato coronisque caream, quodque gravius est, regno tuo excidam: si ita expedire judicas, deinceps me occumbere permitte; et mortis baptismale metum hunc mihi dissolve, istosque molestiis, quas mihi facessunt, libera. Si enim ego vita excessero, ipsi quoque necessario violentiæ in me suæ atque tyrannidi finem ponent. »

A καὶ πρόθεσιν. Ὑπὲρ μὲν οὖν τούτων, ἀξίως μὲν οὐδαμῶς, εὐχαριστῶ δ' οὖν ὅμως, ὡς ἂν ὅλως τῶν ὑπὲρ σοῦ καταξιωθεῖσα παθημάτων καὶ στιγμάτων. Ἐπειδὴ δὲ πολὺν ἔτι καὶ βαρὺν ὁρῶ τὸν πολέμιον, καὶ ταῖς προσθήκαις ἀεὶ τοὺς κινδύνους ἐπαύξοντά μοι, δέδοικα δὲ μήπως, ὡς καὶ φύσει ἀσθενὴς καὶ προκεκμηκυῖα τοῖς κακοῖς, ἀπoναρκήσω πρὸς τὰ λοιπὰ τοῦ ἀγῶνος, καί πως ἀτέλεστος μείνω καὶ ἀστεφάνωτος, καί, τὸ δὴ χαλεπώτερον, τῆς σῆς διαπέσω βασιλείας· εἰ δοκεῖ, περίστειλόν με τῷ θανάτῳ λοιπόν, καὶ τῷ διὰ τοῦ θανάτου βαπτίσματι λῦσον μὲν ἐμοὶ τὸν φόβον, λῦσον δὲ τούτοις τὸν κατ' ἐμοῦ πόνον. Εἰ γὰρ ἐγὼ καταλύσω τὸν βίον, καταλύσουσί που πάντως καὶ οὗτοι τὴν κατ' ἐμοῦ βίαν καὶ τυραννίδα. »

Hæc, ut probabile est, elocuta, et ad ea quæ de subito objiciebantur conversa, piscinam aquamque conspicit, et phocas in ea innatantes; belluas, et quidem marinas, vitæque humanæ pestes, et ipsas in supplicium Theclæ similiter comparatas; paucis interim Christum inclamans, simulque his dictis: « In nomine tuo, Domine, ultima hac die baptizor, » in aquam illam insiliit, vitæ per mortem consummandæ et in Christo dissolvendæ desiderio flagrans. Hoc facto: quod si quis mysticum baptismum appellare velit, ut rem a martyre tempore periculorum maximasque inter angustias excogitatam, per me ita appellet licet: neque enim vetus scriptor in hujusmodi vocum novitate usurpanda, tametsi fidei nostræ lex id non admittat, illiberalis esse solet: hoc, inquam, facto, populus universus, clamore sublato, hanc ut absurdam exitiabilemque audaciam abominabantur; quod ita temere et inconsulto in aquam se præcipitem dedisset; a qua propter phocas illas manifesta illi mors immineret.

B Ταῦτα, κατὰ τὸ εἰκὸς, εἰποῦσα, καὶ μεταστραφεῖσα κατὰ τὸ συμβὰν ὁρᾷ κολυμβήθραν, καὶ ὕδωρ[2], καὶ φώκας ἐννηχομένας· θηρία μὲν ὄντα καὶ αὐτὰ θαλάττια καὶ ἀνδροφόνα, καὶ ταῦτα δὲ ἴσως πρὸς τιμωρίαν παρασκευασθέντα τῆς Θέκλης· καὶ μικρά ἄττα ἐπιβοησαμένη τὸν Χριστὸν, καὶ οὕτως εἰποῦσα· « Ἐν τῷ ὀνόματί σου, Κύριε, ὑστέρᾳ ἡμέρᾳ βαπτίζομαι· » ἐνήλατο τῷ ὕδατι τούτῳ, τῆς διὰ τοῦ θανάτου λοιπὸν ἐρῶσα τελειώσεως, καὶ πρὸς Χριστὸν ἀναλύσεως. Τούτου δὲ οὕτως ἐπιτελεσθέντος· ὃ εἰ καὶ βάπτισμά τις (10) μυστικὸν βούλοιτο καλεῖν, ὡς ἂν καὶ ὑπὸ τῆς μάρτυρος ἐν καιρῷ μὲν κινδύνων, ἐν ἀμηχανίᾳ δὲ τοῦ πράγματος ἐπινοηθέντος, καλείτω· καὶ οὐδεὶς φθόνος τῆς τοιαύτης καινοφωνίας τῷ πάλαι συγγραφεῖ, εἰ καὶ ὁ τῆς πίστεως μὴ τοῦτο
C βούληται νόμος· τούτου δὲ ὅμως ἐπιτελεσθέντος, ὁ δῆμος ἅπας ἀνηλάλαξέ τε, καὶ τὴν οὕτως ἄτοπον καὶ ὀλέθριον ἀπεπέμψατο τόλμαν, τῷ[3] προπετῶς οὕτω καὶ ἀφειδῶς κυβιστῆσαι καθ' ὕδατος, οὕτω πρόδηλον τὸν ἀπὸ τῶν φωκῶν ἔχον-

[1] Videtur ergo a Paulo baptismi donum accepisse, nisi signaculum baptismi partem esse intelligamus, illumque præcedere, ut supra ostendimus. [2] Histor. Metaphr. appellat λάκκον μεστὸν ὕδατος. [3] Ita alibi pro τό.

PETRI PANTINI NOTÆ.

(10) *Ὃ εἰ καὶ βάπτισμά τις*. Totus hic locus, usque ad illa, ὁ δῆμος ἅπας, a nostro exemplari aberat. Et sane theologi non admiserint hujusmodi tinctionem pro alio quam voti, ut vocant, baptismo habendam. Favet tamen firmatque hanc lectionem ac sensum Metaphrastes, qui hac ipsa de re agens, facit Theclam dicentem, Νῦν καιρὸς τοῦ λούσασθαί με, *Nunc tempus est ut abluar*; moxque iisdem prolatis verbis quæ Noster refert, in euripum insilientem. Quin et illud apud eumdem Metaphrastem huc facere videtur, quod cum Thecla Myra ad Paulum pervenisset, illi tanquam rem ignotam narret se lavacrum, τὸ λουτρόν, denique consecutam fuisse. Nec vero usquam aut Basilius aut Metaphrastes vel verbo indicant Theclam postea ab ullo alio fuisse tinctam; sed tantum ante a Paulo ἐσφραγισμένην, idque antequam in aquam jam insiliret. Qua de re vide notam 7. Rationes autem cur nemo seipsum possit vere baptizare, cum apud theologos, tum etiam in jure canonico vide, lib. III *Decretal.*, tit. 42, C. *Debitum*. In quo tamen capite additur: Judæum in necessitate constitutum, seipsum in aquam immergentem, et formæ verba adhibentem, si continuo discessisset, ad cœlestem patriam protinus evolaturum fuisse propter sacramenti fidem, etsi non propter fidei sacramentum: si tamen supervivat, ab alio denuo baptizandum.

τος θάνατον· ὃν ἡ μὲν παρθένος ὑπερησμένιζε, μόνον ἵνα τύχῃ τῆς ἐν Χριστῷ τελειώσεως. Ὡς τολμηρὸν δὲ ἄγαν καὶ φρικῶδες ὁ πᾶς κατῳκτίζετο λεὼς, καὶ δάκρυσι κατένιφε [1] τὸ κυνηγέσιον. Ἀλλ' οὐδὲ ὡς ἠμελεῖτο ἡ μάρτυς. Τὸ γὰρ περιλαμφθὲν ἐξαίφνης οὐράνιον πῦρ, καὶ τοῖς ὕδασιν ἐμπεσὸν, τὰ μὲν θηρία τῆς οἰκείας ἐξίστη τοῦ δρᾷν ἐνεργείας, τὴν δὲ Θέκλαν γυμνὴν οὖσαν καὶ περιέστελλε, καὶ θαλάμου χρείαν αὐτῇ παρείχετο. Ἀλλὰ γὰρ οὔτε τούτων γενομένων τῶν θεοσημειῶν αἰδώς τις ἢ φόβος εἰσῄει τὸν ἀναιδῆ Ἀλέξανδρον· τῷ γοῦν πλήθει τῶν θηρίων πλῆθος ἕτερον ὑπεισῆγεν, ὥσπερ τι πνεῦμα βίαιον κύμασι ἐπεγεῖρον κύματα, καὶ νικῆσαι μὲν φιλονεικοῦν [2] ὃν ἀμήχανον ἦν· τίς γὰρ Θεὸν οἶδε νικήσας ποτέ; Ἡττώμενος δὲ ἐλάνθανε. Καὶ γὰρ ὑπὸ συμπαθείας πολλῆς τὰ θεώμενα γύναια, ἢ καὶ θεόθεν κινηθέντα, ἀντιμηχανῶνταί τι τοιοῦτον. Πλῆθος γὰρ ἀρωμάτων καὶ μύρων ἐπεισαγαγοῦσαι, καὶ διὰ πυρὸς ἐξατμίσασαι, τῷ ποικίλῳ τῆς ὀδμῆς κατεκήλησάν τε τὰ θηρία καὶ ὕπνῳ βαθεῖ κατεκοίμισαν, ὡς τὴν Θέκλαν εἶναι μὲν μεταξὺ θηρίων πολλῶν, πολλῆς δὲ τότε [3] ἐπὶ τούτοις τῆς ἀδείας ἀπολαύειν. « Εἴωθε γὰρ οὐκ ἐκ περιουσίας ποτὲ ἢ δυνάμεως ἐρμᾷν [4] κατὰ τῶν ἀνέδην ἀσεβούντων ὁ Θεός· ἀπὸ δὲ σκνιπῶν, καὶ βατράχων, καὶ μυιῶν, καὶ παρνόπων, καὶ ἑτέρων τινῶν τοὺς μεγάλα δύνασθαι βουλομένους ἀεὶ καταγωνίζεσθαι, παιδιᾶς [5] μᾶλλον, οὐ σπουδῆς ἔργον ποιούμενος τὴν τῶν δοκούντων ὑψηλῶν καὶ ἀθέων κατάλυσιν. » Ὥσπερ δὴ κἀνταῦθα γεγένηται. Καὶ τούτου δὲ οὕτως γεγονότος, ἀναιδέστερος ἦν ὁ Ἀλέξανδρος. « Ταύρους γὰρ ἔχω, φησὶ πρὸς τὸν ἡγεμόνα, χαλεποὺς καὶ λίαν μανιώδεις· τούτοις ἐὰν συνδεθῆναι μόνον κελεύσῃς αὐτὴν, ταχέως τὸ τῆς τιμωρίας ὀψόμεθα πέρας. » Ἀλλ' ὁ μὲν ἡγεμὼν ἀκούσας, καὶ ἄκων ἐπέτρεψε· τῷ προσώπῳ τὴν ἐπὶ τῷ πράγματι λύπην ἐπιδειξάμενος. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος πρὸς τῇ κατὰ φύσιν θηριωδίᾳ τῶν ταύρων καὶ τὸ πῦρ ἐπιμηχανησάμενος διά τινων ἐκκαιομένων ὀβελῶν, ὑπομάζιον προσῆγε τοῖς ταύροις· ἔλαθε δὲ καὶ οὕτως ἡττηθείς· τούς τε γὰρ ταύρους ἀνεῖλε τὸ πῦρ, καὶ τὰ δεσμὰ διέφλεξε, καὶ τὴν παρθένον τῶν δεσμῶν ἀπέλυσε, μηδὲ ὅσον ψαῦσαν αὐτῆς· καὶ τὸ οὕτω δεινὸν σόφισμα εἰς τοὐναντίον περιῆλθε τῷ δεινῷ σοφιστῇ καὶ μηχανοῤῥάφῳ κατὰ τῆς τοῦ Θεοῦ σοφίας τε καὶ δυνάμεως. Καὶ τῆς ἀπειλῆς δὲ ταύτης εἰς τοῦτο τελευτησάσης, ἡ Τρύφαινα, καὶ τῷ μήκει τοῦ χρόνου ἀπειποῦσα, καὶ τῷ μεγέθει τῆς ἐπὶ τῇ Θέκλῃ ἀνίας λιποψυχήσασά τε καὶ λιπαυγήσασα, ἀθρόον καταφέρεται τοῦ θεάτρου παρὰ τοὺς Ἄβακας [6] · τόπος δὲ ἦν οὕτω καλούμενος, Ἄβακες. Τοῦτο φόβου μὲν πολλοῦ καὶ πτοήσεως τὴν πόλιν ἅμα πᾶσαν ἐπλήρωσε (καὶ γὰρ εὐθὺς ἐξεβοήθη τὸ κακόν), δείματος δὲ ἐξαισίου τὸν δικαστήν. Ὁ δὲ Ἀλέξανδρος ἐκπλαγεὶς καὶ ὑπότρομος γενόμενος,

A Sed hanc virgo libentissime amplectebatur; **265** modo ut in Christo vitam terminaret. Populus tamen, ut dixi, rem velut temerariam atque horrendam commiseratione prosequens, lacrymis venerationem conspergebat. Verum nec isto modo martyr a Deo fuit neglecta. Derepente enim ignis cœlestis circumcirca refulgens, et in aquas delapsus, belluas quidem propria agendi facultate exuit, Theclam vero nudam operiens, thalami usum eidem præbuit. At enim nec his miraculis divinitus editis impudentem Alexandrum ullus pudor aut timor incessit; quia violenti turbinis instar, fluctus fluctibus incitantis, multitudini belluarum, aliam multitudinem induceret, illumque omni studio vincere contenderet, qui omnino vinci nequibat: quis B etenim unquam Deum vicerit? Sed nimirum nec sentiens ipsemet victus fuit. Mulieres enim quæ spectaculo intererant, præ maxima Theclæ commiseratione, seu divino impulsu actæ, istiusmodi inventum contra comminiscuntur. Magnam enim copiam aromatum unguentorumque comportantes, ex illisque per ignem, vaporem elicientes, odoris varietate belluas demulsere, et somno arctiore consopiere: ita ut Thecla media inter illas, et quidem tanto numero consistens, magna tamen metus vacuitate perfrueretur. « Solet namque Deus, non totis potentiæ suæ viribus contra eos, qui promiscue in ipsum nefaria committunt, irruere; sed culicibus, ranis, muscis, locustis, aliisque id genus, nimiam potentiam affectantes semper de- C bellare; quo velut per ludum potius, quam serio agendo, sublimes, ut esse sibi videntur, illos, impiosque Numinis contemptores, se perdere ostendat. » Quemadmodum et hic usuvenit; tametsi hoc facto impudentior insuper Alexander evasit. « Tauros enim, inquit, o præses, habeo sævos atque impense furiosos: quibus si istam alligari modo jusseris, cito hujus supplicii finem videbimus. » Qua re intellecta, præses invito licet animo, ita fieri imperat; vultu dolorem, quem inde capiebat, satis testatus. Alexander interim ad naturalem taurorum feritatem, ignem insuper commentus, subulis quibusdam candentibus illum feminibus taurorum admovit; etiam hac se via superatum iri non animadvertens: nam ignis tauros quidem D interemit, et vincula combussit; at virginem, nec leviter quidem attactam, nexu omni expedivit; sicque **266** commentum adeo callidum, adversus divinam sapientiam ac potentiam structum, contra quam artifex ille doloque architectus opinatus fuerat, provenit. Cum igitur illa terriculamenta huc recidissent, Tryphæna longiori mora deficiens, et doloris magnitudine, quem ex ærumnis Theclæ capiebat, animi deliquio, tenebrisque obortis, fati-

[1] κατένειψε V. C. [2] nostrum exemplar, εἰ καὶ μᾶλλον ἡττώμενος διεφαίνετο. Καὶ γάρ. [3] τό γε V. C. [4] οὔτε γὰρ ἐκ περιουσίας ποτὲ ἢ δυνάμεως ὁρμᾷ V. C. [5] πέφυκε παιδ. οὐ σπουδῆς ἔργ. V. C. οὕτως ὑπερηχόντων καὶ ἀθ. V. C. [6] Suidas dict. ἄβαξι. Vitruvius lib. 13, c. 5, abacum in podiis vocat planitiem quæ sedilis vicem præbet.

sceus, protinus ad Abacas (locus erat ita appellatus), theatro effertur. Ea res ingenti timore, mentisque perplexitate urbem simul universam (actutum enim sermone omnium, mali nuntius percrebuerat), judicem vero immenso pavore implevit. Quin et Alexander attonitus jam et contremiscens, pronusque in terram prolapsus, his ad præsidem usus est verbis :

« Ego, præstantissime præses, injuria affectus sum, et corpus meum contumelia probroque impetitum est ab hac, sive muliere, sive dea, sive noxio genio : non enim habeo aliud, quod peregrinæ huic ac portentosæ belluæ, atque adeo belluis omnibus, ut apparet, impudentiori, nomen imponam. Nihil enim ab illis ipsis belluis, a quibus id pati consentaneum fuerat, illi tristius est illatum, quod præstigiis forte aut arte, sive sacro quopiam ritu potentiore, naturam adeo feram atque immansuetam superavit. Facessat hinc tamen ; urbe exturbetur ; ad alios exportetur ; abeat deinceps, indolisque suæ adeo insolentis ac peregrinæ inter alios specimen edat. Terror enim non levis, præses merito suspiciende, hanc urbem concussit ac perturbavit, quod causa hujus bestiariæ forte an Tryphæna e vita exierit. Quod si vere obiit, hujusque rei consanguineus ipsius Cæsar certior fiat, actum est de me, actum est de hac urbe : quin et tu una in periculum venies, quod hanc tantam, tamque diram excitatam tragœdiam nihili feceris. Quare, si quid mihi credis, hanc urbe extermina, auctoresque nos præbeamus incolumitatis, regiæ huic feminæ conservandæ, si qua nos ratio, si qua cura propriæ salutis tenet. » Hac oratione commotus præses, simulque gaudens se a judicio adeo iniquo ac violento expeditum, ex Thecla propius ad se accita percontatur, quænam esset, et qua tandem arte belluas superasset : fortassis, quod in suspicionem cogitationemque minime probam, et Thecla indignam, incidisset. « Hominibus enim, qui in ignoratione divini Numinis, virtutisque quam Deus religiose

267 vitam ducentibus impertitur, versantur, etiam ipsa sanctorum miracula suspecta habentur. Quod non a Deo illa proficisci, aut animæ pietatis studiosæ esse simulacra arbitrantur : sed incantamenti præstigiosi, magicæque artis effectiones, ex sua improbitate nostras perpetuo actiones æstimantes. Sed aliter se res habet. Magus enim, dum novi atque inusitati quidpiam molitur, prius ad humanas hostias, animaliumque mactationes, et id genus alias impuritates confugit : alioqui sine ritus istiusmodi detestabilis adjumento, nihil unquam rerum istarum insolentium atque insuetarum effecerit. » Quod si quis Apollonium Tyaneum [a] Cappadocem (ut ex pluribus illustriorem afferamus) ex scriptoribus, qui res illius gestas litterarum monumentis prodiderunt, cognoverit, profecto sceleratas maleficasque viri artes, simul etiam exsecrandos nefariosque effectus intellexerit ; quasdam etiam superorum evocationes, animarum eductio-

A πρηνής τε πεσων ἐπὶ τῆς γῆς, τοιούτοις ἐχρῆτο πρὸς τὸν ἡγεμόνα ῥήμασι·

« Ὕβρισμαι μὲν ἐγὼ, καὶ προπεπηλάκισται τὸ σῶμα τοὐμὸν, ὦ κράτιστε ἀρχόντων, παρὰ ταύτης τῆς εἴτε γυναικὸς, εἴτε δαίμονος, εἴτε κακοδαίμονος· οὐ γὰρ ἔχω τί καλέσω τὸ ξένον τοῦτο καὶ ἀλλόκοτον θηρίον, καὶ πάντων τῶν θηρίων τούτων φανὲν ἀναιδέστερον. Καὶ γὰρ πέπονθε παρ' αὐτῶν, ὧν [1] ἔδει παθεῖν, οὐδὲν βλαβερόν [2]· ἐκ μαγγανείας ἴσως τινὸς, ἢ ἄλλης κρείττονος τέχνης καὶ τελετῆς περιγεγονυῖα τῆς οὕτω ἀγρίας καὶ ἀνημέρου φύσεως. Ἀπίτω δ' οὖν
B ὅμως ἐντεῦθεν· ἐκβαλλέσθω τῆς πόλεως· ἐκφερέσθω πρὸς ἑτέρους· οἰχέσθω λοιπὸν, καὶ διδότω πεῖραν ἐν ἄλλοις τῆς οὕτω ξένης καὶ καινοτέρας φύσεως. Φόβος γὰρ οὐ τυχὼν, ὦ θαυμάσιε τῶν ἀρχόντων, τὴν πόλιν ταύτην κατέσεισέ τε καὶ ἐξεδόνησεν, ὅτιπερ δι' αὐτὴν ταύτην θηριομάχον ἡ Τρύφαινα τάχα τέθνηκεν. Εἰ δὲ τῷ ὄντι τέθνηκε, καὶ τῷ ταύτης συγγενεῖ τῷ Καίσαρι τοῦτο γένηται δῆλον, ἀπολοῦμαι μὲν ἐγὼ, ἀπολεῖται δὲ ἡ πόλις αὕτη, καὶ σὺ δὲ κινδυνεύσεις, ὡς τοσαύτης καὶ οὕτω χαλεπῆς ὑπεριδὼν τραγῳδίας. Εἰ οὖν ἐμοὶ πείθῃ, ἔκβαλε μὲν ταύτην τῆς πόλεως· γενώμεθα δὲ τῆς τοῦ βασιλικοῦ γυναίου σωτηρίας [3], εἴ τις ἄρα λόγος ἡμῖν, καὶ φροντὶς περὶ τῆς σφῶν αὐτῶν σωτηρίας. » Ἐπὶ τούτοις ὁ ἡγεμὼν διαταραχθεὶς τοῖς ῥήμασι, ἅμα
C δὲ καὶ ἡσθεὶς, ὡς οὕτω παρανόμου καὶ βιαίας δίκης ἀπαλλαττόμενος, πλησιαίτερον τὴν Θέκλαν μεταπεμψάμενος, ἤρετο τίς τε εἴη, καὶ ὅ τι πράττουσα κρείττων πέφηνε τῶν θηρίων· ἴσως καὶ πρὸς ὑπόνοιαν ἢ λογισμὸν ἐλθὼν οὐκ εὐπρεπῆ, οὐδὲ τῇ Θέκλῃ προσήκοντα. « Τοῖς γὰρ ἐν ἀγνοίᾳ τοῦ Θείου τυγχάνουσι, καὶ τῆς θεόθεν τοῖς εὐαγέσι τῶν ἀνθρώπων χορηγουμένης ἰσχύος, ὕποπτα καὶ τὰ θαύματα τῶν ἁγίων γίνεται. Οὔτε γὰρ Θεοῦ ταῦτα νομίζουσιν, οὔτε μὴν ψυχῆς εὐσεβοῦς ἰνδάλματα· μαγγανείας δέ τινος καὶ μαγικῆς τέχνης ἀποτελέσματα· ἐκ τῶν καθ' ἑαυτοὺς ἀεὶ κακῶν καὶ τὰ ἡμέτερα κρίνοντες. Ἔχει δὲ οὐχ οὕτως. Μάγος μὲν γὰρ ἄνθρωπος καινουργῆσαί τι καὶ παραδοξοποιῆσαι βουληθεὶς, ἐπ' ἀνδροφονίας τε καὶ ζωοκτονίας καὶ ἄλλας τινὰς
D τοιαύτας μιαρουργίας [4] πρότερον ἴεται· οὔτε γὰρ ἂν πράξειέ τι τῶν ἀτόπων καὶ ἀήθων δίχα τῆς τούτων βδελυγμίας τε καὶ συνεργίας. » Καὶ εἴ τις ἔγνω τὸν ἐκ τῶν Θυανέων τῶν Καππαδοκῶν Ἀπολλώνιον, παρὰ τοῖς τὸν ἐκείνου βίον ἀναγεγραφόσιν (ἵνα ἐκ τῶν πάνυ πολλῶν τὸ [5] περιφανέστερον εἴπωμεν), ἔγνω που πάντως καὶ τῆς κατὰ τὴν γοητείαν τοῦ ἀνδρὸς τέχνης τὰ μιαρὰ καὶ δυσαγῆ ἀποτελέσματα, θεαγωγίας τέ τινας καὶ ψυχαγωγίας, καὶ δαιμόνων ἐπικλήσεις, καὶ λανθανούσας ἀνοσιουργίας· ὡς καὶ παρὰ τῶν ἐν Αἰθίοψι καὶ Ἰνδοῖς Γυμνοσοφιστῶν μήτε ὑποδεχθῆναι σπουδαίως, ἀλλὰ γὰρ θᾶττον ἀποπεμ-

[a] *Apollonius Tyaneus.* Descripsit ejus Vitam Philostratus octo libris. Vide etiam Eusebii Cæsariens. librum singularem contra Hieroclem, qui monstrum illud hominis cum Christo Servatore non veritus est comparare. [1] τούτων ὧν V. C. [2] ὑπὸ θηρίων V. C. [3] for. deest αἴτιοι. [4] μιανουργίας al. [5] fort. τόν.

φθῆναι, ὡς οὐκ εὐαγὴς οὐδὲ ὅσιος ἄνθρωπος, οὐδὲ A φιλόσοφος ἀληθῶς, πολὺ δὲ τοῦ κατὰ τὴν γοητείαν μιάσματος ἔχων. Ἰουλιανοὺς δὲ καὶ Ὀστάνας καὶ Σίμωνας καὶ τοιοῦτον ὅμιλον [1] κακῶν, τί ἄν τις καταλέγοι νῦν; ὧν καὶ τὸ μνησθῆναι μόνον, μιάσματός ἐστι πληρωθῆναι. Ἀνὴρ δὲ ἅγιος, καὶ θεοπρεπεῖ βίῳ κοσμούμενος, ἐξ εὐχῆς μόνον καὶ ῥηματίων ὀλίγων, καὶ δακρύων οὐ πολλῶν, ὃ βούλεταί οἱ γενέσθαι παρὰ Θεοῦ, τοῦτο ῥᾷστά τε καὶ εὐπετῶς διανύειν πέφυκεν. Οἷος Ἠλίας ἐκεῖνος, μικρὰ μὲν ἄττα φθεγγόμενος καὶ ἀγροικικὰ ῥήματα προϊέμενος, μεγάλα δὲ ἐργαζόμενος. Καὶ γὰρ ἀεί τε πάντως διετέλει μεγαλουργῶν, ὅς γε [2] καὶ ἀπὸ μόνου τοῦ· *Ζῇ Κύριος, ᾧ παρέστην ἐνώπιον αὐτοῦ σήμερον, εἰ ἔσται ὑετὸς ἐπὶ τὴν γῆν, εἰ μὴ διὰ στόματός μου*· καὶ B κλείσας ἐπὶ τρισὶν ὅλοις ἔτεσι καὶ μησὶν ἓξ τὸν οὐρανὸν, καὶ τηρήσας [3] ἀνέφελον, καὶ πάλιν ἀνοίξας αὐτὸν καὶ ποιήσας ὀμβροτόκον, κατὰ τὸ δοκοῦν αὐτῷ. Οἷος ἦν Μωϋσῆς, ὁ ἐξ εὐχῆς μόνης καὶ τῆς τῶν ἱερῶν αὐτοῦ χειρῶν εἰς τὸν οὐρανὸν ἀνατάσεως, ἔθνος ὅλον, τὸ τῶν Ἀμαληκιτῶν, καταστρατηγήσας· καὶ θαλάττῃ πάλιν, τοσούτῳ καὶ ἀστάτῳ στοιχείῳ, τἀναντία ἐπιτάξας· διεῖλέ τε γὰρ αὐτὴν εἰς πορείαν τοῦ λαοῦ, καὶ πάλιν συνήγαγεν· εὐχῇ καὶ τοῦτο κἀκεῖνο ποιήσας. Οἷος ἦν ὁ Πέτρος, δι' εὐχῆς μόνης καὶ βαρβαριζούσης φωνῆς καὶ νεκρὸν ἀναστήσας, καὶ πύλας ἠσφαλισμένας καὶ εὖ μάλα συγκεκλεισμένας ἀναπετάσας, καὶ τὰς περικειμένας ἁλύσεις αὐτῷ περιτήξας, καὶ Σίμωνα τὸν πολυθρύλλητον μάγον, εἰς οὐρανὸν ἀναπτῆναι δοκοῦντα, κατασπάσας τε αὖθις, καὶ ἐπὶ γῆς C ἐξ αὐτοῦ λοιπὸν τοῦ αἰθερίου κύκλου καταῤῥήξας. Καὶ μάρτυς τούτου τοῦ θαύματος ἡ μεγίστη Ῥώμη καὶ βασιλίζουσα πόλις. Οἷος ἦν Παῦλος, ὁ καὶ δεσμωτήριον ὅλον ἐκ βάθρων περιδονήσας καὶ μικροῦ [4] κατασείσας, καὶ νεκρὸν τὸν Εὔτυχον ἀναστήσας, καὶ τὸν Ἐλύμαν ἄνθρωπον ἐπὶ γοητείᾳ βοώμενον ἐκτυφλώσας. Διὰ τοιούτων τοιγαροῦν καὶ ἡ Θέκλα καὶ ὁμοιοτρόπων εὐχῶν καὶ λόγων κρατῆσαι καὶ πυρὸς, καὶ λεόντων, καὶ ταύρων, καὶ θαλαττίων θηρίων ἴσχυσεν. Ὅθεν καὶ ὑπολαβοῦσα, φησὶ πρὸς τὸν δικαστήν·

A nes, dæmonum invocationes, clandestinasque ac sceleratas superstitiones : ita ut etiam in Æthiopia et India ab Gymnosophistis tantum abfuerit ut bene fuerit exceptus, ut potius, ut impurus impiusque, ac minime philosophus, sed nimia magicarum præstigiarum fœditate laborans, celerrime rejectus. Quis tandem Julianos, Ostanas (11), Simonesque, ac similium improborum hominum turbam percenseat? Quorum vel sola recordatione, se quis maximo scelere inquinaverit. Cæterum vir sanctus, vitaque ex Dei præscripto instituta ornatus, quod fieri a Deo postulat, sola oratione, paucisque verbis, ac lacrymis facillime citissimeque conficere solet. Qualis Elias ille, qui minutis quibusdam, idque agrestibus verbis magna quædam B (cujusmodi rerum mirificus semper effector fuit) perpetravit : quippe vel hoc solo dicto : *Vivit Dominus, cui astiti in conspectu ejus hodie, si erit pluvia super terram, nisi per os meum* [h], triennii et semestris integri spatio cœlum clausit, et innube præstitit; iterumque reseravit, et pro animi sui sententia pluvium nimbosumque reddidit. Qualis Moses, qui sola orationis virtute, sacrarumque manuum ad cœlum porrectione, totam Amalecitarum gentem debellavit [i] : marique rursum, elemento tam vasto atque instabili, duo quædam adeo in se contraria imperavit : divisit enim illud, ut populo iter præberet **266**, ac denuo coegit; eorum utrumque oratione perficiens [k]. C Qualis erat * Petrus, qui unius orationis efficacia, voceque alioqui barbara, et mortuam quamdam excitavit [l], et portas præsidio munitas firmiterque conclusas aperuit [m], catenasque sibi injectas tanquam liquefactas dissolvit, et Simonem Magum tantopere celebratum, qui in cœlum volare videbatur, rursum in terram detraxit, ipsoque æthereo orbe deturbavit [n]. Cujus miraculi testis est urbs maxima et regia Roma. Qualis item Paulus erat, qui et carcerem totum a fundamentis concussit, ac tantumnon prorsus evertit [o]; et * Eutychum vita defunctum, in eamdem revocavit [p]; et Elymam, magicæ artis nomine insignem, excæcavit [q]. Ejusmodi igitur et similibus precibus ac verbis, Thecla quoque ignem, leones, tauros, belluasque marinas potuit superare. Quamobrem, subjecto sermone, ita judicem est allocuta :

« Εἰμὶ μὲν, ὡς ὁρᾷς, γυνὴ, καὶ κόρη τὴν ἡλικίαν, καὶ ξένη, καὶ ἔρημος· προασπιστὴς δέ μου καὶ προστάτης ἐστὶ Θεὸς, καὶ ὁ τούτου μονογενὴς Υἱός· ὁ D πάλαι μὲν ὤν, καὶ προών, καὶ σὺν τῷ Πατρὶ πάντοτε ὤν· νῦν δὲ ἐπὶ γῆς ὀφθεὶς, καὶ κηρυχθεὶς

« Mulier sum, ut vides, ætate juvencula, advena, amicis destituta : sed Deum habeo propugnatorem D et patronum, ejusque Filium unigenitum a sæculo quidem et ante sæculum, semperque omnino cum Patre exsistentem ; nunc vero in terris visum, et

[h] III Reg xvii, 1. [i] Exod. xvii, 11. [k] Exod. xiv, 10-31. [l] Act. ix, 40. [m] Act. xii, 8. [n] ibid. 7. [o] Act. vi, 16-26. [p] Act. xx, 9. [q] Act. xiii, 8.

[1] ὅμαδον V. C. [2] ὥς γε V. C. [3] τελέσας V. C. [4] μικρόν V. C.

PETRI PANTINI NOTÆ.

(11) *Julianos, Ostanas.* Arnob. lib. I *Contra gentes : Armenius, Hostanis nepos et familiaris, Pamphilus Cyri, Apollonius, Damigero, et Dardanus, Velus, Julianus et Bæbulus, et si quis alius qui principatum et nomen fertur in talibus habuisse præstigiis*; et lib. VIII, *Hostanes magorum primus.* Meminit et Tatianus *Orat. ad Græcos*; Plinius lib. XXX, c. 1; Tertull. cap. 57 lib. *De anima*; Cyprian. lib. *De idolorum vanitate*; Augustin. lib. VI *De baptismo*, sub finem; Minutius Felix *Octavio*. De Juliano autem præ cæteris Gregorius Nazianzenus cum alibi, tum oratione I in hoc monstrum; Nicephorus Callistus l. X, multis locis; Socrates *Histor.* lib. III, c. 18; Sozomenus lib. V, cap. 2.

per præcones multos, tum Pauli magistri mei imprimis opera promulgatum. Hoc igitur Jesu freta, et in illum credens, tot tamque terribiles Alexandri belluas, et antea ejusdem tyrannidem impuritatemque devici. Et quisquis vere in eodem fiduciam suam collocaverit, in ipsumque crediderit, beneficia ab ipso meis paria, imo etiam his ampliora, consequetur. Hic enim, inquit (forte enim præstat nos, nihil omittentes, ipsismet martyris verbis uti: quod sint magnificentiora, et theologici cujusdam sensus pleniora, quam pro feminæ captu), hic, inquit illa, unus salutis est terminus, vitæ immortalis fundamentum; eorum qui tempestate jactantur, perfugium; afflictorum quies; desperatorum præsidium; et (ut numero dicam) quicunque in ipsum non crediderit, haud vivet; sed morte multabitur sempiterna. » Quibus dictis judex, partim firmitatem animi fortitudinemque in virgine plane virilem, partim in dicendo gravitatem sapientiamque admiratus, ipsamque veneratione jam potius, quam commiseratione prosequens; suspiciens magis, quam vicem illius dolens, solitis ipsam vestibus indui **269**, munduinque gravi atque honestæ feminæ convenientem, recipere jubet. Allata autem jam veste, ac præside, suomet ore, ut uteretur adhortante, virgo cum gaudio verba illius excipiens, ipsa talibus est subsecuta: « Deus, inquit, qui mihi nudæ, et belluis in escam objectæ, auxilio fuit; luminisque sui tegumentum largitus, in tempore atque habitu adeo ignominioso, me suamet gloria convestiit, te hactenus in terris imperantem, et his me vestibus induentem, resurrectionis, et regni sui tempore, jugi neque unquam finienda salute circumdet, et pro rebus hisce corruptioni obnoxiis atque caducis, immortalia æternaque sua dona rependat. » Hæc tanta precibus Thecla a Deo poscente, præses illam magis condecoratam, atque amplificatam volens, hujusmodi ipsemet verba ad populum Antiochenum habuit:

« Cujus criminis accusationem Alexander hic noster in hanc puellam congessit congeritque, viri Antiocheni, id (ut conjicere licet) nec credibile est, nec verum, immo nullum. Neque enim æquum est, ut iracundiam illius de hujus vita et moribus potius judicem statuamus, quam rerum quæ paulo ante in ipsa evenerunt, tam insigne miraculum. Quæ autem omnes publice conspeximus, et multa sunt, et stupenda, ac divinis signis vere consentanea opera. Nam tot eam belluis, adeoque efferatis objectam, ut superiori loco sedentes, et spectantes, attoniti sæpius exhorresceremus, incolumem tamen, inviolatamque discessisse; quibus non vel admodum vecordibus manifesto indicio est, Deum aliquem, ob vitæ ipsius integritatem castimoniamque ac pudorem, morumque sanctimoniam puellis honesto loco natis convenientem,

A διά τε πολλῶν ἄλλων καὶ τοῦ ἐμοῦ διδασκάλου τοῦ Παύλου. Ἐπὶ τοῦτον τοίνυν τὸν Ἰησοῦν θαῤῥοῦσα καὶ πιστεύουσα, τῶν πολλῶν καὶ φοβερῶν Ἀλεξάνδρου περιγέγονα θηρίων, καὶ τῆς αὐτοῦ [δὲ] [1] πρώτου [2] τοῦ Ἀλεξάνδρου τυραννίδος καὶ ἀνοσιότητος. Καὶ πᾶς δέ τις εἰς αὐτὸν θαῤῥῶν καὶ πιστεύων γνησίως, τῶν ἴσων ἐμοὶ ἢ καὶ μειζόνων ἐπιτεύξεται χαρισμάτων. Οὗτος γὰρ, φησί· (τάχα δὲ καὶ ἄμεινον, μηδὲν ἐλλείψαντας, αὐτοῖς τοῖς τῆς μάρτυρος χρήσασθαι ῥήμασιν· ἔχουσι γάρ πως καὶ μεγαλοπρεπέστερον καὶ θεολογικώτερον, ἢ κατὰ τὴν γυναικικὴν ἐπιστήμην·) οὗτος γὰρ, φησὶ, μόνος σωτηρίας ὅρος ἐστὶ, καὶ ζωῆς ἀθανάτου ὑπόστασις· ἔτι γε μὴν καὶ χειμαζομένων προσφύγιον, καὶ θλιβομένων ἄνεσις, καὶ ἀπελπισμένων σκέπη· καὶ ἅπαξ ἁπλῶς δὲ, φησὶ,
B ὃς ἂν μὴ πιστεύσῃ εἰς αὐτὸν, οὐ ζήσεται, ἀλλ' ἀποθανεῖται εἰς αἰῶνας. » Ταῦτα τῆς μάρτυρος εἰπούσης, θαυμάσας ὁ ἡγεμὼν τό τε ἔντονον καὶ ἀνδρικὸν τῆς κόρης, τό τε ἐπὶ τοῖς λόγοις ἐμβριθὲς καὶ φιλόσοφον, καὶ δυσωπηθεὶς μᾶλλον, ἤπερ οἰκτείρας, καὶ θαυμάσας, ἤπερ ἐλεήσας, κελεύει τοῖς τε εἰθισμένοις αὐτὴν ἱματίοις ἀμφιάσασθαι, καὶ τὸν σεμνῇ καὶ σώφρονι πρέποντα γυναικὶ κόσμον ἀπολαβεῖν. Κομισθείσης δὲ τῆς ἐσθῆτος, καὶ τοῦ ἡγεμόνος οἰκείᾳ προτρεψαμένου φωνῇ χρήσασθαι τοῖς ἱματίοις, δέχεταί τε πρὸς ἡδονὴν τοὺς λόγους ἡ παρθένος, καὶ ὑπολαβοῦσα ἔφη· « Ὁ Θεὸς, φησὶ, ὁ καὶ γυμνωθείσῃ μοι καὶ προκειμένῃ θηρίοις εἰς βορὰν βοηθήσας, καὶ τὴν ἀπὸ τοῦ φωτός μοι χαρισάμενος σκέπην, καὶ τῇ
C οἰκείᾳ με περιστείλας δόξῃ, ἐν ἀδοξίας καιρῷ καὶ σχήματι, καὶ σὲ, τὸν ἐπὶ γῆς ἄρτι κρατοῦντα καὶ τοῖς ἱματίοις με τούτοις ἀμφιάσαντα, κατὰ τὸν τῆς ἀναστάσεως καὶ βασιλείας καιρὸν ἐνδύσῃ σωτηρίαν ἄληκτον καὶ ἀτελεύτητον, καὶ ἀντὶ τῶν φθαρτῶν τούτων καὶ ἐπικήρων, τοῖς ἀθανάτοις αὐτοῦ καὶ διαιωνίζουσιν ἀμείψηται δώροις. » Τοσαῦτα δὲ καὶ τῆς Θέκλης ἐπευξαμένης, ὁ ἡγεμὼν ἐνδοξοτέραν αὐτὴν καὶ περιφανεστέραν διαφῆναι βουληθεὶς, οἰκείᾳ φωνῇ καὶ ῥήμασι τοιούτοις πρὸς τὸν Ἀντιοχέων δῆμον ἐχρήσατο·

« Ἃ μὲν οὗτος ὁ Ἀλέξανδρος, ὦ ἄνδρες Ἀντιοχεῖς, ἔφησέ τε καὶ φάσκει κατὰ τῆς κόρης ταύτης, ὡς ἔοικεν, οὐδὲν οὔτε πιστὸν, οὔτε ἀληθές ἐστιν. Οὔτε γὰρ τὸν τούτου θυμὸν χρὴ μᾶλλον ποιήσασθαι δικα-
D στὴν τοῦ ταύτης βίου καὶ τρόπου, ἢ τῶν ἔναγχος περὶ αὐτὴν ταύτην πραχθέντων τὸ πολὺ θαῦμα. Ἃ δὲ κοινῇ τεθεάμεθα πάντες, πολλά τέ ἐστι καὶ θαυμάσια, καὶ θεοσημείας ἀληθῶς ἄξια πράγματα. Τὸ γὰρ θηρίοις μὲν αὐτὴν ἐμβληθῆναι πολλοῖς οὕτω καὶ χαλεποῖς, ὡς καὶ τοῖς ἄνω που καθημένοις καὶ θεωμένοις ἡμῖν πολλὴν πολλάκις ἐγγενέσθαι διὰ ταῦτα τὴν φρίκην, ἀσινῆ δὲ ταύτην ἀπελθεῖν καὶ ἀκέραιον, πῶς οὐχὶ καὶ τοῖς ἄγαν ἀνοήτοις εὔδηλον, ὡς ἄρα Θεός τις οὐρανόθεν ἀληθῶς προασπίζει τε καὶ ὑπερμαχεῖ ταύτης, βίου τε ἕνεκεν σωφροσύνης, καὶ ταῖς εὖ γεγονόσι [3] πρεπούσης κόραις αἰδοῦς καὶ σεμνότητος; Ἑωρᾶτε γοῦν ἀρτίως, ὅπως καὶ μεταξὺ τῶν

[1] deest V. C. [2] quid si πρώτης aut πρῶτον legamus? [3] γεγονυίαις for.

θηρίων ἱσταμένη εἰς οὐρανόν τε ὤρεγε τὰς χεῖρας, κἀκεῖθεν τὴν κατὰ τῶν θηρίων εἶχεν ἐπικουρίαν. Ὅ με[1] καὶ πλέον πάντων εἰς ἔκπληξίν τε καὶ πολὺ θάμβος κατέστησε, πῶς τῶν θηρίων, τὰ μὲν οὐδ' ὅλως αὐτῇ προσεπέλασε· τὰ δὲ καὶ προσπελάσαντα ἱκέτου τινὸς μᾶλλον καὶ δεδιότος ἐπλήρου χρείαν, ὑποκαθήμενά τε καὶ περισαίνοντα τοὺς πόδας τῆς κόρης· τὰ δὲ πρὸς ἐπιβουλὴν[2] αὐτῆς ὁρμήσαντα, πῶς ὑπὸ τῶν πέλας καὶ ὁμοφύλων θηρίων διεφθείρετο· ὅτι καὶ τῆς πολλῆς ἐκείνης βοῆς καὶ οἰμωγῆς, τῆς καὶ εἰς αὐτὸν τὸν αἰθέρα φθασάσης, ἐπληρώθη μὲν τουτὶ τὸ κυνηγέσιον, ἐπληρώθη δὲ ἡ σύμπασα πόλις· ὡς θαύματος οὕτω μεγίστου καὶ παραδόξου, καὶ μείζονος, ἢ κατὰ ἀνθρώπου φύσιν γεγονότος. Τί οὖν μὴ μετ' εὐφημίας αὐτὴν τῆς προσηκούσης ἀποπέμπομεν, ὡς σεμνὴν, ὡς σώφρονα καὶ κοσμίαν, καὶ Θεοῦ δούλην, ὡς θείων καὶ παραδόξων θαυμάτων αἰτίαν τῇ πόλει ταύτῃ γεγονυῖαν· ὡς καὶ τὰ παρ' ἡμῖν γύναια ταύτην παιδεύσασαν μηδὲν σωφροσύνης ποιεῖσθαι τιμιώτερον, κἂν πυρὶ, κἂν ξίφει, κἂν θηρίοις δέῃ προσομιλεῖν; Ἀλλ', ὦ κόρη, δέδιθι μὲν οὐδαμῶς ἔτι· πεῖραν γὰρ οὐδενὸς ἔτι λήψῃ κακοῦ. Οὐδὲ γὰρ, ἂν ἡμεῖς βουληθῶμεν ἐπαγαγεῖν σοι, πείσῃ τι χαλεπὸν, οὕτως ἀτρώτοις καὶ ἀδαμαντίνοις ὅπλοις ὡπλισμένη. Ἀλλ' ἄπιθι πρὸς οὓς ἐθέλεις, καὶ ὅποι βούλει· μόνον καὶ ἡμῖν εὐμενῆ καὶ ἵλεω τὸν σὸν, ὅστις ποτέ ἐστι, κατάστησον Θεόν.» Ταῦτα ὁ δῆμος ἀκούσας, ἐπευφήμησάν τε καὶ πάσαις εὐλογίαις ἐξύμνησαν τὸν Θεόν· πολλαὶ δὲ καὶ τῶν γυναικῶν, ὁρμήσασαι πρὸς τὴν Τρύφαιναν, εὐαγγέλια τὴν τῆς Θέκλης ἐκόμισαν αὐτῇ σωτηρίαν· καὶ ὡς ἀφείθη μὲν τῶν θηρίων, ἐπείγεται δὲ πρὸς αὐτήν. Ὡς ἀκούσασαν ταῦτα τὴν Τρύφαιναν ψυχωθῆναί τε, ὡς εἰπεῖν, αὖθις, καὶ ἀναβιῶναι, καὶ περισκοπεῖν πότε καὶ ποῦ ἂν ἴδοι τὴν Θέκλαν. Ἣν ὡς εἶδε, προσέφυ τε καὶ περιεπλάκη, καὶ τὰ τῆς ἡδονῆς ἐπ' αὐτῇ δάκρυα λοιπὸν ἀφῆκεν· ἅμα δὲ καὶ ὑπολαβοῦσα ἔφη πρὸς αὐτήν·

«Γέγηθα μὲν, ὦ τέκνον, οὕτως ἀπροσδοκήτως σε θεασαμένη σωθεῖσάν τε καὶ πολλῶν οὕτω κακῶν πεῖραν διαφυγοῦσαν. Γέγηθα δὲ πλέον, οὐχ ὅτι παρ' ἐλπίδας πάσας ἐσώθης μόνον, ἀλλ' ὅτι καὶ τῶν ὑπὲρ ἀναστάσεως λόγων, τῶν πρὸς ἐμέ σοι πολλάκις ῥηθέντων, ἐν σοὶ πρώτῃ τὴν πεῖραν εἶδον ἐκβεβηκυῖαν. Τὸ γὰρ οὕτω σε προδήλως διαφυγεῖν θανάτου, καὶ τελευτῆς ἤδη φαινομένης, ἱκανήν μοι καὶ μάλα πιστὴν ἐνεποίησε καὶ τὴν πληροφορίαν· ὡς ἤδη με πεπεῖσθαι καὶ περὶ τῆς μόνης μοι καὶ ἀγαπητῆς[3] θυγατρὸς τῆς Φαλκονίλλης, ὡς ἀληθῶς ὧν ἐδεῖτο τετύχηκε διὰ τῆς σῆς προσευχῆς. Ἀλλὰ γὰρ δεῦρο, τῶν ἐμῶν πάντων γενοῦ κληρονόμος. Εἰ γὰρ σύ μοι τῶν ἐπουρανίων οὐκ ἐβάσκηνας ἀγαθῶν, ἐγὼ σοι τῶν ἐπιγείων τούτων καὶ ἐπικήρων φθονήσω; Δεῦρο δὴ οὖν, τὴν τῆς Φαλκονίλλης μοι καὶ ἐν τῇ διαδοχῇ τῶν χρημάτων ἀναπλήρωσον τάξιν· οἶμαι

[1] f. ὃ δέ με. [2] ἐπιβολὴν malim. [3] ἀγαθῆς V. C.

cœlitus periculo omni prohibuisse ac propugnasse? Vidistis siquidem jamjam, quo pacto, media inter belluas protrusa, manus in cœlum tetenderit, et inde auxilium contra eas ipsas sibi comparaverit. quodque me præter cætera in pavorem ac stuporem rapuit, quomodo belluarum aliæ nec propius quidem ad illam accesserint, aliæ vero appropinquantes, supplicis potius, ac sibi metuentis modo, subsederint, et cauda circum virginis pedes alluserint: quomodo etiam quæ in exitium illius incitatæ ferebantur, a vicinis cognatisque belluis interfectæ fuerint: **270** cum ingenti illo clamore atque ululatu ad ipsum quoque æthera perveniente, tam cavea, quam civitas universa compleretur; ob magnitudinem scilicet miraculi tam inusitati, ac supra vires humanas editi. Quidni ergo cum fausta, sicuti par est, acclamatione, ipsam, ut castam, temperantem, honestam, ut Dei famulam, divinorumque atque inusitatorum miraculorum huic urbi causam; et feminis nostris, ne quid pudicitia prius ducant, vel si cum flamma, cum gladio, cum belluis res futura sit, magistram factam, a nobis dimittimus? At, o virgo, bono esto deinceps animo; nihil amplius tristioris documenti in te statuetur. Neque enim, si maxime velimus tibi quidquam mali inferre, tu id accipere ac sentire omnino possis, armis hisce adamantinis atque inviolabilibus munita. Sed abi ad quos et quo libet: benevolum modo propitiumque Deum tuum, quicunque tandem ille est, nobis etiam redde.» Hæc populus audiens, secunda acclamatione, omnique laudum genere Numen cœleste est prosecutus. Multæ etiam mulieres incitato cursu ad Tryphænam pergentes, lætum ei de salute Theclæ, a belluis scilicet liberatæ, jamque ad ipsam properantis, nuntium attulerunt. Quo illa accepto, animari rursum, ut ita dicam, ac reviviscere cœpit; ac circumspectare, quando et ubi Theclam videret. Quam simul aspexit, tenaciter se illi agglutinans, amplexansque, et præ gaudio illacrymans, hoc eam sermone mox compellavit:

«Lætor, mea filia, salvam te mihi et incolumem adeo præter omnem exspectationem cerni, tot malorum periculis defunctam; eoque magis lætor, non tam ob insperatam tuam salutem, quam quod sermonum, mecum de resurrectione abs te sæpius habitorum, in te primo omnium specimen editum fuisse perspexerim. Nam morte jam vitæque exitu ante oculos adeo manifesto posito te evasisse, abunde magnam ac valde certam, imo integram prorsus mihi fidem facit, ut persuasissimum deinceps habeam, etiam Falconillam unicam meam dilectissimamque filiam, quorum opus habebat, tuis precibus impetrasse. Agedum vero, huc accede, et bonorum meorum omnium hæres esto. Quando enim tu cœlestia mihi bona non invidisti, egone tibi hæc terrena et caduca invideam? **271** Adsis ergo, et Falconillæ meæ, etiam in successione bonorum,

locum exple: quod ipsum gratum illi quoque accidere existimo. » His a Tryphæna dictis, una omnes domum illius advolarunt. Ubi, præterquam quæ ad lætitiam de Deoque sermonem facerent, nihil cernere erat, adeo ut ecclesia jam potius quam vicinorum se mutuo excipientium et invisentium conventus, Tryphænæ ædes esse viderentur. A Vesta enim, ut dicitur, martyr Christianæ disciplinæ institutionem auspicata, Tryphænam ipsam, tum etiam omnes famulos atque ancillas eidem subditos, numero non paucos, sermone (12) quem de fide

A γὰρ κἀκείνῃ τοῦτο ἀρέσκειν. » Ταῦτα τῆς Τρυφαίνης εἰπούσης, ἅμα πᾶσαι πρὸς τὸ δωμάτιον ὥρμησαν. Καὶ πλὴν τῶν εἰς εὐφροσύνην καὶ θεολογίαν τελούντων οὐδὲν ἦν· ὡς ἐκκλησίαν μᾶλλον ἢ παροικίαν εἶναι ἔτι τὴν τῆς Τρυφαίνης ἑστίασιν. Ἀφ' ἑστίας[1] γάρ, ὡς εἰπεῖν, ἀρξαμένη τῆς κατηχήσεως ἡ μάρτυς, αὐτήν τε Τρύφαιναν, καὶ τῶν ἐπὶ θεραπείᾳ τῆς Τρυφαίνης τεταγμένων παίδων καὶ παιδισκῶν τῷ τῆς πίστεως οὐκ ὀλίγους ᾠκείωσε λόγῳ, καὶ διὰ τῆς σφραγῖδος ἐστρατολόγησε τῷ Χριστῷ. Καὶ τοσαύτης δὲ οὔσης ἐπ' αὐτῇ τῇ Θέκλῃ τῆς περι-

[1] Proverbium.

PETRI PANTINI NOTÆ.

(12) *Sermone Christo conciliavit, et per signaculum.* Fortassis quispiam factum Theclæ, quod docendi tingendique munus mulier sibi usurpavit, non vacare reprehensione judicaverit, tanquam sacris Litteris et ecclesiasticis canonibus postea conditis contrarium. Et quidem de priori Apostolus, I Corinth., cap. XIV, vers. 34: *Mulieres in ecclesiis taceant, non enim permittitur eis loqui, sed subditas esse, sicut lex dicit. Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent.* Et I Timoth. cap. II, vers. 11: *Mulier in silentio discat, cum omni subjectione; docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum, sed esse in silentio.* Ad hæc, præter expressa Apostoli verba, utriusque rei facultatem denegari mulieribus, ex lib. III *Constitut. apostolic.*, c. 9, aperte constat. Eamdem etiam illis postea aufert concilium Carthaginense quartum c. 99: *Mulier, quamvis docta et sancta, viros in conventu docere non præsumat*; et c. sequenti: *Mulier baptizare non præsumat.* Item Tertullian. lib. *De velandis virginibus*, c. 9: *Non permittitur*, inquit, *mulieri in ecclesia loqui; sed nec docere nec tingere*; idemque non licere docet lib. *De baptismo*, c. 17, et lib. *De præscriptionibus advers. hæreticos*, c. 41. Et Epiphan. hæres. 42, tanquam rem absurdissimam refert, a Marcione mulieribus ut baptismum conferrent fuisse permissum; et hæresi 79 ne ipsi quidem sanctissimæ Dei Genitrici datum fuisse asserit, ut baptizaret (qui locus ex lib. III *Constit. apost.*, cap. 9 jam citato, sumptus videtur), alioqui ab ipsa potius quam a Joanne Christum fuisse baptizandum; et paulo post, ex Apostoli præcepto allegato, docendi quoque potestatem illis ademptam ostendit. Quæ quidem omnes auctoritates, licet gravissimæ alioqui, non ita καθόλου capiendæ videntur, quin, ut Tertullianus alibi ait, *cum urget circumstantia periclitantis, tunc constantia succurrentis excipiatur.* Et quidem ad baptismi munus quod attinet, licere, eveniente necessitate, laicis seu viro seu feminæ, seu Christiano seu pagano baptizare, modo adsint materia ac forma et intentio debita, concilio generali Florentino definitur, credendumque proponitur. Quod ipsum multo ante statuerat Nicolaus papa, ut habetur C. *A quodam Judæo. De Cons.* dist. 4, et C. *Romanus*, ibidem. Atque hæc illa est quæstio quam Augustinus lib. II *Contra epistolam Parmeniani*, cap. 13, concilio quopiam decidi optabat, quanquam quid ipse ea de re sentiret, satis declarat lib. VII *De unico baptismo*, cap. 53; et refertur eadem distinct. C. *Solet etiam quæri.* Pulchre etiam consentit ratio. Cum enim non requiratur in ministro baptismi fides aut ordinatio (ut patet ex locis allegatis), nec etiam probitas (ut constat ex c. *Si inter bonos*, C. *Baptismus talis*, C. *Cum baptizat. De Cons.* dicta dist. 4, et aliis multis ibidem relatis), nihil causæ fuit, quin vel a femina pagana, multo magis a Thecla, præsertim jam Christiana, et puella sanctissima, rite recteque conferri posset, viris ad id idoneis non suppetentibus. Astipulatur huic sententiæ Urbanus PP. II epistola ad Vitalem sacerdotem Brixiensem, ut est 30, quæst. 3, C. *Super quibus.* Suffragatur etiam sacra Scriptura. Cum enim quod Judæis circumcisio fuit, nobis baptismus sit, teste Gregorio lib. IV *Moral.*, cap. 2, et Augustino ad Valerium contra Julianum *De nuptiis et concupiscentia*, lib. II, cap. 11, et Sephora mulier pagana, etiam præsente Moyse, sed morbo (ut nonnulli, et inter hos Tertullian. lib. *Adversus Judæos*, cap. 3, interpretantur) impedito, filium circumciderit; idque Deo gratum fuisse salute Moysis mox consecuta comprobatum sit: quidni eadem ratione baptismum mulieres in necessitate administrare potuerunt? Non obstat ergo canon concilii Carthaginensis: quippe qui juxta hanc necessitatis regulam sit moderandus. Cum qua restrictione etiam illum citat Magister sententiarum lib. IV, dist. 6, et Gratian. *De consec.*, dist. 4, C. *Mulier quamvis.* Tertullianus porro, et Epiphanius loquuntur etiam de ordinario baptizandi ministerio, non de illo quod necessitas charitasque Christiana extra ordinem postulat. Neque enim aliter Tertullianus intelligi debet, ne sibi ipse contrarius esse videatur hic, et in lib. *De baptismo*, ubi rationem reddens cur liceat laicis baptizare: *Quia*, inquit, *quod ex æquo ab omnibus accipitur, ex æquo ab omnibus dari potest.* Atque hæc ipsa necessitatis Christianæque charitatis ratio Theclam nostram, ob docendi etiam munus exercitum, non solum omni reprehensione absolvit, sed laude etiam dignam ostendit: quæ tempore tam necessario, cum tanta esset messis, præsertim apud gentiles, operarii vero adeo pauci, imo fere nulli, docere atque instruere ignorantes, eosque superiorum temporum inscitia, in densissimis idololatriæ omnisque impietatis tenebris versantes, ad evangelicæ veritatis lucem paulatim tunc emicantem revocare omni conatu studuerit. Proinde nec huic Theclæ facto Apostoli loca superius allata repugnant: cum Pauli mentem cum hoc quoque temperamento capiendam esse satis constet, nempe, non ut omnem prorsus feminis divinum sermonem omnemque docendi rationem interdixerit; sed eam duntaxat, quæ in medio ecclesiæ fit, præsentibus viris, qui illam subire ipsi possint et debeant: idque illa verba, *sed subditas esse*, satis declarant: quibus enim subdantur, si viri nulli sint? Item illa: *Si quid autem volunt discere, domi viros suos interrogent*; denique et illa: *Mulier in silentio discat, cum omni subjectione*; postremo illa quoque: *Docere autem mulieri non permitto, neque dominari in virum.* Quibus omnibus, feminas a docendi munere iis duntaxat locis excludi, ubi viri qui id facere queant suppetunt, colligi videtur. Docuit ergo Thecla; sed ubi viri deessent: docuit non ex auctoritate, sed ex charitate: ad hæc docuit, non suopte impulsu, sed Pauli instigatione et jussu: docuit denique eo successu, quem multiplici infide-

A χαρείας, καὶ τῆς Γρυφαίνης ὅλης εἰς αὐτὴν κεχηνυίας τῷ πόθῳ καὶ ἀναφλεγομένης ἀεὶ, ἔτι μὴν καὶ τῆς πόλεως μέγιστον ἐπ' αὐτῇ τὸ κλέος ἐχούσης, ὅμως ἡ μάρτυς ἐτεθήπει τὸν Παῦλον, καὶ οὐδεὶς ἕτερος ἦν αὐτῇ λόγος, ἀλλ' ἢ Παῦλος. Καὶ, « Ποῦ Παῦλος; » καὶ, « Τίς ἄρα καταμηνύσει μοι τοῦτον, ὃν ἡγεμόνα μοι καὶ φραστῆρα [1] τῆς κατ' αὐτὸν πολιτείας καὶ πίστεως δέδωκεν ὁ Χριστός; » Οὔτε γὰρ, ὡς πολυκλεὴς ἤδη καὶ ἔνδοξος παρὰ τῶν θαυμάτων γεγονυῖα, κατεφρόνει τοῦ διδασκάλου λοιπόν· ἐξείχετο δὲ ἔτι μᾶλλον, τὸ ὅθεν αὐτῇ ταῦτα μάλιστα προσγέγονεν ἐννοοῦσα, ἡ πίστις, ὁ βίος, τὰ θαύματα, τὸ δὲ μεῖζον καὶ περικλεέστερον, τὸ ἁρμοσθῆναι ὅλως καὶ συναφθῆναι Χριστῷ. « Τοῦ γὰρ τὸ σπέρμα παρεσχηκότος, καὶ τὰ μετὰ ταῦτα λογιστέον. » B Οὕτω δὲ πολυπραγμονούσης αὐτῆς καὶ ἀναζητούσης ἐπιμελῶς, ἀπαγγέλλεται εἶναι κατὰ τὰ Μῦρα ὁ Παῦλος· τῆς Λυκίας δέ ἐστιν αὕτη βελτίστη καὶ φαιδροτάτη πόλις· μαθοῦσα δὲ, καὶ μηδὲ ὅσον ἀναβαλλομένη, ἔξεισι μὲν τῆς Ἀντιοχείας, πρὸς τὸ ἀνδρικώτερον μεταμπισχομένη πάλιν, ὥστε ἐπικρύπτειν τῷ σχήματι τὴν ἐπιλάμπουσαν ὥραν αὐτῇ. Καὶ γὰρ οὐδὲν τῶν τοσούτων κακῶν ἴσχυσεν ἀχλυῶ-

A habuit, Christo conciliavit, et per signaculum albo ipsius milites ascripsit. Tanta autem cum propter Theclam lætitia esset, et Tryphæna toto in ipsam ardentissimi animi ferretur affectu, ipsaque civitas magno illam sibi honori esse duceret : martyr tamen nihil æque ac Paulum desiderabat; nullus ipsi nisi de Paulo sermo. « Et ubi, inquit, Paulus? quis mihi illum commonstrabit, quem Christus mihi ducem fidei dedit, auctoremque vitæ ex ipsius præscripto moderandæ? Neque enim, quod jam gloriam nomenque ex miraculis adepta esset, magistrum suum minoris faciebat; sed contra, magis ex ipso dependebat : tum quod sibi conscia esset, hæc se illius potissimum opera acquisivisse, fidem, vitam, miracula : tum, quod majus est et gloriosius, quod B Christo per eumdem conciliata, ac prorsus copulata fuisset. « Nam ad eum, qui semen præbuit, etiam nati ex illo fructus referendi. » Cumque ita anxie ac studiose de Paulo laboraret inquireretque, Myris, urbe Lyciæ pulcherrima atque amœnissima, esse renuntiatur : quo intellecto, nihil cunctata, Antiochia egreditur, viri in modum rursum amicta (13), quo formam in se elucescentem eo habitu

[1] φωστῆρα V. C.

PETRI PANTINI NOTÆ.

liam ad fidem conversione Deus gratum sibi esse manifeste ostendit. Atque hoc pacto facile etiam conciliamus Tertulliani, Epiphanii, et concilii Carthaginensis quarti, vim alioqui, ut videbatur, huic rei facientes sententias. Neque vero sola Thecla hunc docendi campum ingressa est; fecit et Martha Massiliensium magistra : fecit Catharina, quinquaginta philosophis docendo disputandoque ad evangelicam veritatem adductis : fecere aliæ innumeris miraculis condecoratæ.

(13) *Viri in modum rursum amicta.* Hæc quoque secunda jam vestis cultusque a Thecla facta mutatio suspecta, et cum sacra Scriptura scitisque ecclesiasticis pugnans, prima facie forte videri possit. Deuteronomii enim cap. XXII, vers. 5, hæc lex statuitur : *Non induetur mulier veste virili : nec vir utetur veste feminea : abominabilis enim apud Deum est qui facit hæc.* Cujus legis rationem reddit D. Thomas 1ª 2ª, q. 102, 2,6, resp. ad 6 : *Prohibitum,* inquit, *fuit, ne mulier indueretur veste virili, aut e converso, propter duo : primo ad vitandum idololatriæ cultum, hujusmodi enim variis vestibus, ex diversis contextis, gentiles in cultu suorum deorum utebantur : et etiam in cultu Martis mulieres utebantur armis virorum : in cultu autem Veneris e converso viri utebantur vestibus et indumentis mulierum. Altera ratio est ad declinandam luxuriam,* etc. Idem tamen 2ª 2ª, q. 169, art. 2, resp. ad 3, hæc verba habet : *Potest tamen quandoque hoc fieri sine peccato, propter aliquam necessitatem, vel causa se occultandi ab hostibus, vel propter defectum alterius vestimenti, vel propter aliquid hujusmodi.* Astipulatur etiam Summa Sylvestrina verb. *Femina,* et verb. *Ornatus :* omnino id licere asserens, dummodo subsit ratio, contrariosque juris textus dissolvens. At vero directe obstare videtur canon 13 concilii Gangrensis, cujus hæc verba : *Si qua mulier suo proposito utile judicans, ut virili veste utatur, et propter hoc virilem habitum imitatur, anathema sit,* estque apud Gratian. C. *Si qua mulier,* 30 dist. ; non obstat tamen, sed illud tantum monet, vestium mutationem non temere, pro inani muliercula cujuspiam opinione, illam ex re sua esse decentis, faciendam esse. Cum enim amictus ejusque mutatio ex natura sua neque bona neque mala, sed plane ἀδιάφορος sit, minime dubitandum est quin pro necessitate aut insigni quapiam utilitate eam inducere fas sit. Et sane non aliter Tertullianus, lib. *De spectaculis* c. 23, et D. Cyprianus, epist. ad Eucratium de histrione reprehendit, quam si in re turpi et ad hypocrisin adhibeatur. Recte igitur Natalia, Adriani martyris uxor, cum Maximianus mulierum ad viros in carcere condemnatos ingressum prohibuisset, viriles vestes assumpsit, quo vir existimata, intromitteretur, et quæ opus erant, sanctis subministraret. Recte etiam Theodora idem Antiochiæ fecit, quo pudicitiam tutaretur. Similiter Eugenia, Philippi proconsulis Alexandrini filia, et Marina atque Euphrosyne, Alexandrinæ virgines sanctitate illustres, habitu virorum amictæ, in cœnobium virorum profectæ sunt; et Pelagia Antiochena, relictis sæculi voluptatibus, in loca deserta. Quæ de vestis mutatione dicta sunt, eadem de capillorum detonsione dicta putentur. Neque adversatur Apostolus dum ait I Corinth. c. XI, vers. 5 : *Omnis mulier orans aut prophetans non velato capite, deturpat caput suum : unum enim est ac si decalvetur. Nam si non velatur mulier, tondeatur; si vero turpe est mulieri tonderi, aut decalvari, velet caput suum.* Reprehendit enim eo loco Apostolus mulieres sexum suum indecoro illo habitu prodentes ac venditantes : seu, ut interpretatur Clemens Alexandrinus in *Pædagogo*, viros ad turpitudinem provocantes : non vero illum necessarias ob causas dissimulantes ac tegentes. At vero quid canone 17 concilii Gangrensis faciemus? quo disertis verbis cavetur : *Quæcunque mulier religioni judicans convenire, comam sibi amputaverit, quam Deus ad velamen et ad memoriam subjectionis illi dedit; tanquam solvens jura subjectionis, anathema sit.* Ego putarem in detestationem hæreseos Manichæorum latum, qui nuptias immundas judicabant; ac proinde etiam nuptas fortassis a legitimo maritorum toro discedere suadentes, ad religionis habitum assumendum, seque tondendum, atque ita a virorum subjectione, ut putabant, sese eximendum inducebant.

Quod ergo sciat virgo, pro ea qua valet gratia atque potentia, quibus opus est opitulari; quique ipsam molestia aliqua contristant, molestiam vicissim, eamque non mediocrem procurare; præsertim quos non mediocria, sed prorsus nefaria admisisse, atque in aliquam thesauri sui partem (sive homo sit, sive instrumentum divino cultui destinatum) debacchatos fuisse senserit, non obscure, quæ a nobis jam dicta sunt, testificantur : per quæ, quomodo hostes supervenerint, et quo pacto abcesserint, declaratur; quibus nec hoc saltem concessum fuit, ut vel unus ad acceptæ cladis nuntium apud suos referendum superesset. Ut enim martyr beneficiis ornare, qui recte in vita se gesserint : ita et suppliciis impios, **295** nefariaque audentes, afficere novit; Christi regis, mea quidem sententia, in hoc exemplum imitata : a quo ut multa jam olim cum benevolentiæ tum iræ argumenta, operaque in homines edita exsistunt, ita nunc quoque edi reperiuntur. Benevolentiæ quidem, ut in Niniven civitatem, quæ universa, tanta civium frequentia nobilis, pauculis pœnitentiæ lacrymis salutem consecuta, et exaltata fuit : iræ rursus in Sodomitarum et Gomorrhæorum urbes, totamque illam gentem universali exitio, propter pertinacem et inflexibilem ipsorum perversitatem, condemnatam. Illa igitur quæ hactenus recensui, cujusmodi sit martyr in utramvis partem, satis sunt argumento. Sed ad alia progrediendum est, ex quibus maxime illam irascentem et suppliciis peccata nefariosque ausus compensantem videre licet; et hac ratione, aut ad saniorem mentem statumque meliorem eos reducentem; aut denique quorum improbitas eo jam devenit, ut admonitionem emendationemque non admittat, vita illos expellentem, et quod reliquum est, ulciscentem. Agedum ergo, si videtur, memoriam miraculi, quod nostra ætate accidit, repetamus : quo verbis nostris testimonium accedat; præstoque sint, qui clara voce eisdem se suffragaturos profiteantur. Neque vero illi tres aut quatuor tantum sunt, exiguus et suspectus numerus; sed urbes integræ, populique universi, et qui ab oriente ad nos usque accedunt, quique a nobis rursum in ipsam Asiam extenduntur. Fama enim miraculi, et horror stuporque ex eo enatus, omnia longe lateque pervasit.

A τροφίμων ὕβριν αὐτῶν καὶ ἀπόνοιαν ἐκταθῆναι συγχωρήσοις. Οὐδὲ γὰρ οἰστὰ ἡμῖν ἔτι οὐδὲ ἐπιφορητὰ τὰ κακά· πρὸς ἀπώλειαν δὲ καὶ πανωλεθρίαν ἤδη πάντες νενεύκαμεν, καὶ εἰς γόνυ κεκλίκασι μὲν αἱ ἐκκλησίαι, κεκλίκασι δὲ πόλεις καὶ ἀγροὶ, καὶ κῶμαι, καὶ οἶκοι. Πάντες δὲ πάντοθεν ὀδύρονται, πρὸς μίαν ἔτι ταύτην ἐλπίδα πάντες ἀφορῶντες, τὴν παρὰ σοῦ πρεσβείαν, καὶ τὴν παρὰ τοῦ σοῦ νυμφίου καὶ βασιλέως Χριστοῦ βοήθειαν. »

Ὅτι δὲ, μεθ' ἧς ἔχει χάριτος καὶ δυνάμεως εἰς τὸ βοηθεῖν, οἷς ἂν δέῃ βοηθεῖν οἶδε, καὶ τοὺς λυποῦντας ἀντιλυπεῖν, καὶ λυπεῖν οὐ μέτρια· μάλιστα οὓς ἂν B αἴσθηται οὐ μέτρια πλημμελοῦντας καὶ δυσσεβοῦντας, καὶ εἴς τι τῶν αὐτῆς ἐμπαροινοῦντας κειμηλίων, ἤτοι ψυχικῶν, ἤτοι καὶ λειτουργικῶν, οὐ μικρὰ μὲν ἀπόδειξις καὶ τὰ ἄρτι ῥηθέντα· ὅπως ἐπέστησαν οἱ πολέμιοι, καὶ ὅπως ἀπήλλαξαν, μηδὲ τὸν ἐροῦντα ἢ μηνύσοντα τοῖς οἰκείοις τὸ πάθος καταλεῖψαι συγχωρηθέντες. Ἐπισταμένη γὰρ εὐποιεῖν ἡ μάρτυς τοὺς εὖ τι δρῶντας κατὰ τὸν βίον, ἐπίσταται καὶ κολάζειν τοὺς ἀσεβεῖς καὶ ἀνόσια τολμῶντας· τὸ τοῦ Χριστοῦ βασιλέως, οἶμαι, μιμουμένη, παρ' οὗ πολλά τε φιλανθρωπίας ἔργα, καὶ ὀργῆς τεκμήρια εἰς ἀνθρώπους, πάλαι τε γεγένηται, καὶ νῦν ἔστιν εὑρεῖν ἔτι γινόμενα. Ἐπὶ φιλανθρωπίας μὲν τὴν Νινευὴν πόλιν ὅλην καὶ πολυάνθρωπον, ἐξ ὀλίγων δακρύων μετανοίας σωθεῖσάν τε καὶ ὑψωθεῖσαν· ὀργῆς δ' αὖ C πάλιν τὰς Σοδομιτῶν καὶ Γομοῤῥητῶν πόλεις, καὶ ὅλον ἔθνος πανωλεθρίᾳ καταδικασθὲν, δι' ἀνουθέτητον καὶ ἀμετάβλητον πονηρίαν. Κἀκεῖνα μὲν οὖν, ἅπερ ἔφην, ἱκανὰ τεκμήρια τῆς μάρτυρος. Καὶ ἐφ' ἕτερα δὲ βαδιστέον, ἀφ' ὧν ἔστι μάλιστα καὶ ὀργιζομένην ἰδεῖν, καὶ τοῖς πταίσμασιν, ἤτοι τολμήμασιν ἀντιπαραμετροῦσαν τὰς τιμωρίας, καὶ οὕτως ἢ σωφρονίζουσαν καὶ διορθουμένην, ἢ καὶ τέλεον ἀναρπάζουσάν τε τοῦ βίου καὶ τιμωρουμένην λοιπὸν, ἐφ' ὧν ἀνουθέτητόν τε μάλιστα, καὶ ἀσωφρόνιστον γεγένηται τὸ κακόν. Καὶ, εἰ δοκεῖ, φέρε τοῦ καθ' ἡμᾶς τέως γεγονότος μνημονεύσωμεν θαύματος· ἵνα μοι καὶ πρὸς λόγον ἡ μαρτυρία γένηται, καὶ πλησίον ὦσιν οἱ ἀναβησόμενοί τε καὶ μαρτυρήσοντες. Οὗτοι δέ εἰσιν, οὐ τρεῖς, οὐδὲ τέσσαρες· στενός τις καὶ D ὕποπτος ἀριθμός· ἀλλ' ὅλαι πόλεις, καὶ ὅλοι δῆμοι, καὶ οἱ μέχρις τε ἡμῶν ἀπὸ τῆς ἑῴας παραγινόμενοι, καὶ αὖ πάλιν οἱ ἀφ' ἡμῶν, καὶ οἱ μέχρι τῆς Ἀσίας ἐκτεινόμενοι. Καὶ γὰρ διὰ πάντων τὸ θαῦμα δεδράμηκε, καὶ ἡ ἐπὶ τῷ θαύματι γεγονυῖα φρίκη τε καὶ ἔκπληξις.

XIII.

Marianus itaque quidam Tarsi Ciliciæ urbis episcopus erat. Quæ urbs pulchritudine, magnitudine, cæterisque ornamentis, quibus splendida opulentaque censeri possit, gloriatur : tum quod prima

ΙΓ'.

Ἦν τοιγαροῦν Μαριανός τις Ταρσῶν τῶν κατὰ τὴν Κιλικίαν ταύτην ἐπίσκοπος, πόλεως ἐπί τε κάλλει καὶ μεγέθει, καὶ οἷς ἂν ἁπλῶς πόλις λαμπρὰ καὶ εὐδαίμων γνωρισθείη, πᾶσιν ἐπιγαυρουμένη [1],

[1] f. ἐπιγαυρουμένης.

καὶ τὸ πρώτην μάλιστα τῆς ἑῴας ἀνίσχειν, καὶ πρώτην πάλιν προσβάλλειν τοῖς ἐξ ὁποίας οὖν γῆς ὁρμωμένοις πρὸς τὴν ἑῴαν· τὸ δὴ μέγιστον καὶ περιφανέστερον, τὸ πόλιν εἶναι τοῦ μεγίστου καὶ θεσπεσίου ἀποστόλου Παύλου. Οὗτος τοίνυν ὁ Μαριανὸς, φύσει τε ὢν εὐχερὴς καὶ εὐπαρόξυντος, διενεχθεὶς δὲ καὶ πρὸς τὸν Δεξιανὸν, καὶ αὐτὸν ὄντα τότε τῆς Σελευκείας ταύτης ἐπίσκοπον, ὡς[1] ἄλλως μὲν ἀμύνασθαι οὐκ ἴσχυσεν· οὔτε γὰρ Μαριανῷ τοσοῦτο ἦν τὸ δύνασθαι, ὥστε τοσούτου κρατῆσαι ἀνδρός· οὔτε ἦν[2] Δεξιανοῦ τὸ εἶξαι ἀνδρὶ μὴ μάλα ἐῤῥωμένῳ μηδὲ φρενήρει· διά τε τῆς εἰς τὴν μάρτυρα παροινίας καὶ ὕβρεως αὐτὸν ἀμύνασθαι λοιπὸν ἐπειρᾶτο. Ὃ καὶ αὐτὸ μὲν τεκμήριον μέγιστον τῆς τοῦ ἀνδρὸς ἠλιθιότητος, τὸ οὕτω δεινοῖς καὶ ἀδυνάτοις ἐπιχειρῆσαι πράγμασιν· ἐπειράθη δ' οὖν ὅμως. Καὶ γὰρ ἐνστάσης τῆς Παρθενικῆς ἑορτῆς, καθ' ἣν πᾶς τις, μάλιστα Κιλίκων, ἔθει καὶ θεῖ δὲ ἔτι πρὸς ἡμᾶς, καὶ μέχρις ἂν ὦσιν ἄνθρωποι, ἐπὶ τιμῇ μὲν τῆς μάρτυρος, ὠφελείᾳ δὲ τῆς ἑαυτοῦ ψυχῆς ἕκαστος· ὥστε στενοχωρεῖσθαι μὲν τὴν γῆν, στενοχωρεῖσθαι δὲ τὴν θάλασσαν, κατὰ δήμους, κατὰ οἴκους, κατὰ γένη πάντων ἐνταυθοῖ συῤῥεόντων· οὗτος διαναστὰς, κατὰ τὴν οἰκείαν αὐτοῦ ἐκκλησίαν, ἀπαγορεύει πᾶσι καὶ ἀποκηρύττει τὴν ὡς ἡμᾶς τε καὶ τὴν μάρτυρα ἄφιξιν. Καὶ τοῦτο ἦν μεγίστη ἀπειλὴ καὶ ἄμυνα κατὰ τοῦ Δεξιανοῦ, τὸ καὶ τῆς ἑορτῆς τὸν συνήθη κόσμον περιελεῖν, καὶ τῶν ἐπὶ τῇ ἑορτῇ τῆς μάρτυρος συντρεχόντων ἀνθρώπων ἀποσυλῆσαι τὴν παρὰ τῆς μάρτυρος εὐλογίαν. Ἀλλ' οὐκ ἔφθη τοῦτο ποιήσας, καὶ δίκην ἔδωκε τῆς ἀνοίας, ἤτ' οὖν ἀπονοίας. Οὔτε γὰρ εἰς πέμπτην ἢ ἕκτην ἡμέραν ὁ Καπανεὺς οὗτος ἐπεβίω τῇ θρασύτητι ταύτῃ. Τὸ δὲ καὶ ὅθεν τοῦτο γέγονε δῆλον, ὡς κατ' ὀργήν τε καὶ μῆνιν ἀνηρπάσθη τῆς μάρτυρος, καλὸν δὲ τοῦτο εἰς μέσον εἰπεῖν.

ΙΔ'.

Κάστωρ τις, ἀνὴρ βέλτιστος, ἐκ μὲν τῆς Λυκαονίας τὸ γένος ἕλκων, τὴν δὲ Σελεύκειαν ταύτην οἰκῶν, καὶ τὴν ἐπάρχοις ὑπηρετουμένην διέπων στρατείαν, οὗτος κατ' αὐτὴν τῆς πανηγύρεως νυχτεγερσίαν, ὄψιν ὁρᾷ τοιαύτην· τὴν παρθένον αὐτὴν μετὰ ἀγριωτέρου καὶ σχήματος καὶ βλέμματος καὶ βαδίσματος ἀνὰ τὴν πόλιν ἅπασαν περιθέουσαν, καὶ τὰς χεῖρας συχνότερον ἀποκροτοῦσαν, καὶ τὸν Μαριανὸν καὶ τὴν ὕβριν ἀναβοῶσαν, καὶ τὸ ἤδη λήψεσθαι δίκην ἐπαπειλοῦσαν. Τὸ δὲ ἦν ὕπαρ λοιπὸν, οὐκ ὄναρ ἔτι. Τῇ γὰρ ὄψει ταύτῃ εὐθὺς καὶ ὁ ἐκείνου θάνατος ἐπηκολούθησεν· ὡς συμβῆναι κατὰ ταυτὸν [χρόνον[3]] ἄμφω, καὶ τὸν Κάστορα διηγεῖσθαι τὴν ὄψιν, καί τινας ἑτέρους τὸν Μαριανοῦ θάνατον ἀπαγγέλλειν· ὡς καὶ πᾶσιν ἅμα πολλὴν ἐγγενέσθαι φρίκην, καὶ οὐχ οὕτως ἀπὸ τοῦ πράγματος, ὅσον ἀπὸ τοῦ τάχους. Καὶ τοῦτο μὲν ὧδέ τε ἔσχεν, καὶ ὧδε ἐτελεύτησε. Καὶ ἑτέρου δὲ, οὐ μάλα τούτου χείρονος, πεύσεσθε θαύματος, δι' ὀργῆς μὲν ἐπιτελεσθέντος καὶ τούτου, οὐ μέχρι δὲ θανάτου τὴν ποινὴν ἐσχηκότος.

[1] al. deest. [2] al. μήν. [3] deest v. c.

A orientalis tractus exsistat, primaque illis, qui ex quacunque regione in orientem proficiscuntur; quodque præcipuum est et gloriosissimum, quod patria sit maximi et divini Pauli. Huic igitur natura levi, et ad iram facili, cum Dexiano, qui ipse quoque tum temporis Seleuciæ hujus episcopus erat, nescio quid controversiæ intercedebat. Cumque aliter se ulcisci non posset **296** (neque enim Marianus ea potestate valebat, qua tanto viro superior esset : neque ex dignitate Dexiani erat illi cedere, homini nempe non valde potenti aut cordato), contumelia et injuria in martyrem illata, se de illo deinceps vindicare conatus est. Quod ipsum quoque hominis dementiæ argumentum fuit evidentissimum; quod facinus tam atrox quodque effici omnino nequiret tentare auderet : tentavit tamen. B Instante namque virginis festo, quo omnes, præsertim Cilices, ad nos concurrebant (ut etiamnum concurrunt, et quoad homines erunt, idem a singulis fiet, cum martyris venerandæ, tum animarum suarum privati commodi causa: ita ut et terra et mare coangustetur præ multitudine populorum, domorum, familiarum huc confluentium), ille exsurgens, in ecclesia sua publico edicto profectionem huc ad nos et ad martyrem fieri vetat. Atque hæc maxima contra Dexianum comminatio illius et vindicta fuit, solitum nempe festi ornatum detrahere, martyremque laudibus, ab iis, qui ad festum hoc concurrunt, tribui consuetis, spoliare. Sed cum vixdum tale quid perpetrasset, suæ stultitiæ, seu dementiæ potius, pœnas C dedit. Neque enim ultra quintum aut sextum diem Capaneus ille temeritati isti suæ supervixit. Unde autem constiterit, causam ipsius exitii gravissimam martyris iram fuisse, ob eamdemque de medio fuisse sublatum, operæ pretium erit et hoc in medium afferre.

XIV.

Castor quidam, vir optimus, genus ex Lycaonia ducens, at Seleuciam nostram incolens, et exercitum, præfectis provinciæ parentem, administrans, hanc in eodem hujus festi pervigilio visionem vidit : virginem nempe immitiori oris habitu, aspectu, graduque citato per totam urbem cursitantem, et manus frequentius complodentem, Marianum-D que et ejus in se injuriam clara voce accusantem, suppliciumque se mox de illo sumpturam comminantem. Quæ res vere ipsi per visum oblata, et non somnium fuit; statim enim mors illius est consecuta. Ita ut duo hæc eodem evenerint tempore : ut scilicet Castor visionem suam referret, et alii quidam nuntium de Mariani morte apportarent. **297** Unde maximus omnes horror incessit; non tam ob rei eventum, quam ob eventus celeritatem. Atque id hoc modo se habuit, eoque fine fuit terminatum. Sed aliud miraculum, hoc non valde deterius, audietis : ab irata quidem et hoc perpetratum, non tamen pœna mortis conclusum.

XV.

A

Quidam in hac curia orator Eusebius nomine, cujus hodieque magna nominis celebritas ob ingenuitatem, sermonis leporem, comitatem, quodque fidei esset integerrimæ; hic, inquam, Hyperechium, dum in vivis ageret, partim quod ex una urbe Damalide et Sanda ab Hercule Amphitryonis filio condita oriundi essent; partim vero ob viri solertiam, et in omni virtutum genere præstantiam, in summo amore ac pretio habebat. Quem proinde in hac ipsa urbe Seleuciæ mortuum, etiam in iis quæ ad justa funerea attinent, magnificentissime cohonestare cupiens (majorem autem et ampliorem nullum alium honorem esse arbitrabatur, quam si exsequiæ ei fierent, et sepeliretur in martyris templo) a Maximo [1], præclarissimo sanctissimoque B viro, hujus tum ecclesiæ antistite, petit, quo id sibi facere, et Hyperechium in dextera et ad meridiem spectante templi martyris porticu inhumare liceat. Quod cum Maximus, vir admiratione dignus, quod hominem revereretur, fieri permisisset : ingressi templum quibus curæ est sepulcra conficere, cum opus aggrederentur, et pavimentum incidere inciperent, repente martyr his intervenit, ipsos increpans, audaciam accusans, verbis castigans, et ut recederent imperans. At illi initio quænam esset ignorantes (neque enim rem adeo inopinabilem et conjectu difficilem comprehendere poterant) recesserunt tamen, aliquantulum de incepto remittentes : dein denuo rem adortis iterum martyr præsto fuit, C asperius iracundiusque eos de cætero intuita et (ut solet evenire in rebus quæ acerbius discruciant) extemplo ita exanimavit, ut nullum illorum membrum non contremisceret ac concuteretur (terribilis enim martyr est, non solum ubi vires suas exserit; sed et si quem ex iis, qui talem aspectum commeriti sunt, fortibus tantum oculis aspiciat),

298 parumque abfuit, quin vitam quoque ipsis eriperet; atque ita aliorum manibus deinceps opus haberent, quo ipsimet tumulo mandarentur : nisi ob reverentiam Maximi ab illis sibi abstinendum duxisset. Cui tamen Maximo noctu apparens cum magna ipsum exprobratione monuit, « ne ita templum contemptui haberet, ut fetorem cœmeteriorum sepulcrorumque in illud inferret. Nihil enim com- D mercii esse locis ad orandum destinatis, cum sepulturis : præterquam, si quis e vita egressus vere mortuus non sit, sed Deo vivat, dignusque sit, qui eadem domo ac tecto cum martyribus utatur; quemadmodum divinus ille Symposius, ut divinus item Samus ille, et si quis alius proxime ad illos accesserit. »

ΙΕ'.

Τῶν γάρ τις ἀμφὶ τὰ ἀρχαῖα ταῦτα ῥητόρων, Εὐσέβιος δὲ ἦν ἐκεῖνος, οὗ πολὺ κλέος ἔτι καὶ νῦν ἐστιν ἐπί τε εὐγενείᾳ καὶ εὐμουσίᾳ καὶ ἡμερότητι τρόπων, καὶ τὸ λίαν εἶναι πιστός· οὗτος τοίνυν Ὑπερέχιον τὸν [2] πάνυ ζῶντά τε ἄγαν ἐφίλει, καὶ περὶ πολλοῦ ἐποιεῖτο· καὶ γὰρ ἐκ μιᾶς πόλεως ὥρμηντο τῆς Δαμαλίδος τε καὶ Σάνδα τοῦ Ἡρακλέος τοῦ Ἀμφιτρύωνος. Τοῦτο [3] δὲ καὶ ὡς ἄνδρα δεξιόν τε καὶ πᾶσαν ἀρετὴν ἄκρον· καὶ τεθνεῶτα κατὰ ταύτην τὴν Σελεύκου πόλιν ὑπερτιμῆσαι, κἂν τοῖς κατὰ τὴν ὁσίαν ταύτην, ἐβούλετο. Μείζονα δὲ καὶ περιφανεστέραν ἄλλην οὐχ ἡγεῖτο ταύτης τιμήν, ἢ τὸ κηδεῦσαι καὶ θάψαι τοῦτον ἐν τῷ τῆς μάρτυρος νεῷ. Καὶ δὴ δεῖται περὶ τοῦ μεγίστου τούτου καὶ θειοτάτου ἀνδρὸς, τοῦ Μαξίμου λέγω, τοῦ τηνικαῦτα [4] τῆς ἐκκλησίας ταύτης προεδρεύοντος, ἐφεῖναί οἱ θάψαι τὸν Ὑπερέχιον ἔνδον τοῦ νεὼ τῆς μάρτυρος ἐν δεξιᾷ τε καὶ τῇ κατὰ μεσημβρίαν στοᾷ. Τοῦ δὲ θαυμαστοῦ Μαξίμου καὶ δυσωπηθέντος τὸν ἄνδρα καὶ ἐπιτρέψαντος, εἰσελθόντες, οἷς τοῦτο ἐν σπουδῇ τὸ ποιεῖν τάφους, ἔργου [5] τε ἥπτοντο, καὶ λαξεύειν ἤρξαντο τοὔδαφος· καί πως ἀθρόως ἐπέστη τούτοις ἡ μάρτυς ἐπιτιμῶσα, ἐγκαλοῦσα τόλμης αὐτοὺς, ἐκπλήττουσα [6], καὶ ὑποχωρεῖν ἤδη παρακελευομένη. Οἱ δὲ τὴν μὲν ἀρχὴν ἥτις καὶ ἦν ἠγνόησαν· οὐδὲ γὰρ ἦν ἐκείνων τὸ οὕτω παράδοξον καὶ δυστέκμαρτον πρᾶγμα καταλαβεῖν· ὑπεχώρησαν δ' οὖν ὅμως ὡς καὶ μικρὸν ἐνδόντες, καὶ αὖθις ἐπεχείρησαν. Παρέστη καὶ ἡ μάρτυς αὖθις αὐτοῖς, ἐμβριθέστερον δὲ καὶ ὀργιλώτερον εἰς αὐτοὺς ἀπιδοῦσα λοιπὸν, καὶ, οἷα τῶν ἄγαν χαλεπαινόντων [7] ἐστὶν, ἄπνους μὲν αὐτοὺς παραχρῆμα ἐποίησεν, ὡς μηδὲν μεῖναι τῶν μελῶν ἄτρομον ἢ ἀκλόνητον· φοβερὰ γὰρ ἡ μάρτυς, οὐ κινοῦσα μόνον τὴν ἰσχὺν, ἀλλὰ γὰρ καὶ βλέπουσα ἀτενὲς πρὸς οὓς ἂν καὶ δεηθείη τοιούτου βλέμματος· μικρὸν δ' ἂν καὶ τῆς ζωῆς αὐτοὺς ἀπέῤῥηξεν, ὡς καὶ ἑτέρων λοιπὸν εἰς τὸ ταφῆναι δεηθῆναι χειρῶν, εἰ μὴ αἰδοῖ [8] τοῦ Μαξίμου τούτων μὲν ἐφείσατο. Αὐτῷ δὲ τῷ Μαξίμῳ μάλα ὀνειδιστικώτερον νύκτωρ ἐπιστᾶσα, παρῄνεσε « μὴ οὕτω τοῦ νεὼ καταφρονητικῶς ἔχειν, ὡς τὴν τῶν πολυανδρίων καὶ τάφων δυσωδίαν εἰς αὐτὸν μεταφέρειν. Μήτε γὰρ εἶναί τι κοινὸν τάφοις καὶ εὐκτηρίοις οἴκοις· πλὴν εἰ μή τις ἄρα καὶ νεκρὸς γεγονὼς μὴ εἴη νεκρὸς, ἀλλὰ ζῇ τε τῷ Θεῷ, καὶ ἄξιος ᾖ τοῦ καὶ μάρτυσιν συνοικεῖν καὶ ὁμοστεγεῖν· ὡς Συμπόσιος ἐκεῖνος ὁ θεσπέσιος, ὡς Σαμὸς ἐκεῖνος ὁ θεῖος ἀνὴρ, ὡς εἴ τις ἄλλος παραπλήσιος ἐκείνοις. »

XVI.

Quo tempore de hoc miraculo scribebam (neque enim decet ut, quod mihi tunc per martyrem accidit, reticeam), tale quid mihi obvenit. Indiligentior

Ις'.

Ἐν ᾧ γε καιρῷ τὸ [9] περὶ τοῦ θαύματος τούτου ἐποιούμην γράφειν [10]· οὐδὲ γὰρ τὸ τότε μοι παρὰ τῆς μάρτυρος ὑπάρξαν σιωπῆσαι καλόν· συμβαίνει

[1] Hujus Maximi mentio est apud Nicephor. lib. XIII, c. 2. et Socrat. lib. VI. c. 5. [2] Al. Ὑπερέχιόν τε τόν. [3] f. τοῦτον. [4] al. καὶ τηνικ. [5] ὡς ἐργ. f. [6] ἐπιπλήττουσα in marg. erat : al. ἐκπληττομένη. [7] f. τῆς ἄγαν χαλεπαινούσης. [8] al. αἰδῶ. [9] fort. τήν. [10] f. γραφήν.

τι καὶ τοιοῦτο. Ὀλιγώρως μὲν γὰρ εἶχον ἤδη περὶ τοῦ συλλέγειν καὶ γράφειν αὐτά· ὡς ταῦτα ὁμολογῶ· καὶ ῥᾳθύμως ἡπτόμην λοιπὸν καὶ δέλτου καὶ γραφίδος, ὡς ἂν καὶ ἀπειρηκὼς λοιπὸν περὶ τὴν τῶν θαυμάτων τούτων ἔρευνάν τε καὶ συλλογήν. Οὕτω δὲ ἔχοντι ἐμοὶ καὶ χασμῶντι ἔδοξεν ἡ μάρτυς πλησίον ἐν ὄψει μου παρακαθέζεσθαι, οὗπερ καὶ ἔθος ἦν μοι τὴν πρὸς τὰ βιβλία ποιεῖσθαι συνουσίαν· καὶ ἀφαιρεῖσθαί μου τῆς χειρὸς τὴν τετράδα, ἐν ᾗπερ καὶ ταῦτα ἐκ τῆς δέλτου μετεγραφόμην· καὶ δὴ καὶ ἀναγινώσκειν ἐδόκει μοι, καὶ ἐφήδεσθαι, καὶ μειδιᾷν, καὶ ἐνδείκνυσθαί μοι τῷ βλέμματι, ὡς ἀρέσκοι τότε τοῖς γραφομένοις, καὶ ὡς δέῃ [1] με ἀναπληρῶσαι τὸν πόνον τοῦτον, καὶ μὴ ἀτέλεστον καταλιπεῖν, μέχρις ἂν ἐξῇ μάλιστα, ἃ ἕκαστος οἶδε, καὶ ἅπερ σὺν ἀκριβείᾳ δυνατὸν, παρ' ἑκάστου μανθάνειν. Ὥστε με μετὰ τὴν ὄψιν ταύτην δέους τε πληρωθῆναι καὶ προθυμίας ὑποπλησθῆναι, καὶ ἅψασθαι πάλιν δέλτου καὶ γραφίδος, καὶ τοῦτο ποιεῖν μέχριπερ ἂν αὐτὴ κελεύῃ.

jam et segnior eram in miraculis ejus conquirendis conscribendisque, ut culpam meam fatear; animoque deinceps remissiore pugillares et stylum capessebam, quod de illorum indagatione et collectione desperarem. Cui ita affecto et oscitanti visa mihi martyr juxta assidere, ubi cum libris congredi soleo; et quaternionem, in quo hæc mea manu ex pugillaribus transcripta erant, auferre et legere, atque gaudere, et subridere, ipsoque vultu significare, quasi his meis scriptis oblectaretur; innuereque institutum a me opus absolvi oportere, neque imperfectum relinqui; quoad quæ quisque novisset, quæque a singulis adhibito studio intelligi possent, discere liceret. Unde effectum est, ut post visionem illam, timoremque ex eo mihi concitatum, alacrior postea evaserim ad pugillares et stylum in manus resumendos, idemque faciendum, quoad ipsa jusserit.

ΙΖ'.

Παραπλησίας δὲ, καὶ οἵας εἶπον, ὀργῆς καὶ ἐπιτιμήσεως καὶ ὁ Δεξιανὸς ἐπειράσθη ποτέ· ἐπειράσθη δὲ ἐπὶ πλημμελήματι οὐ τοιούτῳ μὲν, λυπήσαντι δὲ ἄγαν τὴν μάρτυρα. Καὶ γὰρ ἐνθένδε ποθὲν, ὡς οἶμαι, καὶ ἀπελείπομεν τὸν λόγον. Τῶν προσοισόντων [2] καὶ συνοίκων τούτων ἀλητηρίων ποτὲ τὰ τῇδε πάντα καταθεόντων τε καὶ ληϊζομένων, καὶ Μυσῶν λείαν [3] ποιουμένων τὰ πράγματα (21)· ὡς καὶ πόλεις ἀνδραποδίζεσθαι, καὶ κώμας παρασύρεσθαι, καὶ ἀγροὺς καὶ οἴκους ἐπικλύζεσθαι, καὶ μηδὲν εἶναι τὸ διαφεῦγον τὴν ἐκείνων ἐπιδρομὴν καὶ ὁρμὴν καὶ λύτταν· εὐλαβηθεὶς δὲ ὁ Δεξιανὸς, οἷάπερ ἄνθρωπος (ἔτι γὰρ πρόεδρος [4] τῶν τότε φυλάκων ἦν), μήπως τὸ φρούριον ὃ πρόκειται τῷ νεῷ ὑπὸ τοῖς πολεμίοις γένηται, καὶ αὐτὸς ὁ νεὼς ὡς πολλῶν χρημάτων μεστὸς, πάντα τῶν ἐν χρυσῷ καὶ ἀργύρῳ κόσμον περιελὼν, μετακομίζει τοῦτον ἐν τῇ πόλει, ὡς ἐν ἀσφαλεστέρῳ καὶ πολυανθρωπίνῳ χωρίῳ, μᾶλλον, ὥς γε τὸ εἰκὸς, φυλαττομένῳ. Καὶ ὁ μὲν τοῦτο ποιήσας, ἐδόκει τι καὶ ἀσφαλὲς καὶ τῷ καιρῷ πρέπον πεποιηκέναι. Οὔπω δὲ οὐδεμιᾶς διαγενομένης ἡμέρας, νυκτὸς ἐκείνης ἐπιλαβούσης, θορύβου τε πλήρης ἦν ὁ νεὼς καὶ ταραχῆς καὶ βοῆς, τῆς μάρτυρος ἄνω τε καὶ κάτω διαθεούσης, καὶ καταφρονεῖσθαι παρὰ τοῦ Δεξιανοῦ λεγούσης, ὡς ἀσθε-

XVII.

Non dissimilem ejus, quam dixi, iram atque expostulationem ipse quoque Dexianus aliquando expertus est, ob erratum non quidem adeo grave, ex quo tamen martyr molestiam accepit. Etenim hic fere, opinor, aliquando sermonem nostrum intermisimus. Accolis istis vicinisque **299** grassatoribus omnem hanc regionem incursione aliquando infestantibus ac diripientibus, cunctaque Mysorum prædam (ut in proverbio est), facientibus: adeo ut civitates in servitutem redigerentur, vici diriperentur, agri domusque illorum eluvionibus obruerentur, nihilque esset, quod insultum impetumque ac rabiem ipsorum effugeret: Dexianus (etenim præfectus tum adhuc erat eorum, quibus templi custodiendi cura incumbebat), ut homo veritus, ne forsan castellum, quod templo præpositum est, ipsumque templum multis opibus refertum in hostium veniret potestatem; omnem argenteum aureumque ornatum secum asportans in urbem, ut in locum munitiorem, hominibus frequentem, magisque ut verisimile erat tutum, transfert. Quod cum fecisset, cautiorem quidem rationem ac tempori magis convenientem elegisse videbatur: cæterum nondum una die peracta, instante jam nocte, templum tumultu, turba, clamore completum est:

[1] al. δέοι. [2] f. προσοικούντων. [3] al. λίαν. [4] al. τῶν προέδρων τότε φυλάκων ἦν.

PETRI PANTINI NOTÆ.

(21) *Μυσῶν λείαν ποιουμένων τὰ πράγματα.* Λίαν erat in nostro exemplari, nullo sensu: sed quem vir doctissimus, dignus Paulo Leopardo discipulus, mihique amicissimus Joannes Macarius Greveninganus, unius litteræ ad illam nihili voculam interjectione εὐστόχως restituit. Notum proverbium, Μυσῶν λεία, vel ex uno Demosthene *Περὶ στεφάνου*, ubi ait: τὴν Μυσῶν λείαν καλουμένην τὴν Ἑλλάδα οὖσαν ὀφθῆναι. *Ut jam Hellas Mysorum præda, quod dicitur, facta videretur.* Videndus scholiastes. Refertur eadem parœmia a Diogeniano Συλλογῇ τῶν παροιμιῶν δημωδῶν, sed decurtate: Μυσῶν λείαν ἐπὶ τῶν κακῶς διαρπαζομένων. Οἱ γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον τοὺς Μυσοὺς ἐλῄζοντο. Legendum enim apparet ex nostro Apostolo, Οἱ γὰρ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον λῃσταὶ καὶ ἀστυγείτονες, ὥς φησι Δημοσθένης ἐν πρώτῃ Παροιμιῶν, τοὺς Μυσοὺς ἐλῄζοντο, μετὰ τὴν τοῦ Τηλέφου ἀποδημίαν. *Qui tum vicini prædones erant, ut refert Demosthenes prima Parœmiarum, Mysos deprædabantur, post Telephi profectionem.* Habet alia, sed plura, quam quæ nunc quidem describere vacet.

virgine sursum deorsum cursitante, et, « se contemni a Dexiano, ut imbellem et ignobilem, et quæ nec templo suo, ejusque ministris auxilio esse posset, dictitante. Dexianus, inquit, Christianus, sacerdos, et custos meus, alios anteverteus, hostilem in modum me tractavit, et ornamentis me meis spoliavit : quod nec adversariorum quisquam facere ausus fuisset. » Hæc cum virgines nonnullæ quæ tum temporis in templo cubabant intellexissent, et ex ipsa martyre vigilantes audivissent; parum abfuit, quin præ timore, mente moverentur : neque exspectantes dum lucesceret, sed protinus digressæ, paventes interim, colorem mutantes, trementes, corde palpitantes, rem omnem Dexiano enuntiantes narraverunt. Quare ille nec tantillum cunctatus, ornatum omnem, sacramque et divino cultui dedicatam supellectilem, ex urbe collectam in templum restituit, vixque hac ratione martyrem mitigare, ejusque iram sedare potuit. Atque hæc quidem talia ac totidem fere sunt, quibus mitiores pœnæ sunt persolutæ, quæ quidem ad nostram notitiam pervenerunt : nam illa quæ ignota adhuc latent, numero prorsus sunt infinita. Quæ vero graviore et acerbiore supplicio multata fuere, nunc in medium sunt efferenda.

A νοῦς, ὡς ἀγενοῦς, ὡς μηδὲ τῷ νεῷ μηδὲ τοῖς κατὰ τὸν νεὼν βοηθῆσαι δυναμένης. « Φθάσας γάρ, ὁ Χριστιανὸς, ὁ ἱερεὺς, ὁ ἐμὸς πάρεδρος, τὰ τῶν πολεμίων εἰς ἐμὲ διεπράξατο, καί με ἀπεκόσμησε καὶ ἀπεσύλησεν· ὃ μηδ' ἄν τις τῶν πολεμίων ἐτόλμησεν. » Ταῦτα τῶν ἔνδον τινὲς τότε καθευδουσῶν παρθένων καὶ μαθοῦσαι, καὶ παρ' αὐτῆς τῆς μάρτυρος ἀκούσασαι ὕπαρ, μικροῦ μὲν καὶ τῶν φρενῶν ἐξέπεσον ὑπὸ τοῦ δείματος· μήτε δὲ τῆς ἡμέρας ἀναμείνασαι τὸ προοίμιον, ἀπελθοῦσαι, πάντα τῷ Δεξιανῷ ἀπήγγειλαν καὶ διηγήσαντο, ὠραχιῶσαί τε καὶ ἀλλοχροοῦσαι, καὶ τρέμουσαι, καὶ τὴν καρδίαν πάλλουσαι· ὡς τὸν Δεξιανὸν μηδὲ ὅσον ἀναβαλλόμενον ἀνασκευάσαι πάλιν ἐκ τῆς πόλεως εἰς τὸν νεὼν τόν τε κόσμον, τά τε ἱερὰ καὶ λειτουργικὰ σκεύη· καὶ B οὕτω μόλις ἐκμειλίξασθαί τε καὶ παῦσαι τῆς ὀργῆς ταύτης τὴν μάρτυρα. Καὶ ὅσα μὲν ἡμερωτέρας τετύχηκε δίκης, τοιαῦτά τε καὶ τοσαῦτα, ὅσα γε εἰς ἡμᾶς ἦλθεν· ὡς τά γε λαθόντα, ἄπειρά τε καὶ οὐκ ἀριθμητά. Ἃ δὲ ἐμβριθεστέρας τε λοιπὸν καὶ αὐστηροτέρας ἔλαχε τιμωρίας, ἤδη δεικτέον.

XVIII.

300 Festum erat martyris, et postremus jam ejusdem dies, quem etiam ἀπόλυσιν, hoc est discessionem, quod festum deinceps finem accipiat, appellare solemus. Eo die omnes, civis, exterus, maritus, uxor, liberi, imperio præfectus, imperio parens, dux, miles, magistratus, privatus, juvenis, senex, nauta, agricola, breviter universi magna animi alacritate studiosius convenire properant : quo Deum orent, ac virgini supplicent, et divinorum mysteriorum participes effecti, sanctificati, et tanquam recens absoluti, corporeque et animo renovati, domum revertantur. Inter illam porro hominum frequentiam duo quidam erant Irenopoli nostra profecti. Hi igitur, festo atque synaxi finita, inter se et cum aliis multis convivium agitabant : cumque, ut fieri solet, singuli aliquid eorum, quæ ad festum spectabant, cum admiratione deprædicarent : hic magnificentiam ejus ac splendorem; ille eorum, qui concurrerant, infinitam multitudinem : hic primorum pontificum celebrem cœtum; ille concionatorum in dicendo præstantiam : hic, quæ ex psalmorum cantu capiebatur, voluptatem; ille pervigilii istius perseverantiam : hic reliquam divini cultus concinnitatem atque ordinem; ille orantium contentionem : hic multitudinis impulsionem; ille æstus magnitudinem : hic tremendi mysterii tempore, modo adeuntium, modo abeuntium, modo iterum intrantium, modo recedentium rursus, vociferantium, rixantium, se mutuo implicantium, nec invicem concedentium, dum primo quisque loco sacrosancta mysteria participare desiderat, certamen et coitionem : tum eo in numero alter horum duorum, cui nomen Orentio, interfatus : « Singuli, inquit, vestrum, quod cuique lubitum est, de festo suspiciat; quod ad me attinet, arbitror me longe

ΙΗ'.

Ἦν ἡ τῆς μάρτυρος αὐτῆς ἑορτὴ, καὶ ἡ τελευταία τῆς ἑορτῆς ἡμέρα, ἣν δὴ καὶ ἀπόλυσιν καλεῖν ἡμῖν ἔθος· ὡς ἂν καὶ πέρας ἐχούσης λοιπὸν τῆς ἑορτῆς. Ἐν ταύτῃ πᾶς τις ἐπείγεται καὶ ἀστὸς καὶ ξένος, καὶ ἀνὴρ καὶ παιδίον, καὶ ἄρχων καὶ ἀρχόμενος, καὶ στρατηγὸς C καὶ στρατιώτης, καὶ δημαγωγὸς καὶ ἰδιώτης, καὶ νέος καὶ πρεσβύτης, καὶ ναυτίλος καὶ γεωργὸς, καὶ πᾶς τις ἁπλῶς πρόθυμος συλλεγῆναι σπουδαιότερον, καὶ Θεῷ τε προσεύξασθαι, καὶ ἱκετεῦσαι τὴν παρθένον, καὶ τυχὼν τῶν θείων μυστηρίων ἀπελθεῖν ἡγιασμένος, καὶ ὥσπερ τις νεοτελὴς ἀνακαινισθεὶς καὶ σῶμα καὶ ψυχήν. Μετὰ δὲ τῆς πληθύος ἐκείνης καί τινες ἤστην δύο ἐκ τῆς καθ' ἡμᾶς ταύτης Εἰρηνουπόλεως ὁρμηθέντες. Οὗτοι τοίνυν, τῆς ἑορτῆς καὶ συνάξεως διαλυθείσης, εἰστιῶντό τε μετ' ἀλλήλων καὶ ἑτέρων δὲ πλειόνων, καὶ, οἷάπερ εἰκὸς, ἕκαστος τῶν κατὰ τὴν ἑορτὴν ἐθαύμαζεν· ὁ μὲν τὸ λαμπρὸν αὐτῆς καὶ φαιδρόν· ὁ δὲ τῶν συνεληλυθότων τὸ μυρίον πλῆθος· ὁ δὲ τῶν ἀρχιερέων τὸν σύλλογον τὸν πολύν· ὁ δὲ τῶν διδασκάλων τὸ D εὔμουσον· ὁ δὲ τῆς ψαλμῳδίας τὸ εὔψυχον· ὁ δὲ τῆς νυκτεγερσίας τὸ διαρκές· ὁ δὲ τῆς λοιπῆς λειτουργίας τὸ τεταγμένον καὶ εὔρυθμον· ὁ δὲ τῶν εὐχομένων τὸ εὔτονον· ὁ δὲ καὶ τοῦ ὄχλου τὸν ὠθισμόν· ὁ δὲ καὶ τοῦ πνίγους τὴν ὑπερβολήν· ὁ δὲ καὶ τὴν ἐπὶ τῆς φρικτῆς μυσταγωγίας ἔνστασιν ἅμα καὶ σύστασιν τῶν ἄρτι προσιόντων, τῶν ἤδη ἀπιόντων, τῶν ἐπεισιόντων πάλιν, τῶν ὑποχωρούντων αὖθις, τῶν βοώντων, τῶν φιλονεικούντων, τῶν ἀλλήλοις ἐμπλεκομένων, καὶ μὴ εἰκόντων ἀλλήλοις, διὰ τὸ πρῶτός τις μάλιστα βούλεσθαι μετασχεῖν τῶν ἁγιασμάτων. Ἐν τούτοις δὲ ὑπολαβὼν καὶ τοῖν δυοῖν ἕτερος, ᾧ καὶ ὄνομα ἦν Ὀρεντίων· « Ἕκαστος μὲν, φησὶν, ὑμῶν, ὃ βούλεται θαυμαζέτω τῆς ἑορτῆς· ἐγὼ δὲ οἶμαι ὡς θαυμασιωτέρου πάντων καὶ ἡδίονος ἀπολέ-

λαυκα θαύματος καὶ θεάματος· καὶ γὰρ ἐθεασάμην γύναιον, ἀπό τινος τῶν κατὰ τὸν νεὼν στοῶν διακύπτων, οὕτω κάλλιστον, οὕτως εὐπρεπὲς, ἢ καὶ ἀριπρεπὲς καὶ χαρίτων μεστὸν, ὡς πάντα τῆς συνάξεως καιρὸν τῷ ἐκείνης θαυμασίῳ κάλλει προσδεδέσθαι τε καὶ προσηλῶσθαι τὰ ἐμὰ ὄμματα, ὡς καὶ τοῦτο μόνον εὔξασθαί με τῇ μάρτυρι, τοῦ ἐκείνης ἐπιτυχεῖν κάλλους, ἑτέρου δὲ μηδενός. » Καὶ οἱ μὲν παρὰ τὸ ἑστιᾷν λόγοι τοσοῦτοί τε καὶ τοιοῦτοί τινες ἦσαν. Νυκτὸς δὲ ἐπιγενομένης ἐκαθεύδησαν μὲν πάντες· ὁ δὲ Ὀρεντίων, ἐκ τῶν μεθημερινῶν φροντισμάτων, οὐδὲ καθεύδων, τῶν ἴσων ἀπελείφθη φαντασμάτων. Καὶ γὰρ ἔδοξεν, ὡς αὐτὸς ἐκεῖνος τοῖς παροῦσι διηγεῖτο, ὁρᾷν ἐν ὄψει τὴν μάρτυρα ἐν τῷ αὐτῆς μὲν καθεζομένην νεῷ, ἐφ' ὑψηλοῦ τινος, καὶ χρυσηλάτου, καὶ ἐπηρμένου θρόνου· διανέμειν δὲ ἑκάστῳ τῶν συνεληλυθότων κατὰ τὴν πανήγυριν τὰ ὑπὲρ αὐτῆς τῆς πανηγύρεως δῶρα λαμπρά τε καὶ πολλὰ, καὶ αὐτῆς τῆς παρεχούσης ἄξια· « Τελευταῖον δὲ, φησὶ, καὶ πρὸς ἐμὲ αὐτὴν ἀποβλέψασαν εἰπεῖν· Σὺ δὲ τί βούλει, φησὶ, ὦ τὰν, τῶν δώρων τούτων λαβεῖν; ἢ βούλει τοῦ γυναίου ἐκείνου, οὗπερ καὶ ἐρασθεὶς ἐκτόπως εὔξω μοι, τυχεῖν; τοιγαροῦν λαβὼν ἄπιθι, καὶ ἔχε, καὶ ἀπόλαυε τοῦ δώρου. Καὶ ἐγὼ, φησὶ, ὑπερησθεὶς καὶ λαβὼν τὸ δῶρον ἀπῆλθον. Καὶ γὰρ καὶ τὸ γύναιον μετὰ τῶν ἄλλων, ὧν διένειμεν, ἑστὸς ἔτυχε. » Καὶ ἡ μὲν ὄψις καὶ ἡ διήγησις εἰς τοῦτο ἐτελεύτησεν. Ὥρας δὲ μιᾶς καὶ ὅσον διαγενομένης, ἐπεπήδα τις δαίμων αὐτῷ λυσσητὴρ καὶ ἄγριος, καὶ κατεῤῥήγνυς [1] μὲν αὐτὸν [καὶ] διεσπάραττε. Κατὰ δὲ τὸν τῶν Περσῶν νόμον δείρας αὐτὸν, τῆς δορᾶς γυμνὸν ἐποίησε, καὶ σκωλήκων τε εὐθὺς καὶ ἰχῶρος ἐπλήρωσεν· ὡς τοὺς παρεστῶτας πλησίον πάντας ἄπνους τε καὶ ἀναύδους γενέσθαι ὑπὸ τοῦ συμβεβηκότος οὕτως ἀθρόως κακοῦ, μικροῦ δὲ καὶ ἀπολέσθαι. Τοσοῦτον ἦν ἐν ὀφθαλμοῖς κακόν. Καὶ τοῦτο ἦν ἄρα ἡ γυνὴ, ἡ κακῶς μὲν καὶ ἀνοσίως ὀφθεῖσα παρ' αὐτοῦ, κάκιον δὲ συμπλακεῖσα, τελευταῖον δὲ καὶ διαφθείρασα τὸν τρισάθλιον. Καὶ γὰρ οὐδὲ εἰς τρίτην ἡμέραν διαρκέσας, ἀνῃρέθη ὑπὸ τοῦ δαίμονος, καὶ τίνει ταύτην δίκην ἀκολάστου βλέμματος, καὶ τῆς εἰς τὴν παρθένον ὕβρεως καὶ παροινίας. Ὡς ἀγνοηθῆναι μὲν τὸ δρᾶμα παρ' οὐδενός· τραγικῆς γὰρ ἀληθῶς ἄξιον γλώττης· μέχρι δὲ καὶ νῦν ἀντ' ὀνει-

A præ cæteris admirabilioris ac jucundioris miraculi atque spectaculi fructum percepisse : mulierem enim, ex quadam porticu templi prospiciens vidi, adeo pulchram, forma adeo liberali atque eximia, omnibusque venustatis partibus ita constantem, ut toto synaxeos tempore oculi mei miranda illius specie astricti, et velut clavis affixi, tenerentur; et illud unum a martyre comprecarer, ut pulchritudinis illius, ac nullius rei alterius me compotem faceret. » Et hi quidem illorum inter epulandum sermones. **301** Noctu vero, cum cæteri dormirent, Orentio autem ex diurnis cogitationibus somnum capere non posset, iisdem visis abripi cœpit. Cernere enim sibi videbatur, ut ipsemet præsentibus referebat, martyrem in templo suo super throno B excelso ex auro fabrefacto, et alte sublato, sedentem; et singulis, qui ad festum hoc publicum convenerant, dona magnifica, multa, seque quæ illa largiebatur digna, ejusdem celeberrimi conventus causa impertientem. « Ad extremum, inquit, ad me quoque respiciens, ait : Heus tu, bone vir, quodnam horum donorum accipere postulas? num mulierem, cujus amore perdite captus, ut illa potiri posses, me obsecrasti? abi, prehende, habe, fruere eo dono. Et ego, inquit, nimia lætitia gestiens, accepto hoc munere me subduxi. Nam et mulier inter cætera, quæ a virgine dispertiebantur, astabat. » Visionem autem et narrationem hanc talis subsecutus est exitus. Hora jam una vix elapsa, C dæmon quidam rabiosus et atrox in illum insiliit, dilaniavit, discerpsit; et Persarum more ipsum excorians (22), pelle sua denudavit, vermibusque et sanie ita extemplo replevit, ut omnes qui prope aderant exanimati mutique redderentur; ac tantum non vita privarentur, ex subito illo, quod evenerat, malo. Tam gravis illa oculis omnium lues insidebat. Atque hæc illa erat mulier, male et impie ab eo conspecta, pejus autem in amplexum petita, quæ ad extremum miserrimum illum perdidit. Cum enim nec in tertium diem durare posset, de medio a dæmone sublatus est, pœnasque impudici intuitus, contumeliæque ac vecordiæ in virginem, luit. Neque factum istud quemquam latuit, tragico plane sermone dignum, cujusque dedecoris et infamiæ

[1] Vatic. καταῤῥήγνυσι, quid si κατεῤῥήγνυσε?

PETRI PANTINI NOTÆ.

(22) *Persarum more ipsum excorians.* Ammianus Marcellin. lib. de Persis agens : *Cutes vivis hominibus detrahunt, particulatim, vel solidas.* Plurima passim in ejus gentis historiis exempla. Illud memorabile apud Herodot. lib. v, et Valer. Max. lib. vi, c. 4, in Sisamnem judicem a Cambyse editum; quem imitatus Artaxerxes eodem supplicio injustos judices afficere consuevit, teste Diodoro Siculo lib. xiv. Refert et Ctesias Gnidius in *Persicis* citante Photio in *Bibliotheca* Græcæ edit. p. 54. Idem supplicium ab Amynti, uxore Cyri, Petisacæ illatum, quod patrem suum Astuigem in loco deserto per sitim et inediam enecasset. Simili etiam Parysatis Bagapatam sustulit; Photius pag. 64 et Plutarchus in Artaxerxe, nisi quod miserum illum Mesabatam appellet. Eodem quoque plexus fuit Manes hæreticus a rege Persarum. Cyrill. Hieros. catech. 7; Theodoret. lib. i, *Contra hæreticos*, c. ult.; Suidas dict. *Μάνης*; Socrat. lib. i. *Histor. eccl.* c. 22. Exstat et exemplum in Procopio *De bello* D *Persico*, lib. de Basilio a Magis pari modo interfecto; et apud Agath. lib. iii de Nachorage. Idem supplicium Hormisdam Persam convivis suis comminatum tradit Zosim. lib. ii *Histor.* Vide Brissonium *De regio Persarum principatu*, lib. ii, et Zwingheri *Theatrum*, volum. II, lib. vii.

nota ex tali ejus nece orta, ad nostram usque ætatem posteris ejus inusta adhæsit. Quin mihi quoque miraculum hoc referenti vehementem timorem terroremque intulit, ut ægre rem tam horrendam, tremente manu, litteris prodere potuerim.

XIX.

Sed et alterum nunc sese mihi offert, priore illo non multo inferius, quin potius, meo judicio horribilius, ad reliqua tamen miracula merito ipsum quoque **302** ascribendum : ut qui in hunc librum inciderint, id pro præcepto ad continentiam habeant, oculosque suos ab aspectu rerum obscenarum atque impurarum, ac martyris oculis indignarum, sevocare assuescant. Qua re maxime inductus sum (quippe qui non nisi illa, ex quibus pretium operæ peti possit, referre constitui) ad hoc quoque miraculum referendum. Duo quidam una hanc urbem egressi, unaque in templum ascendentes, non orandi studio, sed libidinis explendæ, in eamdem ambo perniciem inciderunt. Etenim cum injusto compendio alicunde aurum confecissent (ex pecuniis, opinor, iis, quæ regi ab illis, quos lex jubet, pendi solent), injustius iniquo illo quæstu abusi sunt, crapulæ ac ebrietati indulgentes, iisque penitus, ut ita dicam, immarcescentes, idque sub martyris virginisque nostræ conspectum. Nam in quodam ejus horto infelices illi prandentes, pessimum exitum pessimæ libidinis suæ invenerunt. Etenim cum jam immoderato vini potu æstuarent, ad impuras quoque actiones animum adjecerunt (*quo fine haud dubie ebrietas terminatur*) et forte fortuna in virginem quamdam extra sacra septa exerrantem incidentes (dæmone ita hanc fraudem machinante, quo hoc invitamentum prava voluntas, finem vindicta, et stimulum suum culpa consequeretur), virginem illam ad se trahunt, et convivio lectoque adhibent. Sed rei eventum hinc mecum merito quis admiretur. Simul enim ac martyr sensit, unam ex virginibus suis peccati nexibus irretitam, et inter duos lupos agnam implicatam teneri, ac in paratum exitii barathrum deinceps præcipitari; quam potuit celerrime ad hortum contendens, et somno adhuc obrutis, virgineque intacta, supervenit. Propterea enim quod ebrietas illos prius arcto somno oppressisset, inde factum est, ut peccato locus nondum fuerit, ipsaque ebrietas hic suam quamdam utilitatem habuerit. « Et quid vos, inquit, improbissimi, impulit, ut columbam meam ex domo mea abductam, et ad vos receptam, violare cuperetis? atqui curæ mihi erit, ut nefarii hujus ausus pœnas luatis. » Quibus dictis ad suum se templum locumque contulit. Cæterum illi terrore sibi ab ipsa injecto, metuque ob ea, quæ sceleste attentarant, quæque audierant, perculsi, **303** virginem integram adhuc remiserunt; et magnas gratias cum vinolentiæ, tum somno habentes, incitato cursu se in fugam dederunt; ignari scilicet

δους καὶ στίγματος τοῖς ἐξ ἐκείνου τὸ ἐκείνου γεγενῆσθαι πάθος. Ἀλλ' ἐμὲ μὲν τοῦτο ἱκανῶς διεπτόησε, καὶ εἰς πολὺ δέος κατέστησεν, ὡς καὶ τρεμούσῃ τῇ χειρὶ μόλις ἀποσημῆναι τὸ φοβερὸν τοῦτο θαῦμα.

ΙΘ'

Πρόσεισι δέ μοι καὶ ἕτερον, οὐ πολὺ μὲν τοῦ προτέρου ἀπολειπόμενον· οἶμαι δὲ ὡς καὶ φοβερώτερον· δεόμενον δὲ ὅμως καὶ αὐτὸ τοῖς θαύμασιν ἐγγραφῆναι· ὥστε τοῖς ἐντυγχάνουσι τῷ βιβλίῳ τούτῳ σωφροσύνης εἶναι παράγγελμα, καὶ πείθειν τοὺς ὀφθαλμοὺς μὴ ἀνόσια βλέπειν, μηδὲ βέβηλα, μηδὲ τῶν τῆς μάρτυρος ὀμμάτων ἀνάξια. Διὸ μάλιστα καὶ πεισθεὶς (καὶ γὰρ εὔλογά μοι προσίσχετο), πρὸς τὸ καὶ τοῦτο διηγήσασθαι τὸ θαῦμα πάλιν ἐπήχθην. Ἐξήκοντες γὰρ ἅμα δύο ἐκ ταύτης τῆς πόλεως, καὶ ἅμα πάλιν ἀνελθόντες εἰς τὸν νεὼν, οὐχ ὑπὲρ εὐχῆς, ἀλλ' ὑπὲρ τρυφῆς, ἅμα πάλιν περιπίπτουσι τῷ κακῷ. Καὶ γὰρ ἀδίκως ποθὲν χρυσίον ἀποκερδάναντες (οἶμαι δὲ καὶ ὡς ἀπὸ τῶν τῷ βασιλεῖ καταβαλλομένων ὑφ' ὧν καὶ καταβάλλεσθαι νόμος), ἀδικώτερον κατεχρῶντο τῷ κακῷ τούτῳ λήμματι, κραιπαλῶντες, μεθύοντες, πάντα τρόπον κατεξεωλευόμενοι, καὶ ταῦτα ὑπὸ μάρτυρι τῇ παρθένῳ. Καὶ γὰρ ἐν ἑνὶ τῶν αὐτῆς ἠριστοποιοῦντο κήπων οἱ δείλαιοι, καὶ δὴ κάκιστον πέρας τῆς κακίστης εὕραντο τρυφῆς. Καὶ γὰρ ὡς ὑπὸ τῆς ἀμέτρου διεφλέχθησαν οἰνοποσίας, ἤδη καὶ πρὸς ἀνοσιουργίας ἔβλεπον· *ὅπερ καὶ τέλος ἐστὶν οἰνοφλογίας ἀρίδηλον*· καὶ δήποτε παρθένον ἔξω τῶν ἱερῶν σκηνῶν [1] περιπλανωμένην εὑρόντες (οὕτω καὶ τοῦτο τοῦ δαίμονος ἐπισκευάσαντος, ἵνα καὶ τὸ ἐνδόσιμον ἡ κακὴ λάβῃ βουλὴ, καὶ τέλος ἡ τιμωρία, καὶ κέντρον ἡ ἁμαρτία), ἐφέλκονταί τε πρὸς ἑαυτοὺς τὴν παρθένον ταύτην, καὶ ποιοῦνται ὁμοτράπεζον ἤδη καὶ ὁμόκοιτον. Ἔνθα καὶ θαυμάσειεν ἄν τις τὸ συμβεβηκός. Αἰσθομένη γὰρ ἡ μάρτυς, ὡς ἄρα μία τις τῶν αὐτῆς παρθένων περιβέβληταί που λοιπὸν βρόχοις ἁμαρτίας, καὶ μεταξὺ δύο λύκων ἡ ἀμνὰς συμπεπόδισται, πρὸς ἕτοιμον ἀπωλείας ἑλκομένη βάραθρον, ὡς εἶχε τάχους ἐφίσταται τῷ κήπῳ· καὶ τούτοις ἔτι καθεύδουσι, μηδέπω δὲ μηδὲ ἁψαμένης τῆς κόρης. Τῆς γὰρ μέθης προδουλωσαμένης αὐτοὺς τῷ ὕπνῳ, οὐκ ἔσχε χώραν ἡ ἁμαρτία· ὥστε γενέσθαι καὶ μέθης τι τότε. « Εἰς τί γὰρ, φησὶ, ὦ κάκιστοι, τὴν περιστερὰν τὴν ἐμὴν ἀπελάσαντες τῶν ἐμῶν οἴκων ἐν μέσῳ ἀπειλήφατε, καὶ διαφθεῖραι βούλεσθε; ἀλλ' ἐμοὶ, φησὶ, ὅπως δῶτε δίκας ὑπὲρ οὕτω παρανόμου τολμήματος, μελήσει. » Καὶ δὴ ταῦτα εἰποῦσα, πρὸς τὸν ἑαυτῆς ἀπῆλθε [2] νεὼν καὶ χῶρον. Οἱ δὲ, ὡς παρ' αὐτῆς μὲν ἐκδειματωθέντες, καὶ ὑφ' ὧν ἀκηκόεσαν καταπλαγέντες, τὴν μὲν παρθένον καὶ αὖθις παρθένον ἀπέπεμψαν, πολλὰ τῇ μέθῃ καὶ τῷ ὕπνῳ τέως εὐχαριστήσαντες. Αὐτοὶ δὲ ᾤχοντο προτροπάδην φεύγοντες, ἐλελήθεσαν δὲ ὡς ἄρα καὶ φεύγοντες οὐκ ἔφευγον, καὶ τοὺς τόπους ἄλλοτε

[1] al. σηκῶν. [2] al. ὑπῆλθε.

ἄλλως ἀμείβοντες, ἐντὸς ἦσαν Ἀρήνων [1]. Οὐ πολὺς γοῦν διεγένετο χρόνος, καὶ ὑπὸ μὲν τῆς αὐτῆς ἤχθησαν αἰτίας· ὥσπερ ὑπὸ σημείου τινός, τῆς τοῦ χρυσίου λέγω κλοπῆς, ἀφ' ἧσπερ καὶ τὸ κακῶς καὶ ἐπὶ τῷ κακῷ κραιπαλᾶν ἔσχον. Ὑπὸ δὲ τῆς αὐτῆς ἁμαρτίας ἀπώλοντο, καὶ ἐν ᾧπερ ἠσέβησαν τόπῳ τὴν δίκην ἔδωκαν· πολλὰς μὲν εἰς τὸ διαδρᾶναι τὴν δίκην ὁδοὺς καὶ ἀτραποὺς καὶ εἰσόδους [2] ὑπ' ἀνοίας κατασοφισάμενοι καὶ ἐναλλάττοντες, οὐ μὴν καὶ διαδρᾶναι δυνηθέντες, οὔτε τὸν τῆς μάρτυρος μέγιστον καὶ ἀκοίμητον ὀφθαλμὸν, οὔτε τὸν τῆς δίκης ὑπ' αὐτοῖς ὁρισθέντα τρόπον. Ὁ μὲν γὰρ εἰς τὸν ποταμὸν τοῦτον ἐκ τῆς πορθμίδος, τῆς καὶ περαιούσης αὐτὸν ὡς ἡμᾶς, καταληφθεὶς [3] ᾤχετο, πολλὰ τῇ περὶ πάντων προπετείᾳ μεμφόμενος· ὁ δὲ καθ' ἕτερον πάλιν διαφθαρεὶς τρόπον, καὶ αὐτὸς ᾤχετο. Τὸν αὐτὸν δὲ ἄμφω καὶ χρόνον καὶ τόπον τῆς ἀπωλείας ἔσχον· ὡς δέ φασι, καὶ τὸν αὐτὸν ἔλαχον τάφον, τάχα δὲ καὶ τὸν τῆς τρυφῆς καὶ ἁμαρτίας. Τοῦτο δὲ καὶ παρ' αὐτῶν τῶν ἐκείνοιν πολιτῶν καὶ συγγενῶν ἐπυθόμην. Ἤδη δὲ καὶ τρίτη δυὰς ἡμῖν Εἰρηνοπολιτῶν λοιπὸν ὑπολείπεται· ἧς εἰ ἀμνημονεύσομεν, μεγίστου θαύματος λήσομεν [4] ἑαυτοὺς ἀποστεροῦντες.

A se, ut maxime fugerent, minime tamen malum effugituros; cum nunc per hæc, nunc per illa loca oberrando, infra Irenensium semper fines consisterent. Neque multum temporis intercessit, quin ob idem crimen (auri videlicet furto aversi) rei agerentur; eo maximo indicio, quod hinc suppeteret ipsis, unde fœdis comessationibus in suam perniciem indulgerent. Sed revera suum ipsis in virginem scelus exitio fuit. Quin eo ipso in loco, quo impium hoc facinus commiserant, pœnas dederunt; varias quidem multiplicesque vias, diverticula, et exitus ad declinanda supplicia, præ vecordia comminiscentes ac subinde alternantes; maximum tamen pervigilemque martyris oculum, aut præstitutum sibi genus supplicii minime evitare valentes. Nam alter in B flumen hoc, ex pontone, ipsum ad nos trajiciente, deturbatus periit; vehementer suam in omnibus temeritatem accusans : alter vero alio rursum mortis genere, et ipse e medio sublatus est; eodem uterque tempore ac loco exstincti; idem, ut aiunt, hic sepulcrum sortiti : forte etiam idem [apud inferos] liguritionis ac peccati. Atque hæc ab ipsismet ipsorum popularibus et propinquis accepi. Sed jam tertium Irenopolitanorum par nobis est deinceps reliquum : quod si silentio præteriremus, maximo nos ipsos miraculo imprudentes privaremus.

Κ'.

Πάππος τοιγαροῦν καὶ Αὐλέριος βουλευταὶ μὲν ἤστην ἄμφω, καί τινος δὲ στρατιωτικοῦ δαπανήματος κοινωνοί. Σῖτος δὲ ἦν, οἶμαι, τὸ δαπάνημα τοῦτο. Ὡς δὲ καὶ ὁ χρόνος προὔκοπτε, καὶ ὁ σῖτος ἐπαναλίσκετο, τῶν στρατιωτῶν ἐν ἄρτοις τοῦτον ἡμέρας ἑκάστης ἀποφερομένων· ὁ μὲν Αὐλέριος κατὰ τὸ συμβὰν ἐπέξεισι τὸν βίον, ὁ δὲ Πάππος τῇ τούτου τελευτῇ πρὸς ἐπιβουλὴν τῶν ἐκείνου παίδων κατεχρήσατο, τὸ μὲν κοινῇ προσῆκον αὐτοῖς κέρδος εἰς ἑαυτὸν μόνον ἐπενεγκάμενος, τοῖς δὲ ἐκείνου παισὶ τὰ ἐλλείμματα μόνον ἐγκαταλείψας· ὡς διπλοῦν εἶναι λοιπὸν τὸ δυστύχημα, ὀρφανίαν τε καὶ τῶν ὄντων αὐτοῖς ἔτι μικρῶν χρηματίων ἀπώλειαν. Τί οὖν ἡ μάρτυς, ἡ μηδέποτε μηδὲ τῶν ὑπερορίων ἀφροντιστοῦσα, ὁμοίως δὲ κηδομένη πάντων τῶν πονούντων καὶ ἀδικουμένων; Σπεύδει, καὶ ἐπικαταλαμβάνει τὴν τοῦ ἠδικηκότος καὶ πόλιν καὶ ἑστίαν, καὶ κακὸν ὄναρ, ὥς πού φησιν Ὅμηρος, κεφαλῆφιν ἐπέστη [5]. « Τίς γάρ, φησὶ, ὦ βέλτιστε, ὁ τοσοῦτός σοι πρὸς τοὺς ὀρφανοὺς πόλεμος; τίς δὲ ἡ οὕτως ἀναιδὴς σου κατὰ τῶν ὀρφανῶν συκοφαντία; τί δέ σε τοσοῦτον ἡ ἀπληστία κατέφλεξεν, ὡς ὁμοῦ πάντα παριδεῖν, καὶ Θεὸν καὶ πίστιν καὶ τὸ παρ' ἀλλήλους συνειδός· ἵνα δὴ παντελῶς ὀλίγα κερδάνῃς, ἅπερ οὔτε τὸν σὸν οἶκον αὐξήσῃ, καὶ τὸν ἐκείνων βλάψῃ; Πάντως τοιγαροῦν ἴσθι, φησὶ, ὡς ὁ παρὰ σοὶ τεθνηκὼς Αὐλέριος, καὶ διὰ τοῦτο ἀδικούμενος, τῷ πάντων βασιλεῖ τῷ Χριστῷ προσελήλυθε κατὰ σοῦ· καὶ ἡ κατὰ σοῦ ψῆφος ἤδη θανατοφόρος ἐξήνεκται, καὶ μέλλεις ὅσον οὐδέπω ἐπικαταλείψεσθαι τὰ ἐκείνων, καὶ αὐτόθι τὰς

XX.

Pappus igitur et Aulerius decuriones erant, et militaris cujusdam sumptus administrandi uterque consortes. Rei, ut arbitror, frumentariæ hic sumptus C erat. Progressu autem temporis, cum frumentum istud militum, quod singulis diebus sub panis forma illi accipiebant, absumptum esset; Aulerius forte e vita excessit. Cujus morte Pappus ad insidias filiis ejus struendas abusus est; quæstum, qui æque ad utrumque spectabat, ad se unum transferendo, liberisque Aulerianis reliquias tantum aliquot concedendo, ita ut duplex illis fuerit incommodum, patris orbitas, et pecuniolæ quæ ipsis superaverat, jactura. Quid ergo hic martyr, quæ nunquam nec extorres quidem negligit, **304** sed curam patrociniumque omnium calamitosorum et injuria affectorum suscipit? Properans civitatem ædesque injuriosi istius hominis adit. « Et somno infausto supra caput astitit illi, » ut alibi Homerus ait. « Quænam hæc tua, inquit, D vir optime, cum pupillis contentio? quæ hæc adeo impudens in orphanos sycophantia? quid te tantopere inexplebilis cupiditas inflammavit, ut simul omnia, Deum, fidem, conscientiamque inter vos mutuam pro nihilo ducas; quo vile aliquod lucellum consequare, quod nec tuam familiam valde auxerit, et demptum ipsorum res vehementer læserit? Quare hoc tibi pro comperto habe, inquit, Aulerium, qui apud vos e vivis excessit, atque hac de causa abs te injuriam accepit, ad Christum regem omnium tui accusandi causa accessisse, mortisque sententiam jam nunc contra te prolatam : et paulo post, quæ

[1] f Εἰρήνων ut v. et proximo miraculo. [2] malim ἐξόδους. [3] for. καταβληθείς. [4] in exemp. λύσωμεν.
[5] Ex Iliad. K, v. 496.

ad illos pertinent es relicturus, ibique administrationis rerum communium hactenus inter te et Auleriun rationem redditurus. Altera quippe ab hac hebdomade, hac ipsa omnino die, es moriturus. » His dictis, abiit illa; hic surrexit, adeo præ pavore contremiscens, ut nulla corporis ejus pars conquiesceret, sed singula ejus membra agitatione, concussione, tremore, complerentur. Nam et caput ipsi vehementer movebatur; oculi offusis jam tenebris circumerrabant, lingua remittebatur, dentes stridebant, cor palpitabat, et quidem tanto cum impetu, ut e corpore reliquo casurum videretur; pedes porro ita crebro et infirme vacillabant, quasi a materia aliqua molli et fluxa ad ingrediendum impellerentur. In id vero tantum adhuc resistebat, ut injustitiam suam profiteretur, sycophantiam repudiaret, benevolentiam intempestivam commonstraret, nihil autem inde emolumenti sibi compararet : quod, quæ ab eo gerebantur, necessitas, non voluntas libera expressisset. Vix igitur prænuntiata dies illuxerat, cum ille sublatus est, et prædictionis veritas exitu comprobata : adeo ut neminem, qui apud nos vitam agunt, hæc illius ex iniquitate orta calamitas lateret. Verum age lector (idem [1] enim mihi iterum dicendum) a tristioribus ad hilariora miracula, a severioribus ad jucundiora digredere : quo animos nostros timore contractos, suaviori et leniori quapiam narratione oblectemus nonnihil ac recreemus. Quæ igitur nota habemus, in medium rursus proferamus.

A τοῦ κοινοῦ λόγου δώσειν εὐθύνας. Τεθνήξει δὲ τ δευτέρας ἑβδομάδος κατὰ τὴν αὐτὴν ταύτην πάντι ἡμέραν. » Ἐπὶ τούτοις ἡ μὲν ἀπέστη· ὁ δὲ ἀνέστ τοσοῦτον ἐπὶ [2] τοῦ δέους καταχινούμενος, ὡς μηδ. ἐν ἠρεμίᾳ μεῖναι τοῦ σώματος, βρασμοῦ δὲ κ: κλόνου καὶ τρόμου πάντα πληρωθῆναι τὰ μέλ· Ἡ τε γὰρ κεφαλὴ ἐκραδαίνετο, τά τε ὄμματα ἤδ λειπαυγοῦντα περιεπλανᾶτο, καὶ ἡ γλῶσσα παριεῖτ καὶ οἱ ὀδόντες ἐπατάγουν, καὶ ἡ καρδία ἔπαλλε· κc οὕτως ἀναίδην [3], ὡς καὶ προεκπίπτειν δοκεῖν το λοιποῦ σώματος· πόδες δὲ, ὡς ὑπό τινος χαύνου κα διαῤῥέοντος ἀναγκαζόμενοι βαίνειν, οὕτω συχνά τε καὶ ἀστήρικτα ὑπωλίσθαινον. Πρὸς τοσοῦτον δὲ ἀντ ήρκεσε μόνον, ὥστε καὶ τὴν ἀδικίαν ὁμολογῆσαι, καὶ ῥίψαι τὴν συκοφαντίαν, καὶ τὴν ἄκαιρον ἐπιδεί- B ξασθαι φιλανθρωπίαν· ὀνήσασθαι δὲ μηδ' ὁτιοῦν αὐτὸν ἔτι, τὸ μηδὲ γνώμης, ἀλλ' ἀνάγκης λοιπὸν εἶναι τὰ πεπραγμένα ταῦτα. Τῆς γοῦν προῤῥηθείσης ἡμέρας ὅσον διαχυψάσης μόνον, ἀνηρπάσθη τε, καὶ τὸ τῆς προφητείας ἀψευδὲς ἐβεβαιώθη τῷ τέλει· ὡς μηδένα μὲν τῶν παρ' ἡμῖν, μηδὲ τῶν παρ' ἐκείνοις ἀγνοῆσαι τὴν μετ' ἀδικίας συμφοράν. Ἀλλά γε δὴ μετάβηθι (ταυτὸν γάρ μοι πάλιν ῥητέον) ἀπὸ τῶν κατηφεστέρων ἐπὶ τὰ φαιδρότερα θαύματα, ἀπὸ τῶν ἐμβριθεστέρων ἐπὶ τὰ χαριέστερα· ἵνα καὶ συσταλείσας ἡμῶν ὑπὸ τοῦ φόβου τὰς ψυχὰς ἀναγάγωμέν τε καὶ ἀναθάλψωμεν γλυκυτέροις πάλιν καὶ προσηνεστέροις τισὶ διηγήμασιν. Ἅπερ οὖν ἔγνωμεν, πάλιν εἰς μέσον ἀγάγωμεν.

305 XXI.

Anni tempus erat æstivum, et cicadarum cantus, solisque nimii supra caput ardores; et gravis quædam morbi vis mulos, equos, boves, asinos, oves, et, ut verbo dicam, omne genus animalium depascebatur : ita ut lues illa magna consilii inopia animique sollicitudine omnes afficeret; vastatis vicis et agris, quin et in urbe splendidissimis quibusque ædibus exinanitis; nulla penitus curationis ratione sese offerente : quod mali origo ignota esset, et undenam tanto impetu irruisset nesciretur. Neque enim id ex iis quæ peribant animalibus deprehendere licebat; quod eo malo correpta, priusquam sentiretur, de medio tollerentur, multaque simul confertim interirent. Cum ergo desperata jam res esset, et omnem humanam solertiam vinceret, denuo benigna hic ac præpotens martyr, pecudum pereuntium et hominum eas amittentium miserta, medicinam præsentissimam protinus indicat. Fontem enim nunquam antea exsistentem, neque ab ullo nostrum aut priscorum conspectum, subito ebullientem efficit; idque non procul, aut in extera quapiam regione; sed in eo ipso loco, ubi rursum eidem sacellum est dedicatum. Est autem hoc antrum e regione templi ad solem occidentem situm, amœnissimum ac suavissimum, quodque

C ΚΑ'.

Θέρος ἦν καὶ τεττίγων ᾠδὴ καὶ πολὺς ὁ ἥλιος ὑπὲρ κεφαλῆς φλέγων, καί τις ἐπενέμετο βαρεῖα νόσος ὀρέας, ἵππους, βόας, ὄνους, πρόβατα, καὶ πάντα ἁπλῶς ὅσα τῆς τῶν βοσκημάτων ἐστὶ φύσεως· ὡς καὶ ἐν ἀμηχανίᾳ πολλῇ καὶ φροντίδι τὸ κακὸν εἶναι, κενουμένων μὲν κωμῶν καὶ ἀγρῶν, ἤδη δὲ καὶ τῶν ἐν ἄστει λαμπρῶν οἴκων, μηδεμίας δὲ θεραπείας ὑποφαινομένης, τὸ καὶ ἄδηλον εἶναι τὸ κακὸν, ὅθεν τε εἴη καὶ ὅθεν τε ἐγκατασκήπτοι. Οὔτε γὰρ ἦν παρὰ τῶν ἀπολλυμένων μαθεῖν· ἔτι μὴν καὶ τὸ προτοῦ ἀναρπάζεσθαι τῆς τὸ κεκτημένον αἰσθήσεως, καὶ πολλά γε ἅμα καὶ ἀθρόον ἀπόλλυσθαι. Ὡς οὖν ἄπορόν τε ἦν τὸ δεινὸν καὶ ἀνθρωπίνης ἐπινοίας κρεῖττον, πάλιν ἡ ἄφθονός τε καὶ παναρκὴς ἐνταῦθα D μάρτυς ᾤκτειρέ τε τὰ ἀπολλύμενα τούς τε ἀπολλύοντας, καὶ τὴν θεραπείαν παρὰ πόδας ὑπέδειξε. Τὴν γὰρ μὴ οὖσάν ποτε πηγὴν, μήτε παρά τινος ἡμῶν, ἢ καὶ τῶν παλαιοτέρων ὀφθεῖσαν, ἀθρόον ἀναβλύσαι παρασκευάζει· παρασκευάζει δὲ οὔτε πόῤῥω, οὔτε ἐν ἀλλοτρίῳ χώρῳ, ἀλλ' ἐν ᾧπερ τόπῳ πάλιν αὐτῆς ἐστι τὸ τέμενος. Τοῦτο δέ ἐστιν ἄντρον πρὸς ἑσπέραν αὐτοῦ τοῦ νεὼ καὶ κατάντικρυς κείμενον· χαριέστατον δὲ καὶ ἐπιτερπνέστατον, καὶ πολλὴν ἔχον τὴν ἡδονὴν βαδίσαι τε ἐπ' αὐτῷ καὶ ἐμφιλοχωρῆσαι, καὶ καθ' ἡσυχίαν πολλὴν εὔξασθαί

[1] Refer ad miraculum IX quo similis efficaciæ lavacrum describitur. [2] ὑπό al. [3] f. ἀνέδην.

τε καὶ οὗ βούλεταί τις τυχεῖν δι' εὐχῆς παρὰ τῆς μάρτυρος. Πᾶς γοῦν ὁ εἰς νεὼν βαδίζων τε καὶ εὐχόμενος, εὐθὺς καὶ ἐπ' ἐκεῖνο τρέχει τὸ ἄντρον, ὡς ἂν καὶ ἐπί τινα κοιτωνίσκον λοιπὸν καὶ θάλαμον ἔνδον ἔχοντα τὴν παρθένον. Φασὶ καί τινες τὰ πλεῖστα καὶ ἐν τούτῳ διατρίβειν αὐτὴν, ὡς ἂν ἡσυχίας τε ἐρῶσαν καὶ φιλέρημον οὖσαν. « Καὶ γὰρ τοῦτο μάλιστα τῶν ἁγίων ἴδιον, τὸ ἠρεμίαις τε χαίρειν, καὶ ταύταις ὡς τὰ πολλὰ ἐναυλίζεσθαι. » Ἐκ ταύτης οὖν τῆς οὕτω σχεδιασθείσης πηγῆς πᾶσι τοῖς νοσοῦσι ζώοις τὴν θεραπείαν ἡ μάρτυς ἐξήντλησεν. Ἦν γοῦν ἰδεῖν πᾶσαν μὲν ἀτραπὸν, πᾶσαν δὲ λεωφόρον, ἐκ τῶν ὑπτίων καὶ ὑπερτέρων τόπων ὧδέ τε βλέπουσαν, καὶ ὧδε ἄγουσαν, καὶ πλήθουσαν ἵππων, ὀρέων, βοῶν, προβάτων, αἰγῶν, ὄνων, ἤδη δὲ καὶ κυνῶν καὶ συῶν καὶ πρὸς ἓν τουτὶ τὸ χωρίον ἐπειγομένων, τὸ θεραπείας τότε μᾶλλον καὶ ἰάσεις ἤπερ ὕδωρ ἐκβλύζον. Τότε ζῶον [1] τοῦ ὕδατος ἀπῆλθεν, οὐκέτι νοσοῦν· ἀλλ' ὥσπερ ὑγιείας μᾶλλον ἢ ὕδατος ἀρυσάμενον, οὕτως ἀνεῤῥώσθη τε αὖθις καὶ ἀνεσκίρτησε, καὶ πρὸς τὸν οἰκεῖον ἕκαστον καὶ ἀγρὸν καὶ οἶκον ἀπέδραμεν, μάλα τε ἐῤῥωμένον, καὶ τῶν συνήθων ἔργων ἁπτόμενον.

singularem voluptatem afferat; sive inambulare, sive immorari, sive maxima cum quiete precibus inibi vacare, et ex animi sententia, quæ a martyre postulaverit, impetrare quis cupiat. Itaque quisquis templum comprecandi causa adit ingrediturque, protinus ad antrum illud festinat, tanquam ad cubiculum et thalamum, qui virginem intra se complectatur. Ferunt enim nonnulli plerumque hic illam agere, quod quiete delectetur, et solitudinis perquam sit studiosa. « Id namque sanctis maxime proprium ac peculiare est, quod secessus ament, et ut plurimum in iis degant. » Ex hoc itaque fonte ita subitarie excitato, martyr omnibus animantibus morbo affectis sanitatem deprompsit. Erat ergo videre omnem semitam, omnem viam publicam, tam ex planis quam ex editioribus locis huc spectantem, huc ducentem, equis, mulis, bobus, ovibus, capris, asinis, quin et canibus, suibusque ad unum hunc locum, sanitatem potius tunc ac medicamentum, **306** quam aquam ebullientem, contendentibus repleri. Tum quodcunque animal aqua exiret, non ægrum jam amplius, sed perinde ac si non tam aquam, quam ipsammet salutem inde hausisset, viribus corroboratis exsiliebat, et ad suum quodque agrum ac domum melius quam antea habens, ad solita opera exercenda festinabat.

ΚΒ'.

Λέγεται δέ τινα τοτε καὶ τῶν ἐν πόλει λαμπρῶν νοσοῦντα ἵππον καὶ κακῶς ἄγαν ἔχοντα, τοῦ νώτου συνελκομένου κατὰ τὸ ὄπισθεν μέρος, καὶ τὸ λοιπὸν σῶμα ἀντισπῶντος, καὶ ταῖς τῶν νεύρων, ὥς φασι, συνολκαῖς τὴν πρόσω πορείαν κωλύοντος, κατὰ πεῖραν μᾶλλον ἢ πίστιν ἐπ' ἐκεῖνο πέμψαι τὸ ὕδωρ, εἰ ἄρα ἱκανὸν γένοιτο τὸν οὕτω πρόδηλον περιελεῖν κίνδυνον· τὴν δὲ μάρτυρα, μήτε ἀγνοῆσαι τὴν πεῖραν, καὶ ζῶον ἀποπέμψαι τὸν ἵππον πρὸς τὸν Μαριανόν. Ἀγνοεῖ δὲ τοῦτον, οἶμαι, οὐδεὶς, καὶ τῆς αὐτοῦ γνώμης ἐξειπεῖν τὸ ἀπόῤῥητον, καὶ τοῦ ἵππου τὴν ἀπροσδόκητον θεραπείαν, καὶ τῆς μάρτυρος τὴν οὕτως ὀξυτάτην ὑπεραγασθῆναι ῥοπήν.

XXII.

Ferunt etiam tum temporis quemdam inter cives spectatissimum, equum suum ægrum et graviter laborantem (scapulis nimirum retro versum contortis, et reliquum corpus in contrariam partem agentibus, ac nervorum, ut aiunt, contractionibus gressum anteriorem impedientibus) periclitandi potius gratia, num ex tam manifesto discrimine eripere illum posset, quam quod illi rei fidem haberet, ad aquam illam misisse: martyrem autem, non ignorantem tentandi sui causa id factum fuisse, Mariano suum quoque equum salvum remisisse. Neque ullus est, opinor, cui non probe cognitum sit ipsum abditos hosce animi sui sensus divulgasse; et insperatam equi curationem, ac martyris vim tam præsentem, supra modum fuisse demiratum.

ΚΓ'.

Κατέχει δέ τις λόγος, ὡς καὶ Κυπρίων τις, τῶν ἄγαν εὐπατριδῶν καὶ περισήμων, τῆς ὄψεως μὲν στερηθεὶς, κατὰ φήμην δὲ τοῦ ὕδατος τούτου περαιωθεὶς χρήσασθαί τε τῷ φαρμάκῳ, καὶ πρὸς Κυπρίους αὖθις μετὰ τῆς ὄψεως ἐπανελθεῖν· Εἶτα οὐ κατεροῦσιν ἡμῶν οἱ λόγοι, καὶ βοήσουσι πρὸς ἐλλογίμους τῶν ἀνδρῶν, ὅτι μόνοι παροφθεῖεν ὑφ' ἡμῶν, καὶ ταῦτα οὐ παροφθέντες ὑπὸ τῆς μάρτυρος, ἀλλὰ γὰρ καὶ πολλάκις τετυχηκότες θαυμάτων ἐν ἀνδράσι σοφοῖς τε καὶ ἐλλογίμοις; Φέρε οὖν τέως, ἃ μεμαθήκαμεν, εἴπωμεν· ἵνα ἔχοιεν ἡμῖν καὶ οἱ λόγοι χάριν, ὡς τῆς οὕτως καὐτοὶ μακαρίας τῶν θαυμάτων χοροστασίας ἀξιωθέντες.

XXIII.

Quin et fama est Cyprium quemdam patricium, ex maxime illustribus natum parentibus, visu orbatum, nuntio, qui de hac aqua erat, excitatum trajecisse, eoque medicamento adhibito, ad Cyprios suos recuperato visu rediisse. At interim, nonne merito mecum liberales disciplinæ expostulent, virosque eloquentes inclament, solas se a nobis fuisse neglectas, cum tamen a martyre minime negligantur, sed contra sæpenumero viris sapientibus et eloquentiæ laude præstantibus miracula ab eadem martyre impetraverint? Agedum igitur, quæ hactenus ad notitiam nostram pervenerunt, commemoremus: quo gratiam nobis habeant liberales disciplinæ, ipsæ quoque in tam beatum miraculorum chorum admissæ.

[1] Τί δὲ ζ. quidam legit retento ἔτι quod mss. præferunt cum nota interrogationis post νοσοῦν.

XXIV.

Olympii ergo celeberrimi illius grammatici pater Alypius, ipse quoque eodem circa grammaticam munere fungens, atque apud nos tum temporis pueritiam instituens, aliquando in morbum gravem et vitæ discrimen comminantem incidit. **307** De quo sanando cum medici jam desperassent, malumque humanam deinceps opem vincere censeretur, atque omnis vitæ spes virum destitueret : ad martyrem, unicum hujusmodi malorum perfugium, se recipit; templumque ingressus, de cætero omnes illinc sanitatis recuperandæ rationes suspensas habuit. Quo factum est ut martyr, festinatione usa (litterarum enim amans est, et poetices studiosa; iisque qui laudes suas accuratiore oratione prosequuntur, assidue delectatur), hominem vitæ periculo liberat; idque hoc pacto. Noctu ei sese offerens (ut illi solemne est apud ægrotos) ipsoque habitu quænam esset ostendens, protinus ex ipso est percunctata, quo morbo laboraret, et quidnam postularet? At ille sermone excipiens ait :

Omnia nota tibi : quid verbis nota retexam[4]?

Qui versus ex Homero est : sed quo hic multo magis apposite, quam Achilles tum ad matrem suam Thetim, usus est : per quem et artem ipse suam egregie commendaret, et pulcherrimo hoc atque aptissimo carmine virginem sibi propitiam redderet. Quæ subridens, et partim viro, partim versu oblectata, quodque tam commode respondisset admirata, calculum quemdam, quem tum manu tenebat, pulcherrimum, ut videbatur, variisque maculis distinctum, et manui, cui inerat, non dissimilem, illi porrigit; atque ut collo admoveat, utpote efficacitate fugandi morbum et sanitatem restituendi præditum, adhortatur. Capit hunc Alypius, ac somno adhuc detentus sibi habere, et manu arcte, tanquam sanitatis ac vitæ pignus, sibi complecti visus est. Expergefactus autem, et manum explicans, nihil invenit; et se in errorem inductum, et somnium illud vere somnium fuisse conjectavit : ita ut una cum morbi ægritudine, dolorem insuper animo hauserit. « Fit enim fere, ut quodcunque speratur, animum oblectet, tanquam omnino futurum : idque si non eveniat, acerbiorem quodammodo dolorem excitet, pungatque acrius et animum male habentis profundius penetret. » Verum hunc dolorem ac mœrorem omnem filius ejus Solymius ademit, paulo post improvisus interveniens, et calculum illum manu tenens, quem virgo noctu habuisse et ægrotanti dedisse videbatur. Quid? Nonne figmentum ac fabula commemoratio hujus miraculi censeri possit? **308** Cæterum si rem, ut evenit, didiceritis, ab omni, opinor, sinisteriori suspicione abstinebitis. Solymius hic, ut et litterarum studiosus, et pius in parentem, liberalibus disciplinis partem unam diei, partem alteram patri tribuebat : et matutino quidem tempore artium studiis assidue operam dabat; meridiano autem veniente ad pa-

A

ΚΔʹ.

Ὀλυμπίου τοίνυν τοῦ γραμματιστοῦ, τοῦ πάνυ, Ἀλύπιός τις ἦν πατὴρ, καὶ αὐτὸς γραμματιστής τε ὤν, καὶ τῇδε τότε παιδεύων. Οὗτος περιπίπτει ποτὲ νόσῳ βαρείᾳ καὶ ἀπειλούσῃ θάνατον· ὡς δὲ καὶ παῖδες ἰατρῶν ἀπειρήκεσαν, καὶ αὐτὸ δὲ κρεῖττον λοιπὸν ἀνθρωπίνης βοηθείας ἐνομίζετο κακὸν, καὶ πᾶσα ἐλπὶς αὐτὸν ἐπελελοίπει ζωῆς, καταφεύγει πρὸς τὸ μόνον κρησφύγετον τῶν τοιούτων κακῶν, τὴν μάρτυρα, καὶ τὸν νεὼν καταλαβὼν, τῆς ἐκεῖθεν ὅλως λοιπὸν ἐξήρτητο σωτηρίας. Ὅθεν καὶ ἡ μάρτυς ἐπιταχύνουσα (φιλόλογος γὰρ, καὶ φιλόμουσος, καὶ ἀεὶ χαίρουσα τοῖς λογικώτερον εὐφημοῦσιν αὐτὴν), ἀπαλλάττει τοῦ κινδύνου τὸν ἄνθρωπον· ἀπαλλάττει δὲ οὕτως. Ἐπιφοιτήσασα νύκτωρ αὐτῷ, καὶ ὡς ἔθος B αὐτῇ πρὸς τοὺς ἀῤῥώστους ἀεὶ ποιεῖν, παραδείξασά τε ἑαυτὴν ἥτις εἴη τῷ σχήματι, εὐθὺς ἤρετο, ὅ τι τε πάσχοι, καὶ ὅ τι βούλοιτο. Ὁ δὲ ὑπολαβὼν ἔφη·

Οἶσθα, τί ἤτοι[1]*· ταῦτ' εἰδυίῃ πάντ' ἀγορεύω;*

Ὅ ἐστι μὲν ἐξ Ὁμήρου· ὁ δὲ λαβὼν, εὐστοχώτερον[2] μᾶλλον, ἤπερ Ἀχιλλεὺς τότε πρὸς τὴν ἑαυτοῦ μητέρα τὴν Θέτιν, εἶπεν· ἵνα ἅμα καὶ πρεσβεύῃ τὴν αὐτὸς αὑτοῦ τέχνην, καὶ δυσωπήσῃ τὴν παρθένον τῷ καλλίστῳ τούτῳ καὶ ἁρμοδιωτάτῳ. Ἐπιμειδιάσασα[3] γοῦν ἡ μάρτυς, καὶ ἡσθεῖσα ἐπί τε τῷ ἀνδρὶ, ἐπί τε τῷ ἔπει, θαυμάσασα δὲ καὶ ὡς μάλα ἁρμοδίως ἀπεκρίνατο, ψηφῖδά τινα, ἣν καὶ μετὰ χειρὸς τότε φέρουσα C ἔτυχε, καλλίστην τε δοκοῦσαν εἶναι, καὶ ποικίλην, καὶ τῆς κατεχούσης χειρὸς οὐ μάλα ἀπᾴδουσαν, ὀρέγει τε ταύτην αὐτῷ, καὶ ἐνάψαι τῷ τραχήλῳ παρεκελεύσατο, ὡς καὶ φυγαδεῦσαι τὴν νόσον δυναμένην, καὶ χαρίσασθαι τὴν σωτηρίαν. Δέχεται ταύτην ὁ Ἀλύπιος· καὶ ἔτι μὲν τῷ ὕπνῳ κατεχόμενος ἐδόκει τε ἔχειν, καὶ μάλα ἀκριβῶς περισφίγγειν τῇ χειρὶ, ὡς καὶ ζωῆς καὶ ὑγιείας ἐνέχυρον. Ὡς δὲ καὶ ἀπηλλάγη μὲν τοῦ ὕπνου, ἀναπτύξας δὲ τὴν χεῖρα εὗρεν οὐδὲν, ἠπατῆσθαί τε ἔδοξε καὶ ἀληθῶς εἶναι ὄναρ τὸ ὄναρ· ὡς καὶ μετὰ τῆς ἀῤῥωστίας καὶ λύπην προσλαβεῖν. « Πᾶν γὰρ τὸ ἐλπισθὲν μὲν χρηστὸν, ὡς πάντως ἐσόμενον· μὴ γενόμενον δὲ, δριμυτέραν ἔχει πως τὴν ἀλγηδόνα, καὶ μᾶλλον κεντεῖ τε καὶ εἰσδύνει τὴν ψυχὴν τοῦ πεπονθότος. » Ἀλλὰ γὰρ τὴν ὀδύνην D ταύτην καὶ τὴν λύπην ἔλυσεν ὁ παῖς Σολύμιος, μετὰ μικρὸν ὅσον ἐπιφανεὶς, καὶ τὴν ψηφῖδα ἐκείνην ἐπὶ τῆς χειρὸς ἔχων, ἣν καὶ παρθένος ἐδόκει νύκτωρ κατέχειν καὶ δεδωκέναι τῷ νοσοῦντι. Ἆρα δὲ οὐ δοκεῖ πλάσμα εἶναι καὶ μῦθος ὁ λόγος οὗτος τοῦ θαύματος; Ἀλλ' ἐὰν τὸ ἐπ' αὐτῷ μάθητε συμβὰν, καὶ ὅπως συνέβη, παύσησθε, οἶμαι, τῆς κακίστης ὑπονοίας. Ὁ Σολύμιος οὗτος, καὶ ὡς φιλόστοργος καὶ ὡς φιλόλογος, τὸ μέντοι τῆς ἡμέρας τοῖς λόγοις ἀπένειμε, τὰ δὲ τῷ πατρί· καὶ μέχρι μὲν ἕως ἦν, ἐνεκαρτέρει τοῖς λόγοις· μεσημβρίας δὲ ἡκούσης ἀνίει πρὸς τὸν πατέρα, ὀψόμενός τε καὶ θεραπεύσων αὐτὸν, καὶ πάντα ποιήσων ἃ παιδί τε πρέπει ποιεῖν καὶ πατρὶ

[1] al. τίη τοι. [2] al. εὐστοχώτατον. [3] fort. deest vocula ἔπει quæ statim repetitur. [4] Iliad. A, 365.

πάσχειν παρὰ παιδός. Καὶ δὴ τότε ἀνιὼν, καθ' ἣν A καὶ ἡ μάρτυς ὤφθη νύκτα, τὴν ψηφῖδα ταύτην εὑρίσκει κατὰ τὴν ὁδόν· Τερφθεὶς δὲ καὶ τῷ κάλλει καὶ τῷ μεγέθει (καὶ γὰρ εὖ τε περιηγμένη ἦν εἰς σφαιροειδῆ τινα κύκλον σύμμετρον, ὡς καὶ τετορνεῦσθαι δοκεῖν· καὶ ἀνακέκρατο ὑπό τε λευκοῦ καὶ πορφυροῦντος χρώματος, ὡς ἀλλήλοις τε ἀντεμπλέκεσθαι τὰς γραμμὰς, καὶ ἀποτελεῖν κάλλος αὐτοφυὲς καὶ ἀμήχανον), καὶ ἀνελόμενος ταύτην παίζων τε ἅμα καὶ βαδίζων, γίνεται παρὰ τῷ πατρί. Ὡς δὲ ὁ μὲν τῇ κλίνῃ παρέστη, ὁ δὲ τὴν ψηφῖδα τὴν ἐπὶ τῆς χειρὸς ἐπενόησεν ὁ πατὴρ, ἐπέγνω τε δῶρον τῆς μάρτυρος, καὶ ἁρπάσας εὐθὺς καὶ ἀγκαλισάμενος [1] τοῦτο, παρὰ πόδας ἀπηλλάγη τῆς μακρᾶς καὶ χαλεπῆς ἀῤῥωστίας. Δοκεῖ δέ μοι καὶ ἧφθαι τῆς ψηφῖδος ἐκείνης ἡ μάρτυς, καὶ διὰ τοῦτο εἶναι καλόν τε οὕτως χρῆμα καὶ χαρίεν, B ἤδη δὲ καὶ θανάτου φανῆναι δυνατώτερον.

ΙΕ'.

Μετὰ δὲ τὸν γραμματιστὴν ἐπὶ τοὺς σοφιστὰς ἴωμεν, τὸν Ἰσοκάσιον λέγω καὶ τὸν Ἀρέταρχον τοῦτον· ὧν ἑκάτερος, καὶ ἄπιστος ὢν, τετύχηκε θαύματος παρὰ τῆς μάρτυρος, μεμένηκε δὲ ἄπιστος. Ἀλλ' ἡ αἰτία τῶν βουλομένων, ὥς πού φησιν ὁ θαυμαστὸς Πλάτων, ἡ δὲ μάρτυς ἀναίτιος. Ὁ μὲν γὰρ Ἰσοκάσιος καὶ ἀπὸ γραμματιστοῦ σοφιστὴς γεγονὼς, καὶ τὸ μὲν ἀπολέσας, τὸ δὲ οὐ κτησάμενος, ἐν Αἰγαῖς ταύταις τῶν Κιλίκων ἀῤῥωστήσας ποτὲ, εἶτα καὶ ἠρεμίας πολλῆς καὶ βαθείας ὡς ἄῤῥωστος ἐπιθυμήσας, ἐν τῷ C ναῷ τῆς μάρτυρος, μικρὸν ἀπωτέρω τῆς πόλεως ὄντι, κατάγεται· ὡς ἂν ἐκεῖ μάλιστα τούτου τευξόμενος. Ἠρεμίας οὖν πολλῆς τυχὼν, καὶ μικρὸν καταδραθὼν, μετὰ τῆς ἠρεμίας τυγχάνει καὶ σωτηρίας· ἀκούσας τε ἃ δεῖ ποιῆσαι παρὰ τῆς μάρτυρος, καὶ ποιήσας, καὶ ἀπαλλαγεὶς τοῦ νοσήματος, ὅτε καὶ τῆς ἀπιστίας προσονειδίσασα αὐτῷ τῆς βοηθείας οὐκ ἐφθόνησεν. Οὕτω γάρ πως ἡμῖν ὁ θαυμαστὸς Εὐδόκιος ἀπήγγειλέ τε καὶ διηγήσατο, ἀνὴρ καὶ λαμπρὸς, καὶ περίσημος, καὶ ἀληθείας μηδὲν μᾶλλον πρεσβεύων, Ταρσοῦ δὲ τὴν καλλίστην ταύτην πόλιν οἰκῶν καὶ κοσμῶν.

ΚϚ'.

Ἀρέταρχος δὲ παρ' ἡμῶν οὗτος σοφιστὴς, ὃς εἴτε D ἄσοφός ἐστι μᾶλλον εἴτε ἄπιστος, εἰπεῖν οὐκ ἔχω· καὶ γὰρ ὁμοίως ἑκάτερον ἀκμάζει τε παρ' αὐτῷ καὶ τέθηλεν, ὡς δύσκριτον εἶναι τὴν θατέρου τούτοιν ὑπεροχήν· δοκεῖ δὲ ὅμως εἶναι σοφιστής. Οὗτος βαρυτάτῳ μάλιστα πάθει τῷ τῶν νεφρῶν περιπεσὼν, ὡς καὶ θάνατον ἐλπίσαι πολλάκις ἐκ τῆς ἄγαν ὀδύνης, καὶ θανάτου ἐρασθῆναι δι' ὑπερβολὴν τῆς ὀδύνης· ἔτυχε δὲ ὅμως βοηθείας καὶ σωτηρίας παρὰ τῆς μάρτυρος, εἰπούσης ἔσεσθαι φάρμακον αὐτῷ καὶ ἄκος τοῦ πάθους ἀψευδέστατον, ἄλλο μὲν οὐδὲν, ἢ τὸ νυκτιαῖον [2] τοῦ φωτὸς τοῦ καὶ τὸν αὐτῆς καταλάμποντος ἀεὶ χῶρον ἔλαιον. Ὅπερ καὶ αἰτήσας οὗτος

[1] al. ἐναγκαλ. [2] τὸ δὲ νυκτ. al.

trem redibat, ipsum visurus, obsequium impensurus, cunctaque quæ filium patri præstare par est, et patrem a filio exspectare, facturus. Hic domum revertens, qua nocte martyr patri visa fuerat, hunc ipsum calculum in via offendit; cujus specie et magnitudine captus (affabre enim in globosæ rotunditatis bene commensuratæ modum efformatus erat, adeo ut detornatus videretur, et candicante purpureoque colore ita permistus, ut lineæ invicem se complectentes pulchritudinem suapte sponte enatam mirificam efficerent), eo accepto ludens inambulansque ad patrem pervenit. Cujus ut lecto astitit, et ille calculum in manu ejus animadvertit, munus martyris agnoscens, statim arripuit, manibusque complexus, evestigio longo atque difficili morbo est liberatus. Mihi autem fit verisimile, hunc calculum idcirco tam pulchrum, tam excellentem, ipsaque adeo morte superiorem apparuisse, quia prius ipsum martyr tetigisset.

XXV.

Sed misso homine litterato, ad sophistas veniamus, Isocasium dico et Aretarchum illum; quorum uterque fidei Christianæ expers cum esset, hodieque permaneat, miraculum tamen a martyre obtinuere. Sed culpa penes volentes est, ut alibi ait admirabilis Plato, martyr vero extra omnem omnino. Isocasius enim e litteratore sophista factus, et titulo illo amisso, hunc nihilo magis re assecutus, Ægis Ciliciæ urbe aliquando adversa valetudine laborans, deinde multæ atque altæ solitudinis, ut ægri solent, desiderio cupidus, ad templum martyris parum ab urbe sejunctum deducitur; quasi eo in loco potissimum hujus sui voti compos futurus. Multam igitur inibi quietem nactus, paululum obdormiscens, cum quiete sanitatem recuperat: edoctus a martyre quid facto opus foret, idque executus, ac morbo levatus, quando exprobrata ipsi infidelitate opem tamen suam minime invidit. **309** Hunc enim fere in modum præclarus ille Eudocius, vir illustris ac valde insignis, nihilque perinde ac veritatem in pretio habens, qui Tarsum pulcherrimam urbem sua inhabitatione exornat, nobis narrare ac referre solebat.

XXVI.

Aretarchus vero apud nos sophista, qui indoctior sit, an a fide alienior, non facile dixerim (quippe in quo ita ambo hæc excellunt vigentque, ut, utrum magis, difficile fuerit judicatu: sophista tamen esse putatur), hic, inquam, in gravissimum renum morbum cum incidisset, ut præ nimio dolore mortem sæpenumero speraret; imo ob magnitudinem cruciatuum eam adamaret; auxilium nihilominus salutemque a martyre est consecutus; medelam remediumque ipsi certissimum fore pollicente, nocturnum lucernæ, qua ipsius locus collustratur, oleum. Cujus ille copiam sibi fieri postulans, seseque eo inungens (quo etiam ægritudinem

suam una abstersit), sanitatem nactus, ab impietate A tamen minime est liberatus. Pro solertia enim acrimoniaque, scilicet ingenii sui, cum auctorem remedii dicat ac fateatur, alii tamen beneficium sanitatis acceptum refert. « Sarpedonius enim, inquit, ut ab ea efflagitarem et acciperem, mihi præcepit. » At interim, sapientissime et acutissime sophistarum, atque ipsummet Gorgiam nobis spirans, qui te ad alium ablegavit, ipse si potuisset, nonne quod petebas præbuisset; sed sibi supplicem, socium, et (ut tu diceres) mystam suum et amicum, ad aliam eamque sibi hostem misisset? Quod quid aliud est, quam propriam suam imbecillitatem confiteri, et martyris efficacitatem promulgare, cunctisque palam facere, sibi artem, potentiam, sapientiam, quam nunquam habuit, defuisse; sed martyrem B esse, cujus in hunc usque diem tanta vis, et a qua omnes medelam accipiunt? Non adeo mentis inops, bellus iste Sarpedonius (nisi tuo illo modo sapientem dicamus), ut ne tegere quidem possit suam inscitiam, ne dicam an imbecillitatem nescio. Per te autem præclarum adeo atque admirabilem oratorem, illam magis aperit venditatque. Verum, utut sit, utinam et anima saneris a martyre; etiamsi vel Sarpedoni, vel Apollini, **310** vel cuicunque tandem dæmonum tibi amicorum libitum fuerit, id acceptum feras [1]. Hoc enim martyris nos potentiæ, illud vero tuæ inscitiæ ascribemus. Posterius enim pro levi duceremus, modo ut prius esset [2].

XXVII.

C Usque adeo porro litterarum amans est martyr, itaque laudibus oratoriis delectatur, ut referre operæ pretium existimem eorum aliquid, quæ mihi, et in memetipso evenerunt. Quod ita esse, neque me falsum dicere ipsa novit, a qua factum est. Conventus enim anniversarius ejus agebatur, et ad orationem exiguam de laudibus festi habendam me quoque comparaveram, non quod præclarum aliquid, aut ipsa condignum, in medium posse proferre existimarem; sed quod hac ratione ejus benevolentiam aliquam mihi venarer: præsertim, quod vel parce se colentes noverit maximis beneficiis remunerari. Cumque unus jam tantum dies ad orationem habendam restaret, ægritudo quædam perquam gravis, quæque maximum dolorem afferret, D mihi in aurem incidit: ita ut penitius illa distenderetur, et ab interioribus convelleretur, spiritumque violentum per concavum capitis sinum impelleret, vehementemque ob id intus sonitum excitaret: adeo ut spem omnem jam dicendi amitterem, et in majoris mali exspectatione versarer: quin et rubore perfundi inciperem, quod cum orationem me habiturum plerique existimarent, instante jam tempore speciminis edendi, ordinem institutumque desererem. Quæ omnia ne mihi contingerent, martyr prohibuit, noctu astans, et aurem mihi prehen-

A καὶ ἐπαλειψάμενος· οὗ καὶ τὸ πάθος ὑπέσμηχε· τῆς μὲν ἰάσεως ἔτυχε, τῆς δὲ ἀσεβείας οὐκ ἀπηλλάγη. Ὑπὸ γὰρ ἀγχινοίας πολλῆς, καὶ βαθείας φρενὸς εἰπὼν, καὶ ὁμολογήσας τὴν παρεσχηκυῖαν τὸ φάρμακον, ἑτέρῳ τὴν χάριν ἀνατίθησι τῆς θεραπείας. « Ὁ γὰρ Σαρπηδόνιός μοι, φησὶ, τὸ ζητῆσαί τε παρ' αὐτῆς καὶ λαβεῖν προσέταξεν. » Εἶτα, ὦ σοφώτατε καὶ ἐμφρονέστατε σοφιστῶν, καὶ αὐτὸν τὸν Γοργίαν ἡμῖν ἀναπνέων, ὁ πρὸς ἕτερόν σε διαπεμπόμενος, αὐτὸς ἂν, εἴπερ ἠδύνατο, οὐ παρέσχεν, ἀλλὰ τὸν ἱκέτην αὐτοῦ, καὶ θιασώτην, καὶ, ὡς ἂν αὐτὸς εἴποις, μύστην καὶ ἐραστὴν, πρὸς ἕτερον ἔπεμπε πρόσωπον, καὶ ταῦτα πολέμιον; ὅπερ ἦν μάλιστα, καὶ τὴν αὐτοῦ ὁμολογοῦντος ἀσθένειαν, καὶ τὴν τῆς μάρτυρος κηρύττοντος δύναμιν, καὶ σαφῶς πάντας διδάσκοντος, B ὡς αὐτὸν μὲν ἐπιλέλοιπε καὶ ἡ τέχνη, καὶ ἡ δύναμις, καὶ ἡ σοφία, ἣν οὐδέποτε ἔσχεν· ἡ δὲ παρθένος ἐστὶν ἡ μεγάλα ὡς ἄρτι δυναμένη [3], καὶ πάντας ἰωμένη. Οὐχ οὕτως δὲ ἀνόητος, εἰ μὴ καὶ κατὰ σὲ σοφὸς ἦν, ὁ βέλτιστος ἐκεῖνος, ὡς μηδὲ συσκιάζειν δύνασθαι τὴν αὐτοῦ ἀμάθειαν ἢ ἀδυναμίαν οὐκ ἔχω τί εἴπω. Διὰ σοῦ δὲ τοῦ λαμπροῦ καὶ θαυμαστοῦ ῥήτορος ταύτην ἐκπομπεύει. Πλὴν γένοιτό σε καὶ τὴν ψυχὴν ἰαθῆναι παρὰ τῆς μάρτυρος· ἀναθεῖναι δὲ καὶ τούτῳ Σαρπηδόνι ἢ Ἀπόλλωνι, ἢ ὅτῳ σοι φίλων τῶν δαιμόνων. Τὸ μὲν γὰρ τῇ τῆς μάρτυρος λογιούμεθα δυνάμει· τὸ δὲ τῇ σῇ πάλιν ἀμαθίᾳ. Κοῦφον δὲ ἡμῖν τὸ δεύτερον, μόνον τὸ πρότερον μὴ εἴη.

ΚΖ'.

C Οὕτω δὲ φιλόλογός ἐστιν ἡ μάρτυς, καὶ χαίρει ταῖς διὰ τῶν λόγων ταύταις εὐφημίαις· ἐρῶ τι καὶ τῶν ἐμαυτῷ καὶ ὑπὲρ ἐμοῦ γεγονότων, ὅπερ αὐτὴ ἡ παρεσχηκυῖά μοι μάρτυς οἶδεν ὅτι γεγένηται, καὶ οὐ ψεύδομαι. Ἦν μὲν γὰρ αὐτῆς ἡ ἐτησία πανήγυρις, παρεσκευασάμην δὲ κἀγὼ πρὸς ἔπαινόν τινα μικρὸν τῆς ἑορτῆς· οὐχ ὥς τι λέξων ἀξιόλογον ἢ ἐπάξιον αὐτῆς, ἀλλ' ὡς εὔνοιάν τινα παρὰ τῆς μάρτυρος θηρώμενος, ἐπειδὴ καὶ τοὺς μικρὰ τιμῶντας οἶδεν ἀντωφελεῖν τὰ μέγιστα. Μιᾶς δὲ λειπομένης ἡμέρας εἴς τε τὸ εἰπεῖν καὶ ἐπιδείξασθαι τὸν λόγον, προβάλλει τί μοι πάθος τὴν ἀκοὴν, καὶ σφόδρα χαλεπόν τε καὶ ἐπαλγὲς, ὡς περιτετᾶσθαι μὲν πᾶσαν τὴν ἀκοὴν, ἄγρια δὲ σφαδάζειν ἐκ τῶν ἔνδοθεν, συνωθεῖν D δὲ καὶ πνεῦμα βίαιον εἰς αὐτὸ τῆς κεφαλῆς τὸ κύτος, καὶ πολὺν διὰ τοῦτο τὸν ἔνδον ἦχον ἐργάζεσθαι· ὥστε με καὶ τοῦ ἐρεῖν ἀπογνῶναι παντελῶς, καὶ κακοῦ μείζονος ἔχειν προσδοκίαν· ἤδη δέ πως καὶ ὑπερυθριᾷν ἠρχόμην, ὡς ἐρεῖν μέντοι δόξας τοῖς πολλοῖς, τοῦ δὲ καιροῦ τῆς ἐπιδείξεως ἐνστάντος τὴν τάξιν ἀπολιπών. Ἃ πάντα ἡ μάρτυς γενέσθαι διεκώλυσεν, ἐφιστᾶσα νύκτωρ καὶ λαβομένη μου τοῦ ὠτίου καὶ διασείσασα, καὶ εἰς ἰχῶρα βραχὺν τὸν πάντα διαλύσασα πόνον. Οὗ καὶ ἀποκυλισθέντος ἐκ τῶν σκολιῶν καὶ ἀδύτων, ὡς εἰπεῖν, πόρων, ὤφθην ἐπὶ τοῦ δεικτηρίου· λέγεται δὲ οὕτως ὁ τόπος ἐν ᾧ ἐπιδεί-

[1] Putarem τοῦτο pro τούτῳ leg. [2] Existimo in Græco contextu voculam negantem auferendam, aut certe μὴν pro μὴ legend. [3] al. μεγάλα τε ἄρτι δυναμ.

χνυνται οἱ λέγοντες, τουτό ἐστιν ὁ ἄμβων, ἤτοι τὸ A ἀκροατήριον (καὶ γὰρ οὔπω οὔτε τῶν ἐπ' ἐκκλησίαις λεγόντων τις ἦν), καὶ εἶπον μὲν ἄττα. Οὕτω δέ μοι τὴν χεῖρα καὶ χάριν συνεπέδωκεν ἡ μάρτυς, ὡς εἶναί τι καὶ δόξαι, καὶ εἰρηκέναι μετρίως, καὶ θαῦμα πλεῖστον ἐπὶ μηδενὶ θαυμαστῷ τῶν ἐμῶν ἀπενέγκεσθαι λόγων. Καὶ τῆς ἱερατικῆς δέ μοι καταξιωθέντι γερουσίας, καὶ τοῦ καταλόγου τῶν διδασκάλων καὶ ἱερέων, συμπαρῆν τε ὡς τὰ πολλά, καὶ νύκτωρ ἐπιφαινομένη βιβλίον τί μοι πάντως ἢ χάρτην ὤρεγεν· ἢ ὃ πάντως μοι πλείστης εὐδοκιμήσεως σύμβολον ἦν τε καὶ ἐδόκει. Εἰ δὲ δεῖ μᾶλλόν τί μοι λέγειν τί μοι ὀφθῇ τοῦτο ποιοῦσα· τόγε ἀποβησάμενον πάλιν εὔδηλον ἦν. Κἀκείνου δὲ μνημονευτέον, οὗ καὶ μόλις πως μνήμην ἔλαβον.

dens vellensque, ac pauca expressa sanie, omnem dolorem dissolvens. Qua ex tortuosis imperviisque, ut ita dicam, meatibus elapsa, in dicterio comparui, hoc est, in loco unde verba facturi cernendos se exhibent; sive ambonem, sive suggestum, sive auditorium appelles (nondum enim quisquam eorum qui pro concione verba haberent, aderat), et pauca quædam dixi. Eam autem martyr mihi vim gratiamque in dicendo largita est, ut aliquis esse, et mediocriter dixisse judicarer, maximamque admirationem ex nullo tamen meo memorabili dicto concitarem. Eadem martyr frequenter mihi, in senatum sacerdotalem numerumque concionatorum ac pontificum jam ascripto, præsens adfuit; **311** et de nocte apparens, librum quempiam chartamve præbuit, quod non obscurum approbandi nostri argumentum ducebam et esse videbatur. Sin cur ita facere mihi visa fuerit, potius dicendum est, res postea consecuta id abunde declaravit. Sed ejus nunc mihi mentio facienda est, cujus vix tandem in mentem venit.

ΚΗ'.

B

Καλλίστη τις ἦν μὲν εὐγενὲς καὶ σεμνὸν γύναιον· συνῴκει δὲ ἀνδρὶ οὐ μάλα σώφρονι, ἀλλὰ καὶ λίαν ἐπτοημένῳ περὶ τὰς δημώδεις ταύτας ἡδονάς, καὶ οὔτε τῇ κατὰ νόμον ἀρκουμένῳ μίξει, καὶ ταύταις ἀπλήστως κεχρημένῳ. Ταύτης οὖν τῆς Καλλίστης ἕν τι τῶν ἐπὶ τῆς σκηνῆς γυναίων, ὃ καὶ αὐτῷ τούτῳ συνεφθείρετο, ἐλωβᾶτο[1] δηλητηρίοις φαρμάκοις τὴν μορφήν, χαρίεν δὲ ᾔσχυνε πρόσωπον· ὡς ἂν ἡ μὲν μηκέτι πρὸς ἡδονῆς εἴη τῷ ἀνδρί, αὐτὴ δὲ τὸ ἐκείνης ποιοῖ, καὶ συγκαθεύδοι τῷ μὴ προσήκοντι. Πεπονθυῖα δὲ τοῦτο, καὶ διαζευχθεῖσα τοῦ ἀνδρὸς ἡ Καλλίστη, τοῦ τῆς ὄψεως αἴσχους ἑτοίμως πρὸς μῖσος ἀνάγοντος τὸν Παπίαν (τοῦτο γὰρ ὄνομα ἦν τῷ ἀνδρί), καταφεύγει πρὸς τὴν μάρτυρα, τήν τε αὐτῆς δυστυχίαν τήν τε τῆς ἑταίρας διηγουμένη C κακουργίαν, καὶ δεομένη τυχεῖν τινος θεραπείας, ὥστε καὶ τὴν τῆς μορφῆς ἀπολαβεῖν εὐπρέπειαν, καὶ τὴν τοῦ ἀνδρὸς εὔνοιαν. Ἀκούει τούτων ἡ μάρτυς, καὶ σφόδρα ἐπικαμφθεῖσα τῷ πάθει· καὶ γὰρ ὀχετοὺς δακρύων ἐπῄφιει τοῖς λόγοις τὸ γύναιον· *οὐδὲν δὲ οὕτως εὐχῆς καρύκευμα κάλλιστόν ἐστιν ὡς δάκρυον δαψιλές, ἐξ αὐτοῦ τοῦ τῆς ψυχῆς βάθους ὑπερχεόμενον*· σημαίνει καὶ προστάττει τὴν θεραπείαν εὐθύς. « Λαβοῦσα γάρ, φησί, ῥύμματα ταυτὶ δή, τὰ πρὸ τοῦ ναοῦ τούτου πωλούμενα, καὶ ἀναδεύσασα οἴνῳ, τούτῳ τὴν ὄψιν ἀπόκλυζε· καὶ τὸ αἶσχος εὐθὺς ἀπονίψεις. » Ὃ δὴ καὶ παραχρῆμα ποιήσασα ἡ Καλλίστη, παραχρῆμα καὶ τὴν οἰκείαν μορφὴν τῆς λώβης, καὶ τὸν ἄνδρα τῆς ἑταίρας ἀπήλλαξε, πολὺ χείρονος λώβης. Ἅμα γὰρ τοῖς ῥύμμασι D καὶ τὸ ποιοῦν, ὥς φασι, τὸ ἕλκος συνεξέπεσε· καὶ ἦν πάλιν ἡ Καλλίστη καλλίστη τε μορφῇ καὶ ἀρέσκουσα τῷ ἀνδρί.

XXVIII.

Calliste quædam erat nobilis atque honesta femina; sed quæ viro non admodum casto, quia potius insane vulgivagæ Veneris voluptatibus dedito, earumque inexplebili cupiditate se mancipanti, et legitimo congressu minime acquiescenti, nupserat. Hujus Callistes speciem faciemque perquam liberalem quædam de scena muliercula, quæ cum hoc ipso ejus marito perdite vivebat, venenosis pharmacis deformaverat: ita ut nequaquam ea jam illi voluptati esset, sed ista hujus munus obiret, et cum illo, quocum neutiquam debuerat, cubaret. Quo incommodo Calliste affecta, et a marito disjuncta, aspectus fœditate Papiam (id viro nomen) facile in odium uxoris concitante, ad martyrem confugit, suamque infelicitatem et pellicis improbitatem illi exponit, et ut opem curationemque ab ipsa obtineat, pristinumque formæ decus, et mariti sui in se benevolentiam recuperet, obnixe comprecatur. Audit hæc martyr, et mulieris calamitate vehementer commota (si quidem lacrymarum rivos una cum sermone emittebat; *nullum porro dulcius orationis condimentum est, quam lacrymarum ex imo pectore superfusarum copia*), illico ostendit præscribitque remedium. « Acceptis, inquit, purgamentis, quæ pro templi foribus venduntur, et vino madefactis vultum ablue, et formæ turpitudinem statim absterseris. » Quod Calliste extemplo faciens, formam suam ab illa labe, et maritum a meretrice, labe longe deteriori, protinus liberavit. Una enim cum purgamentis illis facto citius, ut aiunt, vomica quæ hanc deformitatem effecerat, resedit; et rursum Calliste excellentissimæ formæ præstantia marito suo est conciliata.

ΚΘ'.

Μήτε δὲ τοῦ ἑτέρου γυναίου ἀμνημονεύσωμεν, εἰ καὶ πενιχρὸν καὶ εὐτελὲς τὸ γύναιον. Βασσιανὴ γάρ τις πρὸς τοὺς οἰκείους αὐτῆς διενεχθεῖσά ποτε, καὶ μικρά τινα τῶν οἰκείων αὐτῆς χρυσιδίων ὑφελομένη,

XXIX.

Sed ne et alterius mulierculæ, licet pauperioris et abjectioris, mentionem **312** omittamus. Bassiana enim quædam, dissidio inter ipsam et propinquos orto, pauxillum quid auri sui secum auferens,

[1] λωβᾶται al.

quod muliercula nesdo forte sibi comparare posset (annuli fere, et parva quædam monilia hæc erant), ad templum pervenit; ibidemque, propinquis succensens, est commorata. Consuetudine autem tum illius utebatur virgo quædam. sed cui non magna vitæ exacte et circumspecte, prout virgines facere par est, agendæ cura erat: hæc cum forte Bassianam dormientem aut absentem offendisset, ablato hoc auro recedit. Mulier interim surgens, dum quæ paulo ante habuerat, non reperit, clamorem tollere, et martyris incipit fidem implorare: ut quæ ejus custodiæ credita fuissent, ipsa jam aut amisisset, aut certe negaret. Tum martyr et hanc commiserata, et virgini ob improbitatem infensa, furtum ejus manifestum reddit: eo ipso, quod cum illi quæ rem perdiderat, tum cæteris omnibus, qui in templo erant, hoc facinus aperiret, abunde pœnarum ab illa sumens: adeo ut aperte convicta, Bassianæ aurum suum reddiderit, et deinceps ita temperanter vixerit, ut hic ejus lapsus tegeretur, et martyris rursus in ipsam benevolentia conciliaretur.

XXX.

Ut autem miraculum quod nuper accidit, pro ultimo referamus; quanquam ultimum neque est, neque unquam erit miraculorum martyris. Quandiu enim homines erunt, etiam miracula ab ea tanquam a fonte semper manabunt, semper ebullient, semper efflorescent, semper omnimodam sanitatem afferent. Sed, utut est, etiam illud commemorandum, quomodo mulier quædam admodum illustris, et nobili familia orta, Dosithea nomine. At de his satis. Quænam enim utilitas immenso mari guttas aliquo'. instillare? neque si plura dicere luberet, invenire etiam possim. Quippe qui vix hæc ipsa corrogaverim, et huc illuc circumquaque cursitans, congregans, colligensque, tanquam ex fundo quopiam diuturnioris temporis atque oblivionis miracula in unum concinnaverim: ut solent lapillos maxime celebres eorum mercatores. Sed neque pauca insuper restant; neque hæc quæ retulimus, ex multis major pars est: sed numerus eorum tantus, ut ejus ratio omnino subduci nequeat. Neque mihi a natura pennæ tributæ aut adamantinum robur, **313** quo omnes terras mariaque penetrando, ex singulis urbibus, regionibus, vicis, domibus ea universa colligam, cum et collectio hujusmodi vires meas excedat; neque ulla omnino scriptio sufficiat; imo nec vita longa detur, quæ satis sit multitudini adeo infinitæ miraculorum recensendæ. Quare, ut dixi, cursum orationis meæ de illis susceptum, hic sistam: ne videar ea, ad quæ pervenire non possim, inutiliter consectari. Itaque unum hoc si addidero, multos viros ad summam pietatis laudem martyris ope pervenisse, multas item feminas virtutis studio per eamdem exercitatas fuisse, silentium agam. Cujusmodi fuit Paulus ille, et re et appellatione

A καὶ οἷα ἀεὶ χερνήτιδι γένοιτο γυναικὶ (ταῦτα δὲ ἦν δακτύλιοι καὶ περιδέῤῥαια μικρὰ), καταλαμβάνει τὸν νεὼν, καὶ αὐτόθι διέτριβεν, ὡς δι' ὀργῆς ἔχουσα τοὺς οἰκείους. Συνήθης δέ τις αὐτῇ [καί τις] περὶ τὸν χρόνον ἐκεῖνον παρθένος, οὐ πολύν τινα ποιουμένη λόγον τῆς παρθένοις πρεπούσης ἀκριβείας ἢ εὐλαβείας, εὑροῦσα καθεύδουσαν ἀεὶ ἢ ἀποῦσαν τὴν Βασσιανὴν, ὑφελομένη τὰ χρυσίδια ἄπεισιν. Διαναστᾶσα δὲ ἡ γυνὴ, καὶ μηκέτι ἅπερ ἄρτι εἶχεν εὑροῦσα, καταβοᾷν ἄρχεται καὶ κατοδύρεσθαι τῆς μάρτυρος· ὡς ἂν αὐτῆς πιστευθείσης μὲν ταῦτα φυλάττειν, ἀπολωλεκυίας δὲ, ἢ ἀρνουμένης. Ἡ δὲ μάρτυς καὶ ταύτην ἐλεήσασα, καὶ τὴν παρθένον τῆς ἀταξίας μισήσασα, ποιεῖ δήλην αὐτῆς τὴν κλοπήν· τούτῳ μάλιστα κολάζουσα, τῷ ποιῆσαι κατάδηλον, τῇ τε
B ἀπολωλεκυίᾳ, καὶ τοῖς ἀμφὶ τὸν νεὼν πᾶσιν, ὡς ἐκείνην σαφῶς διελεγχθεῖσαν ἀποδοῦναί τε τῇ Βασσιανῇ τὰ χρυσίδια, καὶ τοῦ λοιποῦ σωφρονισθεῖσαν οὕτω βιῶναι, ὡς καὶ τὸ πταῖσμα συσκιασθῆναι, καὶ τὴν τῆς μάρτυρος εὔνοιαν ἀνακτήσασθαι.

Λ'.

Ἵνα δὲ καὶ τὸ ἄρτι γεγονὸς, ὡς τελευταῖον εἴπωμεν τῶν θαυμάτων· τελευταῖον δὲ οὔτε ἔστιν, οὔτε μήποτε ἔσται θαῦμα τῆς μάρτυρος. Μέχρι γὰρ ἄνθρωποι ὦσι, καὶ τὰ θαύματα ἀεὶ ἔσται πηγάζοντα, ἀεὶ βλύζοντα, ἀεὶ τεθηλότα, ἀεὶ πάντως ἰώμενα. Ῥητέον οὖν κἀκεῖνο, ὡς γύναιόν τι τῶν ἄγαν ἐπι-
C σήμων τούτων καὶ εὐπατριδῶν Δοσίθεα ὄνομα. [1] Ἀλλὰ τούτων μὲν ἅλις. Τί γὰρ καὶ ὄφελος ἀπείροις πελάγεσιν ἐπιῤῥαίνειν ψεκάδας; οὔτε δὲ, εἰ πλείονα βουλοίμην εἰπεῖν, δυναίμην ἂν εὑρεῖν. Ὥστε καὶ ταῦτα συνηρανισάμην μόλις ὧδέ τε κἀκεῖσε περιθέων, περιαθροίζων αὐτὰ καὶ συλλέγων· ὥσπερ ἔκ τινος βυθοῦ τοῦ μακροῦ χρόνου καὶ τῆς λήθης ἀναλεγόμενος τὰ θαύματα, καθάπερ καὶ τὰ λιθίδια ταῦτα τὰ πολυθρύλλητα οἱ τούτων ἔμποροι. Ἀλλ' οὔτε ὀλίγα, οὔτε πολλῶν πλείονα, οὔτε ὅλως ἀριθμητά ἐστιν. Οὔτε ἐμοὶ δυνατὸν πτηνῷ τὴν φύσιν ἢ ἀδαμαντίνῳ γενέσθαι, καὶ διὰ πάσης χωρῆσαι γῆς καὶ θαλάσσης, ὡς ἐξ ἑκάστης πόλεως καὶ χώρας, ἢ κώμης, ἢ οἰκίας, ἀναλέξασθαι· μήτε γὰρ ἂν τὴν συλλογὴν γενέσθαι μοι δυνατὴν, μήτε τὴν γρα-
D φὴν ἐφικτὴν, μήτε τὴν ζωὴν οὕτω μακρὰν, ὡς ἐξαρκέσαι τοσούτῳ καὶ οὕτως ἀπείρῳ πλήθει θαυμάτων. Ὧδε μὲν οὖν, ὅπερ εἶπον, τὸν περὶ τούτων στήσω λόγον, ὡς ἂν μήτε δοκοίην ἀνόνητα καὶ ἀκίχητα διώκειν. Ἐκεῖνα δὲ προσθεὶς ἔτι τὴν ἐπὶ τούτοις σιωπὴν ἀσπάσομαι, ὥστε πολλοὺς μὲν ἄνδρας εἰς ἄκραν ἀρετὴν βιοῦντας ἡ μάρτυς ἀνηγόρευσε, πολλὰς δὲ γυναῖκας τὸν ἴσον ἀνειληφυίας ζῆλον ἐξήσκησεν. Οἷον τὸν Παῦλον εὐθὺς ἐκεῖνον, τὸν καὶ ὄντα Αἰγύπτιον καὶ ἐπίκλην Αἰγύπτιον, ἄνδρα παρομαρτοῦντα τῷ βίῳ τοῖς κρατίστοις ἐκείνοις καὶ οὐρανομήκεσιν Ἠλίᾳ καὶ Ἰωάννῃ· τὸν Σάμον ἐκεῖνον, τὸν τῷ μεγίστῳ Ἐλισσαίῳ καὶ τοῖς κατ' ἐκεῖνον ἁγίοις

[1] Desunt quædam: ni forte Auctor narrationem studio abrumpat.

παραθέοντα. Καὶ γὰρ, εἰ καὶ τὴν πόλιν ταύτην ὁ Σάμος ᾤκει, μᾶλλον τῶν τὸ μαρτύριον οἰκούντων ἐνδιέτριβε τῷ ναῷ· δὶς ἑκάστης ἡμέρας ἀνιὼν μετὰ ψαλμῳδίας· καὶ τὸ κωλῦον ἦν οὐδὲν, « οὐ πῦρ, οὐ χάλαζα, οὐ χιὼν, οὐ κρύσταλλος, οὐ πνεῦμα καταιγίδος, » ὥς πού φησι ὁ θεσπέσιος Δαβίδ. Τὸν Δεξιανόν·

A Ægyptius; vir qui vivendi ratione, præstantissimos illos, et ad cœlum usque pertingentes, Eliam et Joannem est imitatus. Cujusmodi etiam Samus ille, qui maximo Elisæo, ejusque similibus sanctis quam proxime accedit. Qui licet urbem hanc incoleret, frequentius tamen, quam illi ipsi qui in martyris templo habitabant, in eo versabatur, bis quotidie cum psalmodia istuc ascendens : neque quidquam ab eo instituto, « non ignis, non grando, non nix, non glacies, non spiritus procellæ, » ut divinus David loquitur, ipsum remorabatur. Cujusmodi item Dexianus fuit,

Ὃς καὶ θνητὸς ἐὼν ἕπεθ' ἵπποις ἀθανάτοισι [1].

Mortalis quamvis, bigis cœlestibus instans.

Καὶ γὰρ ἐν τῷ μέσῳ στρεφόμενος, καὶ πολιτικώτερον βιοὺς, οὐ πάμπαν τῆς ἐκείνων ἀρετῆς ἀπεσχοίνιστο· ἀλλὰ καὶ λίαν ὢν ἐν Χριστῷ, ταυτὰ ἐκείνοις εἰργάζετο. Ἔτι μὲν τὸν Καρτέριον, τὸν Ἰωάννην, καὶ Φίλιππον· ταυτὸ μὲν ἀνὰ μέρος φροντιστήριον οἰκίσαντας, ζυγοῦ δὲ ἀκριβέστερον, πρός τε ἀλλήλους, πρός τε τοὺς πάλαι, βιώσαντας καὶ διαλάμψαντας. Τὸν δὲ Ἰωάννην τοῦτον οὐδὲ ὁ πολύευκτος τῆς ἐπισκοπῆς θρόνος τῶν τῆς ἀγιαστίας νόμων ἐξέβαλε· καὶ τοῦτ' ἔξεστι πᾶσιν ὁρᾷν, τοῖς καὶ ὁρῶσι τὸν ἄνδρα πρὸς τὴν πάλαι τῆς ἀσκήσεως στάθμην, καὶ νῦν ἔτι βιοῦντα. Καὶ τῶν γυναικῶν δ' αὖ πάλιν τὴν Μαρθάναν, τὴν Ξεναρχίδα, τὴν Διονυσίαν ταύτην, τὴν Σωσάνναν, τὴν Θεοδούλην, τὰς ἄλλας πάσας, ἃς οὔτε καταλέγειν μοι καιρός· εἰ μήπου καθ' Ἡσίοδον ἄρα καὶ αὐτὸς βουλοίμην γυναικῶν ἀρίστων ἄρτι κατάλογον γράφειν. Ὧν πάντων εἴτε ἀνδρῶν ὧν κατέλεξα, εἴτε γυναικῶν, ὁ βίος καὶ ὁ τρόπος καὶ ἡ κατὰ Θεὸν πολιτεία, θαύματά τέ ἐστι τῆς μάρτυρος, καὶ μάλα τῶν προειρημένων θαυμάτων ὑπέρτερα. Τί γὰρ ἄν τις καὶ εἴποι μεῖζον περὶ μὲν τούτων, τὸ τοσοῦτον ὑπὸ ταύτῃ ταχθῆναί τε καὶ ἐξάρχειν χορὸν [2], ὧν καὶ μιᾶς καὶ ἑνὸς ὁ πᾶς κόσμος οὐκ ἀντάξιος;

Cum enim in publico ageret, vitamque duceret maxime civilem, non tamen ullo modo ab illorum virtute discrepabat; sed totus cum esset in Christo positus, paria cum ipsis perpetrabat. Cujusmodi quoque fuerunt Carterius, Joannes et Philippus; B hanc quidem ipsam virtutis palæstram pro sua quisque virili parte excolentes, trutina autem exactius, cum inter se, tum cum priscis illis, vitæ præstantia contendentes. Nam Joannem illum nec episcopatus quidem sedes, a multis expetita, hujus sacri exercitii expulit instituto : ut omnibus liquido constare potest, qui ipsum ad exercitii eamdem lancem, ad quam jam olim occœperat, etiam nunc vitam suam moderantem intuentur. Cujusmodi denique fuere, ut nec feminas prætereamus, Marthana, Xenarchis, Dionysia illa, Susanna, Theodula, cæteræque, quas omnes referre tempus non permittit; nisi velim Hesiodi [4] exemplo ipse quoque præstantissimarum mulierum **314** catalogum conscribere. C Quorum omnium sive virorum quos enumeravi, sive feminarum, vita ac mores ex Dei præscripto instituti, miracula sunt martyris; et quidem iis, quæ superius recensui, potiora. Nam quid præclarius de illis dici queat, quam quod tantus cœtus sub martyris ductu ad pietatem præire cœperit, quorum quarumve singulis universus mundus non est adæquandus?

ΛΑ'.

Ὃ δέ μου καὶ νῦν τὴν μνήμην ὑπέδραμε, καλὸν μηδὲ ὑμᾶς ἀποκρύψασθαι. Ἡ γὰρ Ξεναρχὶς αὕτη, τῷ γάμῳ μὲν καὶ ἀνδρὶ ὡμιληκυῖά ἐστιν, εἰς τοσοῦτον δὲ ἀρετῆς ὕψος ἀνέδραμε, καὶ οὕτως ἠρέσθη τῇ Παρθένῳ ἡ γεγαμηκυῖα, ὡς καὶ τοιοῦτόν τι περὶ αὐτῆς γεγενῆσθαι λέγεται. Τῶν γάρ τις εὐλαβῶν εἴτε ἀνδρῶν, εἴτε γυναικῶν, εἰπεῖν οὐκ ἔχω, φέρων μετὰ χεῖρας βιβλίον, δίδωσι δῶρον αὐτῇ· τὸ δὲ βιβλίον Εὐαγγέλιον ἦν· δεξαμένη δὲ ἥδιστα, μικρὸν δέ τι καὶ ὑπομειδιάσασα, εἰπεῖν λέγεται· Τὸ μὲν δῶρον θεῖόν τε καὶ ἀξιάγαστον καὶ ὑπέρμεγα, καὶ οἷον οὐκ ἄλλο τι τῶν ἐπὶ τῆς γῆς· ἀλλ' ἐμοὶ [3], φησὶ, τῇ μὴ ἐπισταμένῃ μήτε τὰ πρῶτα ταυτα στοιχεῖα καὶ γράμματα· καὶ μεταξὺ ταῦτα λέγουσα, λύει τὸ βιβλίον. . . . .

XXXI.

Quod autem nunc in mentem venit, id vos ne celem, ex re esse arbitror. Nam ipsamet illa Xenarchis, per matrimonium quidem cum viro degens, in tantum tamen virtutis fastigium conscendit, adeoque Virgini, nupta complacuit, ut tale quid de ipsa narretur. Cum enim pius quidam, (sive vir, sive D mulier utrum fuerit incertum habeo:) quem manibus librum ferebat, ipsi dono daret (erat is Evangelii codex), libentissime accipiens, ac leniter subridens, ita dixisse fertur : Donum quidem hoc divinum atque admirabile, et maximum est, et quale nihil par super terram ; sed mihi, inquit, quæ nec prima quidem elementa illa aut litteras novi, inutile. Hæc dicens, solvit librum.

Desunt aliqua; non multa, opinor.

[1] Iliad. II, v. 151. [2] al. χοροῦ. [3] for. deest vocula ἄχρηστον. [4] Hesiodi catalogus illustrium mulierum. Suidas dicit. Ἡσίοδος.

EUTHALIUS DIACONUS

NOTITIA

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, tom. X, Proleg., p. XI.)

I. Euthalius gente Ægyptius fuisse, aut saltem in Ægypto vitam duxisse atque scripsisse videtur; quippe qui æra Diocletianea Ægyptiis usitata, quin et mensis Ægyptiaci notatione opus a se elucubratum consignet his verbis (*a*) : Ἐπιφὶ ε', Διοκλετιανοῦ ροδ', id est, *Epiphi die* v (sive, *apud Romanos, tertio Kal. Julii*, ut mox scribit idem Euthalius [*b*]), *Diocletiani anno* CLXXIV, sive anno Christi 458. Porro diaconum, seu potius archidiaconum fuisse scriptorem nostrum, et Ecclesiæ quidem Alexandrinæ, qui cum Athanasio ejusdem Ecclesiæ presbytero, anno 451, Chalcedonensi concilio interfuerit, extra dubitationis aleam positum post Wetstenium (*c*) existimamus : quamvis aliter visum Fabricio (*d*). Id enim satis constat ex Actis ejusdem synodi Chalcedonensis (*e*), confirmaturque temporis notatione quo scripsit Euthalius. Hinc vero præterea jure optimo quis arguat cum eodem Wetstenio (*f*), secus atque duxere Zacagnius (*g*) aliique ipsum secuti, Athanasium illum, cui Euthalius editionem Actuum apostolorum nuncupavit, non fuisse Athanasium juniorem, qui Ecclesiæ Alexandrinæ sedem episcopalem obtinuit anno 490, ab hæreticis hæretico Petro Mongo suffectus, et ipse quidem hæreticus : sed potius Athanasium presbyterum, Cyrilli patriarchæ Alexandrini ex sorore nepotem, a Dioscoro per octo ipsos annos vexatum, ut ex libello ab eodem Athanasio Patribus Chalcedonensibus oblato compertum habemus (*h*) : idque clarius adhuc mox demonstrabimus.

II. Atque hujusmodi sane sententia nonnullis argumentis confirmari posse videtur. Primum enim testatur Zacagnius (*i*), operis inscriptionem quam exhibet, ubi episcopatus cum Euthalii tum Athanasii Alexandrini mentio habetur, unum Regio-Alexandrinum exemplar præ se ferre ; quæ tamen in Vaticano codice num. 367 ita simpliciter effertur, Εὐθαλίου διακόνου πρόλογος τῶν Πράξεων. Quin alibi quoque asserit laudatus editor (*j*), eumdem codicem Vaticanum, nulla distinctione adhibita, Euthalio diacono tribuere quæcunque scripsit noster auctor, nuspiam illius episcopatus mentione injecta. Neque aliter cæteri codices, nisi quod in iis nomen tantum auctoris prætermittitur. Quo quidem in prologo *amicissimum fratrem Athanasium*, presbyterum scilicet, compellat Euthalius (*k*), ipsemet diaconus seu potius *archidiaconus*, quemadmodum, ut paulo ante innuimus, in synodi Chalcedonensis Actis vocatur (*l*). Deinde, ut verbis utar laudati Wetstenii (*m*), « Athanasius presbyter Alexandrinus in sua *Synopsi sacræ Scripturæ* plerumque ad verbum eadem repetit quæ Euthalius exposuerat : ut propterea eum pro eodem ipso presbytero cui Euthalius prologos suos inscripsit, indubitanter habeamus. » Quis denique sibi persuadeat, Euthalium, qui anno 458 Pauli Epistolas lectionibus, capitulis ac versiculis distinxit, post annum demum 490, quo Athanasius junior pontificatum Alexandrinum suscepit, annis nimirum 32 jam elapsis, eamdem operam in recensione Actuum apostolorum posuisse, quam ipsemet Athanasio pontifici deinceps nuncuparit ?

III. Quid, quod ipsemet Euthalius de suo fictitio Sulcensi episcopatu conjectationem omnino exsufflat ?

(*a*) Infra col. 716, edit. vero Zacag. pag. 567.
(*b*) Ibid. l. cit.
(*c*) Wetsten., Prolegom. ad N. Test. Gr., pag. 73 et 76 edit. Amst. 1751.
(*d*) *Bibl. Gr.* tom. VIII, pag. 369.
(*e*) Act. III, tom. IV, pagg. 1281 et 1349 B. edit. Ven.-Labb.
(*f*) L. c. pag. 76
(*g*) Præfat. ad *Collect. Monum.*, pag. LXIV.
(*h*) Conc. Chalc. act. III, tom. IV, pag. 1281 D. et 1289 A. edit. Ven.-Labb.
(*i*) Infra col. 627, not. 1.
(*j*) Præfat. ad *Collect. Monum.*, pag. LXVI.
(*k*) Infra col. 634.
(*l*) Conc. Chalc. l. c., pag. 1349 B.
(*m*) L. c. pag. 76.

Is enim, ut apposite observat Millius (a), mox ab evulgata Epistolarum S. Pauli editione, in Actibus apostolorum et catholicis Epistolis digerendis pensum idem ab se peractum, palam profitetur, Athanasium alloquens his verbis (b) : ΕΝΑΓΧΟΣ τοίνυν τὴν Παύλου βίβλον ἀνεγνωκώς, ΑΥΤΙΚΑ ΔΗΤΑ καὶ τήνδε τὴν τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων, ἅμα τῇ τῶν καθολικῶν Ἐπιστολῶν ἑβδομάδι, πονήσας, ἀρτίως σοι πέπομφα. *Cum ergo Epistolarum Pauli librum* NUPER *versibus distinxissem*, ACTUTUM DEMUM *eamdem operam in apostolorum quoque Actibus ac septem catholicis Epistolis distinguendis impendi, eamque lucubrationem modo ad te misi.* Cum itaque testetur Euthalius (c) Paulinas Epistolas a se fuisse distinctas anno 458, atque alteri Actuum apostolicorum operi, αὐτίκα, *statim* seu *mox*, manum admovisse : id vero demum præstiterit insequente anno 459, sive ut maxime 460, adeoque, ut videtur, cum adhuc diaconi munere fungeretur : neque proinde Athanasius junior, quem ad cathedram Alexandrinam anno 490 evectum comperimus, fuerit Athanasius ille cui suum posterius opus anno circiter 460 confectum dicavit Euthalius : sed potius Athanasius presbyter, S. Cyrilli Alexandrini ex sorore nepos, cujus superius meminimus; quem propterea ipsemet auctor, vel diaconus, vel, si mavis, jam presbyter, *fratrem* merito appellarit (d) : porro sententiam quam sequimur de subditio Euthalii episcopatu, confirmat magis adhuc idem Euthalius : qui dum in Actuum apostolorum opus digerendum incumberet, se ipsum νέον χρόνων τε καὶ μαθημάτων, *ætate juvenem et doctrinis mediocriter instructum* fuisse testatur (e). Quæ quidem verba satis luculenter evincunt, ejusmodi posterius opus, paulo post Epistolas Paulinas susceptum, ut modo ex eo accepimus, fuisse ab auctore nostro conscriptum, cum in diaconorum gradu etiamnum consisteret, sive ut maxime cum nuper admodum ad presbyteratus ordinem fortassis fuisset evectus. Hunc autem Euthalii locum mirari subit enimvero fuisse a Zacagnio (f), Fabricio (g) aliisque in alium sensum a scriptoris mente prorsus alienum detortum; quo nimirum sua ipsorum placita de Sulcensi Euthalii episcopatu astruerent confirmarentque.

IV. Jam vero si quis ad hæc animum diligenter attendat, eaque rite perpendat ac latius diducat, de nostri Euthalii episcopatu dubitandi ansam saltem arripiat. Neque immerito enimvero suspicari liceat, scriptorem quo de loquimur ab aliquo librario nimis liberaliter sacris infulis fuisse auctum : eo in primis nomine, quod, ut modo advertimus, unus codex a Zacagnio excitatus dignitatem hujusmodi Euthalio largiatur. Nimirum librarius ille, dum prologum Euthalianum ad Actus apostolorum exscriberet, iis verbis permotus quibus auctor Athanasium *fratrem* appellat, neque alios præter duos Athanasios agnoscens, conjecerit primum ea verba non esse accipienda de magno Athanasio, qui sæculo IV desinente e vivis excessit, sed de altero Athanasio, qui sedem Alexandrinam sub finem sæculi V occupavit : illuc enim respicere oportebat; quandoquidem testatur ipsemet auctor scriptioni manum admovisse anno 458, ut superius vidimus. Deinde vero intelligens idem librarius Athanasium juniorem præsulem Alexandrinum *fratrem* vocari haud potuisse nisi ab Euthalio jam episcopo : eapropter nescio quam cathedram episcopalem *Sulcensem* scriptori nostro attribuerit : quæ sane in ea regione ubi degebat scribebatque noster Euthalius, nuspiam cum in veterum geographorum scriptis, tum in antiquis episcopatuum notitiis reperitur.

V. Neque vero huc revocanda sive *Sulcis*, Sardiniæ urbs aut oppidum, cujus meminit in *Itinerario* Antoninus (h), Pomponio Melæ dicta *Sulchi* (i), et Straboni Σουλχοί (j) : sive *Sulchi*, memorata in *Notitia* Leonis imperatoris editionis Beveregianæ inter urbes Mauritaniæ secundæ, quæ tamen cum Sardiniam vicinasque urbes complecteretur eamdem esse cum præcedente ipsius Sardiniæ insulæ comperitur, ut videre est apud Victorem Vitensem (k) ejusque enarratorem Ruinartium (l). At vero Zacagnius ut Euthalio episcopatum asserat, conjecturis indulgens existimat, *Sulcam*, cujus auctor noster fuerit episcopus, eamdem esse ac *Pselcham*, urbem scilicet Syeni Thebaidis propinquam (m). Sed eruditi viri conjectationem nihil moratus fuisse videtur cl. Lequienus : qui hac de sede verba faciens, atque ex Actis conciliorum Ephesini et Chalcedonensis Ecclesiam illam Ψυγχοῦς, *Psynchus*, non *Pselchæ*, appellans, inter ejus

(a) Prolegom. ad N. Test. Gr., num. 944, pag. 90 edit. Roterod.
(b) Prolog. ad Act. apost. sub init. infra.
(c) Infra col. 714.
(d) Prolog. cit.
(e) Infra col. 630.
(f) Præfat. ad *Collect. Monum.*, pag. LXII seq.
(g) *Bibl. Gr.* tom. VIII, pag. 367.
(h) Itiner. pag. 80-84 edit. Wessel.
(i) Pompon. Mel. lib. II, cap. 7, pag. 46 edit. Voss.
(j) Strab. lib. V, pag. 224.
(k) *Notit. provinc. Afric.*, pag. 139, sub fin. edit. Paris.
(l) Ibid. pag. 395.
(m) Zacagn. præfat. cit., pag. LXIV.

præsules haud recenset Euthalium (*a*). Quin et in toto suo *Oriente Christiano* idem vir doctus unum Euthalium τῶν Κολοφωνίων, Colophoniorum episcopum memorat : ut proinde *Sulcensem* Euthalii episcopatum ille insuper habuisse videatur. Verum quæ hactenus edisseruimus, eruditorum arbitrio dimittimus.

VI. Porro ad Euthalii scripta quod attinet, ex iis quæ illius nomine inscribuntur, eum sacris litteris excolendis in primis operam dedisse intelligimus, permotum videlicet, ut videtur, *sapientissimi cujusdam et Christi amantissimi Patris* (*b*) exemplo : qui cum antea Novi Fœderis textum continuo tenore ductuque exaratum circumferretur, primus omnium sæculo IV desinente, id est anno 396 (*c*), Epistolarum S. Pauli contextum capitulis distinxit, iisque lemmata quædam adjecit, quæ compendiosam eorum seriem proponerent. De hoc anonymo scriptore, episcopali sane dignitate aucto, quem est imitatus atque alicubi exscripsit noster diaconus (*d*), plura erudite Millius (*e*), ex quo etiam ea quæ mox infra proferemus, potissimum hausimus. Euthalius igitur, quo faciliorem redderet utilioremque Epistolarum Paulinarum lectionem, capitula capitumque breviaria, quæ ab anonymo præsule scriptore nobis modo laudato desumpsit, suis quæque Epistolis in sua editione præfixit (*f*). At aliam addidit ipse divisionem per sectiones quasdam iisdem capitulis multo ampliores. Ad Epistolæ cujusque calcem attexuit præterea στιχομετρίαν, id est, numerum στίχων, seu versuum, ex quibus unaquæque constat. Quam quidem textus Paulini per στίχους descriptionem Euthalium omnium primum invexisse comperimus ex eodem auctore, qui hoc in opere contexendo seipsum inexperto alicui juveni per desertam nec tritam viam pergenti comparat (*g*). Epistolis item Paulinis subnotationes quasdam adjecit, quibus unde atque interdum per quos hæ missæ fuerint ostendit. Operi suo denique prologum satis luculentum de gestis Pauli apostoli præmisit, anonymi cujusdam episcopi rogatu susceptum, eidem ut videtur Ecclesiæ præfecti, utique Alexandrinæ, in qua Euthalius diaconi munus obibat. Hujusmodi namque opus se suscepisse δέει τῆς παρακοῆς testatur (*h*) : quod quidem de alio vix dici poterat, quam de ejusdem diœceseos episcopo, ut apposite laudatus Millius (*i*). Cum autem ex superius dictis liqueat, editionem suam absolvisse scriptorem nostrum anno 458, anonymum propterea illum episcopum, quem *Patrem maxime venerandum* compellat (*j*), fuisse sanctum Proterium auguramur, qui ab anno 451 usque ad 457, quo V Kal. Aprilis ab Eutychianis occisus martyr occubuit, Alexandrinam rexit Ecclesiam, ut ex auctore *Breviculi Eutychianistarum* (*k*) et Liberato (*l*) docet Lequienus (*m*).

VII. Absoluta Paulinarum Epistolarum editione medio anno 458, alteri *Actuum apostolorum et Epistolarum catholicarum* Euthalius manum *statim* admovit, αὐτίκα δῆτα, ut ipsemet profitetur (*n*), adeoque sive eodem anno currente, sive insequente 459 : prioris enim editionis, dum in hanc posteriorem incumbebat, velut *nuper* confectæ, ἔναγχος, ibidem meminit : quo ipso plane sensu, ut sibi constet auctor, ea verba accipienda, quibus ait (*o*) librum Epistolarum sancti Pauli ad quemdam ex Patribus ab se missum πρώην, *nuper*, sive *ante*, non *jam dudum*, ut vertit Zacagnius, quo suæ hypothesi de Sulcensi episcopatu inhæreat. Hinc itaque iterum, quod sæpius diximus, non est cur dubitemus, quin hujusmodi posterius opus contexendum susceperit noster auctor, cum adhuc in diaconatus gradu esset constitutus ; quippe qui tunc νέος χρόνων τε καὶ μαθημάτων exstiterit, ut ex eodem scriptore paulo ante intelleximus (*p*). Illud vero aggressus est sive hortatu sive impulsu Athanasii, presbyteri Alexandrini, de quo subinde superius verba fecimus, quemque propterea *fratrem* et *amicissimum* quidem appellat, ipsemet nimirum diaconum seu fortassis etiam presbyterum agens in eadem Alexandrina Ecclesia.

VIII. Jam vero de hoc opere Euthaliano adnotanda nonnulla superessent adhuc animadversione digna, quæ latius viri docti observarunt, Zacagnius, inquam, Millius et Wetstenius ll. cc. ad quos proinde lectores remittimus. Verum id unum pro muneris nostri ratione meminisse operæ pretium fuerit : videlicet nos in limine voluminis IV hujusce nostræ *Patrum Bibliothecæ*, cl. Montfauconium secutos, *Expositionem capitum Actuum apostolorum* edidisse, quæ in Euthaliano exemplari exstat, eamque sancto Pamphilo

(*a*) Lequien. *Or. Chr.*, tom. II, pag. 615.
(*b*) Infra col. 694.
(*c*) Ibid. col. 796.
(*d*) Ibid. col. 694.
(*e*) Prolegom. ad N. T. Gr., num. 905.
(*f*) Ibid. numm. 941 seqq.
(*g*) Prolog. ad Act. apost.
(*h*) Prolog. ad Epistt. Paul.
(*i*) L. c. num. 943.
(*j*) L. c.
(*k*) L. 4.
(*l*) *Breviar.* cap. 15, pag. 101 edit. Garner.
(*m*) *Or. Christ.*, tom. II, pag. 414.
(*n*) Prolog. ad Act. apost.
(*o*) Ibid. col. 630.
(*p*) Ibid. col. 651.

martyri vindicasse argumentis, ut videtur, haud contemnendis. Locum consulere fortasse juverit. (*Vide hujusce Patrologiæ tom. X, col. 1529.* EDIT.) Hic præterea subjicere placet duo animadversa Fabricio in Euthalium (*a*). Et primum quidem in hæc verba (*b*) : Καὶ αὖ πάλιν σοφῶν γε ὁ πανάριστος βιωφελῶς τῇ μελέτῃ τὸ πᾶν ἀνέθηκεν, ubi non Davidem regem (quæ fuit conjectura Zacagnii) respici observat, sed Cleobulum Lindium, cujus notum apophthegma, Μελέτη τὸ πᾶν. Alterum versatur in emendanda hujus loci Euthaliani interpretatione, ubi sermo de Epistolâ ad Romanos (*c*) : Διὸ πρώτη τέτακται, οἷα δὴ πρὸς ἀρχὴν ἔχοντας εἰς θεοσέβειαν γραφεῖσα· *Propterea primum locum habet, utpote quæ ad eos qui prima principia pietatis tenebant, scripta fuerit.* Ita, inquit Fabricius, reddendus hic locus, non, *qui pietatis principatum tenebant*, ut vertit Zacagnius. Nam, ut Euthalius alibi docet (*d*), Paulinarum Epistolarum liber κατὰ προσαύξησιν est dispositus, eo utique ordine, ut a minus perfectis incipiens præstantiora progrediatur. Sed vereor ne partium studio abreptus Fabricius, hunc locum Euthalianum sic reformandum putarit : si attendatur in primis argumenti sublimitas ac præstantia in ea epistola propositi, ubi profundiora Christianæ religionis mysteria exponuntur et illustrantur. Denique advertit Millius (*e*), numerum στίχων, seu versuum ex quibus constat Epistola II ad Timotheum, in Zacagniano Euthalii codice (*f*) perperam signari ροθ', rescribendumque ροβ'. 172, non autem 179.

(*a*) *Bibl. Gr.* tom. VIII, pag. 368.
(*b*) Prolog. ad Act. apost.
(*c*) Infra col. 747.
(*d*) Infra col. 694.
(*e*) Prolegom. ad N. T. G., num. 942.
(*f*) Infra col. 749.

EUTHALII DIACONI

POSTEA, UT FERTUR,

EPISCOPI SULCENSIS,

ACTUUM APOSTOLORUM, S. PAULI

CATHOLICARUMQUE EPISTOLARUM

EDITIO

AD ATHANASIUM JUNIOREM EPISCOPUM ALEXANDRINUM.

Ex pluribus Vaticanæ bibliothecæ scriptis codicibus integra primum Græce ac Latine edita.

—

ΕΥΘΑΛΙΟΥ (1) ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΣΟΥΛΚΗΣ (2)

ΕΚΘΕΣΙΣ ΚΕΦΑΛΑΙΩΝ ΤΩΝ ΠΡΑΞΕΩΝ

Σταλεῖσα πρὸς Ἀθανάσιον (3) ἐπίσκοπον Ἀλεξανδρείας.

—

EUTHALII EPISCOPI SULCENSIS

ELENCHUS CAPITUM LIBRI ACTUUM

Ad Athanasium episcopum Alexandrinum.

—

Prologus Actuum apostolorum.

Quotquot immortalitatem in qua cum Deo semper manentes eumdem perpetuo amabimus, revera consequi cupiunt, atque cœlestem divinisque institutis consonam vitæ rationem, ut ministri verbi, alios edocent; hi optimum sibi finem proponentes, felicitatem scilicet illam quam sacer David in primo Psalmo prædicat [1], divinis Scripturis diu noctuque meditandis incumbunt, et lauto hocce felicique cibo quotidie sumpto, ac ejus divinis omni-

A

Πρόλογος τῶν Πράξεων.

Ὅσοι τῆς ὄντως πάνυ πως ἀγχιθέου καὶ θεοφιλοῦς ἀθανασίας εἰσὶν ἐρασταί, τῆς τε ἐπουρανίου καὶ θεοπρεποῦς πολιτείας λειτουργοὶ τυγχάνουσιν, οὗτοι σκοπὸν ἄριστον ἑαυτοῖς ὁρισάμενοι τὸν πρῶτόν γε τοῦ ἱεροψάλτου Δαυῒδ μακαρισμὸν, τοὺς περὶ τοῦ θείου λόγου (4) λόγους ἐμμελέτημα νύκτωρ τε καὶ μεθ' ἡμέραν τῇ σφῶν αὐτῶν τέθεινται ψυχῇ (5), ἀληθῶς τὸ τῆς ἀγλαοφεγγοῦς καὶ μακαρίας ταύτης (τροφῆς) (6) ἡμεροτρωθέντες, καὶ τῶν ἐναρέτων αὐ-

[1] Psal. I, 2.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(1) Regio-Alexandrini codicis inscriptionem retinuimus, cum in Vaticano codice num. 367 simpliciter scribatur, Εὐθαλίου διακόνου πρόλογος τῶν Πράξεων. In cæteris codicibus auctoris nomen reticetur.

(2) In codice Regio-Alexandrino scribitur hic, Ἐούλκης, et pro Εὐθαλίου, manifesto librarii errore, habet Ἀθανασίου. Sed in titulo præfationum Epistolarum catholicarum et D. Pauli constanter scribitur, Εὐθαλίου ἐπισκόπου Σούλκης. Est autem Sulca Thebaidis fortasse urbs, in cujus episcopatum post editas divi Pauli Epistolas promotus fuit Euthalius, Alexandrinæ, ut videtur, urbis diaconus.

(3) Athanasius iste non est primus hujus nominis Alexandrinæ urbis episcopus, sanctitate et scriptis editis celeberrimus; sed alter qui post ipsum floruit in medio sæculi quinti æræ Christianæ.

(4) In Lolliniano codice deest λόγου. In Urbinate λόγους, librarii, ut patet, errore.

(5) Ita Lollinianus : alii omnes, τῆς ψυχῆς.

(6) Verbum τροφῆς ex meo addidi, ut aliquis confusæ et mancæ orationi sensus inesset.

τῆς καὶ θείων καρπῶν ἀπογευσάμενοι (7), τὴν ἅπασαν αὐτῶν ἔννοιαν πάντοθεν συνάγοντες, ἄνω που τὸ λοιπὸν εὐθύμως εἰς αὐτὴν (8) τὴν ἀθανασίαν βλέπουσιν. Ἐπιτάττουσι τοίνυν αὐτοῖς χρὴ πειθαρχεῖν, διακονεῖν τε τούτοις (9) ἑκάστοτε τὰ πρὸς ὠφέλειαν· θέμις γὰρ ἡμᾶς, τοὺς παρ' ἑτέρων (10) ὠφελημένους, χρησίμους ἀεὶ γίνεσθαι τοῖς δεομένοις, ἀποφεύγειν τε εἰκότως τὴν ἐν Εὐαγγελίοις τοῦ φθόνου καταγραφήν. Πρῶτον δὴ οὖν ἔγωγε (11) τὴν Ἀποστολικὴν βίβλον στοιχηδὸν ἀναγνούς τε καὶ γράψας, πρώην διεπεμψάμην πρός τινα τῶν ἐν Χριστῷ πατέρων ἡμῶν, μετρίως πεποιημένην ἐμοὶ, οἷά τις (12) πῶλος ἀβαθὴς, ἢ νέος ἀμαθὴς ἐρήμην ὁδὸν καὶ ἀτριβῆ ἰέναι προστεταγμένος· οὐδένα γάρ που τῶν, ὅσοι τὸν θεῖον ἐπρεσβεύσαντο λόγον, εἰς δεῦρο διέγνων περὶ τοῦτο τῆς γραφῆς (13) ταύτης εἰς σπουδὴν πεποιημένον τὸ σχῆμα. Οὐδὲ γὰρ ἀνὴρ αὐθάδης οὕτως οὐδὲ τολμηρὸς ἦν (14), ὡς τοὺς ἑτέρους (15) εὖ μάλα πεποιημένους πόνους αὐτὸς (16) ἀφειδῶς καθυβρίζειν μετρίαις (17) ταῖς τῆς ὀλιγομαθοῦς ἡμῶν ἀναγνώσεως τομαῖς. Ἔναγχος τοίνυν, ὡς ἔφην, τὴν Παύλου βίβλον (18) ἀνεγνωκὼς, αὐτίκα (19) δῆτα καὶ τήνδε τὴν τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων, ἅμα τῇ τῶν καθολικῶν Ἐπιστολῶν ἑβδομάδι, πονήσας, ἀρτίως σοι πέπομφα, συγγνώμην γε πλείστην αἰτῶν ἐπ' ἀμφοῖν (20), τόλμης ὁμοῦ καὶ προπετείας τῆς ἐμῆς, ἅπαντάς τε εἰκότως κοινῇ καθικετεύων ἀδελφούς τε καὶ πατέρας, μετ' ἀγάπης αὐταῖς ἐντυγχάνειν, τῶν τε ἐμῶν ἁμαρτημάτων τε καὶ σφαλμάτων, τῶν ἐξ ἀπειρίας, ἀμνημονεύειν (21)· διορθοῦσθαι δέ μοι μᾶλλον ἀδελφικῶς κατὰ συμπεριφορὰν (22) τούτων τὰ ἕκαστα. Ἐκεῖσε μὲν γὰρ (23) ἡμᾶς πατρικὸν νεῦμα τολμᾷν τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς (24) κατέδησεν (25)· ἐνθάδε (26) δὲ ἀδελφικῇ τινι καὶ γνησίᾳ διαθέσει πειθαρχήσαντες, αὖθις ἐγχειροῦμεν μείζοσιν ἢ καθ' ἡμᾶς, καὶ παῤῥησιαζόμεθα. Ἀλλ' ἐν ἀδελφοῖς καὶ πατράσιν ἡ ἀγάπη τὰ πάντα χωρεῖ (27), οὐδὲν (28) ὑπεροπτικὸν αὐτῇ καθ' ἑαυτῆς (29) εἰς τὸ οἰκεῖον σῶμα ἐπιδεικνυμένη (30)· νόμος γὰρ θεῖος ἡμῖν ἐστιν ὡς ἀληθῶς ὁ ἱερὸς, ὁ

genaque virtute plenis fructibus gustatis, omnique cura in id unum collata : tum denique alacri animo ad immortalitatem ipsam aspirant. Horum igitur virorum mandatis obsequi debemus, iisque, si quid juvare possit, identidem ministrare : æquum enim est, ut qui aliorum beneficiis ornati sumus, de iis qui ope nostra indigent, bene mereamur, ut in Evangelio damnatæ invidiæ notam vitemus. Itaque cum librum Epistolarum Pauli apostoli primum versibus distinxissem, eum manu mea exaratum, ad quemdam ex Patribus nostris jam dudum misi : quod quidem opus pro mea tenuitate confeci, non secus ac equulus quidam, gradiendi nondum gnarus, vel inexpertus quidam juvenis per desertam nec tritam viam ire jussus; quippe qui eorum qui divina eloquia tractarunt, neminem hucusque reperi qui ad hujusce scriptionis genus animum appulisset. Neque enim usque adeo ipse temerarius atque audax eram, ut accuratos aliorum labores, novis sacri textus sectionibus a mediocritate nostra utcunque institutis, injuria quodammodo afficerem. Cum ergo, ut aiebam, Epistolarum Pauli librum nuper versibus distinxissem, mox eamdem operam in apostolorum quoque Actibus ac septem catholicis Epistolis distinguendis impendi, eamque lucubrationem modo ad te misi, plurimam audaciæ atque temeritatis meæ veniam exposcens, et omnes, ut par est, patres fratresque meos rogans, ut illam benevolo animo perlegerent, et quæ ignoranter admisi, oblivioni mandarent; quin potius errores nostros benigne atque fraterne corrigerent : ut enim nostris impar viribus opus tunc aggredi auderemus, urgentis in Christo patris jussa fecere; nunc vero fraterna quadam atque sincera dilectione morem tibi gerentes, iterum quæ nostras excedunt vires, facienda suscepimus, idque ultro fateri non erubescimus. Atqui in patribus fratribusque charitas omnia condonat, nil in proprio corpore revelans, quod ejus membra in contemptum, sibi quoque nocivum, adducat. Deus enim hanc vere sacram et mutuæ

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(7) Vaticanus codex num. 367, et Lollinianus, μυστικῶς ἀπογευσάμενοι.

(8) Ita codex Vaticanus num. 367, alii omnes iterum habent, ἄνω εἰς αὐτήν.

(9) Codex Lollinianus, καὶ κοινωνεῖν τε τούτοις.

(10) Idem codex, τοὺς ἐκ πατέρων.

(11) Urbinatensis, πρῶτος δὴ οὖν ἔγωγε.

(12) Lollinianus, οἷα δή τις.

(13) Idem codex, τὸ τῆς γραφῆς.

(14) Vaticanus cod. num. 367, et Lollinianus, ἂν ἤμην, et mox, τολμηρὸς ἐγώ.

(15) Vaticanus cod. num. 367, ὡς τοῖς ἑτέροις.

(16) Vaticanus alter, πεπονημένους, αὐτός. In Lolliniano deest tantum αὐτός.

(17) Male in duobus Vaticanis, μετρίως.

(18) Lollinianus, βιβλιοθήκην, quo nomine sacros codices interdum vocatos olim fuisse, pluribus ostendunt clarissimi Benedictini apud Gallos Ordinis alumni, initio præfationis ad tomum primum Operum S. Hieronymi.

(19) Cod. Vaticanus num. 367, αὐτίκα δὴ μετὰ ταῦτα. Mox codex Regio-Alexandrinus et Urbinatensis, τὴν δὲ τῶν ἀποστολικῶν.

(20) Urbinatensis, συγγνώμην δὲ πλείστην αὐτῶν ἐν ἀμφοῖν.

(21) Ita Regio-Alexandrinus : alii omnes codices legunt ἀμνημονεῖν.

(22) Urbinas et Lollinianus, κατὰ συμφοράν.

(23) Vaticanus num. 367, et Lollinianus, ἐκεῖσε γάρ.

(24) Vaticanus num. 363, et Urbinas, τόλμῃ τῇ ὑπὲρ ἡμᾶς.

(25) Lollinianus, κατήδεσεν. Urbinas, κατέδησαν.

(26) Ita duo Vaticani, male alii codices, ἔνθα δέ.

(27) In Vaticano codice num. 363, et in Urbinate deest articulus.

(28) Vaticanus codex num. 367, οὗ οὐδέν. Lollinianus male, οὐδέ.

(29) Idem Vaticanus codex et Lollinianus, αυτη κατ' αὐτῆς. Fortasse legendum, ἐν αὐτῇ καθ' ἑαυτῆς.

(30) Lollinianus, ἐπιδειξαμένη.

inter fratres dilectioni fovendæ valde opportunam legem sanxit, jubens ut charitas perpetuo inter nos vigeat [2], quam etiam peccatorum multitudinem operire diserte testatur [3]. Porro tibi familiarem tibique in deliciis esse accuratam divinorum eloquiorum meditationem, quæ nomini quod ab ea merito traxisti, mire congruit, jure dixerim atque affirmaverim : in te namque ut perpetuo virtus illa quam maxime effloresceret effecisti, cum inclusus quodammodo ejus retibus, totus in ipsa sis, et inde amabile nomen adeptus fueris, eoque nomine ob assiduas quibus eidem assuesti, exercitationes, te ab omnibus appellari audias. Igitur poetarum nonnemo vera omnino dixit, dum maximam ex ejusmodi meditatione nobis utilitatem fore, diserte hisce propemodum verbis pollicetur :

.... At cogitatio curaque
Susceptum utique opus promovebit (31).

Et rursus sapientum princeps omnem humanæ vitæ utilitatem in meditatione atque exercitatione constituit : nam si quis forte eam parvi fecerit, is propria socordia seipsum promissa beatitudine indignum pronuntiat. *Beatus* enim *vir*, inquit Psaltes regius, *qui in lege Domini meditabitur die ac nocte* [4]. Nam cum Deus jam ab initio omnes probos piosque esse voluerit, idcirco singulos ad suorum mandatorum meditationem excitans, ait : *Audi, Israel, Dominus Deus tuus, Dominus unus est : et diliges Dominum Deum tuum ex toto corde tuo, et ex tota virtute tua : et erunt hæc, quæcunque mando tibi hodie, in corde tuo, et in anima tua, et præscribes ea filiis tuis; et loqueris in eis sedens in domo, et ambulans in via, et dormiens, et exsurgens* [5]. Usque adeo de hac meditatione atque exercitatione vult Deus nos semper esse sollicitos. Quamobrem in hac divini præcepti observantia fiduciam habens sacer Psalmista David, ad Deum dicebat : *Meditatio cordis mei in conspectu tuo semper, Domine adjutor meus et redemptor meus* [6]. Æterna itaque beatitudo minime

A φιλάδελφος, τὴν ἀγάπην ἐθέλων (31*) ἀεὶ, καὶ διαῤῥήδην λέγων καλύπτειν πλῆθος ἁμαρτιῶν. Ἐγὼ δὲ (32) δικαιότατα καὶ μάλα γε ὀρθῶς σύντροφόν τε καὶ φίλην ἐπιφημίσαιμ' ἄν σοι, καὶ καταλέξω τὴν εὐπροσήγορον, τὴν πάνυ φερώνυμον, τὴν τῶν θείων λογίων ἐμφιλόσοφόν φημι μελέτην, ὑφ' ἣν (33) γεγονὼς, φιλόχριστε, καὶ εἴσω γέ τοι τῶν δικτύων αὐτῆς ὑπάρχων, καὶ τὴν ἐράσμιον αὐτῆς προσηγορίαν ἐγκαταπραγματευόμενος, συχναῖς τε ἀεὶ καὶ ἀκοιμήτοις γυμνασίαις ἀκουόμενος (34) εὐθαλεστάτην κατέστησας. Ὡς ἄρα γέ μου καὶ ποιητῶν τις εἴρηκε τὴν ἀλήθειαν, καὶ παρεγγυᾷ τὴν καλλίστην ἡμῖν ἐξ αὐτῆς ὠφέλειαν, μονονουχὶ βοῶν, καὶ φάσκων ὧδε· *Μελέτη δέ τοι* (35) *ἔργον ὠφελεῖ*. Καὶ αὖ πάλιν σοφῶν (36) γε ὁ πανάριστος βιωφελῶς (37)
B τῇ μελέτῃ τὸ πᾶν ἀνέθηκεν· εἰ γάρ τις ἄττα ταύτης (38) ὀλιγωροίη ποτὲ (39), αὐτὸς ἑαυτοῦ τὴν θωὴν τοῦ μακαρισμοῦ ἐξ οἰκείας ῥᾳθυμίας κατεψιφήσατο. *Μακάριος* γὰρ, φησὶν, *ἀνὴρ, ὃς ἐν νόμῳ Κυρίου μελετήσει ἡμέρας καὶ νυκτός*. Τοὺς γὰρ ἅπαντας ἄνωθεν εὔνους τε καὶ θεοσεβεῖς ἐθέλων ὁ Θεὸς εἶναι, πρὸς μελέτην δ' ἑκάστου (40) τὸν νοῦν παροτρύνων τῶν ἰδίων ἐντολῶν, ἔφασκεν· *Ἄκουε, Ἰσραὴλ, Κύριος ὁ Θεός σου, Κύριος* (41) *εἷς ἐστιν· καὶ ἀγαπήσεις Κύριον τὸν Θεόν σου ἐξ ὅλης τῆς καρδίας σου, καὶ ἐξ ὅλης τῆς δυνάμεώς σου* (42)· *καὶ ἔσται τὰ ῥήματα ταῦτα, ὅσα ἐγὼ ἐντέλλομαί σοι σήμερον, ἐν τῇ καρδίᾳ σου, καὶ ἐν τῇ ψυχῇ σου· καὶ προβιβάσεις αὐτὰ τοῖς υἱοῖς* (43) *σου, καὶ λαλήσεις ἐν αὐτοῖς* (44), *καθήμενος ἐν οἴκῳ,*
C *καὶ πορευόμενος ἐν ὁδῷ, καὶ κοιταζόμενος, καὶ διανιστάμενος* (45). Οὕτως ἄϋπνόν τε καὶ ἀΐδιον πρὸς τὴν μελέτην ταύτην ἔχειν ἡμᾶς τὴν διάθεσιν ὁ Θεὸς βούλεται. Ἤδη γοῦν τὴν ἐπὶ ταύτῃ τῇ φυλακῇ τῆς θείας διατάξεως παῤῥησίαν ἔχων ὁ ἱεροψάλτης Δαυὶδ ἔλεγε τῷ Θεῷ, ὅτι *Ἡ μελέτη τῆς καρδίας μου ἐνώπιόν σου ἐστὶ* (46) *διὰ παντὸς, Κύριε βοηθέ μου καὶ λυτρωτά μου*. Ἔπαθλον τοίνυν ἀναμφήριστον (47), καὶ ἀναμφίλεκτον τῆς πρὸς τὴν

[2] Levit. xix, 18. [3] I Pet. iv, 8. [4] Psal. i, 2. [5] Deut. vi, 4. [6] Psal. cxviii, 13.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(31) Hesiodi Oper. lib. ii, vers. 30.

(31*) Vaticanus num. 363, et Urbinas, ὁ θέλων, et mox Urbinas et Lollinianus, καλύπτει.

(32) Vaticanus codex num. 363, et Urbinas habent, ἐγὼ δὲ δή.

(33) Vaticanus codex num. 367, et Lollinianus, ὑφ' ᾗ. Mox Lollinianus, εἴσω τῶν δικτύων.

(34) Idem Vaticanus codex, ἀκουσόμενος· sed fortasse legendum, ἀσχόμενος, quæ conjectura si magis arriserit, vertendum erit : *In te namque ut virtus illa perpetuo effloresceret, assiduis et nunquam intermissis exercitationibus, quibus animum tuum excolis, effecisti, cum inclusus quodammodo ejus retibus totus in ipsa sis, et inde amabile nomen adeptus fueris.*

(35) Lollinianus, φάσκων, Ἡ δὲ μελέτη. Vaticanus num. 367, φάσκων ὧδε· Ἡ μελέτη. Alter Vaticanus, φάσκων ὧδε Μελέτη δὲ τὸ ἔργον.

(36) Davidem fortasse intelligit, cujus verba mox subjungit.

(37) Fortasse legendum, βιωφελές.

(38) Codex Vaticanus num. 367, et Lollinianus, τίς ἂν ταύτης.

(39) Male Vaticanus codex n. 363, ὀλιγωρεῖ. Male etiam alter Vaticanus codex et Urbinas, ὀλιγωρίοι.

(40) Particulam δὲ non habet Lollin.

(41) In Urbinate deest, κύριος.

(42) Ita editio Romana LXX interpretum et omnes codices, uno Regio-Alexandrino excepto, qui habet διανοίας.

(43) Omnes quos contulimus, codices ita legunt ; sed Romana LXX interpretum editio habet, τοὺς υἱούς.

(44) Codex Vaticanus num. 367, λαλήσεις αὐτὰ τοῖς καθημένοις. Alter Vaticanus codex, λαλήσεις αὐτοῖς καθήμενος.

(45) Codex Vaticanus num. 363, et Lollinianus, καὶ ἀνιστάμενος.

(46) In Romana LXX interpretum editione, et in Vaticano codice num. 367, et in Lolliniano non habetur, ἐστί.

(47) Male Lollinianus, καὶ ἀναμφήριστον.

μελέτην τῶν θείων μαθημάτων στοργῆς ἡμῖν ἐστιν ὁ μακαρισμὸς, ὅτι καὶ ῥᾳθυμοῦσι ταύτης ἀναφανδὸν (48) ἀπαραίτητος ἕπεται θεόθεν ὁ ταλανισμός. Εἰ γὰρ ἄν ταύτης τινὲς ἀμελήσειεν, πεύσονται (49), ἃ καὶ μετέπειτα οἱ δείλαιοι πείσονται, ὅτι Ἐπικατάρατος πᾶς, ὃς οὐκ ἐμμένει ἐν πᾶσι (50) τοῖς γεγραμμένοις ἐν τῷ βιβλίῳ τοῦ νόμου, τοῦ ποιῆσαι αὐτά. Θὐκ οὖν ἀπολῆξαί ποτε εἴη (51); μηδ' ἀπονεῦσαι τῆς πρὸς αὐτὴν εὐσεβοῦς τε καὶ βελτίστης ὁμιλίας· φιλοσυνηθής τε γάρ ἐστιν αὕτη (52), καὶ φιλόστοργος, καὶ λίαν εὐγνώμων, ἐργωδέστερον ἑκάστῳ τὴν ὄνησιν ἀεὶ (53) γὰρ πόνων ἀντιμετρουμένη. Ὅσῳ γὰρ (54) ἄν τις ἐν ἕξει, καὶ γνώσει πλειόνων γίγνεται (55) μαθημάτων, τρὶς τόσον μειζόνων (56), καὶ σπουδαιοτέρων ὀρέγεσθαι πέφυκεν. Καθάπερ γὰρ ἄν τις (57) ἀγχίνους χειροτέχνης τὸ κάλλιστον τῆς τέχνης εὑρόμενος (58), τὸ λεπτώτερον δ' αὖθις ἐξ αὐτῆς περιεργάζηται λοιπὸν, καὶ ζητῇ, μυρίαις ἀεὶ μηχαναῖς τὴν ἑαυτοῦ αὐτὸς ἔννοιαν (59) πρὸς τὸ τελειότερον συνεκτείνων τε καὶ ἁρμοζόμενος· τὸν αὐτὸν δὴ τρόπον ἡμῖν (60) καὶ ἡ τῆς ἀναγνώσεως τυγχάνει χρηστομαθὴς πραγματεία, ὁσημέραι πρὸς θεωρίαν τῆς τῶν καλῶν γνώσεως κατὰ μικρὸν τὴν ψυχὴν ἐξασκοῦσά τε καὶ ἀναβιβάζουσα. Τοῖος τοιγαροῦν (61) φιλόλογος ἄγαν ὑπάρχων τὸν τρόπον, ἀλήκτως τε ταύτην, ὡς φίλος, γεραίρων (62), οὐχ ἥκιστα δὲ ἂν εὐφημῶν ἑκάστοτε, ἔναγχος ἐμοί γε τήν τε τῶν Πράξεων βίβλον ἅμα, καὶ καθολικῶν Ἐπιστολῶν ἀναγνῶναί τε κατὰ προσῳδίαν, καί πως ἀνακεφαλαιώσασθαι, καὶ διελεῖν τούτων ἑκάστης τὸν νοῦν λεπτομερῶς, προσέταξας (63), ἀδελφὲ Ἀθανάσιε προσφιλέστατε, καὶ τοῦτο ἀόκνως ἐγὼ, καὶ προθύμως πεποιηκὼς, στοιχηδόν τε συνθεὶς τούτων τὸ ὕφος, κατὰ τὴν ἐμαυτοῦ συμμετρίαν, πρὸς εὔσημον ἀνάγνωσιν, διεπεμψάμην ἐν βραχεῖ τὰ ἕκαστά σοι, καὶ (64) κατ' ἀκολουθίαν ἐκθέμενος ὀλιγοστὴν ἀνακεφαλαίωσιν (65), πρῶτον περὶ ὧν Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστὴς συνέταξε, προοιμιασάμενος· Ἀντιοχεὺς γὰρ οὗτος ὑπάρχων τὸ γένος, ἰατρός τε (66) τὴν ἐπιστή-

A dubium, imo certissimum premium est amoris, quo divinarum doctrinarum meditationem prosequimur; quandoquidem meditationis hujus neglectum, inevitabilis pœna divinitus manifeste sequitur. nam si quos nulla ejus cura tangit, ii profecto illam adversus se proferri sententiam audient, quam miseri quique peccatores postmodum accepturi sunt; nempe: *Maledictus homo, qui non permanet in his quæ scripta sunt in libro legis, ad faciendum ea* [7]. Absit itaque ut aliquando cessemus, vel deflectamus a pia hac optimaque sacras Scripturas meditandi consuetudine: nam eos qui sibi assuescunt, amore quodammodo complectitur, nec unquam fallit, imo etiam impensos sibi labores majori cum utilitate compensat; quanto enim quis excel-
B lentiorem disciplinarum cognitionem atque scientiam consequitur, eo magis ad præstantiora atque laudabiliora niti solet. Quemadmodum enim ingeniosi artifices, si, quod in arte pulcherrimum est, adinvenerint, deinceps subtiliora quæque ejusdem artis rursus diligenter exquirere non cessant, suum ipsorum ingenium ad perfectiora quæque excogitanda summis semper conatibus acuentes atque accommodantes: eodem sane modo et accurata lectio discentibus plurimum prodest, utpote quæ animum quotidie expolit, et ad pulchrarum rerum cognitionem paulatim elevat. Cum itaque tali tantoque amore sacras Litteras sponte prosequaris, easque tanquam tibi acceptissimas, magno semper
C in honore habeas, dignisque laudibus passim celebres, amicissime frater Athanasi; mihi nuper mandasti, ut Actuum apostolorum librum, una cum catholicis Epistolis, in versiculos ad quamdam cantus similitudinem distinguerem, in capitula digererem, eorumdemque omnium sensum in minutas partes dividerem: quod cum impigre alacriterque præstiterim, et illius libri contextum, versuum partitione, prout aptius visum fuit, ad elegantiorem legendi formam concinnaverim, et subsequenter

[7] Deut. XXVII, 26.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(48) In Urbinate deest ἀναφανδόν, et mox male legit, ἀπαραίτητος ἐπεί τε θεόθεν.

(49) Ita Vaticanus codex num. 363, et Lollinianus; in altero Vaticano est πείσονται, male autem in Regio-Alexandrino est, σπεύσονται.

(50) Ita Vaticanus codex num. 367, et Lollinianus, atque etiam Romana LXX interpretum editio; in cæteris omnibus deest præpositio ἐν.

(51) Ita in codice Urbinate, qui male tamen postea legit, μὴ δαπονεῦσαι τῆς πρὸς αὐτῆς. Alii omnes codices legunt, οὔκουν, Regio-Alexandrino excepto qui habet, οὐκοῦν. Sed legendum est, οὐκ οὖν, cum Urbinate codice, ut sensus sit, οὐκ οὖν εἴη ἀπολῆξαί σέ ποτε, cæt.

(52) In Vaticano codice num 367 deest αὕτη.

(53) In altero Vaticano deest ἀεί.

(54) Lollinianus codex, ὅσον γάρ.

(55) Vaticanus codex num. 367, γίγνηται, alter vero Vaticanus, γένηται.

(56) Vaticanus codex num. 367, et Lollinianus, τρισσῶς μειζόνων.

(57) Vaticanus codex num. 363 et Lollinianus, καθάπερ ἄν τις. Vaticanus alter, καθάπερ γάρ τις. Urbinas, καθάπερ τις, et mox uterque, περιεργάζεται.

(58) Lollinianus codex, εὑράμενος· mox Vaticanus num. 367, λεπτομερέστερον.

(59) Idem Vaticanus codex, τὴν ἑαυτοῦ ἔννοιαν. Vaticanus alter, ἑαυτὸς τὴν ἑαυτοῦ. Urbinas, τὴν ἑαυτὸς ἑαυτοῦ. Lollinianus vero, τὴν αὐτὸς αὐτοῦ.

(60) Pronomen, ἡμῖν, deest in cod. Regio-Alexandrino.

(61) Duo Vaticani, ποῖος τοιγαροῦν. Mox Lollinianus, καὶ ἄγαν.

(62) Vaticanus codex num. 363, et Urbinas perperam habent, ὁ φίλος. Regio-Alexandrinus male, ὢφίλος γεγαίρων.

(63) Urbinas, προέταξας. Lollinianus male, προστάξας.

(64) In duobus Vaticanis et Lolliniano deest καί.

(65) Vaticanus codex num. 367, Ὀλιγοστὶ ἀνακεφαλαίωσιν. Lollinianus et Urbinas ὀλέγως τήν.

(66) Vaticanus codex num. 367, et Lollinianus ἰατρὸς δέ.

qualiacunque totius operis capitula confecerim; ea A omnia post breve tempus ad te misi, pauca præfatus de libris, quos Lucas evangelista conscripsit: is enim genere Antiochenus, et scientia medicus, Paulique apostoli discipulus, duos libros edidit, quorum primus Evangelium complectitur, secundus autem est hoc ipsum Actuum apostolorum volumen; in quo quidem auctor Christi ad cœlos ascensum, et divini Spiritus super sanctos apostolos adventum describit. Narrat præterea quot, et quales discipuli Christianam fidem prædicaverint, quantaque miracula per orationem et fidem in Christum patraverint. Denique de cœlesti ac divina Pauli vocatione agit, deque ejus apostolatu atque fructuosissima prædicatione: et, ut uno verbo dicam, de multis maximisque periculis, quæ propter Christum apostoli subierunt. Versus hujus procemii sunt CL.

μην, πρὸς Παύλου μαθητευθείς, δύο βίβλους συνεγράψατο, μίαν μὲν καὶ προτέραν τὴν τοῦ Εὐαγγελίου, δευτέραν δὲ ταύτην τὴν περὶ τῶν ἀποστολικῶν Πράξεων. Ἔστιν οὖν ὁ πᾶς λόγος τοῦδε τοῦ τεύχους (67) περί τε τῆς μετὰ τὴν ἀνάστασιν εἰς τοὺς οὐρανοὺς ἀνόδου τοῦ Χριστοῦ, καὶ περὶ τῆς τοῦ ἁγίου Πνεύματος εἰς τοὺς ἁγίους (68) ἀποστόλους ἐπιφοιτήσεως· ὅπως τε καὶ ὅποι τὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν κατήγγειλαν οἱ μαθηταί· καὶ ὅσα διὰ προσευχῆς, καὶ τῆς εἰς αὐτὸν πίστεως ἐθαυματούργησαν· καὶ περὶ τῆς οὐρανόθεν θείας κλήσεως τοῦ Παύλου, ἀποστολῆς τε αὐτοῦ, καὶ κηρύγματος εὐθαλοῦς· καὶ συλλήβδην εἰπεῖν, περὶ ὧν ἤθλησαν (69) οἱ ἀπόστολοι διὰ Χριστὸν πολλῶν τε καὶ μεγίστων κινδύνων· στίχοι ρν'.

ELENCHUS

Lectionum Actuum apostolorum, cum numero capitum, versiculorum, et auctoritatum Veteris Novique Testamenti, quæ in iisdem continentur.

In Actuum apostolorum libro lectiones sunt num. XVI, capita XL, testimonia ex aliis sacræ paginæ libris XXX, versus MMDLVI.

Lectio I ita incipit, Primum quidem sermonem. Caput habet unum: testimonium unum, nempe primum versus XL.

Lectio II ita incipit, Et in diebus illis stans Petrus, *cap.* I, *vers.* 14. Caput habet unum, nempe II: testimonium unum, nempe II, versus XXI.

Lectio III ita incipit, Et cum complerentur dies Pentecostes, *cap.* II, *vers.* 1. Caput habet unum, C nempe III: testimonia quatuor, nempe III, IV, V, et VI: versus CIX.

Lectio IV ita incipit, Petrus autem et Joannes ascendebant in templum, *cap.* III, *vers.* 1. Caput habet unum, nempe IV: testimonia tria, nempe VII, VIII, et IX: versus CXXXVI.

Lectio V ita incipit, Multitudinis autem credentium erat cor unum et anima una, *cap.* IV, *vers.* 32. Capita habet duo, nempe V et VI; versus C.

Lectio VI ita incipit, In diebus autem illis crescente numero discipulorum, *cap.* VI, *vers.* 1. Capita habet duo, nempe VII et VIII; testimonia novem, nempe X, XI, XII, XIII, XIV, XV, XVI, XVII et XVIII· versus CCXX.

Lectio VII ita incipit, Facta est autem in illa die D persecutio magna in Ecclesiam, *cap.* VII, 1. Capita habet quatuor, nempe IX, X, XI, XII; testimonium unum, nempe XIX; vers. CXX.

B

(70) ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ

Τῶν ἀναγνώσεων, καὶ ὧν ἔχουσι κεφαλαίων, καὶ θείων μαρτυριῶν, καὶ ὅσων ἑκάστη τούτων, στίχων τυγχάνει

Ἐν τῇ βίβλῳ τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων ἀναγνώσεις εἰσὶν ις', κεφάλαια μ', μαρτυρίαι λ', στίχοι βφνς' (71)

Ἀνάγνωσις πρώτη, οὕτως, Τὸν μὲν πρῶτον λόγον, κεφαλαίου ἑνὸς α'· μαρτυρίας μιᾶς, α'· στίχων, μ (72)

Ἀνάγνωσις β' οὕτως, Καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις ἀναστὰς Πέτρος, κεφαλαίου ἑνός, β'· μαρτυρίας μιᾶς, β'· στίχων λ'.

Ἀνάγνωσις γ' οὕτως, Καὶ ἐν τῷ συμπληροῦσθαι τὴν ἡμέραν τῆς Πεντηκοστῆς· κεφαλαίου I, γ'· μαρτυριῶν IIII, γ', δ', ε', ς'· στίχων ρθ'.

Ἀνάγνωσις δ' οὕτως, Πέτρος δὲ καὶ Ἰωάννης ἀνέβαινον εἰς τὸ ἱερὸν, κεφαλαίου I, δ'· μαρτυριῶν III, ζ', η', θ'· στίχων ρλς'.

Ἀνάγνωσις ε' οὕτως, Τοῦ δὲ πλήθους τῶν πιστευσάντων ἦν καρδία καὶ ψυχὴ μία, κεφαλαίων II, ε', ς'· στίχων ρ'.

Ἀνάγνωσις ς' οὕτως, Ἐν δὲ ταῖς ἡμέραις ταύταις πληθυνόντων τῶν μαθητῶν, κεφαλαίων II, ζ', η'· μαρτυριῶν IIIII, ι', ια', ιβ', ιγ', ιδ', ιε', ις', ιζ', ιη'· στίχων σκ'

Ἀνάγνωσις ζ' οὕτως, Ἐγένετο δὲ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ διωγμὸς μέγας ἐπὶ τὴν Ἐκκλησίαν, κεφαλαίων IIII, θ', ι', ια', ιβ'· μαρτυρίας I, ιθ'· στίχων ρκ'.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(67) Vaticanus codex num. 367, τοῦ δευτέρου τεύχους.

(68) Regio-Alexandrinus addit. ἁγίους.

(69) Ita Urbinas; in Regio-Alexandrino est ἐνήθλησαν, in aliis omnibus ἔθλησαν.

(70) Hæc Lectionum enumeratio in Regio-Alexandrino tantum codice reperitur; eorumque numerus antiquis liturgicis Alexandrinæ Ecclesiæ diebus plane respondet, ut in nostra ad hoc opus præfatione ostendimus.

(71) Male in scripto codice στίχοι μω'. Sunt enim versus MMDLVI, ut infra in calce Epistolarum catholicarum adnotatur, licet supputati lectionum versus sint 2560.

(72) Numerum versuum a librario omissum, nos ex Actuum textu supplevimus

Ἀνάγνωσις η' οὕτως, Ὁ δὲ Σαῦλος ἔτι ἐμπνέων ἀπειλῆς, κεφαλαίου ἑνὸς, ιγ'· στίχων ϟε'.

Ἀνάγνωσις θ' οὕτως, Ἐγένετο δὲ Πέτρον διερχόμενον διὰ πάντων, κεφαλαίων III, ιδ', ιε', ις'· στίχων σν'.

Ἀνάγνωσις I οὕτως, Ἐν ταύταις δὲ ταῖς ἡμέραις κατῆλθον ἀπὸ Ἱεροσολύμων προφῆται εἰς Ἀντιόχειαν, κεφαλαίων III, ιζ', ιη', ιθ', κ', κα', κβ'· μαρτυρίων III, κ', κα', κβ', κγ', κδ', κε'· στίχων τ'.

Ἀνάγνωσις ια' οὕτως, Καί τινες κατελθόντες ἀπὸ τῆς Ἰουδαίας, ἐδίδασκον τοὺς μαθητὰς, κεφαλαίων II, κγ, κδ'· μαρτυρίας μιᾶς, κς'· στίχων σ'.

Ἀνάγνωσις ιβ' οὕτως, Διοδεύσαντες δὲ τὴν Ἀμφίπολιν, κεφαλαίων III, κε', κς', κζ'· μαρτυρίας I, κζ'· στίχων ρπ'.

Ἀνάγνωσις ιγ' οὕτως, Ἐγένετο δὲ ἐν τῷ τὸν Ἀπολλῶν εἶναι ἐν Κορίνθῳ, κεφαλαίων III, κη', κθ', λ'· μαρτυρίας μιᾶς, κη'· στίχων σμ'.

Ἀνάγνωσις ιδ', Μετὰ δὲ τὰς ἡμέρας ταύτας ἐπισκευασάμενοι, ἀνεβαίνομεν εἰς Ἱεροσόλυμα, κεφαλαίων πέντε, λα', λβ', λγ', λδ', λε'· μαρτυρίας μιᾶς, κθ'· στίχων σϟγ'.

Ἀνάγνωσις ιε' οὕτως, Διετείας δὲ πληρωθείσης, ἔλαβεν διάδοχον ὁ Φῆλιξ Πόρκιον Φῆστον, κεφαλαίων II, λς', λζ'· στίχων σξη'.

Ἀνάγνωσις ις' οὕτως, Ὡς δὲ ἐκρίθη τοῦ ἀποπλεῖν ἡμᾶς εἰς Ἰταλίαν, κεφαλαίων III, λη', λθ', μ'· μαρτυρίας μιᾶς, λ'· στίχων ριθ' (73), στίχοι κε'.

Διεῖλον τὰς ἀναγνώσεις τῆς βίβλου τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων, καὶ τὰ κεφάλαια ἑκάστης ἀναγνώσεως παρέθηκα, καὶ τὰς ἐν αὐτῇ φερομένας μαρτυρίας, ἔτι δὲ καὶ ὅσων ἑκάστη στίχων τυγχάνει.

ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ.

Τὰς ἀφ' ἑκάστης βίβλου μαρτυρίας παρασημειωσάμενος, τῷ διὰ (74) τοῦ μέλανος ἀριθμῷ παρέθηκα διὰ κινναβάρεως τούτων τὴν τάξιν ἅμα, καὶ ποσότητα, κανονιζομένην τῷ ἔνδον ὁμοίως παρακειμένῳ ἀριθμῷ τῷ ὕφει τοῦ τεύχους.

Lectio VIII ita incipit, Saulus autem adhuc spirans minarum, *cap.* IX, *vers.* 1. Caput unum habet, nempe XIII, vers. XCV.

Lectio IX ita incipit, Factum est autem, ut Petrus, dum transiret universos, *cap.* IX, *vers.* 32. Capita habet tria, nempe XIV, XV, XVI; versus CCL.

Lectio X ita incipit, In his autem diebus supervenerunt ab Hierosolymis prophetæ Antiochiam, *cap.* II, 27. Capita habet sex, nempe XVII, XVIII, XIX, XX, XXI, XXII, testimonia sex, nempe XX, XXI, XXII, XXIII, XXIV, XXV; versus CCC.

Lectio XI ita incipit, Et quidam descendentes de Judæa docebant fratres, *ect.*, *cap.* XV, *vers.* 1. Capita habet duo, nempe XXIII et XXIV; testimonium unum, nempe XXVI; versus CC.

Lectio XII ita incipit, Cum autem perambulassent Amphipolim, *cap.* XVII, *vers.* 1. Capita habet tria, nempe XXV, XXVI, XXVII; testimonium unum, nempe XXVII; versus CLXXX

Lectio XIII ita incipit, Factum est autem cum Apollo esset Corinthi, *cap.* XIX, *vers.* 1. Capita habet tria, nempe XXVIII, XXIX et XXX; testimonium 1, nempe XXVIII; vers. CCXL.

Lectio XIV ita incipit, Post dies autem istos præparati ascendebamus in Jerusalem, *cap.* XXI, *vers.* 15. Capita habet quinque, nempe XXXI, XXXII, XXXIII, XXXIV et XXXV; testimonium unum, nempe XXIX; versus CCXCIII.

Lectio XV ita incipit, Biennio autem expleto, accepit successorem Felix Portium Festum, *cap.* XXIV, 27. Capita habet duo, nempe XXXVI et XXXVII; versus CCLXVIII.

Lectio XVI ita incipit, Ut autem judicatum est navigare nos in Italiam, *cap.* XXVII, *vers.* 1. Capita habet tria, nempe XXXVIII, XXXIX et XL; testimonium unum, nempe XXX, vêrsus CXIX. Hujus autem Elenchi versus sunt XXV.

Distinxi lectiones libri Actuum apostolorum, et singularum lectionum capita una cum testimoniis quæ in unaquaque ipsarum referuntur, apposui; insuper quot singulæ versibus constent, designavi.

PROGRAMMA.

Singulas sacræ Scripturæ auctoritates, in Actibus apostolorum allegatas, enumeraturus, usus sum nigris numerorum notis, eisque alias cinnabari exaratas apposui, quibus ordo indicatur, quo in eodem libro laudantur, simulque ostenditur quot vicibus unus idemque sacræ Scripturæ liber in eodem Actuum libro laudetur, ac præterea aliis numerorum notis in eorumdem Actuum contextu ad marginem positis respondent.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(73) Male in scripto codice στίχων κε'

(74) Quas numerorum notas in hoc testimoniorum elencho Euthalius atramento atque cinnabari delineaverat, eas in Græco textu nos majusculis atque minusculis litteris distinximus; ita ut majusculæ quidem litteræ earum vicem suppleant quas Euthalius atramento scripserat, minusculæ vero litteras numericas ab eodem cinnabari delineatas exprimant. Sed et in Latina versione majusculæ numerorum notæ Græcis majusculis, minusculæ vero Græcis minusculis respondent.

ELENCHUS A

Divinorum testimoniorum seu auctoritatum ex aliis sacræ Scripturæ libris, quæ continet liber Actuum apostolorum; continet autem testimonia XXXI.

Ex libro Geneseos III, nempe VIII, X, XI.

Ex libro Exodi VI, nempe VII, XII, XIII, XIV, XV et XXX.

Ex Deuteronomio I, nempe XVI.

Ex primo Regum I, nempe XX.

Ex Psalterio VII, nempe II, IV, V, VI, IX, XVII, et XXII.

Ex Amos propheta II, nempe XVI et XXVII.

Ex Joele propheta I, nempe III.

Ex Aggæo propheta I, nempe XVIII.

Ex Habacuc propheta I, nempe XXV.

Ex Isaia propheta IV, nempe XIX, XXIII, XXV B et XXXI.

Ex Matthæo evangelista II, nempe I et XXI.

Ex Constitutionibus I, nempe XXIX.

Ex Arato astronomo I, nempe XXVIII

Omnia simul testimonia sunt XXXI, versus CXX.

ELENCHUS

Divinorum testimoniorum quæ continet liber Actuum apostolorum.

I. Matthæi evangelistæ, *cap.* III, *vers.* 11. Joannes quidem baptizavit aqua, vos autem baptizabimini Spiritu sancto, *cap.* I, 5.

II. Psalmi LXVIII, *vers.* 26; et CVIII, *vers.* 8. Fiat commoratio ejus deserta, et non sit qui habitet in ea: et episcopatum ejus accipiat alter, *ibid.* 20. C

III. Joelis prophetæ, *cap.* II, *vers.* 28 *seqq.* Et erit post hæc, dicit Dominus, effundam de Spiritu meo super omnem carnem, et prophetabunt filii vestri, et filiæ vestræ, et juvenes vestri visiones videbunt, et seniores vestri somnia somniabunt. Et quidem super servos meos et super ancillas meas in diebus illis effundam de Spiritu meo, et prophetabunt: et dabo prodigia in cœlo sursum, et signa in terra deorsum, sanguinem, et ignem, et vaporem fumi. Sol convertetur in tenebras, et luna in sanguinem, antequam veniet dies Domini magnus et manifestus. Et erit: omnis quicunque invocaverit nomen Domini, salvus erit, *cap.* II, *vers.* 17. D

IV. Psalmi XV, *vers.* 8 *seqq.* Providebam Dominum in conspectu meo semper, quoniam a dextris est mihi, ne commovear. Propter hoc lætatum est cor meum, et exsultavit lingua mea; insuper et

(75) ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ

Θείων μαρτυριῶν, ὧν ἔχει ἡ βίβλος των Πράξεων τῶν ἀποστόλων· ἔχει δὲ μαρτυρίας ΛΑ'.

Γενέσεως ΙΙΙ, η', ι', ια'.

Ἐξόδου ΙΙ, ζ', ιβ', ιγ', ιδ', ιε', λ'.

(76) Δευτερονομίου Ι, ιε'

Βασιλειῶν πρώτης Ι, κ'.

Ψαλτηρίου ΙΙΙΙ, β', δ', ε', ς', θ', ιζ', κβ'.

Ἀμὼς προφήτου ΙΙ, ις', κζ'.

Ἰωὴλ προφήτου Ι, γ'.

Ἀγγαίου προφήτου Ι, ιη'.

Ἀμβακοὺμ προφήτου Ι, κε'.

Ἡσαΐου προφήτου ΙΙΙΙ, ιθ', κγ', κε', λα'.

Ματθαίου εὐαγγελιστοῦ ΙΙ, α', κα'.

Διατάξεων Ι, κθ'.

Ἀράτου ἀστρονόμου Ι, κη'.

Ὁμοῦ μαρτυρίαι λα', στίχοι ρκ'.

ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ

Θείων μαρτυριῶν τῆς βίβλου τῶν Πράξεων.

Ματθαίου εὐαγγελιστοῦ, Ἰωάννης μὲν ἐβάπτισε ὕδατι· ὑμεῖς δὲ βαπτισθήσεσθε ἐν Πνεύματι ἁγίῳ.

Ψαλμοῦ ξη', καὶ ρη'. Γενηθήτω ἡ ἔπαυλις αὐτοῦ ἔρημος, καὶ μὴ ἔστω ὁ κατοικῶν ἐν αὐτῇ, καὶ τὴν ἐπισκοπὴν αὐτοῦ λαβέτω ἕτερος.

Ἰωὴλ προφήτου, Καὶ ἔσται μετὰ ταῦτα, λέγει ὁ Θεὸς, ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου ἐπὶ πᾶσαν σάρκα, καὶ προφητεύσουσιν οἱ υἱοὶ ὑμῶν, καὶ αἱ θυγατέρες ὑμῶν, καὶ οἱ νεανίσκοι ὑμῶν, ὁράσεις ὄψονται, καὶ οἱ πρεσβύτεροι ὑμῶν ἐνυπνίοις ἐνυπνιασθήσονται. Καί γε ἐπὶ τοὺς δούλους μου, καὶ ἐπὶ τὰς δούλας μου, ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ἐκχεῶ ἀπὸ τοῦ Πνεύματός μου, καὶ προφητεύσουσιν, καὶ δώσω τέρατα ἐν τῷ οὐρανῷ ἄνω, καὶ σημεῖα ἐπὶ τῆς γῆς κάτω, αἷμα, καὶ πῦρ, καὶ ἀτμίδα καπνοῦ. Ὁ ἥλιος μεταστραφήσεται εἰς σκότος, καὶ ἡ σελήνη εἰς αἷμα, πρὶν ἐλθεῖν τὴν ἡμέραν Κυρίου τὴν μεγάλην, καὶ ἐπιφανῆ. Καὶ ἔσται, πᾶς ὃς ἂν (77) ἐπικαλέσηται τὸ ὄνομα Κυρίου, σωθήσεται.

Ψαλμοῦ ιε', Προωρώμην τον Κύριον ἐνώπιόν μου διὰ παντὸς· ὅτι ἐκ δεξιῶν μου ἐστὶν, ἵνα μὴ σαλευθῶ. Διὰ τοῦτο ηὐφράνθη ἡ καρδία μου, καὶ ἠγαλλιάσατο ἡ γλῶσσά μου· ἔτι δὲ καὶ ἡ σάρξ μου κατασκηνώσει

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(75) In hoc sacræ Scripturæ locorum elencho majores numerorum notæ atramento, minores cinnabari exaratæ fuerant in Euthalii codice: cum autem ab oscitante librario omissus esset Amos propheta, ac præterea multi in numerorum notis errores reperirentur, nos ad fidem sequentis eorumdem catalogi quæ deerant addidimus, et quæ corrupta erant emendavimus.

(76) Nullus ex Deuteronomio locus in sequenti integrorum testimoniorum elencho refertur ab Euthalio, licet unus idemque locus ex eo libro laudetur in Actis apostolorum cap. III, 22, et VII, 37. Prima enim vice Deuteronomii locum Exodo tribuit: eumdem vero locum, secunda vice in Actis memoratum, silentio præterit. Quare mirum videtur hic ab Euthalio Deuteronomium in album sacræ Scripturæ librorum referri, quorum auctoritates in apostolorum Actis allegantur.

(77) In codice ὃς ἐὰν hic scribitur; sed in textu Actuum ὃς ἄν.

ἐπ' ἐλπίδι. Ὅτι οὐκ ἐγκαταλείψεις τὴν ψυχήν μου εἰς A ᾅδην, οὐδὲ δώσεις τὸν ὁσιόν σου ἰδεῖν διαφθοράν. Ἐγνώρισάς μοι ὁδοὺς ζωῆς· πληρώσεις με εὐφροσύνης μετὰ τοῦ προσώπου σου.

Ψαλμοῦ ρλα'. Ἐκ καρποῦ τῆς ὀσφύος αὐτοῦ θῆσαι ἐπὶ τὸν θρόνον αὐτοῦ.

Ψαλμοῦ ρθ', Εἶπεν ὁ Κύριος τῷ Κυρίῳ μου· Κάθου ἐκ δεξιῶν μου, ἕως ἂν θῶ τοὺς ἐχθρούς σου ὑποπόδιον τῶν ποδῶν σου.

(78) Τῆς Ἐξόδου, Προφήτην ὑμῖν ἀναστήσει Κύριος ὁ Θεὸς ἐκ τῶν ἀδελφῶν ὑμῶν ὡς ἐμέ· αὐτοῦ ἀκούσεσθε κατὰ πάντα, ὅσα ἂν λαλήσει πρὸς ὑμᾶς. Ἔσται δέ· πᾶσα ψυχὴ, ἥτις ἐὰν μὴ ἀκούσει τοῦ προφήτου ἐκείνου, ἐξολοθρευθήσεται ἐκ τοῦ λαοῦ. B

Γενέσεως, Καὶ ἐν τῷ σπέρματί σου εὐλογηθήσονται πᾶσαι αἱ πατριαὶ τῆς γῆς.

Ψαλμοῦ β', Ἱνατί ἐφρύαξαν ἔθνη, καὶ λαοὶ ἐμελέτησαν κενά; Παρέστησαν οἱ βασιλεῖς τῆς γῆς, καὶ οἱ ἄρχοντες συνήχθησαν ἐπὶ τὸ αὐτὸ κατὰ τοῦ Κυρίου, καὶ κατὰ τοῦ Χριστοῦ αὐτοῦ.

Γενέσεως, Ἔξελθε ἐκ τῆς γῆς σου, καὶ ἐκ τῆς συγγενείας σου, καὶ δεῦρο εἰς τὴν γῆν, ἣν ἄν (79) σοι δείξω.

Γενέσεως, Ὅτι ἔσται τὸ σπέρμα αὐτοῦ πάροικον ἐν γῇ ἀλλοτρίᾳ, καὶ δουλώσουσιν αὐτὸ, καὶ κακώσουσιν (80) αὐτὸ ἔτη τετρακόσια, καὶ τὸ ἔθνος ἐκεῖνο C ᾧ ἐὰν δουλεύσωσιν, κρινῶ ἐγὼ, εἶπεν ὁ Θεὸς, καὶ μετὰ ταῦτα ἐξελεύσονται, καὶ λατρεύσουσί μοι ἐν τῷ τόπῳ τούτῳ.

Ἐξόδου, Τίς σε κατέστησεν ἄρχοντα, καὶ δικαστὴν ἐφ' ἡμᾶς; Μὴ ἀνελεῖν με σὺ θέλεις, ὃν τρόπον ἀνεῖλες χθὲς τὸν Αἰγύπτιον;

Ἐξόδου, Ἐγὼ ὁ Θεὸς τῶν πατέρων σου, ὁ Θεὸς Ἀβραὰμ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰσαὰκ, καὶ ὁ Θεὸς Ἰακώβ.

Ἐξόδου, Λῦσον τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν σου· ὁ γὰρ τόπος ἐφ' ὃν σὺ ἕστηκας (81), γῆ ἁγία ἐστίν· ἰδὼν εἶδον τὴν κάκωσιν τοῦ λαοῦ μου, τοῦ ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ τοῦ στεναγμοῦ αὐτῶν ἀκήκοα, καὶ κατέβην ἐξελέσθαι αὐτούς. Καὶ νῦν δεῦρο, ἀποστείλω (82) σε D εἰς Αἴγυπτον.

Ἐξόδου, Ποίησον ἡμῖν θεοὺς, οἳ προπορεύσονται ἡμῶν· ὁ γὰρ Μωϋσῆς οὗτος, ὃς ἐξήγαγεν ἡμᾶς ἐκ γῆς Αἰγύπτου, οὐκ οἴδαμεν τί ἐγένετο (83) αὐτῷ.

Ἀμὼς προφήτου, Μὴ σφάγια, καὶ θυσίας προσηνέγκατέ μοι ἔτη τεσσαράκοντα ἐν τῇ ἐρήμῳ, οἶκος Ἰσραήλ; Καὶ ἀνελάβετε τὴν σκηνὴν τοῦ Μολὸχ, καὶ

caro mea requiescet in spe. Quoniam non derelinques animam meam in inferno, nec dabis sanctum tuum videre corruptionem. Notas mihi fecisti vias vitæ; replebis me jucunditate cum facie tua, *cap.* II, 25.

V. Psalmi CXXXI, *vers.* II. De fructu lumbi ejus sedere super sedem ejus, *ibid.*, *vers.* 30

VI. Psalmi CIX, *vers.* I. Dixit Dominus Domino meo, Sede a dextris meis, donec ponam inimicos tuos scabellum pedum tuorum, *ibid.*, *vers.* 34.

VII. Exodi. Prophetam suscitabit vobis Dominus Deus vester de fratribus vestris tanquam me: ipsum audietis juxta omnia quæcunque locutus fuerit vobis. Erit autem: omnis anima quæ non audierit prophetam illum, exterminabitur de plebe, *cap.* III, 22.

VIII. Genesis *cap.* XXII, 18. Et in semine tuo benedicentur omnes familiæ terræ, *ibid.* 25.

IX. Psalmi II, *vers.* 1. Quare fremuerunt gentes, et populi meditati sunt inania? Astiterunt reges terræ, et principes convenerunt in unum adversus Dominum, et adversus Christum ejus, *cap.* IV, 25.

X. Genesis *cap.* XII, *vers.* 1. Exi de terra tua, et de cognatione tua, et veni in terram quam monstravero tibi, *cap.* VII, *vers.* 3.

XI. Gen. *cap.* XV, *vers.* 13. Quia erit semen ejus accola in terra aliena, et servitut' eos subjicient, et male tractabunt eos annis quadringentis, et gentem cui servierint, judicabo ego, dixit Dominus, et post hæc exibunt, et servient mihi in loco isto, *cap.* VII, 6.

XII. Exodi *cap.* II, *vers.* 13. Quis te constituit principem, et judicem super nos? Nunquid interficere me tu vis, quemadmodum interfecisti heri Ægyptium? *cap.* VII, 27.

XIII. Exodi *cap.* III, *vers.* 2. Ego sum Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, et Deus Jacob, *ibid.* 32.

XIV. Exodi *ibidem*. Solve calceamentum pedum tuorum; locus enim in quo stas, terra sancta est. Videns vidi afflictionem populi mei qui est in Ægypto, et gemitum eorum audivi, et descendi liberare eos. Et nunc veni, mittam te in Ægyptum, *ibid.* 34.

XV. Exodi *cap.* XXXII, *vers.* 1. Fac nobis deos qui præcedant nos: Moyses enim hic qui eduxit nos de terra Ægypti, nescimus quid factum sit ei, *ibid.* *vers.* 40.

XVI. Amos prophetæ *cap.* V, *vers.* 25. Nunquid victimas et bestias obtulisti mihi annis quadraginta in deserto, domus Israel? Et suscepistis tabernacu-

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(78) Hic locus non Exodi est, sed Deuteronomii cap. XVIII, vers. 15. Euthalius tamen tam hic, quam in præcedenti testimoniorum elencho, et ad marginem textus Actuum, Exodo tribuit.

(79) In codice hic ἣν ἐάν· sed in textu Actuum ἣν ἄν.

(80) In textu Actuum habet κακώσουσιν ἔτη.

(81) In textu Actuum legit, ἐν ᾧ ἕστηκας.

(82) In eodem textu, ἀποστελῶ.

(83) In eodem textu, γέγονεν.

lum Moloch, et sidus dei vestri Rempham, figuras quas fecistis, adorare eas. Et transferam vos trans Babylonem, *ibid.* 42.

XVII. Psalmi CXXXI, *vers.* 5. Petiit ut inveniret tabernaculum Dei Jacob, *ibid.* 46.

XVIII. Aggæi prophetæ : Cœlum mihi sedes est; terra autem scabellum pedum meorum. Quam domum ædificabitis mihi, dicit Dominus? aut quis locus requietionis meæ est? Nonne manus mea fecit hæc omnia? *ibid. vers.* 49.

XIX. Isaiæ prophetæ, *cap.* LIII, *vers.* 7. Tanquam ovis ad occisionem ductus est, et sicut agnus coram tondente se, sine voce, sic non aperuit os suum. In humilitate judicium ejus sublatum est. Generationem ejus quis enarrabit? Quoniam tollitur e terra vita ejus, *cap.* VIII. 32.

XX. Regum I Inveni David filium Jesse, virum secundum cor meum, qui faciet omnes voluntates meas, *cap.* XIII, *vers.* 23.

XXI. Matthæi evangelistæ *cap.* III, *vers.* 11. Quem me arbitramini esse, non sum ego: sed ecce venit post me, cujus non sum dignus calceamenta pedum solvere, *ibid. vers.* 25.

XXII. Psalmi II, *vers.* 7. Filius meus es tu, ego hodie genui te, *ibid. vers.* 33.

XXIII. Isaiæ prophetæ *cap.* LV, *vers.* 3. Dabo vobis sancta David fidelia, *ibid.* 34.

XXIV. Habacuc prophetæ, *cap.* I, *vers.* 5. Videte ergo ne superveniat vobis, quod dictum est in prophetis, Videte, contemptores, et admiramini, et disperdimini, quia opus operor ego in diebus vestris, opus quod non credetis, si quis enarraverit vobis, *cap.* XIII, 41

XXV. Isaiæ prophetæ *cap.* XLIX, *vers.* 6. Posui te in lucem gentium, ut sis in salutem usque ad extremum terræ, *ibid.* 47.

XXVI. Amos prophetæ *cap.* IX. *vers.* II. Post hæc revertar, et reædificabo tabernaculum David quod decidit, et diruta ejus reædificabo, et erigam illud, ut requirant cæteri hominum Dominum, et omnes gentes super quas invocatum est nomen meum, dicit Dominus faciens hæc, *cap.* XV, 16.

XXVII. Arati astronomi et Homeri poetæ, Ipsius enim et genus sumus, *cap.* XVIII, 28.

XXVIII. Ex Constitutionibus, Beatius est magis dare, quam accipere, *cap.* XX, 35.

XXIX. Exodi *cap.* XXII, *vers.* 28. Principem populi tui non maledices, *cap.* XXIII, 5.

A τὸ ἄστρον τοῦ θεοῦ ὑμῶν Ῥεφὰν (84), τοὺς τύπους, οὓς ἐποιήσατε προσκυνεῖν αὐτοῖς. Καὶ μετοικιῶ ὑμᾶς ἐπέκεινα Βαβυλῶνος.

Ψαλμοῦ ρλα'. Ἠτήσατο εὑρεῖν σκήνωμα τῷ Θεῷ Ἰακώβ.

Ἀγγαίου προφήτου (85), Ὁ οὐρανός μοι θρόνος· ἡ δὲ γῆ ὑποπόδιον τῶν ποδῶν μου. Ποῖον οἶκον οἰκοδομήσετέ μοι, λέγει Κύριος; ἢ τίς τόπος τῆς καταπαύσεώς μου; Οὐχὶ ἡ χείρ μου ἐποίησε ταῦτα πάντα;

Ἡσαΐου προφήτου, Ὡς πρόβατον ἐπὶ σφαγὴν ἤχθη, καὶ ὡς ἀμνὸς ἐναντίον τοῦ κείραντος αὐτὸν ἄφωνος, οὕτως οὐκ ἀνοίγει τὸ στόμα αὐτοῦ. Ἐν τῇ ταπεινώσει αὐτοῦ ἡ κρίσις αὐτοῦ ἤρθη. Τὴν δὲ γενεὰν αὐτοῦ τίς διηγήσεται; Ὅτι αἴρεται ἀπὸ τῆς γῆς
B ἡ ζωὴ αὐτοῦ.

(86) Βασιλειῶν α'. Εὗρον Δαβὶδ τὸν τοῦ Ἰεσσαὶ, ἄνδρα κατὰ τὴν καρδίαν μου, ὃς ποιήσει πάντα τὰ θελήματά μου.

Ματθαίου εὐαγγελιστοῦ, Τίνα με (87) ὑπονοεῖτε εἶναι, οὐκ εἰμὶ ἐγώ. Ἀλλ' ἰδοὺ ἔρχεται μετ' ἐμὲ, οὗ οὐκ εἰμὶ ἱκανὸς τὸ ὑπόδημα τῶν ποδῶν λῦσαι

Ψαλμοῦ β', Υἱός μου εἶ σὺ, ἐγὼ σήμερον γεγέννηκά σε.

Ἡσαΐου προφήτου, Δώσω ὑμῖν τὰ ὅσια Δαβὶδ τὰ πιστά.

Ἀμβακοὺμ προφήτου (88), Βλέπετε οὖν μὴ ἐπέλθῃ ἐφ' ὑμᾶς τὸ εἰρημένον ἐν τοῖς προφήταις, Ἴδετε, οἱ
C καταφρονηταὶ, καὶ θαυμάσατε, καὶ ἀφανίσθητε, ὅτι ἔργον ἐγὼ ἐργάζομαι ἐν ταῖς ἡμέραις ὑμῶν, ἔργον ὃ οὐ μὴ πιστεύσητε, ἐάν τις ἐκδιηγῆται ὑμῖν.

Ἡσαΐου προφήτου, Τέθεικά σε εἰς φῶς ἐθνῶν, τοῦ εἶναί σε εἰς σωτηρίαν ἕως ἐσχάτου τῆς γῆς.

Ἀμὼς προφήτου, Μετὰ ταῦτα ἀναστρέψω, καὶ ἀνοικοδομήσω τὴν σκηνὴν Δαβὶδ τὴν πεπτωκυῖαν, καὶ τὰ κατεσκαμμένα αὐτῆς ἀνοικοδομήσω, καὶ ἀνορθώσω αὐτήν· ὅπως ἂν ἐκζητήσωσιν οἱ κατάλοιποι τῶν ἀνθρώπων τὸν Κύριον, καὶ πάντα τὰ ἔθνη, ἐφ' οὓς ἐπικέκληται τὸ ὄνομά μου ἐπ' αὐτοὺς, λέγει Κύριος ὁ ποιῶν ταῦτα.

Ἀράτου ἀστρονόμου καὶ Ὁμήρου ποιητοῦ, Τοῦ γὰρ
D καὶ γένος ἐσμέν.

Ἐκ τῶν διατάξεων (89), Μακάριόν ἐστι μᾶλλον διδόναι, ἢ λαμβάνειν

Ἐξόδου, Ἄρχοντα τοῦ λαοῦ σου οὐκ ἐρεῖς κακῶς.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(84) In textu Actuum, Ῥαφάν.

(85) Hic locus non apud Aggæum, sed apud Isaiam cap. LXVI, 1, legitur. Sed tam hic quam ad marginem textus Actuum, et in antecedenti testimoniorum elencho Euthalius Aggæo tribuit.

(86) Locus iste ad Psalmum LXXXVIII, 21, pertinet; quare non video cur Euthalius ubique librum primum Regum laudet, in quo varia quidem de Davide habentur, sed verba ista de eodem non leguntur.

(87) In cod. hic est τί με etc., sed in textu τίνα με, quam lectionem et hic sequi placuit.

(88) Omissus est hic ab Euthalio, seu potius a librario numerus XXIV, quia est pars testimonii supra num. 4, relati ex Psalmo XV. Ad marginem tamen textus Actuum ita adnotatur : Ψαλμοῦ ιε', ββ'. quod explico ψαλμοῦ ιε', ἐκ δευτέρου. Psalm. XV, *secunda vice.* Hoc etiam testimonium omittitur in Vat. cod., n. 367

(89) Locus iste legitur in *Constitutionibus apostolicis* lib. IV, cap. 3.

A 'Ησαΐου προφήτου, Πορεύθητι πρὸς λαὸν τοῦτον, καὶ εἰπὸν· Ἀκοῇ ἀκούσετε, καὶ οὐ μὴ συνῆτε, καὶ βλέποντες βλέψετε (90), καὶ οὐ μὴ ἴδητε· ἐπαχύνθη γὰρ ἡ καρδία τοῦ λαοῦ τούτου, καὶ τοῖς ὠσὶν αὐτῶν (91) βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν, μήποτε ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ τοῖς ὠσὶν ἀκούσωσι, καὶ τῇ καρδίᾳ συνῶσι, καὶ ἐπιστρέψωσι, καὶ ἰάσωμαι (92) αὐτούς.

Ἅπασαι αἱ μαρτυρίαι τῶν Πράξεων λα'.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ (93)

Τοῦ βιβλίου τῶν Πράξεων τῶν ἀποστόλων.

Πράξεις (94) ἀποστόλων τὸ βιβλίον καλεῖται, ἐπειδὴ τὰς πράξεις ὁμοῦ τῶν ἀποστόλων περιέχει. Ὁ δὲ διηγούμενος ταῦτα (95), ἐστὶν Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής, B ὁ καὶ τοῦτο τὸ βιβλίον συγγράφων· συναπεδήμει γὰρ (96) τοῖς τε ἄλλοις ἀποστόλοις, καὶ μάλιστα τῷ Παύλῳ, καὶ εἰδὼς ἀκριβῶς γράφει. Διηγεῖται δὲ ἐν αὐτῷ (97) πῶς ὑπ' ἀγγέλων (98) ὑπολαβόντων ἀνελήφθη ὁ Κύριος, καὶ τὴν τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἔκχυσιν γενομένην ἐν τῇ Πεντηκοστῇ ἐπί τε τοὺς ἀποστόλους καὶ πάντας τοὺς τότε παρόντας, τήν τε κατάστασιν τοῦ Ματθία ἀντὶ Ἰούδα τοῦ προδότου, καὶ τὴν κατάστασιν τῶν ἑπτὰ διακόνων, καὶ τὴν ἐκλογὴν (99) τοῦ Παύλου, καὶ ὅσα ἔπαθε, καὶ τέλος (1), τὴν εἰς Ῥώμην ἀποδημίαν αὐτοῦ. Τῶν (2) μὲν οὖν δώδεκα ἀποστόλων τὰ ὀνόματά ἐστι ταῦτα· πρῶτος (3) Σίμων, ὁ λεγόμενος Πέτρος, καὶ Ἀνδρέας ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, Ἰάκωβος (4) ὁ τοῦ Ζεβεδαίου, καὶ Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ· Φίλιππος, καὶ Βαρθολο- C μαῖος, Θωμᾶς, καὶ Ματθαῖος ὁ τελώνης· Ἰάκωβος ὁ τοῦ Ἀλφαίου, καὶ Θαδδαῖος (5)· Σίμων ὁ Κανανaῖος (6), καὶ Ἰούδας Ἰσκαριώτης, ὁ καὶ παραδοὺς αὐτόν (7)· ἀλλὰ τοῦ Ἰούδα προδότου γενομένου, καὶ ἀπολομένου, κατεστάθη ὑπὸ τῶν ἀποστόλων Ματθίας, καὶ συγκατηριθμήθη τοῖς ἕνδεκα ἀποστόλοις

XXX. Isaiæ prophetæ *cap.* VI, 6, 9. Vade ad populum istum, et dic ad eos : Aure audietis, et non intelligetis ; et videntes videbitis, et non perspicietis. Incrassatum est enim cor populi hujus, et auribus graviter audierunt, et oculos suos compresserunt, ne forte videant oculis, et auribus audiant, et corde intelligant, et convertantur, et sanem eos, *cap.* XXVIII, 26.

Cuncta testimonia Actuum apostolorum sunt XXXI.

ARGUMENTUM

Libri Actuum apostolorum.

Acta apostolorum hic liber vocatur, quoniam gesta omnium simul apostolorum continet. Eorumdem autem narrator, Lucas est evangelista qui librum hunc conscripsit : nam una cum apostolis, et præsertim cum Paulo peregrinatus fuit, eaque scribit quorum certam notitiam habuit. Narrat autem quomodo angelis suscipientibus, in cœlum assumptus sit Dominus, et quinquagesimo post ejus resurrectionem die Spiritus sanctus in illos omnes qui tunc aderant, descenderit. Narrat præterea Matthiæ substitutionem in Judæ proditoris locum, septem diaconorum creationem, Paulique electionem, et quæcunque passus est, denique ejusdem profectionem ad urbem Romam. Duodecim autem apostolorum nomina sunt hæc : primus Simon, qui dicitur Petrus, et Andreas frater ejus Jacobus Zebedæi filius, et Joannes frater ejus, Philippus et Bartholomæus, Thomas et Matthæus publicanus, Jacobus Alphæi filius et Thaddæus, Simon Cananæus et Judas Iscariotes qui Jesum prodidit. Sed postquam Judas, perpetrata jam proditione, periit, in ejus locum Matthias ab apostolis substitutus est, et annumeratus est cum undecim apostolis. Post hæc autem vocatus est etiam

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(90) Tam hic quam in textu Actuum, βλέψεται scribitur ; sed nobis librarii error esse videtur ista lectio.

(91) In textu Actuum deest αὐτῶν, atque etiam in versione LXX interpretum.

(92) In editione LXX interpr. ἰάσομαι.

(93) Argumentum hoc cum omnibus quæ sequuntur usque ad finem indicis capitum libri Actuum apostolorum, subjungitur præfationi supra editæ, tam in Vaticano cod. n. 367, quam in Lolliniano : cætera partim omittuntur in eisdem codicibus, partim habentur post indicem capitulorum.

(94) In Lolliniano codice, et apud Œcumenium ita incipit hic prologus, Ἔστιν ὁ διηγούμενος τὰς Πράξεις τῶν ἀποστόλων Λουκᾶς ὁ εὐαγγελιστής· Ἀντιοχεὺς γὰρ οὗτος ὑπάρχων τὸ γένος, ἰατρός τε τὴν ἐπιστήμην, συναπεδήμει τοῖς ἀποστόλοις. Ita et in Urbinate,

(95) Vaticanus num. 363, αὐτάς. Alter Vaticanus, ταύτας.

(96) In Vaticano cod. num 367, hic inferuntur verba sequentia, Ἀντιοχεὺς γὰρ οὗτος ὑπάρχων τὸ γένος, ἰατρός τε τὴν ἐπιστήμην· συναπεδήμει γάρ.

(97) Codex Urbinas et Lollinianus non habet, ἐν αὐτῷ, nec Œcumenius, qui pro πῶς, habet ὡς.

(98) Vaticanus codex num. 367, πῶς ἀγγελων.

(99) Male Vaticanus num. 363, ἐκδοχήν.

(1) In Vaticano codice num. 367, hic inseruntur sequentia verba, καὶ ὅσα οἱ ἀπόστολοι διὰ προσευχῆς καὶ τῆς εἰς αὐτὸν τὸν Χριστὸν πίστεως ἐθαυματούργησαν, καὶ τέλος, cæt. Ita Urbinas, Lollinianus et edita apud Œcumenium, nisi quod post ἐθαυματούργησαν, statim subdunt, τῶν δὲ ἀποστόλων.

(2) Vaticanus num. 367, τῶν δὲ ἀποστόλων.

(3) In Lolliniano, Urbinatensi et apud Œcumenium deest πρῶτος.

(4) In Lolliniano, Urbinate et apud Œcumenium est, Ἰάκωβος καὶ Ἰωάννης, Φίλιππος. Cod. autem Vatic. n. 363, concordat cum Regio-Alexandrino; sed posuit infra inter Matthæum et Jacobum Alphæi.

(5) In codice Vaticano num. 367, Urbinate et Lolliniano, Θαδδαῖος ὁ καὶ Ἰούδας.

(6) In Urbinate et Lolliniano est, Σίμων ὁ Κανaναῖος καὶ Ματθίας ὁ συγκαταψηφισθεὶς μετὰ τῶν ἕνδεκα ἀντὶ τοῦ προδότου, τῶν δὲ ἐγκατασταθέντων, cæt. ut infra. Cætera desunt. Ita et apud Œcumenium, licet in aliquibus depravata sit ejus lectio.

(7) In Vaticano num. 363, παραδοὺς Χριστόν, et mox habet. καὶ ἀπολωμένου.

Ὁ διὰ τοῦ μέλανος ἀριθμὸς ποσότητα μόνον δηλοῖ τῶν ἐφ' ἑκάστης βίβλου μαρτυριῶν (27). Ὁ δὲ διὰ τοῦ κινναβάρεως, τάξιν ὁμοῦ καὶ ποσότητα τῶν καθ' ἑκάστην Ἐπιστολὴν καὶ κανονίζεται τῷ πάλιν ἔνδον ὁμοίως παρακειμένῳ ἀριθμῷ αὐτοῖς τοῦ τεύχους τῶν καθολικῶν· ἀπολήγει δὲ ἑκάτερος αὐτῶν καὶ πάλιν ἄρχεται κατ' Ἐπιστολήν.

PROGRAMMA.

In sequenti testimoniorum elencho nigræ numerorum notæ quot ex unoquoque sacræ Scripturæ libro auctoritates desumptæ sint, tantummodo significant. At vero aliæ cinnabari delineatæ, ordinem quem in singulis epistolis obtinent, simulque unus idemque liber quot vicibus in eisdem Epistolis laudetur, denotant. Hæ autem numerorum notæ aliis itidem numerorum notis respondent, quæ rursus in Epistolarum catholicarum textu ad marginem adnotantur. Utraque autem numeratio desinit et de novo incipit in singulis quibusque Epistolis

C

ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ

Θείων μαρτυριῶν τῶν καθολικῶν.

Ἐν τῇ Ἐπιστολῇ Ἰακώβου μαρτυρίαι τέσσαρες. Γενέσεως I, γ'. Ἐξόδου I, β'. Λευϊτικοῦ I, α'. Παροιμιῶν I, δ'.

Ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ Πέτρου μαρτυρίαι δεκατέσσαρες. Ἐξόδου I, ζ'. Λευϊτικοῦ I, α'. Ψαλτηρίου III, γ', ε', ια'. Παροιμιῶν II, ιγ'. Ὠσηὲ προφήτου II, η', θ'. Ἡσαΐου προφήτου II, β', δ', ς', ι', ιβ'.

Ἐν τῇ δευτέρᾳ Ἐπιστολῇ Πέτρου Παροιμιῶν I, γ'. Ματθαίου II, α', β'.

D Ἐν τῇ πρώτῃ Ἐπιστολῇ Ἰωάννου. Ἰωάννου εὐαγγελιστοῦ I, α'.

Ἐν τῇ δευτέρᾳ, καὶ τρίτῃ τοῦ αὐτοῦ Ἐπιστολῇ οὐδέποτε ἐμνημόνευσεν ῥητοῦ Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστής.

ELENCHUS

Divinorum testimoniorum quæ in catholicis Epistolis continentur.

In Jacobi Epistola sunt testimonia quatuor. Ex Genesi I, nempe III. Ex Exodo I, nempe II. Ex Levitico I, nempe I. Ex Proverbiis I, nempe IV.

In Petri Epistola I, sunt testimonia XIV. Ex Exodo I, nempe VII. Ex Levitico I, nempe I. Ex Psalmis III, nempe III, V et IX. Ex Proverbiis II, nempe XIII et XIV. Ex Osea propheta II, nempe VIII et IX. Ex Isaia propheta V, nempe II, IV, X et XII.

In secunda Epistola Petri sunt testimonia tria. Ex Proverbiis I, nempe III. Ex Matthæo II, nempe I et II.

In Epistola I Joannis testimonium I, est ex Joannis Evangelio.

In secunda et tertia Epistola nullius sententiæ ex aliis sacræ Scripturæ libris desumptæ mentionem facit Joannes apostolus et evangelista.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(25) Codex Cryptoferratensis στίχοι ἕνδεκα, hujus videlicet elenchi: male in Regio-Alexandrino, στίχοι λι'. Cæterum aliquis in numero versuum harumce lectionum error latet; nam infra in fine catholicarum Epistolarum ait, eas constare versibus mille et quadraginta septem; at vero cunctæ simul lectiones hic memoratæ mille tantummodo et tredecim versuum numerum conficiunt.

(26) Programma istud inepte subjungitur argumento Actuum apostolicorum in codice Vaticano num. 363, in eo autem illa ipsa numerandi ratio servatur, de qua locuti sumus in adnotatione ad programma præfixum elencho testimoniorum, quæ in Actuum apostolorum libro allegantur.

(27) Vatic. n. 363 τῶν ἑκάστης βίβλου μαρτυριῶν.

A In Judæ Epistola duo testimonia sunt. Ex Enoch libro apocrypho unum, nempe II. Ex Moysis libro apocrypho unum, nempe I.

Omnia simul catholicarum Epistolarum testimonia sunt XXIV.

Ἐν τῇ Ἰούδα Ἐπιστολῇ μαρτυρίαι δύο. Ἐνὼχ ἀποκρύφου I, β'. Μωϋσέως ἀποκρύφου I, α'.

Ὁμοῦ πᾶσαι αἱ μαρτυρίαι τῶν καθολικῶν κδ'.

PROGRAMMA.

Perlectis omnibus catholicis Epistolis, ex ipsis cunctas auctoritates, ex aliis sacræ Scripturæ libris depromptas, excerpsi, earumque deinceps catalogum texui, suo præponens ordine nomina librorum ex quibus desumptæ sunt. Numerorum itaque notæ cinnabari exaratæ et ab unitate incipientes ordinem denotant, quem sacræ Scripturæ auctoritates in singulis Epistolis obtinent, simulque unus idemque liber quot vicibus in eisdem Epistolis laudetur, ostendit; et hæ numerorum notæ ultra Epistolas singulas non procedunt. At nigræ numerorum notæ quæ præcedentibus subjunguntur, ad totum septem catholicarum Epistolarum librum pertinent; et una cum ejus textu usque ad finem crescentes, quotæ ex unoquoque libro desumptæ sunt auctoritates, significant. Apposui autem singulis testimoniis proprium eorumdem numerum, ut facile nosci possit, quoties ex uno eodemque ibidem memorato atque apposito libro apostoli testimonia desumpserint. Cæterum numerationem cinnabari scriptam, respondere reperies alteri numerationi intra catholicarum Epistolarum librum eisdem testimoniorum verbis rursus appositæ

ΠΡΟΓΡΑΜΜΑ.

Τὰς πάσας Ἐπιστολὰς τῶν καθολικῶν ἀναγνοὺς, ἀνειλόμην ἐκεῖθεν τῶν πασῶν μαρτυριῶν τὰ ῥητὰ καὶ καθεξῆς ἀνεκεφαλαιωσάμην, ἀκολούθως προτάσσων τὴν προσηγορίαν τῶν ὅθεν εἰσὶ βιβλίων. Ἔστιν οὖν ὁ διὰ τοῦ κιννάβαρεως ἐκ μονάδος ἀρχόμενος ἀριθμὸς, τὴν τάξιν καὶ τὴν ποσότητα δηλῶν τῶν καθ' ἑκάστην Ἐπιστολὴν μαρτυριῶν, καὶ συναπολήγων πάλιν τῇ Ἐπιστολῇ· ὁ δὲ διὰ τοῦ μέλανος B καὶ ὑποκείμενος τούτῳ, καθολικός ἐστιν ἀριθμὸς πάσης τῆς βίβλου καὶ συναυξόμενος μέχρι τέλους τῇ ἀναγνώσει, γνωρίζων ἡμῖν τὴν ποσότητα τῶν ἀφ' ἑκάστης (28) βίβλου μαρτυριῶν. Παρέθηκα γὰρ ἑκάστῃ τούτων τὸν ἴδιον ἀριθμὸν, ἵν' εἰδέναι ἔχῃς ποσάκις (29) τὴν ταύτην εἴληφα μαρτυρίαν ἐκ τῆς μνημονευθείσης ἅμα καὶ παρακειμένης βίβλου οἱ ἀπόστολοι. Εὑρήσεις δὲ τὴν διὰ τοῦ κιννάβαρεως ἀπαρίθμησιν κανονιζομένην τῇ πάλιν ἔνδον παρακειμένῃ αὐτοῖς τοῖς ῥητοῖς τοῦ τῶν καθολικῶν τεύχους.

ELENCHUS

Divinorum testimoniorum.

ΑΝΑΚΕΦΑΛΑΙΩΣΙΣ (30).

Θείων μαρτυριῶν.

C In Jacobi Epistola hæc testimonia continentur.

Ἰακώβου Ἐπιστολή (31).

I, I. Ex Levitico unica vice *cap.* XIX, *vers.* 18. Diliges proximum tuum sicut te ipsum, *cap.* II, *vers.* 8.

Λευϊτικοῦ. α', Ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτόν.

II, II. Ex Exodo unica vice *capite* XX, *vers.* 12. Non mœchaberis; non occides, *ibid. vers.* 11.

Ἐξόδου α'· Οὐ φονεύσεις, οὐ μοιχεύσεις.

III, III. Ex Genesi prima vice, *cap.* XV, *vers.* 6. Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam, *ibid. vers.* 23.

Γενέσεως α'· Ἐπίστευσεν δὲ Ἀβραὰμ τῷ Θεῷ, καὶ ἐλογίσθη αὐτῷ εἰς δικαιοσύνην.

IV, IV. Ex Proverbiis prima vice, *cap.* III, *vers.* 14. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, *cap.* IV, 6.

Παροιμιῶν α'· Κύριος ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται, ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

In Petri Epistola prima hæc testimonia continentur.

Πέτρου Ἐπιστολὴ πρώτη.

D I, V. Ex Levitico unica vice *cap.* XI, 44. Sancti eritis, quoniam ego sanctus sum, *cap.* I, 16.

Λευϊτικοῦ α' Ἅγιοι ἔσεσθε, ὅτι ἐγὼ ἅγιός εἰμι.

II, VI. Ex Isaia prima vice, *cap.* XXXX, 6. Omnis caro fenum, et omnis gloria hominis tanquam flos feni: exaruit fenum et flos ejus decidit, verbum autem Domini manet in æternum, *ibid.* 24.

Ἡσαΐου α'· Πᾶσα σὰρξ χόρτος (32), καὶ πᾶσα δόξα ἀνθρώπου ὡς ἄνθος χόρτου· ἐξηράνθη ὁ χόρτος καὶ τὸ ἄνθος ἐξέπεσεν· τὸ δὲ ῥῆμα Κυρίου μένει εἰς τὸν αἰῶνα.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ

(28) Cryptoferratensis ἐφ' ἑκάστης.

(29) In cod. Regio-Alexandrino scribitur hic ἔχοις πῶς τήν; sed infra, hoc idem programma repetens ante elenchum testimoniorum Epistolarum Pauli apostoli, habet πός. In Cryptoferratensi utrobique scribitur πόσ, quod nos nihil aliud, quam ποσάκις significare posse censuimus.

(30) In hoc testimoniorum elencho a librario qui Regio-Alexandrinum codicem exaravit, omissi sunt numeri de quibus in præcedenti programmate Euthalius loquitur; sed facile nobis fuit eos supplere, juxta ordinem in epistolis D. Pauli observatum.

(31) Tam hic, quam infra ἐπιστολῆς pro ἐπιστολὴ habet codex Cryptoferratensis.

(32) In textu Epistolæ est ὡς χόρτος.

Ψαλμοῦ λγ', α'· Γεύσασθε καὶ ἴδετε, ὅτι χριστὸς (male pro χρηστὸς) ὁ Κύριος.

A III, vii. Ex Psalmo xxxiii, vers. 9, prima vice ex Psalterio Gustate et videte, quoniam suavis est Dominus, cap. ii, 3.

Ἡσαΐου β'· Ἰδοὺ τίθημι ἐν Σιὼν λίθον ἐκλεκτὸν, ἀκρογωνιαῖον, ἔντιμον· καὶ ὁ πιστεύων ἐν αὐτῷ (33) οὐ μὴ καταισχυνθῇ.

IV, viii. Ex Isaia secunda vice, cap. xxviii, 16. Ecce pono in Sion lapidem electum, summum angularem, pretiosum; et qui crediderit in eum, non confundetur, cap. ii, 6.

Ψαλμοῦ ριζ', β'· Λίθον ὃν ἀπεδοκίμασαν οἱ οἰκοδομοῦντες, οὗτος ἐγενήθη εἰς κεφαλὴν γωνίας.

V, ix. Ex Psalmo cxvii, vers. 22, secunda vice ex Psalterio. Lapis quem reprobaverunt ædificantes, hic factus est in caput anguli, ibid. 7.

Ἡσαΐου γ'· Λίθος προσκόμματος καὶ πέτρα σκανδάλου.

VI, x. Ex Isaia tertia vice cap. viii, 14. Lapis offensionis et petra scandali, ibidem.

Ἐξόδου α'· Ὑμεῖς γένος ἐκλεκτὸν καὶ (34) βασίλειον ἱεράτευμα, ἔθνος ἅγιον, λαὸς εἰς περιποίησιν.

VII, xi. Ex Exodo prima vice, cap. xix, 5. Vos genus electum et regale sacerdotium, gens sancta, populus acquisitionis, ibid. 9.

Ὠσηὲ προφήτου α'· Ὁ λαός μου ὑμεῖς (35).

B XIII, xii. Ex Osea propheta prima vice, cap. ii, 24. Populus meus vos estis, ibid. 10.

Τοῦ αὐτοῦ προφήτου β'· Οἱ οὐκ ἠλεημένοι.

IX, xiii. Ex eodem propheta secunda vice, cap. i, 6. Qui non consecuti misericordiam, ibidem.

Ἡσαΐου δ'· Ὃς ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, οὐδὲ εὑρέθη δόλος ἐν τῷ στόματι αὐτοῦ.

X, xiv. Ex Isaia quarta vice, cap. liii, 9. Qui peccatum non fecit, nec inventus est dolus in ore ejus, ibid. 21.

Ψαλμοῦ λγ', γ'· Ὁ θέλων ζωὴν ἀγαπᾷν καὶ ἰδεῖν ἡμέρας ἀγαθὰς, παυσάτω τὴν γλῶσσαν ἀπὸ κακοῦ καὶ χείλη τοῦ μὴ λαλῆσαι δόλον· ἐκκλινάτω ἀπὸ κακοῦ καὶ ποιησάτω ἀγαθόν· ζητησάτω εἰρήνην καὶ διωξάτω αὐτήν· ὅτι ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ δικαίους, καὶ ὦτα αὐτοῦ εἰς δέησιν αὐτῶν· πρόσωπον δὲ Κυρίου ἐπὶ ποιοῦντας κακά.

XI, xv. Ex psalmo xxxiii, vers. 13, tertia vice ex Psalterio. Qui vult vitam diligere et videre dies bonos, coerceat linguam suam a malo et lingua ejus ne loquatur dolum; declinet a malo, et faciat bonum, inquirat pacem, et sequatur eam : oculi Domini super justos, et aures ejus in preces eorum; vultus autem Domini super facientes mala, cap. iii, 10.

Ἡσαΐου ε'· Τὸν δὲ φόβον αὐτῶν μὴ φοβηθῆτε, μηδὲ ταραχθῆτε· Κύριον δὲ τὸν Χριστὸν (36) ἁγιάσατε.

C XII, xvi. Ex Isaia quinta vice, cap. viii, vers. 12. Timorem autem eorum ne timueritis, neque conturbemini; Dominum autem Christum sanctificate, ibid. vers. 14.

Παροιμιῶν α'· Εἰ ὁ μὲν δίκαιος μόλις σώζεται, ὁ ἀσεβὴς καὶ ἁμαρτωλὸς ποῦ φανεῖται;

XIII, xvii. Ex Proverbiis prima vice, cap. xi, 31. Si justus quidem vix salvatur, injustus et peccator ubi parebunt? cap. iv, vers. 18.

Παροιμιῶν· Ὁ Θεὸς ὑπερηφάνοις ἀντιτάσσεται· ταπεινοῖς δὲ δίδωσι χάριν.

XIV, xviii. Ex eisdem secunda vice, cap. iii, 14. Deus superbis resistit, humilibus autem dat gratiam, cap. v, 5.

Πέτρου Ἐπιστολὴ ἡ δευτέρα.

In Petri Epistola II, hæc testimonia continentur.

Ματθαίου εὐαγγελιστοῦ α'· Οὗτός ἐστιν ὁ Υἱός μου ὁ ἀγαπητὸς ἐν ᾧ ηὐδόκησα.

I, xix. Ex Matthæo evangelista prima vice, cap. xvii, 1. Hic est Filius meus dilectus, in quo mihi complacui, cap. i, 18.

Τοῦ αὐτοῦ εὐαγγελιστοῦ β'· Γέγονεν αὐτοῖς τα ἔσχατα χείρονα τῶν πρώτων.

D II, xx. Ex eodem evangelista secunda vice, cap. vii, 45. Facta sunt eis posteriora deteriora prioribus, cap. ii, 20.

Παροιμιῶν α'· Ὡς κύων ἐπιστρέψας ἐπὶ τὸ ἴδιον ἐξέραμα, καὶ υς λουσαμένη εἰς κύλισμα βορβόρου.

III, xxi. Ex Proverbiis unica vice, cap. xxvi, 11. Tanquam canis reversus ad suum vomitum, et sus lota in volutabro luti, cap. 22.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(33) Cod. Crypt. ἐπ' αὐτῷ, ut in Romana LXX Interpr. editione.

(34) Cryptoferratensis non habet καί, ut in modo memorata editione.

(35) Idem codex, Οὐ λαός μου ὑμεῖς· et melius quidem, meo judicio; Petrus enim respicere videtur, non ad locum Oseæ cap. ii, 24, ut in margine bibliorum adnotari solet; sed ad alium ejusdem locum cap. i, 9.

(36) Cryptof. cod. Θεόν, quemadmodum et Græcanæ in usu habetur editio; at in Vulgata est Christus, quam lectionem comprobat codex Regio-Alexandrinus.

In Joannis Epistola I, hæc testimonia continentur.

I, XXII. Ex Joanne evangelista unica vice, *cap.* VIII, 12. Deus lux est, et tenebræ in eo non sunt ullæ, *cap.* I, 5

In secunda, et tertia Epistola nullius sententiæ ex aliis sacræ Scripturæ libris desumptæ, mentionem facit Joannes apostolus et evangelista, ut jam dictum est

In Judæ Epistola hæc testimonia continentur.

I, XXIII. Ex Moyse apocrypho unica vice. Imperet tibi Dominus, *vers.* 9.

II, XXIV. Ex Enoch apocrypho unica vice. Ecce venit Dominus in sanctis millibus suis facere judicium contra omnes, et arguere omnes impios de omnibus operibus eorum, et de omnibus duris quæ locuti sunt contra eum, *vers.* 14.

Omnia testimonia catholicarum Epistolarum sunt XXIV; nempe, Ex Genesi unum, Ex libro Exodi duo. Ex Psalmis tria. Ex Proverbiis quatuor. Ex Osea propheta duo. Ex Isaia quinque. Ex Matthæo evangelista duo. Ex Joanne evangelista unum. Ex Enoch apocrypho unum. Ex Moyse apocrypho unum.

ARGUMENTUM

Epistolæ catholicæ Jacobi.

Hanc Epistolam scribit Jacobus Judæis illis, e duodecim tribus ubique gentium dispersis, qui crediderant in Dominum nostrum Jesum Christum. Scribit autem doctrinalem Epistolam, in qua de tentationum varietate docet; et quidnam a Deo sit, quidnam vero a proprio hominum corde proficiscatur, ostendit. Præterea non verbo tantum, sed et opere fidei specimen præbendum; neque auditores tantum, sed factores legis justificari, declarat. De divitibus quoque præcipit, ne in cœtu ecclesiæ pauperibus præferantur; sed potius increpentur, tanquam fastuosi ac superbi. Tandem, postquam eos qui injuriis afficiuntur, consolatus est atque hortatus, ut longanimes sint usque ad Judicis adventum; ac præterea, ubi de patientia quoque nonnulla docuit, ejusque utilitatem Jobi exemplo monstravit, mox etiam præcipit, ut advocent presbyte-

A Ἰωάννου Ἐπιστολὴ πρώτη.

Ἰωάννου εὐαγγελιστοῦ α'· Ὁ Θεὸς φῶς ἐστιν, καὶ σκοτία ἐν αὐτῷ οὐκ ἔστιν οὐδεμία.

Ἐν τῇ δευτέρᾳ καὶ τρίτῃ αὐτοῦ Ἐπιστολῇ οὐδοπόθεν (37) ῥητοῦ Ἰωάννης ὁ ἀπόστολος καὶ εὐαγγελιστής, ὡς ἤδη εἴρηται.

Ἰούδα Ἐπιστολή.

Μωϋσέως ἀποκρύφου α'· Ἐπιτιμήσαι σοι ὁ Κύριος.

Ἐνὼχ ἀποκρύφου α'· Ἰδοὺ ἦλθεν (38) ὁ Κύριος ἐν ἁγίαις μυριάσιν αὐτοῦ, ποιῆσαι κρίσιν κατὰ πάντων καὶ ἐλέγξαι πάντας τοὺς ἀσεβεῖς περὶ πάντων τῶν ἔργων αὐτῶν, καὶ περὶ πάντων τῶν σκληρῶν
B λόγων, ὧν ἐλάλησαν κατ' αὐτοῦ.

Ὁμοῦ πᾶσαι αἱ μαρτυρίαι τῶν καθολικῶν κδ'.

Γενέσεως α'. Ἐξόδου β'. Λευϊτικοῦ β'. Ψαλτηρίου γ'. Παροιμιῶν δ'. Ὠσηὲ προφήτου β'. Ἡσαΐου ε'. Ματθαίου εὐαγγελιστοῦ β'. Ἰωάννου εὐαγγελιστοῦ α'. Ἐνὼχ ἀποκρύφου α'. Μωϋσέως ἀποκρύφου α'.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆς καθολικῆς Ἰακώβου Ἐπιστολῆς.

Ταύτην γράφει (39) τοῖς ἀπὸ τῶν δώδεκα φυλῶν διασπαρεῖσιν, καὶ πιστεύσασιν εἰς τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Γράφει δὲ διδασκαλικὴν Ἐπιστολὴν, διδάσκων περὶ διαφορᾶς πειρασμῶν ποῖος μέν ἐστι ἀπὸ Θεοῦ, ποῖος δὲ ἀπὸ τῆς ἰδίας καρδίας τῶν ἀν-
C θρώπων ἐστί. Καὶ ὅτι οὐ λόγῳ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ δεῖ δεικνύναι τὴν πίστιν· καὶ οὐχ οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ δικαιοῦνται (40). Περί τε τῶν πλουσίων παραγγέλλει, ἵνα μὴ προκρίνωνται τῶν πτωχῶν οἱ πλούσιοι ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ ἐπιπλήσσωνται, ὡς ὑπερήφανοι· καὶ τέλος παραμυθησάμενος τοὺς ἀδικουμένους καὶ προτρεψάμενος αὐτοὺς μακροθυμεῖν ἕως τῆς παρουσίας τοῦ Κριτοῦ, καὶ διδάξας (41) περὶ ὑπομονῆς καὶ δείξας ἐκ τοῦ Ἰὼβ τὸ χρηστὸν τῆς ὑπομονῆς, παραγγέλλει προσκαλεῖσθαι (42) τοὺς πρεσβυτέρους ἐπὶ τοὺς ἀσθενοῦντας, καὶ σπουδάζειν ἐπιστρέφειν τοὺς πλανηθέντας ἐπὶ τὴν ἀλή-

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(37) In Cryptoferratensi scribitur οὐδ' ὁπόθεν; sed fortasse legendum οὐδέποτε, quemadmodum supra pag. 480 editum est; quamvis in Regio-Alexandrino codice esset οὐδόποθεν.

(38) Hunc locum hic mutilum refert Euthalius; nam fusior est in epistolæ contextu.

(39) Argumentum hoc aliter incipit in Regio-Alexandrino codice, et in duobus Vaticanis in quibus ita scribitur, ἐπειδὴ αὐτὸς Ἰάκωβος ταύτην γράφει: atque ita etiam legitur in bibliorum editione Complutensi, licet in aliis codd. et in Erasmiana, Aldina atque Stephaniana editionibus aptius incipiat, ταύτην ἐπιστέλλει vel γράφει τοῖς ἀπό, cæt. Quin et in Vaticano cod. n. 367, duplici modo hujus Epistolæ argumentum scribitur; semel quidem, ut in Erasmiana aliisque modo memoratis editionibus, iterum vero juxta Regio-Alex. codicis lectionem. Causa hujus diversitatis inde orta fuisse videtur, quod fortasse aliquam interrogationem tituli loco huic argumento Euthalius præfixerit, puta διὰ Ἰακώβου ἐπιστολὴ καθολικὴ λέγεται, vel quid simile; quam interrogationem, veluti supervacaneam nulla in ipso argumento mutatione facta, librarii rejecerint; nam infra simile quidpiam habetur ante argumentum Epistolæ ad Romanos, ubi interrogans Euthalius: Διὰ τί Παύλου Ἐπιστολαὶ δεκατέσσαρες λέγονται, statim respondet Ἐπειδὴ ταύτας αὐτὸς ὁ Ἀπόστολος ἰδίᾳ ἐπιστέλλει, cæt. Nos autem rejecta codicis Regio-Alexandrini lectione, aliam, utpote clariorem, tam hic quam in tribus sequentibus Epistolis in quibus eadem varietas reperitur, secuti sumus.

(40) Codex Urbinas, οἱ ἀκροαταὶ τοῦ νόμου δικαιοῦνται, ἀλλ' οἱ ποιηταὶ τοῦ νόμου περί τε.

(41) Vat. cod. n. 367 semel habet καὶ διδάξας ἐκ τοῦ Ἰώβ. Altera vero vice legit ut editum est, solumque prò χρηστόν habet χρήσιμον.

(42) Idem codex καὶ προσκαλεῖσθαι.

θειαν· εἶναι γὰρ τούτου μισθὸν παρὰ τοῦ Κυρίου A ἄφεσιν ἁμαρτιῶν· καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

ΕΚΘΕΣΙΣ

Κεφαλαίων τῆς καθολικῆς Ἰακώβου Ἐπιστολῆς μεθ' ὧν περιέχει μερικῶν ὑποδιαιρέσεων τῶν διὰ κινναβάρεως.

Περὶ ὑπομονῆς καὶ πίστεως ἀδιακρίτου, καὶ περὶ ταπεινοφροσύνης πρὸς πλουσίους.

Ἐν ᾧ περὶ τῆς ἐν ἡμῖν πειράσεως καὶ τῶν ἐξ αὐτῆς παθῶν, ὅτι οὐ παρὰ Θεοῦ τὸ αἴτιον· εἴ τι γὰρ ἀγαθὸν ἡμῖν, παρ' αὐτοῦ.

B Περὶ πραΰτητος καὶ ἁγνείας καὶ πράξεως ἀγαθῆς μεταδοτικῆς ἐπὶ μακαρισμῷ, καὶ περὶ ἐπιστήμης καὶ συμμετρίας λόγου.

Περὶ τῆς πρὸς ἕκαστον ἀγάπης ἀπροσωπολήπτου κατὰ νόμον.

Ὅτι οὐκ ἐκ πίστεως μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξ ἔργων· καὶ οὐκ ἐκ θατέρου ἰδίως, ἀλλ' ἐξ ἀμφοῖν ἅμα δικαιοῦται ἄνθρωπος.

Ὅτι ἡ προπετὴς καὶ ἄτακτος γλῶσσα θανατοῖ τὸν κεκτημένον, ἧς κρατεῖν ἀνάγκη εἰς εὐφημίαν καὶ δόξαν Θεοῦ.

C Ἐν ᾧ περὶ ἀναστροφῆς ἀγαθῆς καὶ ἀμάχου πρὸς ἀλλήλους ἐκ φιλοδοξίας τῆς ἐπὶ σοφίᾳ ἀνθρωπίνῃ.

Περὶ θείας σοφίας (43).

Ὅτι ἐκ ῥᾳθυμίας καὶ φιληδονίας ἔρις, καὶ ἀκαταστασία, καὶ ἡ πρὸς Θεὸν ἔχθρα γίνεται.

Περὶ μετανοίας πρὸς σωτηρίαν, καὶ περὶ τοῦ μὴ κρίνειν τὸν πλησίον.

Ὅτι οὐκ ἐν ἀνθρώπῳ, ἀλλ' ἐν Θεῷ τὰ διαβήματα ἀνθρώπου κατευθύνεται.

Ἐν ᾧ περὶ πλεονεξίας πλουσίων καὶ τῆς ἐν κόσμῳ D τρυφῆς αὐτῶν, καὶ περὶ δικαιοκρισίας Θεοῦ.

(44) Περὶ μακροθυμίας καὶ ὑπομονῆς παθημάτων, καὶ περὶ ἀληθείας.

Παραινέσεις ἰδικαὶ ἑκάστῳ προσήκουσαι μετὰ πίστεως.

Ὅτι διακονητέον τῇ τοῦ πλησίου σωτηρίᾳ. Στίχοι κε'.

rus ad infirmos, utque studeant ad veritatem eos qui ab ipsa aberrant, revocare, cum hujus rei mercedem Dominus peccatorum remissionem constituerit; atque ita concludit Epistolam.

ELENCHUS

Capitum catholicæ Jacobi Epistolæ cum particularibus subdivisionibus quas continent, cinnabari exaratis.

I. De tolerantia et fide nihil hæsitante, et de humilitate a divitibus servanda.

I. Ubi de tentatione quæ in nobis est, et de passionibus ex ipsa ortum habentibus, quod nempe earum causa Deus non sit : si quid enim boni facimus, id totum ab ipso est, *cap.* I, 13.

II. De mansuetudine et innocentia, deque operibus bonis quibus beatitudinem nobis comparamus, et de scientia atque sermonis modestia, *cap.* I, 19.

III. De charitate qua singulos quosque indiscriminatim secundum legis præcepta complecti debemus, *cap.* II, 1.

IV. Non ex sola fide, sed ex operibus quoque; et non ex altero seorsim, sed ex utrisque simul hominem justificari, *cap.* II, 14. *Cryptofer. incipit vers.* 18.

V. Præcipitem et incompositam linguam perniciem hominibus afferre, eamque cohibere necessarium esse ad laudem gloriamque Dei, *cap.* III, 1.

I. In quo de conversatione cum fratribus probe habenda et sine rixis, quæ ex gloriæ cupiditate humanæ sapientiæ insita oriri solent, *ibid.* 13.

II. De divina sapientia, *ibid. vers.* 17.

III. Quod ex socordia et voluptatum amore lites, seditiones et inimicitias adversus Deum originem habeant, *cap.* IV, 1.

IV. Denique de pœnitentia ad salutem consequendam necessaria, et de proximi actionibus non judicandis, *cap.* IV, 7.

VI. Quod non per hominem, sed per Deum humani gressus diriguntur, *ibid.* 13.

I. In quo de avaritia divitum deque ipsorum in hoc mundo deliciis, ac de justo Dei judicio, *cap.* V, 1.

II. De longanimitate et tolerantia in adversis, ac de veritate, *ibid.* 10. *In Palatino codice incipit vers.* 6.

III. Speciales adhortationes fidei pietate refertæ, ad uniuscujusque statum convenientes, *forte vers.* 12.

IV. Et quod inserviendum est fratrum saluti, *ibid.* 19. Versus hujus Elenchi sunt XXV.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(43) Steph. ἐν ᾧ περί. Œcumenius καὶ περί.

(44) Apud Œcumenium hinc incipit caput septimum, et ante vocem παραινέσεις ponit ἐν ᾧ, ac si subdivisio esset.

ARGUMENTUM

Prioris catholicæ Petri Epistolæ.

Doctrinalem hanc Epistolam scribit ipse Petrus Judæis illis, ubique gentium dispersis, qui Christo nomen dederant: nam cum recens ex Judæis Christiani facti essent, ipsos in fide confirmat. Et primum quidem ostendit, fidem in Christum et redemptionem quæ per ejusdem Christi sanguinem facienda erat, a prophetis indicatam antea fuisse, et tam ipsis quam gentibus annuntiata fuisse omnia in quæ desiderant angeli prospicere. Deinde ubi suasit, ut digne ad eum qui ipsos vocavit, convertantur, hortatur etiam, ut regibus honorem deferant. Mulieribus insuper eorumque viris, ut concordes sint præcipit; et ubi nonnulla de moribus monuit, salutis et resurrectionis gratiam quam per Evangelii præconium sortiti sumus, inferis quoque a Domino communicatam fuisse significat; ut qui jam mortui fuerant, resurgerent et judicarentur quidem in corpore, in resurrectionis vero gratia permanerent. Præterea finem universi tandem appropinquasse, ideoque omnes paratos esse debere dicit, tanquam judici rationem gestorum suorum reddituros: atque ita concludit Epistolam.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Εἰς τὴν Πέτρου πρώτην Ἐπιστολήν.

(45) Ταύτην ὁ Πέτρος αὐτὸς (46) τοῖς ἐν τῇ διασπορᾷ οὖσιν Ἰουδαίοις καὶ γενομένοις Χριστιανοῖς, γράφει τὴν Ἐπιστολὴν διδασκαλικήν. Ἐπειδὴ (47) γὰρ ἀπὸ Ἰουδαίων ἐπίστευσαν, ἐπιστηρίζει αὐτούς. Καὶ πρῶτον μὲν ἐξηγεῖται καὶ ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἡ εἰς τὸν Χριστὸν πίστις ἀπὸ τῶν προφητῶν κατηγγέλη, καὶ δι' αὐτῶν ἐμηνύθη ἡ διὰ τοῦ αἵματος αὐτοῦ λύτρωσις (48), καὶ ὅτι αὐτοῖς καὶ τοῖς ἔθνεσιν εὐηγγελίσθη τὰ πάντα, εἰς ἃ ἐπιθυμοῦσιν ἄγγελοι παρακύψαι. Εἶτα συμβουλεύσας ἀξίως τοῦ καλέσαντος ἀναστρέφεσθαι, προτρέπει καὶ βασιλέας τιμᾷν· γυναιξί τε καὶ ἀνδράσιν ὁμοφροσύνην παραγγέλλει (49), καὶ εἰς τὰ ἤθη παραινέσας ὀλίγα, σημαίνει ὅτι καὶ εἰς τὸν ᾅδην γέγονε (50) παρὰ τοῦ Κυρίου τὸ κήρυγμα τῆς σωτηρίας καὶ ἀναστάσεως, ἵνα καὶ οἱ προαποθανόντες ἀναστῶσι (51) καὶ κριθῶσι μὲν ἐν τῷ σώματι, τῇ δὲ χάριτι τῆς ἀναστάσεως (52) διαμείνωσι. Καὶ ὅτι τὸ τέλος πάντων λοιπὸν ἤγγικεν (53), καὶ ὀφείλουσι πάντες ἕτοιμοι γίνεσθαι, ὡς λόγον ἀποδιδόντες (54) τῷ Κριτῇ· καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

CAPITA

Prioris Epistolæ Petri.

I. De regeneratione in Christo et in mundi adversis tolerantia, deque salutari fide quæ prænuntiata est a prophetis.

II. De spe, sanctificatione et de constanti vitæ ratione quæ Dei adoptioni respondeat, *cap.* I, 13.

III. De vita quæ Dei adoptivos deceat, in Christo instituenda ad gloriam Dei, et ad eorum quoque utilitatem qui ab ejus fide sunt alieni, *cap.* II, 1.

IV. De obedientia sæculi potestatibus præstanda, et de fraterno amore divinoque cultu, *cap.* II, 13.

I. Ubi de servorum subjectione et in calamitatibus patientia propter Christum, *cap.* II, 18.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

Πέτρου Ἐπιστολῆς πρώτης.

Περὶ τῆς ἐν Χριστῷ ἀναγεννήσεως, καὶ περὶ ὑπομονῆς πειρασμῶν, καὶ περὶ σωτηριώδους πίστεως προκατηγγελμένης ὑπὸ τῶν προφητῶν.

Περὶ ἐλπίδος, καὶ ἁγιασμοῦ τῆς τε ὀφειλομένης ἐπὶ τῇ υἱοθεσίᾳ ἀσφαλοῦς ἀναστροφῆς.

Περὶ τοῦ ἐπαξίως τῆς υἱοθεσίας ζῆν ἐν Χριστῷ πρὸς ὠφέλειαν καὶ τῶν ἔξωθεν, εἰς δόξαν Θεοῦ.

Περὶ τῆς πρὸς ἄρχοντας ὑποταγῆς, καὶ φιλαδελφίας καὶ θεοσεβείας.

Ἐν ᾧ περὶ δούλων ὑποταγῆς, καὶ ἀνεξικάκου ὑπομονῆς διὰ Χριστόν.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(45) Hoc argumentum in codicibus Regio-Alexandrino, Cryptoferratensi, Lolliniano et Vaticano n. 363, ita incipit, ἐπειδὴ ὁ Πέτρος αὐτός, cæt. At in Vaticano altero codice his scribitur; semel quidem, ut in codice Regio-Alexandrino, iterum vero, ut in bibliorum editione Complutensi. Aliter etiam hoc argumentum orditur in Erasmiana, Aldina et Stephaniana Novi Testamenti editione, licet a memoratis codicibus in sensu nil differant. Nos autem eam lectionem secuti sumus, quæ apud Œcumenium habetur, cum ad Regio-Alexandrini et aliorum Vaticanæ bibliothecæ codicum lectionem accederet. De hujus varietatis causa, vide quæ supra notavimus ad argumentum Epistolæ Jacobi apostoli.

(46) Pronomen αὐτός deest in Cryptof. et Vat. n. 363; at in Urbinate est αὐτοῖς.

(47) In Urbinate, Lolliniano et Vaticano n. 367, prima vice est διότι γάρ.

(48) In Complutensi bibliorum editione, in codd. Urbinate, Lolliniano et Vaticano num. 367, prima vice ἀπολύτρωσις.

(49) Vaticanus n. 363, Cryptofer. et alter Vaticanus secunda vice habent καταγγέλλει.

(50) In cod. Regio-Alex. deest γέγονε. At male in Urbinate et in Vat. n. 363, legitur, ὅτι εἰς τοῦτο γέγονε. Ita et Lollinianus et Vatic. n. 567, prima vice. Male etiam in Complutensi bibliorum editione, et apud Œcumenium, ὅτι καὶ εἰς τὸν ᾅδην τοῦτο γέγονε.

(51) In Urbinate et Lolliniano est, ἀναστῶσι μὲν, καὶ κριθῶσι ἐν τῷ σώματι. In Cryptof. et Vat. n. 363, ἀναστῶσι καὶ κριθῶσι μὲν τῷ σώματι. Utramque lectionem exhibet alter Vaticanus.

(52) Male Urbinas, τῆς δυνάμεως.

(53) Item etiam Vat. n. 363. alii omnes, ἤγγισεν.

(54) Vat. cod. n. 363. ἀποδόντες. Erasmus, Aldus et Stephanus ἀποδώσοντες.

A Περὶ ὑπακοῆς γυναικῶν, καὶ ὁμονοίας τῆς πρὸς τοὺς ἄνδρας καὶ σωτηρίας τῆς ἐν πνεύματι, εἰς τύπον Σάῤῥας.

Περὶ τῆς ἀνδρῶν πρὸς γυναῖκας συμπεριφορᾶς.

Περὶ τῆς πρὸς ἅπαντας ἐπιεικοῦς ἀνεξικακίας, ἧς τύπος ἡ ἐπὶ Νῶε τοῦ Θεοῦ φιλανθρωπία· ἐφ' ἡμᾶς δὲ ἡ διὰ τοῦ βαπτίσματος τοῦ Χριστοῦ συμπάθεια.

Περὶ ἀποθέσεως φαύλων πράξεων, καὶ ἐπαναλήψεως τῶν ἐν πνεύματι καρπῶν κατὰ τὴν διαφορὰν τῶν χαρισμάτων.

Ὅτι κοινωνίᾳ τῇ πρὸς Χριστὸν κρατεῖν χρὴ τῶν φυσικῶν παθῶν, ἐλπίδι τε τῇ εἰς αὐτὸν φέρειν τὰς παρ' ἑτέρων βλάβας.

B Παραίνεσις πρεσβυτέροις περὶ ἐπισκοπῆς τοῦ ποιμνίου.

Ἐν ᾧ περὶ κοινῆς πάντων πρὸς ἕκαστον ταπεινοφροσύνης εἰς νίκην τὴν κατὰ τοῦ διαβόλου.

Εὐχὴ ὑπὲρ τελειώσεως τῶν πιστευόντων. Στίχοι κε'.

II. De obedientia mulierum et concordia cum earum viris, et de salute spirituali ad similitudinem Sarræ, *cap.* III, 1.

III. De comitate atque facilitate, qua viri mulieres complecti debent, *ibid.* 7.

IV. De perversis fratrum moribus mansuete tolerandis, cujus rei typus est Dei benignitas erga Noe, et in nos Christi misericordia per baptismum, *ibid.* 15, ab illis verbis, *Parati*, cæt.

V. Quod a malis operibus cessare, et spirituales virtutum fructus iterum juxta donorum diversitatem edere debeamus, *cap.* IV, 1.

VI. Quod communione cum Christo, naturæ passiones vincere, et illata ab aliis damna firma in eumdem spe ferre oporteat, *cap.* IV, 12.

VII. Hortatio ad presbyteros de cura gregis, *cap.* V, 1.

I. Ubi quod omnes humili atque demisso animo erga unumquemque esse debeant, ad victoriam adversus diabolum obtinendam, *ibid.* 6.

VIII. Precatio ad Deum pro fidelium perfectione, *cap.* V, 9. Versus hujus elenchi sunt XXV.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Πέτρου β' Ἐπιστολῆς.

Ταύτην πάλιν (55) αὐτὸς ὁ Πέτρος ἐπιστέλλει τοῖς ἤδη πιστεύσασιν· ἔστι δὲ ἡ ἐπιστολὴ ὑπόμνησις τῶν πρώτων. Εἰδὼς γὰρ ταχεῖαν ἑαυτοῦ ἔσεσθαι τὴν ἀνάλυσιν τοῦ σώματος, ἐσπούδασεν πάντας ὑπομνῆσαι περὶ ὧν ὑποκατηχήθησαν τὴν διδασκαλίαν (56). Καὶ
C πρῶτον μὲν περὶ τῆς πίστεως ἐξηγεῖται, δεικνὺς ἀπὸ τῶν προφητῶν αὐτὴν εὐηγγελίσθαι, καὶ ὅτι αἱ προφητεῖαι αἱ περὶ τοῦ Σωτῆρος, οὐκ εἰσὶν ἀνθρώπιναι, ἀλλὰ παρὰ Θεοῦ ἐλαλήθησαν. Ἔπειτα παραγγέλλει μὴ προσέχειν τοῖς ἀπατῶσι, λέγων ἔσεσθαι αὐτῶν ἀπώλειαν, ὥσπερ καὶ τῶν παραβάντων ἀγγέλων γέγονε. Προμηνύει δὲ ἐν τῇ ἐπιστολῇ ἡμέρας ἔσεσθαι, ἐν αἷς ἐμπαῖκται περιπατήσουσιν καὶ θελήσουσιν ἀπατᾷν τινας, λέγοντες, μάτην λέγεσθαι παρ' ἡμῶν τὴν παρουσίαν τοῦ Σωτῆρος, διὰ τὸ ἀεὶ λέγεσθαι, καὶ μήπω παραγενέσθαι. Ἀπὸ τούτων οὖν καὶ μάλιστα ἀπέχεσθαι παραγγέλλει, διδάσκων μὴ ὀλιγωρεῖν ἐν τοῖς χρόνοις· πάντα γὰρ τὸν χρόνον μηδὲν εἶναι ἐνώπιον Κυρίου, διὰ τὸ εἶναι καὶ τὴν μίαν ἡμέραν ὡς χίλια ἔτη· εἶναι (57) καὶ τὰ χίλια ἔτη ὡς ἡμέραν
D μίαν. Ἔσεσθαι δὲ ταχέως τὴν ἡμέραν Κυρίου διαβεβαιοῦται, καὶ ἀποδείκνυσιν, καὶ ἐντέλλεται ἑτοίμους τε εἶναι πάντας εἰς αὐτὴν ἐν ἔργοις ἀγαθοῖς, καὶ ἀγαπᾷν τὰ ὑπὸ τοῦ Ἀποστόλου γραφέντα, καὶ μὴ προσέχειν τοῖς διαβάλλουσιν αὐτά, διὰ τὸ καὶ πάσας τὰς θείας Γραφὰς διαβάλλειν αὐτούς. Ὑπομνήσας οὖν καὶ διδάξας πάντας προειδέναι τὰ πράγματα, παρ-

ARGUMENTUM

Secundæ Petri Epistolæ.

Hanc iterum idem Petrus iis qui jam crediderant epistolam scribit, qua in eorum memoriam tradita prius ipsis fidei præcepta reducit. Cum enim sciret fore ut brevi e vita discederet, omnes de doctrina admonere studuit qua instructi fuerant. Et primum quidem de fide tractat, ostendens ipsam a prophetis annuntiatam fuisse, et prophetias quæ de Salvatore loquuntur, non esse humanas, sed Deo inspirante prolatas. Deinde præcipit ne seductores attendant, dicens talem ipsorum perditionem fore, qualis et transgressorum angelorum fuit. Prænuntiat autem in epistola, fore ut dies veniant quibus illusores vagabunt, nonnullosque seducere tentabunt, dicentes, in vanum a nobis prædicari futurum Salvatoris adventum, eo quod semper præsto esse dicatur et nondum advenerit. Hos igitur maxime cavere præcipit, docens non esse negligenter transigenda tempora, cum omne tempus nihil sit coram Deo, propterea quod unus dies coram ipso sit tam quam mille anni, et mille anni tanquam dies unus. Confirmat autem atque declarat brevi futuram diem Domini, præcipitque ut omnes ad ipsam operibus bonis parati sint, et ut amplectantur ea quæ ab apostolo Paulo scripta sunt, nec eos attendant qui illa calumniantur, eo quod omnes quoque divinas Scripturas calumnientur. Ubi itaque admonuit, docuitque omnes futura prospicere, hortatur den-

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(55) In codice Regio-Alexandrino, Urbinate et duobus Vaticanis est, ἐπειδὴ καὶ ταύτην πάλιν· nos tamen secuti sumus Complutensem, Erasmianam, Aldinam et Stephanianam editiones, ea ratione freti quam supra adduximus in notis ad argumentum Epistolæ Jacobi apostoli.

(56) Œcumenius, τῆς διδασκαλίας· aliter omnes Vaticani.

(57) Verbum εἶναι hic non repetit Œcumenius, nec Stephanus, nec Erasmus.

que, ut a fidei proposito non excidant: atque ita concludit epistolam.

CAPITA

Secundæ Epistolæ Petri.

I. De vocatione per fidem, bonis operibus et futurorum spe bonorum confirmata.

II. Admonitio ne traditæ ipsis doctrinæ post suum obitum obliviscantur, et quomodo in monte Thabor Dei de Christo vocem audiverit, *cap.* I, 10.

III. Prædictio fraudulenti hæreticorum ortus, et impietatis ac futuri eorumdem supplicii, *cap.* II, 1.

IV. Repetitio de hæreticorum pravitate, *cap.* III, 3. *In Palat. vers.* 1.

I. Ubi dicitur Christum ex improviso venturum in consummatione hujus sæculi, ideoque oportere ut omni virtute instructi sint, *cap.* III, 10. In Vatic. *n.* 363, *cap.* III, 11. Versus hujus elenchi sunt x.

ARGUMENTUM

Joannis Epistolæ primæ.

Idem Joannes qui Evangelium scripsit, hanc quoque epistolam exaravit, ut admoneret illos qui jam in Dominum crediderant. Et primum quidem sicut in Evangelio, ita et in hac epistola theologice tractat de Verbo, ostendens ipsum semper in Deo esse, docensque Patrem esse lucem, ut hoc etiam pacto splendoris instar, Verbum ex ipso esse cognoscamus. Theologice autem explicat, non recens esse quod nobis revelatum est mysterium; sed ipsum quidem ab initio semperque fuisse, nunc autem per Dominum qui vita æterna et Deus verus est, manifestatum fuisse. Porro hunc adventus ac manifestationis ipsius causam esse dicit, ut everterentur opera diaboli, nos a morte liberaremur et cognosceremus Patrem, et ipsum ejus Filium Dominum nostrum Jesum Christum. Scribit ergo ad cujuscunque ætatis homines, ad pueros, ad adolescentes, ad senes, Deum quidem notum jam esse factum, diabolicam vero potestatem, abolita morte tandem superatam fuisse asserens. Deinde tota postmodum epistola de dilectione et charitate agit, jubens ut invicem alter alterum diligat; idque a nobis faciendum esse demonstrat, quoniam et Christus dilexit nos. Tractat itaque de diversitate inter timorem et dilectionem, et inter filios Dei ac filios diaboli; præterea de peccato quod ad mortem est, deque eo quod non est ad mortem; quin et de diversitate

A αινεῖ μὴ ἐκπίπτειν τοῦ σκοποῦ τῆς πίστεως καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

Πέτρου Ἐπιστολῆς β'.

Περὶ κλήσεως τῆς ἐν πίστει, ἔργοις βεβαιουμένης τοῖς τῆς ἀρετῆς, καὶ ἐλπίδος (58) τῶν μελλόντων ἀγαθῶν.

Παραγγελία εἰς ὑπόμνησιν τῆς διδασκαλίας μετὰ τὴν ἀνάλυσιν αὐτοῦ, καὶ ὅπως ἐν ὄρει Θαβὼρ τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ Χριστοῦ (59) ἐπήκουσε φωνῆς.

Πρόῤῥησις ἀπατηλῆς ἐπαναστάσεως αἱρετικῶν, ἀσεβείας τε αὐτῶν, καὶ μελλούσης κολάσεως.

Ἐπανάληψις περὶ κακίας ἀνθρώπων αἱρετικῶν.

B Ἐν ᾧ ὅτι αἰφνιδίως ἥξει Χριστὸς ἐπὶ συντελείᾳ τοῦδε τοῦ αἰῶνος, ὥστε δεῖν εὐτρεπίζεσθαι πάσῃ ἀρετῇ. Στίχοι ι'.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Ἰωάννου πρώτης Ἐπιστολῆς.

Ταύτην αὐτὸς ὁ Ἰωάννης, ὁ τὸ Εὐαγγέλιον γράψας, ἐπιστέλλει,(60) ὑπομιμνήσκων τοὺς ἤδη πιστεύσαντας εἰς τὸν Κύριον. Καὶ πρῶτον μὲν ὥσπερ ἐν τῷ Εὐαγγελίῳ, οὕτως καὶ ἐν ταύτῃ τῇ ἐπιστολῇ θεολογεῖ περὶ τοῦ Λόγου, ἀποδεικνὺς αὐτὸν ἀεὶ εἶναι ἐν τῷ Θεῷ, καὶ διδάσκων τὸν Πατέρα φῶς εἶναι, ἵνα καὶ οὕτως γνῶμεν, τὸν Λόγον, ὡς ἀπαύγασμα, ἐξ C αὐτοῦ εἶναι. Θεολογῶν δὲ ἐξηγεῖται μὴ νεώτερον εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον· ἀλλ' ἐξ ἀρχῆς μὲν καὶ ἀεὶ τυγχάνειν αὐτόν· νῦν δὲ πεφανερῶσθαι ἐν τῷ Κυρίῳ, ὅστις ἐστὶ ζωὴ αἰώνιος καὶ Θεὸς ἀληθινός. Καὶ τὸ αἴτιον δὲ τῆς τούτου παρουσίας καὶ ἐπιφανείας αὐτοῦ τίθησι, λέγων εἶναι τοῦτο ἐπὶ τῷ καταλῦσαι τὰ ἔργα τοῦ διαβόλου, καὶ ἡμᾶς ἐλευθερωθῆναι ἀπὸ τοῦ θανάτου, καὶ γινώσκειν ἡμᾶς τὸν Πατέρα, καὶ αὐτὸν τὸν Υἱὸν τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν. Γράφει γοῦν πρὸς πᾶσαν ἡλικίαν, πρὸς παιδία, πρὸς νεανίσκους, πρὸς γέροντας, ὅτι μὲν Θεὸς ἐγνώσθη, ἡ δὲ διαβολικὴ ἐνέργεια λοιπὸν νενίκηται, καταργηθέντος τοῦ θανάτου. Εἶτα λοιπὸν δι' ὅλης τῆς ἐπιστολῆς περὶ ἀγάπης διδάσκει, θέλων ἡμᾶς ἀλλήλους ἀγαπᾷν, καὶ ἀποδεικνὺς ὅτι δεῖ ἀλλήD λους ἀγαπᾷν, ἐπειδὴ καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς (61). Ἐξηγεῖται οὖν περὶ διαφορᾶς φόβου καὶ ἀγάπης, καὶ τέκνων Θεοῦ καὶ τέκνων διαβόλου, καὶ περὶ ἁμαρτίας θανατικῆς (62), καὶ μὴ θανατικῆς, καὶ διαφορᾶς πνευμάτων· καὶ λοιπὸν διαιρεῖ ποῖον μὲν

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(58) Stephani editio, καὶ ἐλπίδι. Cryptof. codex, ἐλπίδι sine καί.

(59) Stephani editio habet, τῆς τοῦ Θεοῦ περὶ τοῦ Υἱοῦ. Ita et Cryptofer. codex.

(60) In omnibus quos contulimus, Vaticanæ bibliothecæ codicibus legitur: Ἐπειδὴ αὐτὸς ὁ Ἰωάννης, ὁ τὸ Εὐαγγέλιον γράψας, αὐτὸς καὶ ταύτην ἐπιστέλλει. Ita et in Bibliorum editione Complutensi et Aldina. Nos autem Œcumenii et aliorum lectionem secuti sumus. Vide quæ supra notavimus ad argumentum Epistolæ Jacobi apostoli.

(61) Apud Stephanum et Erasmum legitur, θέλων ἡμᾶς ἀλλήλους ἀγαπᾷν, ἐπειδὴ καὶ ὁ Χριστὸς ἠγάπησεν ἡμᾶς. Ita et Cryptofer., Urbinas, Lollinianus et Vaticanus n. 363.

(62) Vaticanus num. 363: καὶ περὶ ποίας ἁμαρτίας θανατικῆς. Mox verba, καὶ μὴ θανατικῆς, desunt in Regio-Alexandrino et Urbinate.

πνεῦμα ἐκ τοῦ Θεοῦ ἐστι, ποῖον δὲ τῆς πλάνης· καὶ ποτὲ μὲν γινωσκόμεθα τέκνα Θεοῦ, ποτὲ δὲ τοῦ διαβόλου· καὶ περὶ ποίας ἁμαρτίας ὀφείλομεν εὔχεσθαι ὑπὲρ τῶν ἁμαρτανόντων, καὶ περὶ ποίας οὐ δεῖ εὔχεσθαι· καὶ ὅτι ὁ μὴ ἀγαπῶν τὸν πλησίον οὐκ ἔστιν ἄξιος τῆς κλήσεως, οὐδὲ δύναται λέγεσθαι τοῦ Χριστοῦ. Καὶ τὴν ἑνότητα δὲ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα δείκνυσιν, καὶ ὅτι ὁ ἀρνούμενος τὸν Υἱὸν, οὐδὲ τὸν Πατέρα ἔχει. Διακρίνει δὲ ἐν τῇ ἐπιστολῇ ταύτῃ, λέγων καὶ τοῦτο ἴδιον τοῦ Ἀντιχρίστου εἶναι, τὸ λέγειν μὴ εἶναι τὸν Υἱὸν, αὐτὸν τὸν Χριστὸν, ἵνα, ᾗ δῆλον ὅτι, ὡς μὴ ὄντος ἐκείνου, ἑαυτὸν εἴπῃ εἶναι ὁ ψεύστης. Παραινεῖ δὲ δι' ὅλης τῆς ἐπιστολῆς μὴ ἀθυμεῖν τοὺς πιστεύοντας τῷ Κυρίῳ, εἰ μισοῦνται ἐν τῷ κόσμῳ· ἀλλὰ μᾶλλον χαίρειν, ὅτι τὸ μῖσος τοῦ κόσμου δείκνυσιν τοὺς πιστεύσαντας μεταβεβηκέναι ἀπ' αὐτοῦ τοῦ κόσμου, καὶ εἶναι λοιπὸν τῆς οὐρανίου πολιτείας. Καὶ ἐν τῷ τέλει δὲ τῆς ἐπιστολῆς πάλιν ὑπομιμνήσκει λέγων, ὅτι ὁ τοῦ Θεοῦ Υἱὸς ζωὴ αἰώνιός ἐστι, καὶ Θεὸς ἀληθινὸς, καὶ ἵνα τούτῳ δουλεύωμεν καὶ φυλάττωμεν ἑαυτοὺς ἀπὸ τῶν εἰδώλων.

A spirituum disserit, distinguens postea quis spiritus ex Deo sit, et quis spiritus erroris, et quomodo interdum cognoscimur esse filii Dei, interdum vero filii diaboli; et cum pro peccatoribus Deum oramus, de quo peccato precari debeamus, et de quo non: denique eum qui proximum non diligit, indignum filii Dei nomine esse ait, nec posse dici Christi esse. Ostendit insuper Filium cum Patre unum esse, et eum qui Filium negat, neque ipsum Patrem agnoscere. Scite etiam in hac epistola id proprium Antichristi esse ait, ut ipsum Jesum Christum non esse Filium asserat, quo mendax ille se ipsum Dei Filium esse dicat, cum Christus non sit. Cæterum per totam epistolam fideles hortatur ne contristentur, si odio habeantur in mundo; sed B gaudeant potius, quoniam odium mundi fideles e terra migrasse et in cœlis conversari denotat. In fine etiam epistolæ rursus admonet, dicens, Dei Filium æternam vitam esse Deumque verum, ideoque ipsi serviendum, et a simulacrorum cultu nobis esse cavendum.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

Ἰωάννου πρώτης Ἐπιστολῆς.

Εὐαγγελικὴ θεολογία περὶ Χριστοῦ.

Ἐν ᾧ περὶ ἐξομολογήσεως, καὶ προσοχῆς εἰς τὸ μὴ ἁμαρτάνειν.

Ὅτι ἡ τήρησις τῶν ἐντολῶν τοῦ Θεοῦ, τὴν γνῶσιν βεβαιοῖ.

Περὶ ἀγάπης, ἧς ἄνευ ἀσέβεια.

Ἐν ᾧ παραίνεσις περὶ χάριτος ἑκάστου καθ' ἡλικίαν, καὶ περὶ ἀποτροπῆς τῆς πρὸς τὸν κόσμον ἀγάπης.

Περὶ ψευδαδέλφων ἀρνησιθέων, καὶ ὅτι ἡ εἰς Χριστὸν εὐσέβεια, πατρὸς ὁμολογία· ἡ γὰρ τοῦ Πατρὸς δοξολογία, τοῦ Υἱοῦ ἐστιν θεολογία.

Ἐν ᾧ περὶ θείου καὶ πνευματικοῦ χαρίσματος ἐν ἁγιασμῷ ἐπ' ἐλπίδι εἰς γνῶσιν Θεοῦ.

Ὅτι πᾶς ὁ ἐν Χριστῷ, ἐκτὸς ἁμαρτίας· ὁ γὰρ ἁμαρτάνων ἐστὶ τοῦ διαβόλου

Περὶ ἀγάπης τῆς εἰς τὸν πλησίον, καὶ διαθέσεως μεταδοτικῆς.

Ἐν ᾧ περὶ συνειδήσεως ἀγαθῆς, τῆς ἐν πίστει Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Περὶ διακρίσεως πνευμάτων ἐφ' ὁμολογίᾳ τῆς τοῦ Κυρίου ἐνανθρωπήσεως.

Περὶ φιλαδελφίας εἰς θεοσέβειαν.

Περὶ θεολογίας Υἱοῦ ἐν δόξῃ Πατρὸς, καὶ περὶ νίκης τῆς κατὰ τοῦ Πονηροῦ διὰ πίστεως Ἰησοῦ Χριστοῦ εἰς ζωήν.

Περὶ ἀντιλήψεως τοῦ ἁμαρτάνοντος ἀδελφοῦ διὰ προσευχῆς, καὶ περὶ τοῦ μὴ ἁμαρτάνειν.

CAPITA

Epistolæ primæ Joannis.

I. Evangelica theologia de Christo.

I. In quo etiam agitur de confessione peccatorum, et de cura a nobis adhibenda ne peccemus, *cap.* I, 8.

II. Et quod præceptorum observatio Dei cognitionem adauget, *cap.* II, 3. *In Palat. cap.* II, 4.

C II. De charitate cujus expers est impietas, *cap.* II, 7.

I. Ubi de gratia singulis quibusque secundum diversas ætates a Deo impertita, et quod mundi amorem effugere debeamus, *cap.* II, 12.

III. De falsis fratribus qui Deum negant, et quod qui pie de Christo sentit, Patrem quoque confiteatur; nam qui Patrem glorificat, Filii quoque divinitatem agnoscit, *cap.* II, 18.

I. Ubi de divini Spiritus dono ad sanctificationem nostram, cum spe perveniendi ad cognitionem Dei, *ibid.* 26.

II. Et quod omnis qui manet in Christo, expers est peccati: qui enim peccat, ex diabolo est, *cap.* D III, 4.

IV. De charitate erga proximum et de eleemosyna largienda, *cap.* III, 10, in illis verbis, *Omnis qui non est*, cæt.

I. Ubi quod de recta in Christum fide conscii nobis esse debeamus, *cap.* III, 21.

II. De discernendis spiritibus per confessionem incarnationis Dominicæ, *cap.* IV, 1.

V. De fraterna charitate ad pietatem in Deum nobis conciliandam necessaria, *cap.* IV, 7.

VI. De Filii divinitate in Patris gloria, et de victoria adversus Malignum per fidem Jesu Christi ad vitam æternam consequendam, *cap.* IV, 11.

VII. De ope fratri peccanti per orationem ferenda, et de non peccando, *cap.* V, 16.

I. Ubi etiam quod a cultu dæmonum cavere debeamus, *ibid.* 21. Versus hujus elenchi sunt XXIII.

'Εν ᾧ περὶ ἀποχῆς δαιμονικοῦ σεβάσματος. Στίχοι κγ'.

ARGUMENTUM

Epistolæ secundæ Joannis.

Hanc tanquam senior scribit Dominæ et filiis ejus. Occasio vero scribendæ epistolæ fuit hæc. Cum videret ejus filios sedulam Christianæ fidei operam dare, multosque seductores circumire, ac dicere, Christum in carne non advenisse, scribit epistolam, in qua primum quidem commendat ejus filios, quod recte ambulent in fide: deinde docens, non esse recens mysterium quod nobis revelatum est, hortatur eos iterum ad charitatem, et ut permaneant in doctrina quæ ipsis tradita fuerat: denique docet eum esse Antichristum, qui dicit Christum in carne non advenisse. Præcipit autem ne quis hujusmodi homines in domum suscipiat, neque ipsis dicat Ave, atque ita concludit epistolam.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

'Ιωάννου δευτέρας 'Επιστολῆς.

Ταύτην ὁ πρεσβύτερος (63) γράφει Κυρίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις αὐτῆς· ἡ δὲ πρόφασις τῆς ἐπιστολῆς αὕτη· 'Ορῶν τὰ τέκνα αὐτῆς καλῶς ἀναστρεφόμενα ἐν τῇ πίστει, καὶ πολλοὺς πλάνους περιερχομένους, καὶ λέγοντας μὴ εἶναι τὴν παρουσίαν τοῦ Χριστοῦ ἐν σαρκὶ, γράφει τὴν ἐπιστολήν· καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται αὐτῆς τὰ τέκνα καλῶς περιπατοῦντα· εἶτα διδάσκων μὴ νεώτερον εἶναι τὸ καθ' ἡμᾶς μυστήριον, παραινεῖ πάλιν περὶ ἀγάπης, καὶ ἵνα μένωσιν ἐν τῇ διδαχῇ τῇ παραδοθείσῃ αὐτοῖς· καὶ λοιπὸν διδάσκει 'Αντίχριστον εἶναι τὸν λέγοντα μὴ ἐν σαρκὶ ἐληλυθέναι τὸν Χριστόν. Παραγγέλλει δὲ ὥστε τοὺς τοιούτους μὴ δέχεσθαί τινας εἰς οἰκίαν, μηδὲ λέγειν τοῖς τοιούτοις Χαίρειν, καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν.

CAPITA

Secundæ Epistolæ Joannis.

I. Post procemium, *vers.* 1, agit de vitæ integritate in dilectione Dei, per veram fidem immutabili, *vers.* 4.

I. In quo sit propter peccatum non oportere hæreticum in domum inducere aut salutare, *vers.* 10.

II. Promissio sui uti sperat adventus ad eorum utilitatem, *vers.* 12. Versus hujus elenchi sunt V.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

'Ιωάννου δευτέρας 'Επιστολῆς.

Μετὰ τὸ προοίμιον, περὶ ὀρθοῦ βίου ἐν ἀγάπῃ Θεοῦ διὰ πίστεως εὐσεβοῦς ἀμεταθέτου.

Εν ᾧ ὅτι οὐ δεῖ αἱρετικὸν ἐνοικίζειν, ἢ χαιρετίζειν ἐφ' ἁμαρτίᾳ.

'Επαγγελία παρουσίας αὐτοῦ ἐπ' ἐλπίδι πρὸς ὠφέλειαν. Στίχοι ε' (64).

ARGUMENTUM

Epistolæ tertiæ Joannis.

In epistola hac de hospitalitate agitur: et primum quidem commendat Gaium, de cujus hospitalitate egregium ab omnibus testimonium ferebatur, eumque adhortatur, ut in proposito manens, fratres deducere humaniterque excipere pergat; et rursus ipsius oblationes commendans, Diotrephen accusat, quod nec ipse daret quidquam pauperibus, nec alios dare sineret, multaque insuper adversus ipsum deblateraret. Hujusmodi autem homines alienos esse a veritate, Deumque ignorare ait. Demetrium vero commendat Gaio, optimum de illo testimonium perhibens.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆς 'Ιωάννου τρίτης 'Επιστολῆς.

"Εστιν ἡ ἐπιστολὴ περὶ φιλοξενίας. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδέχεται τὸν Γάϊον μαρτυρούμενον παρὰ πάντων ἐπὶ φιλοξενίᾳ, καὶ προτρέπει τῇ αὐτῇ προθέσει ἐμμένειν, καὶ προπέμπειν, καὶ δεξιοῦσθαι τοὺς ἀδελφούς· πάλιν τε αὐτοῦ τὴν προσφορὰν ἀποδέχεται. Αἰτιᾶται δὲ Διοτρεφῆ, ὡς μήτε αὐτὸν παρέχοντα τοῖς πτωχοῖς, ἀλλὰ καὶ κωλύοντα τοὺς ἄλλους, καὶ πολλὰ φλυαροῦντα. Τοὺς δὲ τοιούτους λέγει ἀλλοτρίους εἶναι τῆς ἀληθείας, καὶ μὴ εἰδέναι τὸν Θεόν. Δημήτριον δὲ συνίστησι, μαρτυρῶν αὐτῷ τὰ κάλλιστα.

CAPITA

Epistolæ tertiæ Joannis.

I. Precatio ad Deum pro Gaii perfectione, et congratulatio de testimonio sibi reddito de ejus hospitalitate erga fratres peregre agentes, propter Christum.

I. Ubi de Diotrephis pravitate atque odio adversus fratres, *vers.* 9.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

'Ιωάννου τρίτης 'Επιστολῆς

Εὐχὴ ὑπὲρ τελειώσεως, καὶ εὐχαριστίας (65) ἐφ' ὁμολογίᾳ φιλοξενίας τῶν ἀδελφῶν διὰ Χριστοῦ.

'Εν ᾧ περὶ Διοτρεφοῦς φαυλότητος καὶ μισαδελφίας.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(63) Compiutensis ὡς πρεσβύτερος, astipulante Œcumenio, et duobus Vat. codd.

(64) Vatic. n. 367, στίχοι τ'. Sed hanc epistolam cum sequenti, centum versus non continere, testis est Origenes apud Eusebium, *Hist. eccl.* lib. VI, cap. 25.

(65) Œcumenius habet, καὶ εὐχαριστία, quæ lectio mihi videtur esse melior.

Περὶ Δημητρίου, ᾧ μαρτυρεῖ τὰ κάλλιστα.

Περὶ ἀφίξεως αὐτοῦ πρὸς αὐτοὺς ἐν τάχει ἐπ' ὠφελείᾳ.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆς Ἰούδα Ἐπιστολῆς.

Ταύτην τὴν ἐπιστολὴν γράφει τοῖς ἤδη πιστεύσασιν. Ἡ δὲ πρόφασις αὕτη· Παρεισελθόντων (66) τινῶν, καὶ διδασκόντων ἀδιάφορον εἶναι τὴν ἁμαρτίαν, καὶ ἀρνουμένων τὸν Κύριον, ἀνάγκην ἔσχεν γράψαι, καὶ ἀσφαλίσασθαι τοὺς ἀδελφούς. Καὶ πρῶτον μὲν παρακαλεῖ αὐτοὺς ἀγωνίζεσθαι, καὶ ἐμμένειν τῇ παραδοθείσῃ αὐτοῖς πίστει. Ἔπειτα ἀποχηρύττει τοὺς τοιούτους ὡς πλάνους, καὶ παραγγέλλει μηδεμίαν αὐτοὺς ἔχειν κοινωνίαν πρὸς τοὺς τοιούτους, εἰδότας ὅτι οὐκ ἀρκεῖ τὸ κληθῆναι μόνον, ἐὰν μὴ καὶ ἀξίως περιπατήσωμεν τῆς κλήσεως. Καὶ γὰρ καὶ τὸν πρότερον λαὸν ἐξαγαγὼν ἐξ Αἰγύπτου ὁ Κύριος, μὴ ἐμμείναντα τῇ πίστει, ἀπώλεσεν· καὶ ἀγγέλων δὲ μὴ τηρησάντων τὴν ἰδίαν τάξιν, οὐκ ἐφείσατο. Δεῖ οὖν ἀπὸ τῶν τοιούτων ἀναχωρεῖν· καὶ γὰρ καὶ Μιχαὴλ ὁ ἀρχάγγελος οὐχ ὑπήνεγκεν βλασφημίαν τοῦ διαβόλου· ἔσεσθαι γοῦν τὴν ἀπώλειαν αὐτῶν ὡς Σοδόμων διδάσκει. Εἶτα παραινεῖ εἰς τὰ ἤθη, καὶ ἐπευξάμενος αὐτοῖς βεβαιότητα τῆς πίστεως παρὰ τοῦ Κυρίου, τελειοῖ τὴν ἐπιστολήν. Αὕτη ἡ πρόφασις (67) τῆς Ἐπιστολῆς Ἰούδα.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

Τῆς Ἰούδα Ἐπιστολῆς.

Περὶ προσοχῆς τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως διὰ τὴν ἐπανάστασιν τῶν ἀσεβῶν καὶ ἀσελγῶν ἀνδρῶν.

Ἐν ᾧ περὶ μελλούσης αὐτῶν κολάσεως καθ' ὁμοίωσιν τῶν πάλαι ἁμαρτημάτων καὶ πονηριῶν (68).

Ταλανισμὸς αὐτῶν ἐπὶ τῇ πλάνῃ, καὶ δυσσεβείᾳ, καὶ ἀσελγείᾳ, καὶ βλασφημίᾳ, καὶ ἐπιπλάστῳ ὑποκρίσει τῆς εἰς ἀπάτην δωροδοκίας (69).

Περὶ (70) ἀσφαλείας αὐτῶν ἐπὶ τῇ πίστει, συμπαθείας τε καὶ φειδοῦς εἰς τὸν πλησίον, ἐπὶ σωτηρίαν ἐν ἁγιασμῷ.

Εὐχὴ ὑπὲρ αὐτῶν εἰς ἁγιασμὸν, καὶ παῤῥησία καθαρὰ σὺν δοξολογίᾳ Χριστοῦ. Στίχοι ια'.

A II. De Demetrio, de quo egregium testimonium perhibet, *vers.* 12.

III. De suo ad ipsos adventu quam primum futuro, ad eorum utilitatem, *vers.* 14. *In Palat. vers.* 13.

ARGUMENTUM

Epistolæ Judæ.

Hanc epistolam scribit his, qui jam in Christum crediderant. Occasio autem scribendæ epistolæ fuit hæc. Cum nonnulli subdole ingressi in Ecclesiam, indifferentem quamdam rem esse peccatum dicerent, Dominumque negarent, necesse fuit, ut ipse litteris suis fratres confirmaret. Et primum quidem hortatur eos, ut constanter perseverent in fide sibi
B tradita. Deinde ejusmodi homines seductores esse denuntiat, ac præcipit ut nullam cum ipsis communionem habeant, guari satis non esse, ut duntaxat vocati sint, nisi etiam dignam vocatione vitam agant: nam et priorem populum, postquam ex Ægypto eduxerat, cum non perseverasset in fide, Dominus perdidit, et nec angelis ipsis suam ultra conditionem sese efferentibus pepercit. Oportere itaque ait ab hujuscemodi hominibus discedere: nam et Michael archangelus diaboli blasphemiam nequaquam sustinuit; futuramque docet ipsorum perditionem, sicut et Sodomorum fuit. Deinde quædam morum præcepta tradens, precatusque ipsis fidei firmitatem a Domino, concludit epistolam. Hæc Judæ occasio
C fuit Epistolæ scribendæ.

CAPITA

Epistolæ Judæ.

I. De Christiana fide sedulo custodienda propter impiorum et lascivorum hominum adventum.

1. In quo de futuro eorumdem supplicio ad illius similitudinem, quod antiquorum peccatis ac pravitatibus illatum est, *vers.* 5.

II. Denuntiatio calamitatum quæ propter errorem, impietatem, lasciviam, blasphemiam et hypocrisim ad decipiendum compositam, munerum recipiendorum causa eisdem impiis eventuræ sunt, *vers.* 11.

III. De constanti eorum fide ad quos scribit, quod-
D que compatiendum et parcendum sit proximis nostris, ut salutem quæ in sanctimonia consistit, consequamur, *vers.* 20.

IV. Preces ad Deum pro eisdem, ut sancti fiant, et ea de re fiducia cum Christi glorificatione, *vers.* 24. *In Palat.* 20. Versus hujus elenchi sunt XI.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(66) Œcumenius, παρελθόντων.

(67) Verba ista desiderantur in editionibus Complutensi, Erasmiana, Aldina et Stephaniana, et in cod. Vatic. num. 367.

(68) Stephani editio, τῶν πάλαι ἁμαρτωλῶν τε καὶ πονηρῶν. Apud Œcumenium vero, τῶν πάλαι ἁμαρτησάντων καὶ πονηρῶν.

(69) Œcum. τῇ εἰς ἀπάτην δορωδοκίᾳ· sed in nostro codice hic est δωροδοκία· ad marginem vero textus ubi capitum summaria iterum ascribuntur, δωροδοσίας legitur.

(70) Ex duobus istis capitibus unum conficit perperam Œcumenius.

Septem catholicæ Epistolæ versus habent MXLVI. A

Omnes autem versus hujus cod. sunt MMMDCCC-XXXIII, nempe :

Procemia Actuum apostolorum versus continent CLXVII.

Actus apostolorum, versus MMDLVI.

Proœmia catholicarum Epistolarum, versus XXXVII.

Catholicæ Epistolæ, versus MXLVI.

Et quæ ad me ipsum pertinent, versus XXVII.

Versus ergo omnes totius hujus codicis sunt, versus MMMDCCCXXXIII.

Collatus est autem Actuum apostolorum, et catholicarum Epistolarum liber ad exacta exemplaria, quæ in Cæsariensi Eusebii Pamphili bibliotheca servantur. B

INSCRIPTIO ARÆ APUD ATHENAS.

Diis Asiæ Europæ et Libyæ, deoque ignoto et peregrino.

Hac inscriptione Paulus Athenis perlecta, publice concionem habuit, et Christianam religionem accurata tractatione gentibus annuntiavit. Narrat hæc autem Lucas in Actibus apostolorum.

Pauli apostoli Romam navigatio.

Centurioni qui Paulum Romam deduxit, Julii nomen fuit, ex cohorte quæ Augusta nuncupabatur. Comitati sunt autem ipsum Lucas et Aristarchus. Navigio Adramyteno a Cæsarea usque Lystram vecti sunt; indeque Alexandrinam navim nacti, Melitam C insulam appulerunt; ubi cum aliam Alexandrinam navim cui erat insigne Castorum, reperissent, ea ascensa Romam pervenere.

υμοῦ τῶν ἑπτὰ καθολικῶν Ἐπιστολῶν στίχοι (71) ,αμϛ'.

Εἰσὶ δὲ πάντες στίχοι τῇσδε τῆς βίβλου ,γωλγ', οὕτως·

Προοίμια τῶν Πράξεων στίχοι ρξζ' (72).

Πράξεις ἀποστόλων στίχοι ,βφνϛ'.

Προοίμια τῶν Καθολικῶν στίχοι λζ'.

Καθολικῶν Ἐπιστολῶν στίχοι ,αμϛ'.

Καὶ τὸ πρὸς ἐμαυτὸν (73) στίχοι κζ'.

Οἱ πάντες στίχοι πάσης τῆς βίβλου τῆς προγεγραμμένης εἰσὶν στίχοι ,γωλγ'.

Ἀντεβλήθη δὲ τῶν Πράξεων καὶ καθολικῶν Ἐπιστολῶν τὸ βιβλίον πρὸς τὰ ἀκριβῆ ἀντίγραφα τῆς ἐν Καισαρείᾳ βιβλιοθήκης Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου.

ΕΠΙΓΡΑΜΜΑ ΤΟΥ ΕΝ ΑΘΗΝΑΙΣ ΒΩΜΟΥ.

Θεοῖς Ἀσίας, καὶ Εὐρώπης, καὶ Λιβύης, θεῷ τε ἀγνώστῳ καὶ ξένῳ (74).

Τόδε τὸ ἐπίγραμμα Παῦλος ἀναγνοὺς Ἀθήνησι, ἐδημηγόρει, καὶ τὴν εἰς Χριστὸν εὐσέβειαν φιλοσοφεῖ τε καὶ καταγγέλλει· ἱστορεῖ δὲ ταῦθ' ἡμῖν Λουκᾶς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων.

Πλοῦς Παύλου ἀποστόλου ἐπὶ Ῥώμην.

Εὐχαριστία ὑπὲρ τῆς τῶν Θεσσαλονικέων πίστεως, καὶ ἀγάπης καὶ ὑπομονῆς, ἐπὶ τιμῇ αὐτῶν καὶ κολάσει τῶν θλιβόντων· καὶ εὐχὴ ὑπὲρ τελειώσεως αὐτῶν ἐνδόξου ἐπὶ δόξῃ Χριστοῦ (3).

Περὶ τέλους, ὅτι (4) μετὰ Ἀντίχριστον τὸν πεμπόμενον ἐπὶ ἐλέγχῳ Ἰουδαίων τῶν ἀπιστησάντων Χριστῷ.

B Εὐχαριστία τῆς κλήσεως (5).

Ἐν ᾧ προτροπὴ ἐπὶ ὑπομονῇ.

Εὐχὴ πρὸς Θεὸν καὶ Χριστὸν περὶ στηριγμοῦ αυτῶν.

Παράκλησις εὐχῆς ὑπὲρ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἔργου.

Ἐν ᾧ εὐχὴ ὑπὲρ αὐτῶν εἰς ἀγάπην Θεοῦ.

Προτροπὴ ἐργασίας, καὶ παραιτήσεως τῶν ἀργῶν καὶ περιέργων.

Εὐχὴ περὶ εἰρήνης τῆς παρὰ Θεοῦ. Στίχοι ιε'.

A

ELENCHUS

Capitum secundæ ad Thessalonicenses Epistolæ, quorum nonnulla particulares subdivisiones habent rubris numerorum notis designatas.

CAPITA

Pauli Epistolæ II ad Thessalonicenses.

I. De Thessalonicensium fide, charitate ac patientia gratias Deo agit, ob eorumdem honorem et futuram persecutorum punitionem. Item Deum precatur pro ipsorum gloriosa perfectione ad Christi gloriam, *cap.* I. *Palat. et alius cod. vers.* 2.

II. De mundi fine, quod scilicet eventurus sit post Antichristum missum ad Judæorum redargutionem, qui in Christum non crediderunt, *cap.* II, 1.

III. Gratiarum actio de vocatione Thessalonicensium, *cap.* II, 13.

I. In quo eosdem hortatur ad perseverantiam, *ibid.* 15.

II. Deum et Christum pro eorumdem firmitate precatur, *ibid.* 16.

IV. Rogat ut pro ipso, et pro Evangelii opere precentur Deum, *cap.* III, 1.

I. In quo pro eisdem orat, ut charitatem in Deum consequantur, *ibid.* 5. *Palatinus ibid.* 3.

V. Hortatur ad manuum laborem, et ad otiosos atque curiosos evitandos, *ibid.* 6.

VI. Precatio pro pace obtinenda quæ a Deo est, *ibid.* 16. Versus hujus elenchi sunt XV.

C

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς Παύλου (6).

Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ἰταλίας· ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη. Ἐπειδὴ οἱ Ἰουδαῖοι ἐνίσταντο τῷ νόμῳ, καὶ ταῖς σκιαῖς, διὰ τοῦτο ὁ Ἀπόστολος Παῦλος διδάσκαλος ἐθνῶν γενόμενος, καὶ εἰς τὰ ἔθνη ἀποσταλεὶς, κηρύττει τὸ Εὐαγγέλιον, γράψας τε πᾶσι τοῖς ἔθνεσι, γράφει λοιπὸν καὶ πᾶσι τοῖς ἐκ περιτομῆς πιστεύσασιν Ἑβραίοις ἀποδεικτικὴν ταύτην Ἐπιστολὴν περὶ τῆς τοῦ Χριστοῦ παρουσίας, καὶ τοῦ πεπαῦσθαι τὴν σκιὰν τοῦ νόμου. Καὶ πρῶτον μὲν ἀποδείκνυσιν τοὺς προφήτας διὰ τοῦτο ἀπεστάλθαι, ἵνα περὶ τοῦ Σωτῆρος ἀπαγγείλωσιν· καὶ μετ' αὐτοὺς αὐτὸς ἔλθῃ. Δούλους τε εἶναι τοὺς προφήτας, καὶ μηνυτὰς τῆς αὐτοῦ παρουσίας· αὐτὸν δὲ τὸν D Χριστὸν Υἱὸν εἶναι τοῦ Θεοῦ, δι' οὗ τὰ πάντα γέγονε, καὶ ὅτι τοῦτον τὸν Υἱὸν ἔδει ἄνθρωπον γενέσθαι, ἵνα τῆς τοῦ σώματος αὐτοῦ θυσίας καταργήσει τὸν θάνατον. Οὐ γὰρ δι' αἵματος μόσχου ἢ τράγου, ἀλλὰ δι' αἵματος Χριστοῦ ἔσεσθαι τὴν σωτηρίαν τοῖς ἀνθρώποις. Ἀποδείκνυσι δὲ, ὅτι ὁ νόμος οὐδένα ἐτελείωσεν, ἀλλὰ σκιὰν εἶχεν τῶν μελλόντων ἀγαθῶν· καὶ

ARGUMENTUM

Epistolæ Pauli ad Hebræos.

Hanc ab Italia mittit: scribendæ autem Epistolæ hæc fuit occasio. Quoniam Judæi legis umbræ mordicus adhærebant, propterea apostolus Paulus cum in doctorem gentium electus et ad easdem missus prædicaret Evangelium, ubi universis gentibus scripsisset, Hebræis quoque qui ex circumcisione crediderant, demonstrativam hanc Epistolam deinceps scribit, qua Christum venisse et umbram legis cessasse declarat. Et primum quidem ostendit propterea missos fuisse prophetas, ut Salvatorem prius annuntiarent: postea Salvator ipse ad nos veniret. Præterea Christum quidem ipsum Dei Filium esse, per quem omnia facta sunt; prophetas vero Christi servos, ejusdemque adventus nuntios esse demonstrat; eumque Dei Filium oportuisse ait, hominem fieri, ut per hostiam corporis sui deleret mortem. Neque enim per sanguinem vituli aut hirci, sed per Christi sanguinem futura erat hominibus salus. Ostendit etiam neminem per legem evasisse perfectum; sed in ipsa futurorum tan-

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(3) Ita in quatuor Vaticanæ bibliothecæ codicibus. In Regio-Alexandrino est, ἐνδόξου ἐπὶ δοχῇ Χριστοῦ. Codex Urbinas habet, ἐνδόξου ἐπὶ δόξης. Stephanus vero legit, αὐτῶν ἐν δόξῃ Χριστοῦ.

(4) Male in Regio-Alexandrino est, ὅτε.

(5) Œcumenius, περὶ τῆς κλήσεως. Stephanus; ὑπὲρ τῆς κλήσεως.

(6) Hæc epistola subjungitur etiam Epistolæ II, ad Thessalonicenses in Cryptoferratensi codice, in Vaticano signato num. 363, et in altero vetustissimo Vaticano codice, ad cujus fidem vulgata olim Romæ est Græca LXX Interpretum editio.

tum bonorum umbram fuisse; nec requievisse populum Judaicum, sed communiter omnibus nobis reservatum fuisse diem quietis. Demonstrat insuper sacerdotale ministerium ab Aaron translatum fuisse in Christum, cujus typus erat Melchisedec, qui non descenderat ex Levi. Ex fide quoque, et non ex legis operibus justificatos fuisse patres significat. Deinde ubi hos etiam ad bonos mores hortatus est ac ipsorum propter Christum tolerantiam commendavit, suasitque ut seniores debito honore prosequerentur; tum demum concludit epistolam.

Porro Epistola ad Hebræos videtur quidem non esse Pauli, tum propter scribendi formam; tum quod suum non præfixerit nomen, quemadmodum in cæteris omnibus epistolis; tum etiam quod dicat: *Quomodo nos effugiemus, si tantam neglexerimus salutem? quæ cum initium accepisset enarrari a Domino ab eis qui audierunt in nos confirmata est contestante Deo signis et portentis* [2]. At vero manifesta est causa, cur scribendi forma mutata fuerit. Nam ad Hebræos patria ipsorum lingua primum scripta, in alium deinceps sermonem a Luca, ut quidam sentiunt, vel ut plerisque videtur, a Clemente ad cujus stylum quam proxime accedit, translata fuisse dicitur. Præterea minime decebat, ut nomen suum Epistolæ præfigeret: siquidem Paulus gentium apostolus erat, non Judæorum; societatis namque dextras dederat Petro cæterisque apostolis, ut ipse cum Barnaba in gentes; Petrus vero cum reliquis, in eos qui ex circumcisione erant, apostolatu fungeretur. Quoniam autem commune omnibus erat prædicandi munus, et Judæi discessionem a lege Paulum docere intellexerant; merito idem Paulus ad Hebræos scribit Epistolam, ut ostendat se cum cæteris apostolis in prædicanda fide convenire: cum autem ad eos scriberet, consentaneum utique non erat, ut se initio Apostolum diceret. Præterea hanc Epistolam Pauli opus esse, ex eo etiam in sequentibus evincitur, quod in hæc verba scribat: *De vinculis etiam meis mecum doluistis* [3]; et ex eo quod ait: *Amplius orate, quo celerius restituar vobis* [4]; et ex hisce aliis ejusdem verbis: *Nostis fratrem nostrum Timotheum dimissum, cum quo, si celerius venerit, videbo vos* [5]; nemo enim præter Paulum, ut opinor, Timotheum ad fidei ministerium dimiserat; et hunc brevi exspectans, se una cum

A οὐ κατέπαυσεν ὁ λαὸς, ἀλλὰ κοινῇ πᾶσιν ἡμῖν ἀπολείπεται (7) ἡ ἡμέρα τῆς καταπαύσεως. Πάλιν δὲ ἀποδείκνυσιν, ὅτι ἡ ἀρχιερατικὴ λειτουργία μετετέθη ἀπὸ Ἀαρὼν εἰς τὸν Χριστὸν, οὗ τύπος ἦν ὁ Μελχισεδὲκ, οὐκ ὢν ἐκ τοῦ Λευΐ. Πίστει τε δεδικαιῶσθαι τοὺς πατέρας σημαίνει, καὶ οὐκ, ἐξ ἔργων νόμου. Εἶτα πάλιν εἰς τὰ ἤθη προτρεψάμενος καὶ τούτους, καὶ ἀποδεξάμενος αὐτῶν τὴν διὰ τὸν Χριστὸν ὑπομονὴν, καὶ πείσας τιμᾶν τοὺς πρεσβυτέρους, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

Ἡ δὲ πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολὴ δοκεῖ μὲν οὐκ εἶναι Παύλου διά τε τὸν χαρακτῆρα, καὶ τὸ μὴ προγράφειν, ὡς ἐν ἁπάσαις (8) ταῖς Ἐπιστολαῖς, καὶ τὸ λέγειν· *Πῶς ἡμεῖς ἐκφευξόμεθα τηλικαύτης ἀμελήσαντες* B *σωτηρίας; ἥτις ἀρχὴν λαβοῦσα λαλεῖσθαι περὶ τοῦ Κυρίου, διὰ τῶν ἀκουσάντων* (9) *εἰς ἡμᾶς ἐβεβαιώθη, συνεπιμαρτυροῦντος τοῦ Θεοῦ σημείοις τε καὶ τέρασι*. Τοῦ μὲν οὖν ἠλλάχθαι τὸν χαρακτῆρα τῆς Ἐπιστολῆς φανερὰ ἡ αἰτία· πρὸς γὰρ Ἑβραίους τῇ σφῶν διαλέκτῳ γραφεῖσα, ὕστερον μεθερμηνευθῆναι λέγεται, ὡς μέν τινες ὑπὸ Λουκᾶ, ὡς δὲ οἱ πολλοὶ ὑπὸ Κλήμεντος· τοῦ γὰρ (10) καὶ σώζει τὸν χαρακτῆρα. Τοῦ δὲ μὴ προγράφειν τὴν Ἐπιστολὴν, αἴτιον ἡ ἀκολουθία· ἀπόστολος γὰρ ἐθνῶν ὑπῆρχεν ὁ Παῦλος, ἀλλ' οὐχὶ Ἰουδαίων, ἐπεὶ δεξιὰς ἔδωκε τῷ Πέτρῳ καὶ τοῖς ἀποστόλοις κοινωνίας, ἵνα αὐτὸς μὲν σὺν Βαρνάβᾳ εἰς τὰ ἔθνη, οἱ δὲ περὶ τὸν Πέτρον εἰς τὴν περιτομήν. Ἐπειδὴ δὲ κοινωνία τὸ κήρυγμα C καὶ κατηχηθέντες ὑπῆρχον οἱ ἐξ Ἰουδαίων, ὡς ἀποστασίαν διδάσκει Παῦλος, εἰκότως τοῦ γνωρίσαι χάριν τὴν συμφωνίαν, Ἑβραίοις ἐπιστέλλει· γράφοντα δὲ πρὸς τούτους, προγράφειν ἀπόστολον οὐ θέμις. Μαρτυρεῖται δὲ καὶ ἐν τοῖς ἑξῆς ἡ Ἐπιστολὴ ὑπάρχουσα Παύλου, τῷ γράφειν· *Ὅτι καὶ τοῖς δεσμοῖς μου συνεπαθήσατε*· καὶ ἐκ τοῦ λέγειν· *Περισσότερον εὔχεσθε, ἵνα τάχιον ἀποκατασταθῶ ὑμῖν*· καὶ ἐκ τοῦ λέγειν (11)· *Γιγνώσκετε* (12) *τὸν ἀδελφὸν ἡμῶν Τιμόθεον ἀπολελυμένον, μεθ' οὗ ἐὰν τάχιον ἔρχηται, ὄψομαι ὑμᾶς*. Οὐδεὶς γὰρ ἂν, οἶμαι, ἀπέλυσεν εἰς διακονίαν Τιμόθεον, εἰ μὴ Παῦλος· καὶ τοῦτον τάχιον προσδοκῶν, τὴν ἰδίαν αὐτοῖς, ὡς ἔθος πολλαχοῦ, σὺν αὐτῷ παρουσίαν ἐπαγγέλλεται. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα γνωρίσουσιν ἡμῖν αὐτοῦ τυγχάνειν τὴν D Ἐπιστολὴν, ὡς καὶ ἡ ἀνάγνωσις αὐτὴ προϊοῦσα διδάξει (13).

[2] Hebr. II, 3. [3] Hebr. X, 34. [4] Hebr. XIII, 19. [5] Ibid. 23.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(7) Œcumenius, ἀπολέλειπται.

(8) Ita etiam Vaticanus cod. num. 367. Alter Vaticanus, ἐν ταῖς ἄλλαις. Codex Urbinas, Palatinus et apud Œcumenium, ἐν ἁπάσαις ταῖς ἄλλαις. Cryptoferratensis et apud Stephanum, ἐν ἁπάσαις ἄλλαις ταῖς ἐπιστολαῖς.

(9) Vulgata Græci textus editio, διὰ τοῦ κυρίου ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων. Ita etiam Vaticanus codex num. 367, sed quatuor alii Vaticanæ bibliothecæ codices habent, ὑπὸ τοῦ κυρίου διὰ τῶν ἀκουσάντων, quorum lectionem secuti sumus, licet in Regio-Alexandrino sit, ὑπὸ τοῦ κυρίου ὑπὸ τῶν ἀκουσάντων.

(10) Ita etiam legitur in Vaticano codice num. 367, et in Urbinate; in aliis vero codicibus et apud Stephanum est, τούτου γάρ.

(11) Quæ sequuntur usque ad illa verba, πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα, desunt in codice Urbinate.

(12) Vulgata Græci textus editio cum duobus Vaticanis codd. et Cryptoferratensi habet, γινώσκετε.

(13) Vaticanus cod. num. 363, et Palatinus, διδάσκει, Cryptof. post διδάσκει, habet, στίχοι κθ'. *Versus hujus argumenti sunt* XXIX.

eodem ad ipsos venturum pollicetur : id quod sæpe in suis Epistolis facere solet. Sunt et alia multa quæ hanc epistolam Pauli esse nos docent, ut ex ejusdem Epistolæ progressu legentibus patebit.

A

ΕΚΘΕΣΙΣ

Κεφαλαίων καθολικῶν τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς Παύλου, ἐχόντων τινῶν καὶ μερικὰς ὑποδιαιρέσεις, τὰς διὰ τοῦ κινναβάρεως.

ELENCHUS

Capitum Epistolæ Pauli ad Hebræos, quorum nonnulla particulares subdivisiones habent rubris numerorum notis designatas.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

Τῆς πρὸς Ἑβραίους Ἐπιστολῆς Παύλου κβ'.

CAPITA

Epistolæ Pauli ad Hebræos num. XXII.

Θεολογία Χριστοῦ ἐν δόξῃ Πατρὸς καὶ ἐξουσίᾳ τῶν πάντων, μετὰ τῆς καθάρσεως τῶν ἐπὶ γῆς, ἀφ' ἧς ἀνέβη εἰς τὴν ἐπουράνιον δόξαν.

I. Doctrina de Christo cui data est Patris gloria omniumque rerum dominatio, cum potestate peccata expiandi quæ perpetrantur in terris, unde in cœlestem gloriam ascendit.

Ὅτι οὐ λειτουργικὴ ἡ δόξα Χριστοῦ, ἀλλὰ θεϊκὴ καὶ ποιητική· διὸ οὐκ ἐπὶ τοῦ παρόντος αἰῶνος ἐν ᾧ οἱ λειτουργοὶ, ἀλλ' ἐπὶ τῆς μελλούσης οἰκουμένης.

II. Quod Christi gloria non eadem sit ac ministrorum, sed divinitate et cuncta faciendi virtute polleat, ideoque in futuro sæculo sit, non in præsenti, in quo ministri suum munus implent, *cap.* I. B 5. *Crypt. cap.* I, 6.

Ὅτι ἐσαρκώθη κατὰ διάθεσιν, καὶ συμπάθειαν, καὶ οἰκειότητα, τὴν πρὸς ἡμᾶς, ἐπὶ σωτηρίᾳ ἀνθρώπων, τῇ ἐκ θανάτου, ἐπὶ τῆς πρὸς αὐτὸν οἰκειώσεως.

III. Quod Christus humanam carnem cum nostris affectibus passionibusque ad nostri similitudinem susceperit, ut homines sibi conciliando, morte liberaret, *cap.* II, 9. *Pal. cap.* II, 15.

Ὅτι οὐ πιστευτέον Χριστῷ, ὡς Μωυσῇ ἐπιστευσαν· καθ' ὑπεροχὴν δὲ, τὴν Θεοῦ πρὸς ἄνθρωπον.

IV. Non æque credendum esse Christo, ac Moysi crediderunt; sed eo magis quo Deus hominem antecellit, *cap.* III, 1.

Ἐν ᾧ ὅτι φοβητέον τῶν πάλαι τὴν ἔκπτωσιν.

I. In quo timendum esse ait, ne antiquorum Hebræorum instar in peccatum labantur. *Forte ibid. vers.* 12.

Προτροπὴ σπουδάσαι εἰς τὴν προδηλουμένην κατάπαυσιν.

V. Hortatur ut conentur in requiem ingredi, quæ ipsis præmonstrata est, *cap.* IV, 1.

Τὸ φοβερὸν τῆς κρίσεως παρὰ τῷ Λόγῳ, τῷ διὰ πάντων, καὶ τὸ χρηστὸν τῆς χάριτος τῆς ἱερατικῆς παρὰ τῷ ὁμοιοπαθήσαντι ἡμῖν ἀνθρωπίνως.

VI. De judicii terrore quod redditurum est Verbum, quod est per omnia, et de utilitate sacerdota- C lis gratiæ apud eum, qui æque ac nos obnoxius est humanæ naturæ infirmitatibus, *ibid.* II.

Ἐπιτίμησις ὡς ἔτι δεομένοις (14) εἰσαγωγῆς.

VII. Hebræos increpat, quod adhuc primis quodammodo fidei rudimentis opus haberent, *cap.* V, 11, *ab illis verbis, Quoniam imbecilles. Cryptof. et Palat. incipiunt initio versus.*

Ἐν ᾧ προτροπὴ εἰς ἐπίδοσιν, ὡς οὐκ οὔσης ἀρχῆς δευτέρας.

I. In quo hortatur ut in suscepta fide proficiant, utpote quod iterum eidem initiari non concedatur, *cap.* VI, 1.

Παράκλησις σὺν ἐπαίνῳ.

II. Hebræos una cum eorum laude consolatur, *ibid. vers.* 9.

Ὅτι βεβαία ἡ ἐπαγγελία τοῦ Θεοῦ, καὶ ταῦτα σὺν ὅρκῳ.

VIII. Certam esse ostendit Dei promissionem, præsertim si juramento muniatur, *ibid. vers.* 9.

Περὶ Μελχισεδὲκ τοῦ εἰς Χριστὸν τύπου κατὰ τὸ ὄνομα, καὶ τὴν πόλιν, καὶ τὴν ζωὴν, καὶ τὴν ἱερωσύνην.

IX. De Melchisedec qui Christi figuram gessit, D tam secundum nominis significationem et civitatem cujus rex erat, quam secundum vitæ institutum atque sacerdotium, *cap.* VII, 1.

Ἐν ᾧ ὅτι καὶ τοῦ Ἀβραὰμ προετιμήθη.

I. In quo eumdem quoque Abrahamo prælatum fuisse ait, *cap.* VII, 4.

Ὅτι παύεται (15) ἡ τοῦ Ἀαρὼν ἱερωσύνη, ἡ ἐπὶ γῆς οὖσα· ἵσταται δὲ ἡ οὐράνιος ἡ Χριστοῦ, ἐξ ἑτέρου γένους, οὐ κατὰ σάρκα, οὐδὲ διὰ νόμου σαρκίνου (16).

X. Quod cessare debet Aaron sacerdotium, cum terrenum sit : firmum autem permanet longe diversum cœleste Christi sacerdotium, quod non est secundum carnem neque per legem carnalem, *cap.* VII, 11.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(14) Apud Œcumenium est, ἐπιτιμησις τοῖς δεομένοις. Palatinus, ὡς εἰς ἔτι δεομένοις.

(15) Palatinus, Cryptoferratensis, Urbinas et Vaticanus num. 367, παύσεται. Stephanus habet, πέπαυται. Mox ἐπίγειος, ut in Palatino.

(16) Stephanus habet, σαρκικοῦ

XI. Novum testamentum veteri longe excellen- A tius esse propter propitiationem et sanctimoniam, *cap.* VIII, 7.

XII. De sanguine Christi in quo conditum est novum testamentum, qui nos revera puros efficit; non vero sacrificia quæ per animalium sanguinem frequenter offerebantur, *cap.* IX, 11.

XIII. Testimonia de unica peccatorum expiatione, et accessu ad Deum, *cap.* X, 5.

I. In quo hortatur ut proficiant in fide, *ibid.* 19.

XIV. Exhortatio ad virtutem ex timore futuri judicii, *ibid.* 24. *Palatinus vers.* 26.

XV. De his quæ bene inchoata sunt, ad felicem exitum perducendis, *ibid.* 32. *Cryptoferratensis vers.* 28.

XVI. De fide quæ veteres quoque glorificavit, B *cap.* XI, 1.

XVII. De patientia ex imitatione Christi, *cap.* XII, 1

XVIII. Quod prudenter nos gerere debeamus, dum resipiscendi facultas datur, ne eam instar Esau prætermittamus, qui postmodum pœnitentiæ locum non invenit, *ibid.* 11. *Cryptof. vers.* 12. *Palatinus vers.* 14.

XIX. Quod magis timenda sint futura supplicia quam quæ sub Moyse infligebantur, quodque de præsentibus solliciti magis esse debeamus, *ibid.* 18.

XX. De fraterno amore ac hospitalitate, *cap.* XIII, 1.

I. In quo de temperantia, *ibid. vers.* 4. C

II. De animo sua sorte contento, *ibid. vers.* 5.

III. De patrum imitatione, *ibid. vers.* 7.

XXI. Quod juxta legem carnaliter vitam degere non debeamus, sed spiritualiter secundum Christum cum virtute, *ibid. vers.* 9.

XXII. Deum precatur ut ad virtutem instituantur et recte gubernentur, *ibid.* 20. Versus hujus elenchi sunt LXXII.

Ὑπεροχὴ τῆς δευτέρας διαθήκης παρὰ τὴν προτέραν ἐν ἱλασμῷ καὶ ἁγιασμῷ.

Περὶ τοῦ αἵματος Χριστοῦ, ἐν ᾧ ἡ νέα διαθήκη, ὅτι τοῦτο ἀληθὲς καθάρσιον εἰς ἀεὶ, οὐ τὰ ἐν αἵμασι ζώων τοῖς πολλάκις προσαγομένοις

Μαρτυρίαι περὶ τῆς μόνης καθάρσεως, καὶ προσαγωγῆς πρὸς Θεόν.

Ἐν αἷς (17) προτροπὴ τῆς ἐν πίστει προόδου.

Προτροπὴ σπουδῆς κατὰ φόβον τῆς ἐγγιζούσης κρίσεως.

Περὶ τοῦ καλὴν ἀρχὴν εἰς καλὸν τέλος προσαναγεῖν (18).

Περὶ πίστεως τῆς καὶ τοὺς παλαιοὺς δοξασάσης.

Περὶ υπομονῆς ἐν ἀκολουθήσει Χριστοῦ.

Περὶ σωφροσύνης ἕως καιρος κατορθώσεως, μὴ ἀποτύχωμεν αὐτῆς, ὡς Ἡσαῦ, μὴ εὑρὼν τόπον μετανοίας.

Ὅτι φοβερώτερα τῶν ἐπὶ Μωϋσέως τὰ μέλλοντα, καὶ πλείονος ἄξια σπουδῆς τὰ νῦν.

Περὶ φιλαδελφίας καὶ φιλοξενίας.

Εν ᾧ περι σωφροσυνης.

Περὶ αὐταρκείας.

Περὶ μιμήσεως πατρῶν.

Περὶ τοῦ μὴ σωματικῶς ζῆν κατὰ νόμον, ἀλλὰ πνευματικῶς κατὰ Χριστὸν ἐν ἀρετῇ.

Εὐχὴ πρὸς Θεὸν περὶ τῆς εἰς ἀρετὴν ἀγωγῆς καὶ οἰκονομίας. Στίχοι οβ' (19).

ARGUMENTUM

Prioris Epistolæ ad Timotheum.

Hanc e Laodicea mittit Epistolam, cujus scribendæ hæc fuit occasio: Ephesi quidam judaizantes aliena a Christi fide docere ac simpliciores prætextu legis decipere conabantur; quod ubi cogno- D visset Apostolus, scripta ad Timotheum epistola, ipsum hortatur, ut ibi ad eos corrigendos atque emendandos maneat. Et primo Timotheum docens quædam de lege, eumdem Christianæ jam fidei mysteria callentem admonet, ut illos qui aliquid a recta alienum doctrina loquerentur, coerceat atque

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆς πρὸς Τιμόθεον πρώτης Ἐπιστολῆς.

Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Λαοδικείας (20)· ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Ἐν τῇ Ἐφέσῳ τινὲς ἰουδαΐζοντες ἐπεχείρουν ἑτεροδιδασκαλεῖν, καὶ ἀπατᾷν τοὺς ἀκεραίους προφάσει τοῦ νόμου· τοῦτο δὲ μαθὼν ὁ Ἀπόστολος, προτρέπει τὸν Τιμόθεον ἐκεῖ προσμεῖναι, πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν (21), γράφει τε τὴν Ἐπιστολήν. Καὶ πρῶτον μὲν ὑπομιμνήσκει Τιμόθεον, εἰδότα τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν, διδάσκων αὐτὸν περὶ τοῦ νόμου, κωλύειν τοὺς παρὰ τὴν ὀρθὴν διδασκαλίαν λαλοῦντας, ἐπιτιμᾷν τε αὐτοῖς. Καὶ γὰρ καὶ

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(17) Stephanus habet, ἐν ᾧ.

(18) Palatinus et Vaticanus cod. num. 367, προάγειν.

(19) Codex Cryptoferratensis, στίχοι ϛζ'.

(20) Ita emendandus videtur hic locus juxta Aldinam et Stephanianam, aliasque editiones, licet in Complutensi et Erasmiana, ac in scriptis, quos contuli, Vaticanæ bibliothecæ codicibus legatur Μακεδονίας, secus atque ad calcem hujus Epistolæ in eisdem codicibus habetur, in quibus dicitur e Laodicea missam fuisse.

(21) Verba illa, πρὸς διόρθωσιν αὐτῶν, desunt in codice Regio-Alexandrino sed habentur in aliis codicibus.

αὐτὸς Ὑμέναιον καὶ Ἀλέξανδρον ναυαγήσαντας περὶ τὴν πίστιν παραδέδωκε τῷ Σατανᾷ, ἵνα παιδευθῶσι μὴ βλασφημεῖν (22). Ταῦτα ὑπομνήσας, λοιπὸν διατάσσει αὐτῷ κανόνας ἐκκλησιαστικοὺς περὶ προσευχῆς, πῶς καὶ ποῦ, καὶ περὶ τίνων δεῖ προσεύχεσθαι. Περὶ τοῦ σιγᾷν ἐν ἐκκλησίᾳ τὰς γυναῖκας, καὶ μᾶλλον μανθάνειν, καὶ μὴ διδάσκειν αὐτάς. Περὶ καταστάσεως ἐπισκόπων, καὶ πρεσβυτέρων καὶ διακόνων, πῶς καὶ ὁποίους εἶναι δεῖ τοὺς καθισταμένους. Περὶ τῶν ἐν τῇ ἐκκλησίᾳ χηρῶν, ἀπὸ πόσων ἐτῶν χρὴ ταύτας καταλέγεσθαι, καὶ ὁποίας αὐτὰς εἶναι δεῖ, καὶ πῶς αὐταῖς δεῖ προσέχειν. Περὶ τοῦ σωφρονεῖν τὰς νεωτέρας, καὶ γαμεῖν μᾶλλον, καὶ μὴ αἰσχρῶς ζῆν. Περὶ τοῦ παραγγέλλειν τοῖς πλουσίοις μὴ ὑψηλοφρονεῖν, μηδὲ ἐλπίζειν ἐπὶ τῷ πλούτῳ. Περὶ τούτων διαταξάμενος προετρέπετο αὐτὸν ταῦτα διδάσκειν, καὶ μηκέτι μὲν ὑδροποτεῖν, προσέχειν δὲ ἑαυτῷ, καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, εἰδότα ἔσεσθαι καιροὺς ἐν οἷς ἀποστήσονταί τινες τῆς πίστεως. Διδάξας δὲ καθαρὰ εἶναι καὶ τὰ βρώματα, καὶ παραγγείλας αὐτῷ ἐκτρέπεσθαι τὰς ἐμφιλονείκους ζητήσεις, ὡς βεβήλους οὔσας, ἐφ' αἷς καί τινες καυχώμενοι παρέβησαν τὴν πίστιν, τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

A objurget. Nam et ipse Hymenæum et Alexandrum, qui fidei naufragium fecerant, Satanæ tradiderat, ut discerent non blasphemare. De his ubi Timotheum admonuit, ecclesiasticas postmodum regulas sancit de oratione : scilicet quomodo et ubi, ac de quibus precari oporteat. De mulieribus, taceant in ecclesia, et ut potius discant quam doceant. De episcopis, presbyteris et diaconis, quomodo constituendi sint, et quales oporteat eos esse. De viduis quæ sunt in Ecclesia, cujus ætatis sint eligendæ, quales esse debeant, quomodo earumdem curam gerere oporteat. De junioribus, ut modestæ sint, et nubant potius quam turpiter vivant. De divitibus denique admonendis, ne extollantur, neque ullam in divitiis spem habeant. Hasce ubi regulas sanxit, hortatur

B ipsum, ut eas alios doceat, aquam amplius non bibat, et sibi atque doctrinæ attendat, cum sciat futura esse tempora quibus nonnulli discessuri sunt a fide. Postquam autem mundos quoque cibos esse docuit, præcepitque ut contentiosas quæstiones, utpote profanas evitet, in quibus nonnulli sese gloriantes a fide aberrarunt, tandem concludit Epistolam.

ΕΚΘΕΣΙΣ

Κεφαλαίων καθολικῶν τῆς πρὸς Τιμόθεον πρώτης Ἐπιστολῆς, ἐχόντων τινῶν καὶ μερικὰς ὑποδιαιρέσεις, τὰς διὰ τοῦ κινναβάρεως.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

Τῆς πρὸς Τιμόθεον Ἐπιστολῆς πρώτης.

C

Περὶ τῆς εἰς ἀγάπην Θεοῦ ὁδηγίας, τὴν ἀπροσδεῆ νομικῆς ἀνάγκης.

Περὶ τῆς ἑαυτοῦ ἐκλογῆς εἰς εὐαγγελιστὴν ἐκ διώκτου κατὰ χάριν Θεοῦ.

Παραγγελία περὶ πιστῆς, καὶ εὐσυνειδήτου διακονίας, ἧς ἄνευ κίνδυνος.

Περὶ εὐχῆς ὅτι ὑπὲρ πάντων πανταχοῦ, ἀκάκως, ἀταράχως, σεμνῶς.

Περὶ διδασκάλων, ὅτι ἄνδρας χρὴ, καὶ οὐ γυναῖκας εἶναι διὰ τὴν φύσιν, καὶ τὸ πάθος, τὸ ἐξ ἀπάτης, ὃ λύει γένεσις ἡ Χριστοῦ, καὶ πίστις αὐτῶν, καὶ βίος.

Περὶ ἀρετῆς ἐπισκόπων.

Ἐν ᾧ περὶ διακόνων ἀνδρῶν τε καὶ γυναικῶν.

Περὶ θείας σαρκώσεως.

Ἐν ᾧ περὶ τῶν ἐσομένων αἱρέσεων δαιμονικῶν.

Περὶ ἀγῶνος εὐσεβείας ἐπ' ἐλπίδι.

ELENCHUS

Capitum Epistolæ I ad Timotheum, quorum nonnulla particulares subdivisiones habent rubris numerorum notis designatas

CAPITA

Pauli Epistolæ I ad Timotheum.

I. De fidelibus ad Dei charitatem adducendis, absque veteris legis præcepta observandi necessitate

II. De sua per gratiam Dei ex persecutore Ecclesiæ in evangelistam electione, *cap.* I, 12.

III. Admonitio de ministerio fideliter, et cum bona conscientia obeundo, sine qua de animæ salute periclitatur, *ibid.* 18.

IV. Orandum esse pro omnibus, ubique, sincere, pie et sine ulla animi perturbatione, *cap.* II, 1.

V. Docendi munus viris, non vero mulieribus, injungendum esse, ob earumdem naturam et ad errandum proclivitatem, quam Christi nativitas, earum fides et vitæ probitas tollit, *ibid.* 12. *Pala-*

D *tinus et Cryptoferratensis vers.* 11.

VI. De virtute episcoporum, *cap.* III, 2. *Iidem codd. vers.* 1

1. In quo de diaconis et diaconissis, *ibid.* 8.

VII. De divina incarnatione, *ibid.* 16.

1. In quo de futuris per diaboli suggestionem hæresibus, *cap.* IV, 1.

VIII. De certamine pietatis cum futurorum bonorum spe decertando, *cap.* IV, 8. *Palat. et Cryptof. vers.* 7, *ab illis verbis, Exerce autem.*

LAUR. ZACAGNII NOTÆ

(22) Ita hic locus legitur in omnibus Vaticanæ bibliothecæ codicibus ; at in Regio-Alexandrino habetur, παρέδωκε τῷ Σατανᾷ. Ταῦτα ὑπομνήσας αὐτῷ διατάσσει λοιπὸν, cet.

IX. De cura tam sui quam Ecclesiæ habenda, *ibidem vers.* 11.	Περὶ ἐπιμελείας αὐτοῦ καὶ τῆς Ἐκκλησίας.
X. Quod erga unumquemque convenienter sese gerere debeat, *cap.* v, 1.	Περὶ τοῦ ἁρμοζόντως ἑκάστῳ προσφέρεσθαι.
XI. De viduarum ætate, moribus atque gubernatione, *ibid.* 4. *Cryptofer. vers.* 5.	Περὶ χηρῶν ἡλικίας, καὶ τρόπου καὶ διοικήσεως.
XII. De presbyterorum honore, *cap.* v, 17.	Περὶ πρεσβυτέρων τιμῆς.
XIII. De caute eligendi Ecclesiæ præpositis, *ibid.* 22.	Περὶ χειροτονίας ἀσφαλοῦς.
XIV. Nullam humanarum actionum Deum latere, *ibid.* 24.	Ὅτι οὐδὲν ἔργον λανθάνει.
XV. De obedientia servorum, *cap.* vi, 1.	Περὶ δούλων ὑπακοῆς.
XVI. Adversus avaros et falsos præceptores, *ibid.* 3.	Κατὰ τῶν φιλοκερδῶν καὶ ψευδοδιδασκάλων.
XVII. Mandatum maxime timendum quo jubet, ut ad finem usque divinis præceptis obtemperet *ibid. vers.* 11.	Παραγγελία φοβερὰ περὶ καθαρᾶς ὑπακοῆς ἄχρι τέλους.
XVIII. Divitum ad veram vitam deductio, *ibid.* 17. Versus hujus elenchi sunt xxii.	Πλουσίων ὁδηγία ἐπὶ τὴν ὄντως ζωήν. Στίχων κβʹ.

A B

ARGUMENTUM

Posterioris Epistolæ ad Timotheum.

Hanc ab Urbe iterum mittit Epistolam, cujus etiam scribendæ hæc fuit occasio : Cum ii qui una cum Apostolo peregrinabantur, eum deseruissent, cupiens Apostolus, ut Timotheus ad se veniret, hanc ipsi scribit Epistolam. Et primum quidem ait, se tum pietatis ipsius, tum fidei genitorum ejus memorem esse. Deinde ab his qui ex Asia erant, quorum e numero Phygellus et Hermogenes, se dum in vinculis esset, desertum fuisse significat : ac præterea Onesiphorum Romam venientem, secumque manentem se suscepisse scribit. Præcipit autem, ut stultas devitet quæstiones, propterea quod ex ipsis contentiones oriantur. Siquidem Hymenæus et Philetus per eas seducti a veritate aberraverant dicentes, jam factam esse resurrectionem, et alios quosdam seducebant. Magis itaque magisque hortatur, ut sibi atque doctrinæ attendat, haud ignarus affuturos in extremis temporibus homines suæ opinionis, suarumque magis voluptatum quam Dei amatores : cumque hæc futura prævideat, populos confirmet, ne quis ab illis decipiatur. Acriter insuper ipsum hortatur, cum de iis quæ ad mores, tum etiam de iis quæ ad docendi curam diligentiamque pertinent ; atque ubi tempus suæ resolutionis significavit instare, futurumque esse ait, ut immoletur et martyrium patiatur, tum præcipit, ut cito cum penula et libris ad se veniat. Denique admonet ipsum, ut Alexandrum ærarium caveat, ut qui se multis malis affecerit : atque ita concludit Epistolam.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆς πρὸς Τιμόθεον δευτέρας Ἐπιστολῆς.

Ταύτην ἐπιστέλλει πάλιν ἀπὸ Ῥώμης· ἡ δὲ πρόφασις καὶ ταύτης τῆς Ἐπιστολῆς ἐστιν αὕτη· Τῶν συναποδημησάντων (23) τῷ Παύλῳ καταλειψάντων αὐτὸν, βουλόμενος αὐτὸς ὁ Ἀπόστολος ἐλθεῖν Τιμόθεον πρὸς αὐτὸν, γράφει τὴν Ἐπιστολήν. Καὶ πρῶτον μὲν σημαίνει ἑαυτὸν μνημονεύειν αὐτοῦ τε τῆς εὐλαβείας, καὶ τῆς τῶν προγόνων αὐτοῦ πίστεως. Ἔπειτα δηλοῖ (24), ὅτι οἱ ἀπὸ τῆς Ἀσίας, ὧν ἐστι Φύ- C γελλος καὶ Ἑρμογένης, ἀπεστράφησαν αὐτὸν, ὁρῶντες αὐτοῦ τὰς ἁλύσεις· τὸν Ὀνησιφόρον (25) δὲ ἀπεδέξατο ἐλθόντα εἰς τὴν Ῥώμην, καὶ συμμείναντα αὐτῷ. Παραγγέλλει δὲ αὐτῷ παραιτεῖσθαι τὰς μωρὰς ζητήσεις, διὰ τὸ ἐξ αὐτῶν γεννᾶσθαι μάχας. Καὶ γὰρ Ὑμέναιος καὶ Φίλητος, οὕτως ἐκτραπέντες, παρέβησαν τὴν ἀλήθειαν, λέγοντες ἀνάστασιν ἤδη γεγονέναι, καί τινας ἀνατρέπουσι. Μᾶλλον οὖν παραινεῖ αὐτῷ προσέχειν ἑαυτῷ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ, καὶ εἰδέναι μὲν ὅτι ἐν ὑστέροις καιροῖς ἔσονται ἄνθρωποι φίλαυτοι, καὶ φιλήδονοι μᾶλλον ἢ φιλόθεοι· προβλέποντα δὲ ταῦτα (26), ἀσφαλίζεσθαι τοὺς λαοὺς, μή τις ἐξ αὐτῶν ἀπατηθῇ. Καὶ εἰς τὰ ἤθη δὲ, καὶ εἰς τὴν τῆς διδασκαλίας ἀκρίβειαν πολλὰ προτρεψάμενος D αὐτὸν, καὶ σημάνας τὸν καιρὸν τῆς ἀναλύσεως αὐτοῦ ἐνεστάναι (27), καὶ μέλλειν σπένδεσθαι καὶ μαρτυρεῖν, ἐνετείλατο αὐτῷ ἐλθεῖν πρὸς αὐτὸν ταχέως, κομίζοντα τὴν φελόνην καὶ τὰ βιβλία. Παρῄνεσε δὲ αὐτῷ Ἀλέξανδρον τὸν χαλκέα φυλάττεσθαι, ὡς πολλὰ κακὰ ἐνδειξάμενον αὐτῷ· καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(23) Apud Œcumenium est, συναποδημούντων.

(24) Ita legendum videtur juxta editionem Stephani, licet in omnibus quos vidi codicibus sit, δηλῶν.

(25) Apud Œcumenium et Stephanum legitur, μόνῳ δὲ Ὀνησιφόρῳ μαρτυρεῖ σπουδὴν πλείστην, καὶ τοῦτον ἀπεδέξατο ἐλθόντα· sed apud Stephanum non est, πλείστην. In Vaticano autem codice num. 363, et in Regio-Alexandrino habetur, Ὀνησιφόρον ἀπεδέξατο, sine δέ.

(26) Apud Œcumenium et in Stephani editione legitur, προβλέποντα δὲ μᾶλλον ταῦτα.

(27) In eisdem editionibus, pro ἐνεστάναι, habetur, ἐνστῆναι.

ΕΚΘΕΣΙΣ

A

Κεφαλαίων τῆς πρὸς Τιμόθεον δευτέρας Ἐπιστολῆς Παύλου.

Οὐκ ἔχει ἡ πρὸς Τιμόθεον δευτέρα Ἐπιστολὴ ὑποδιαίρεσιν κεφαλαίων, καὶ διὰ τοῦτο οὐκ ἔχει διὰ κιννα6άρεως ἀριθμὸν γεγραμμένον.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

Τῆς πρὸς Τιμόθεον δευτέρας Ἐπιστολῆς Παύλου.

Ἔπαινος τῆς Τιμοθέου πίστεως, καὶ προτροπὴ ὑπομονῆς κατὰ τὸ πρέπον τῇ χάριτι, ἐν ᾗ καὶ αὐτὸς, φησὶ, διακαστερεῖ πάσχων.

Περὶ τῆς ἁρμοζούσης μεταδόσεως τῶν θείων δογμάτων.

B

Περὶ τῆς ἀφρόντιδος ἐν τῷ νῦν βίῳ πολιτείας ἐπὶ ταῖς ἀπόνοις τροφαῖς.

Περὶ τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, καὶ ὑπομονῆς, ἐπ' ἐλπίδι ζωῆς (28).

Περὶ ὀρθῆς δικαιοσύνης, καὶ βίου καθαροῦ, εἰρηνικοῦ, καὶ κατὰ τῶν ἐναντίων.

Πρόῤῥησις περὶ κακίας ἀνθρώπων πλεοναζούσης, ἀπατηλῆς, ἐλεγχομένης.

Προτροπὴ τῆς ἑαυτοῦ μιμήσεως ἐξ ἐναντίου τοῖς φαύλοις, ἐν ὑπακοῇ (29) Θεοῦ.

C

Περὶ τῶν καινοτομησάντων, οἷς ἀντιτάττει τον Τιμόθεον.

Περὶ τῆς εαυτοῦ μελλούσης ἀναλύσεως ἐπὶ δόξῃ αἰωνίᾳ. Στίχοι ιδ'.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆς πρὸς Τίτον Ἐπιστολῆς.

Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Νικοπόλεως, ἐκεῖ γὰρ παρεχείμαζεν· ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Εἰς μὲν τὴν Κρήτην ἀπέλιπεν τὸν Τίτον, ἵνα καταστήσῃ κατὰ πόλεις κληρικούς. Πολλῶν δὲ ὄντων ἐκεῖ τῶν ἐπιχειρούντων προφάσει τοῦ νόμου ἀπατᾷν τοὺς λαοὺς, μαθὼν ὁ Ἀπόστολος, γράφει. Καὶ πρῶτον μὲν εὐχαριστῶν τῷ Θεῷ διὰ τὴν αὐτοῦ εὐλάβειαν, σημαίνει τὴν ἐν Χριστῷ πίστιν μὴ νεωτέραν εἶναι, ἀλλ' ἐξ αἰῶνος ἡτοιμάσθαι, καὶ ἐπηγγέλθαι παρὰ τοῦ Θεοῦ ταύτην. Ἔπειτα περὶ τῆς καταστάσεως τῶν κληρικῶν, καὶ τοῦτον διδάσκει, πῶς, καὶ ὁποίους αὐτοὺς εἶναι δεῖ· καὶ ἐπιτιμᾷν δὲ ἐντέλλεται αὐτῷ τοῖς ἀντιλέγουσι τῇ ὑγιαινούσῃ πίστει, μάλιστα τοῖς ἐκ περιτομῆς· εἰδέναι τε τοὺς Κρῆτας, ὅτι ἀργοί εἰσιν, καὶ χρῄζουσιν ἐπιτιμίας. Διδάξας δὲ πάντα τὰ βρώματα

D

ELENCHUS

Capitum secundæ Pauli Epistolæ ad Timotheum.

Secunda ad Timotheum Epistola capitum subdivisionibus caret, et propterea nullas habet numerorum notas cinnabari exaratas.

CAPITA

Pauli Epistolæ II ad Timotheum.

I. Timothei fidem laudat, eumque hortatur ad perseverandum, quemadmodum decet Dei gratiam; in qua se etiam, dum pro Christo patitur, confirmari asserit, *cap.* I, 3. *Pal. cap.* I, 4.

II. De apta convenientique divinorum dogmatum traditione, *ibid.* 15. *Palatinus vers.* 13.

III. De vita in hoc sæculo sine sollicitudine temporalium rerum agenda, cum citra laborem victus suppeditat, *cap.* II, 4. *Palat. et unus e Vaticanis vers.* 3.

IV. De fide in Christum, et tolerantia in adversis ob æternæ vitæ spem, *ibid. vers.* 8. *Iidem codices vers.* 11.

V. De recta justitia, et vita pura ac pacifica, etiam erga adversarios, *ibid. vers.* 14.

VI. Prædictio de futura exuberanti hominum malitia, quæ fideles deceptura est ac postmodum redarguetur, *cap.* III, 1

VII. Hortatur ad malos fugiendos, et ad sui imitationem in divinorum præceptorum obedientia, *cap.* III, 10.

VIII. De novatoribus quibus Timotheum opponit, *ibid. vers.* 16; *omnes alii codices cap.* IV, 1.

IX. De futura sui corporis ad æternam gloriam resolutione, *cap.* IV, 6. *Palatinus vers.* 5. Versus hujus elenchi sunt XIV.

ARGUMENTUM

Epistolæ ad Titum.

Hanc ab urbe Nicopoli scribit; nam ibi hiemem traducebat; scribendæ autem Epistolæ hæc fuit occasio: Titum in Creta reliquerat Paulus, ut per singulas civitates clericos constitueret. Cum autem multi ibidem essent qui legis prætextu populum seducere conabantur, hac re cognita, Paulus ad Titum scribit. Et primum quidem gratiis Deo propter ejusdem pietatem actis, fidem in Christum non esse novam, sed a sæculo præparatam a Deo et annuntiatam fuisse significat. Deinde agit de constitutione clericorum, eumque docet quomodo iidem constitui debeant, et quales esse ipsos oporteat: ac insuper jubet, ut objurget adversarios sanæ fidei, illos præsertim qui sunt ex circumcisione. Titum quoque Cretensium mores vult nosse, quos otiosos

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(28) Ita in editis et in Vaticano codice num. 363, quos sequi placuit, licet in Regio-Alexandrini codicis margine sit, ἐλπίδι ζωῆς, sine ἐπί, et in hoc capitum elencho habeat, ἐπ' ἐλπίδι τιμῆς δικαίας· quæ lectio clare habetur etiam in Cryptoferratensi et Urbinate codicibus, et corrupte in altero Vaticano codice et in Palatino.

(29) Apud Œcumenium et in margine quoque Regio-Alexandrini codicis est, ἐν ὑπομονῇ.

esse et increpationibus egere ait. Postquam autem docuit omnes cibos esse mundos mundis, et quales esse oporteat anus quibus juvencularum sobrias modestasque reddendarum cura mandanda est, hortatur etiam ut servos doceat, quonam pacto dominis suis subjecti esse debeant; et ubi tandem monuit non ex operibus, sed ex mera Dei benignitate per Salvatoris gratiam nos justificatos fuisse, ac insuper eidem præcepit, ut contentiosas de legalibus rebus disputationes utpote turpes improbasque evitet; tum demum ipsi denuntiat, ut post missum ad se Artemam et ipse veniat, simulque præcipit, ut fideles ejus curæ commissos bonis operibus vacare doceat: atque ita concludit Epistolam.

A καθαρὰ εἶναι τοῖς καθαροῖς, καὶ ὁποίας εἶναι δεῖ τὰς πρεσβύτιδας, τὰς ὀφειλούσας σωφρονίζειν τὰς νέας, παραινεῖ πῶς δεῖ τοὺς δούλους τοῖς ἰδίοις δεσπόταις ὑπηρετεῖν. Καὶ τέλος ὑπομνήσας, ὅτι ἡ τοῦ Σωτῆρος (30) χάρις οὐκ ἐξ ἔργων ἡμᾶς ἐδικαίωσεν, ἀλλὰ τῇ ἰδίᾳ φιλανθρωπίᾳ, καὶ παραγγείλας τὰς νομικὰς μάχας ἐκτρέπεσθαι, ὡς ἀναισχύντους οὔσας, δηλοῖ αὐτῷ, μετὰ τὸ πέμψαι πρὸς αὐτὸν Ἀρτεμᾶν, ἵνα ἔλθῃ πρὸς αὐτόν· ἐνετείλατό τε αὐτῷ, ὥστε διδάσκειν καὶ τοὺς αὐτοῦ καλῶν ἔργων προΐστασθαι· καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

ELENCHUS

Capitum Epistolæ ad Titum.

Epistola ad Titum nullam habet capitum subdivisionem, et propterea nullas habet numerorum notas cinnabari exaratas.

ΕΚΘΕΣΙΣ

B *Κεφαλαίων τῆς πρὸς Τίτον Ἐπιστολῆς.*

Οὐκ ἔχει ἡ πρὸς Τίτον Ἐπιστολὴ ὑποδιαίρεσιν κεφαλαίων, διὰ τοῦτο οὐκ ἔχει διὰ κινναβάρεως ἀριθμὸν γεγραμμένον.

CAPITA

Pauli Epistolæ ad Titum.

I. De doctoribus ad ministerium et contumacium redargutionem idoneis.

II. Adversus eos qui carnis purificationes in pretio habebant, et de spirituali virtute *cap.* I, 10. *Palat. vers.* 15.

III. Admonitiones, quæ juxta singulorum ætatem fieri debent, *cap.* II, 2.

IV. De servis, ut ipsi etiam non aliter quam Christi gratiam decet, dominis serviant, *ibid.* 9.

V. De obedientia quæ Christi mansuetudinem deceat, principibus præstanda, *ibid.* 15. *Crypt. cap.* III, 1.

VI. Admonitio de seditiosis quæstionibus evitandis, *Cryptoferratensis cap.* III, 10. *Palatinus vers.* 9.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

Τῆς πρὸς Τίτον Ἐπιστολῆς Παύλου.

Περὶ διδασκάλων ἐπιτηδείων πρὸς διακονίαν, καὶ ἔλεγχον ἀπειθῶν.

Κατὰ τῶν σαρκικὰς καθάρσεις πρεσβευόντων, καὶ ὑπὲρ πνευματικῆς ἀρετῆς.

Παραινέσεις, ὡς δεῖ παραινεῖν καθ' ἡλικίαν ἑκάστοις.

Περὶ δούλων, ὡς ἂν καὶ αὐτοὶ τῆς Χριστοῦ χάριτος ἀξίως δουλεύοιεν (31).

C Περὶ ἀρχόντων ὑπακοῆς πρεπούσης τῇ ἐπιεικείᾳ τοῦ Χριστοῦ.

Παραίνεσις περὶ τοῦ ἐκκλίνειν τοὺς ἐριστικοὺς (32) ζητητάς.

ARGUMENTUM

Epistolæ ad Philemonem.

Hanc ab Urbe mittit: scribendæ autem Epistolæ hæc fuit occasio: Onesimus fugitivus servus Philemonis ad Apostolum profectus, eidem a quo fidei rudimenta acceperat, usui fuerat in ministerio. De hac igitur re ad Philemonem scribit, commendans ipsi Onesimum, ut generose de ipso cogitet, nec deinceps eum ut servum habeat, sed ut fratrem. Admonet quoque ipsum, ut sibi hospitium præparet; ut si venerit, inveniat quo diversetur: et ita concludit Epistolam.

Sciendum autem est, hunc Onesimum Romæ passum fuisse martyrium, lata adversus eumdem sententia ut fractis cruribus moreretur, quo tempore Tertullus Urbis præfecturam administrabat.

ΥΠΟΘΕΣΙΣ

Τῆς πρὸς Φιλήμονα Ἐπιστολῆς Παύλου.

Ταύτην ἐπιστέλλει ἀπὸ Ῥώμης· ἡ δὲ πρόφασις τῆς Ἐπιστολῆς αὕτη· Ὀνήσιμος ὁ οἰκέτης Φιλήμονος ἔφυγε, καὶ ἀπελθὼν πρὸς τὸν Ἀπόστολον, κατηχήθη παρ' αὐτοῦ, καὶ γέγονεν αὐτῷ χρήσιμος εἰς διακονίαν. Περὶ τούτου τοίνυν γράφει Φιλήμονι, παρατιθέμενος αὐτῷ τὸν Ὀνήσιμον, ἵνα προσέχῃ αὐτῷ γνη- D σίως, καὶ μηκέτι ἔχῃ αὐτὸν ὡς δοῦλον, ἀλλ' ὡς ἀδελφόν. Προετρέψατο δὲ αὐτὸν καὶ ξενίαν αὐτῷ ἑτοιμάσαι, ἵνα ἐὰν ἔλθῃ, εὕρῃ ποῦ μείνῃ· καὶ οὕτως τελειοῖ τὴν Ἐπιστολήν.

Ἰστέον (33) δὲ ὅτι οὗτος ὁ Ὀνήσιμος, καὶ μαρτυρίου ἠξιώθη ἐν τῇ Ῥωμαίων πόλει, Τερτύλλου τοῦ τηνικαῦτα τὴν ἔπαρχον ἐξουσίαν διέποντος, τῇ τῶν σκελῶν κλάσει τὴν ψῆφον ὑπομείνας τοῦ μαρτυρίου.

LAUR. ZACAGNII NOTÆ.

(30) Apud Œcumenium est Πνεύματος χάρις.

(31) In Regio-Alexandrino et in altero Vaticano codice signato num. 363, est, δουλεύσειεν.

(32) In codice Palatino et Urbinate, in Stephaniana editione et apud Œcumenium est, αἱρετικούς.

(33) Hæc adnotatio subjungitur etiam argumento præcedenti in Aldina editione; deest autem in quinque Vaticanæ bibliothecæ codicibus.

ΕΚΘΕΣΙΣ

Κεφαλαίων τῆς πρὸς Φιλήμονα Ἐπιστολῆς Παύλου.

Οὐκ ἔχει ἡ πρὸς Φιλήμονα Ἐπιστολὴ ὑποδιαιρέσεις κεφαλαίων· διὰ τοῦτο οὐδὲ ἔχει διὰ κινναβάρεως ἀριθμὸν γεγραμμένον.

ΚΕΦΑΛΑΙΑ

Τῆς πρὸς Φιλήμονα Ἐπιστολῆς.

Ἔπαινος Φιλήμονος καὶ εὐχαριστία ὑπὲρ αὐτοῦ.

Σύστασις Ὀνησίμου φυγάδος οἰκέτου, καὶ παράκλησις ὑπὲρ αὐτοῦ σωθέντος διὰ πίστεως.

ELENCHUS

Capitum Epistolæ Pauli ad Philemonem.

Epistola ad Philemonem nullam habet capitum subdivisionem, et propterea nullas habet numerorum notas cinnabari exaratas.

CAPITA

Pauli ad Philemonem Epistolæ.

I. Laudat Philemonem et pro ipso gratias Deo agit. *Palatinus vers.* 4.

II. Commendat Onesimum fugitivum servum, eique salutem per fidem adepto apud dominum patrocinatur, *vers.* 10

CIRCA MEDIUM SÆCULUM V

JOANNES CARPATHIUS

NOTITIA.

(Fabric. *Biblioth. Gr.* ed. Harles., t. X, p. 738.)

Cum Marco, Nilo et Diadocho Photius confert illisque postponit Joannis Carpathii Πρὸς τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας προτρέψαντας μοναχοὺς Παρακλητικόν, *Consolationem ad monachos in India*, qui hoc ab eo flagitaverant, *capitibus centum*, quam ex codice Augustano Latine vertit ediditque Jacobus Pontanus S. J. ad calcem *Dioptræ* Philippi solitarii, Ingolstad. 1604, 4. Græca adhuc in bibliothecis mss. delitescunt capita CCXVII (*a*). Ex his alia LXXXII idem Pontanus adjunxit, quæ Latine jam vulgaverat cum Simeonis presbyteri orationibus XXIII aliisque aliorum veterum lucubrationibus, ibid. 1603, 4, utraque recusa in Bibliothecis Patrum, ut novissima Lugd. tom. XII, p. 535-542. Hunc Joannem Carpathium, Carpathiorum (in Cycladibus) episcopum facit Pontanus, nescio quo auctore : nam nec in mss. episcopus vocatur, nec Photius episcopatum ejus commemorat : et Meletius calligraphus in iambis, codici Coisliniano præfixis, et ab Montfaucono p. 305 editis, eum vocat Καρπάθιον ῥήτορα καὶ θεοφόρον, non episcopum. A quodam V. D. incerta conjectura refertur ad sæculi XIII initium.

(*a*) In *Anecdotis litterariis*, ex mss. erutis, vol. II, Romæ p. 17 sqq. ex cod. bibl. Nanianæ sæc. xv, primum editi sunt incerti Græci poetæ iambi in sermones SS. Patrum, s. de scriptoribus asceticis, et versu 42 memorantur *ducenta* tantum Joannis Carpathii capita. Idem scriptor vers. 28 (ubi v. not. Amadutii) laudat Cassiani, cassiam spirantis, librum; ac vers. 40 sq. sapientis Marci (monachi) practicos sermones atque Diadochi gnosticam centuriam. — Monaci in cod. XXV in inscriptione citantur B. Joannis Carpathiorum episcopi (τῆς Καρπάθου ἐπισκόπου) ad monachos in India rogantes (τοὺς ἀπὸ τῆς Ἰνδίας προτρέψαντας) capita hortatoria LXXVII. V. cel. Hardt. in Aretini Beytrægen, etc., a. 1803, part. 3, p. 33, ubi ille V. D. primum adnotat, in titulo quidem dici esse capita LXXVII; in margine vero ultimum notari LXXIX, scriptorem autem quædam notare oblitum esse, et esse revera LXXXII, et quidem eadem quæ Jac. Pontanus cum Symeonis jun. oratt. aliisque opusculis edidit Ingolst. 1603, 4. Tum contra Fabricium h. l. defendit Pontanum, quod non contra mss. fidem fecerit, cum Jo. Carpathius non in Monacensi solum, sed etiam in Cæsariensi ac Taurinensi (CCLIV, in quo sunt centum capitula consolatoria : v. Catal. codd. Græc. Taur., p. 370, ubi etiam auctor Catal. eadem monet contra Fabricium) *episcopus* audiat. Ita quoque *episcopus* vocatur in cod. Florent. Laurent. III, plut. 10, in quo sunt n. 17 ejus consolatoria capita centum, atque n. 18, ejusdem capita practica CXVII. V. Bandin. Cat. codd. Græc. Laur. I, p. 472, qui adnotat quoque, partem horum capitum practic. n. a. XLI ad CXVI, sed initio et inscriptione destituta, exstare etiam in cod. XV, plut. 7, § 2, vol. I, pag. 252. In cod. vol. pag. 495 citatur in collect. capitum, asceticorum. — Paris. in bibl. publ. sunt Jo. Carpathii cap. theologica et gnostica, secundum cat. codd. vol. II, in sex codd., atque capita consolatoria ad monachos in India degentes in totidem codd. Harl.

JOANNIS CARPATHII

AD MONACHOS IN INDIA,

EORUM ROGATU,

CAPITA HORTATORIA,

SIVE DOCUMENTA SPIRITUALIA XCVII.

(*Bibliotheca Patrum Lugdun.*, t. XII, p. 535.)

—

Terrarum regibus vernos flores mendici offerentes, sæpenumero non solum repulsi non sunt, verum dono quædam contra receperunt. Quamobrem et ego jussu vestro centuriam unam piarum sententiarum alicunde mutuatus, et vobis conversationem vestram in cœlis habentibus offerens, utinam acceptus sim, et remunerationem precationum vestrarum vicissim adipiscar.

I. Quanto minus perpetuus totius universitatis rex principium aliquod ac terminum regni sui habet, tanto his, qui ejus, et virtutum gratia laborem capessere instituerunt, studium ipsorum fructuosius est. Nam vitæ istius honores, tametsi valde splendidi, una cum eadem omnino finiuntur. Qui autem a Deo dignis tribuuntur, utpote cum immortalitate tributi, prorsus permanent. Quare me animus hortatur, uti vos in beatis ducam, quibus Deus est amori.

II. Beatus ille David hymnum, et laudes Deo per omnes creaturas concinens, angelorum quoque omniumque inaspectabilium potestatum meminit; et in terram usque descendens, nec bestias, nec jumenta, nec reptilia prætermittit, cum etiam ex his laudationem Creatori jucundam acceptamque existimaret, qui universa ab se condita suum sibi tributum pendere velit. Quod cum ita sit, qui tandem monachus, *qui non conferetur auro ex Ophir* [1], ad hymnodiam Deo persolvendam torpere, aut pigritari unquam poterit?

III. Luna accretione et diminutione luminis sui statum hominis exprimit atque indicat: qui quandoque probus, quandoque improbus est: quandoque per pœnitentiam ad mores virtutis norma directos recurrit. Itaque mens ejus, qui in peccatum prolabitur, haud est eversa, ac perdita penitus, quod quidam istic opinantur: sed sicut corpus lunæ imminutum est quidem lumine, illud tamen recipit: ita etiam homo, pœnitentia auxiliante, splendorem suum de integro recuperat: ut luna, inquam, suo defecta lumine, eodem rursum convestitur. Qui enim in Christum Deum nostrum, et Dominum gloriæ credit, *etiamsi mortuus fuerit, vivet: et cognoscet*, inquit, *quia ego Dominus locutus sum, et faciam* [2].

IV. Si a multitudine fœdorum simulacrorum, in mentem tuam irrumpentium expugnatus fueris, te ad tempus a divina gratia separatum scito: unde et in manus peccati traditus es justo judicio. Enitere igitur nequando per negligentiam, ne ad punctum quidem temporis a gratia deseraris. Quod si major lapsu, murum cogitationum turbulentarum transcendere, ingeminatasque hostium sagacium impressiones contemnere poteris, ne ignores donum hoc tibi datum desuper. Ait enim Apostolus, *non autem ego solus, sed gratia Dei in me* [3], hoc tropæum operata est, et ab insurgentibus in me nefandis cogitationibus illæsum conservavit. *** Qui ergo eduxit me de terra Ægypti, hoc est e mundo, ubi pereunt animæ, hic occulta manu pro me pugnans, percussit Amalec, et reliquas item nefariarum motionum gentes Dominum a facie nostra funditus deleturum spem fecit. Hic Deus noster sapientiam tibi et virtutem dabit. Quidam enim sapientiam acceperunt, at non virtutem spiritus ad debellandos inimicos. *Hic exaltabit caput tuum super inimicos tuos* [4]. *Et dabit tibi pennas sicut columbæ, et volans apud Deum requiesces* [5]. Ponet Dominus *arcum æreum brachia tua* [6], validum te, solertem, robustumque reddens contra adversarium, sub te laqueis irretiens omnes oppugnatores tuos. Refer itaque Deo gratias castitatis, quoniam non conclusit te in manus voluntatum carnis et sanguinis, et occupatorem in his perniciosorum atque impurorum spirituum, dextera sua te communiens. Ædifica illi altare post fugatum Amalec. *Propterea confitebor tibi in gentibus, Domine, et nomini tuo cantabo* [7]. Magnificabo potentiam tuam, quoniam liberasti a perditione vitam meam, et de laqueis, ac de retibus circumstantis nos, et multiformis, et veteris peccati, me eripuisti.

V. Nequam dæmones nefarios affectus in nobis resuscitant, renovant, accendunt, et multiplicant. Meditationes autem verbi Dei, præcipueque cum lacrymis eluentibus susceptæ, eos quamvis invetera-

[1] Job. XXVIII, [2] Joan. XI; Ezech. XXVIII, 10. [3] I Cor. XV, 10. [4] Psal. XXVI. [5] Psal. LIV, 7. [6] Psal XVII, 35. [7] II Reg. XXII, 50.

tes interimunt, ac dissipant: paulatimque perniciosa animæ et corporis peccata, effectaque ad nihilum redigunt: modo nos intenta atque improba precatione, ac spe Dominum assiduo fatigare ne cessemus.

VI. Quid est quod ex ore malitia parvulorum Christus laudem perficit? An omnino, ut per hanc laudationem inimicum et ultorem destruat? inimicum quidem virtutum, ultorem vero scelerum diabolum. Itaque et nos Dominum cum simplicitate collaudantes, inimici machinationes conterimus et destruimus. *In multitudine enim gloriæ tuæ contrivisti bella, et adversarios oppugnantes nos* [7].

VII. Si quis apparuerit abortivus, dimidium nunc carnis suæ devorare dicitur, dimidium in futuro sæculo. *Fructus enim viæ suæ quilibet comedet* [8].

VIII. Pulcherrimum jejunium eligere debet monachus: non servire scilicet pravis animi motibus, et tranquillitatem mentis summam semper excolere.

IX. Dæmones, qui flagrant odio animarum nostrarum, quosdam incitant, ut nobis laudem, ceu frigus quoddam letale impertiant. Deinde hortantur nos ea diffundi, ac dissolvi. Cum ita opinione de nobis inflati, vanæ gloriæ locum dederimus, rem factam habent inimici nostri; nec de cætero laborant ut nos captivos faciant.

X. Magis cavillatorem amplectere, quam laudatorem, qui a maledicente nihil differt, ut scriptum est a Plutarcho.

XI. Si studiosus virtutis jejunandi, propter corporis infirmitatem ea potiri nequeas, et contrito corde ad gratias omnium procuratori et judici agendas te convertas, ipsa gratiarum actio ad misericordiam Deo tibi reputabitur: si modo te humilem Domino semper præstiteris et nemini unquam te anteposueris.

XII. Sciens inimicus orationem nobis esse propugnatricem, sibi insidiatricem, ab eaque nos abstrahere moliens, ad Græcarum disciplinarum, quas deseruimus, desiderium animos nostros exstimulat, et ad iis vacandum hortatur. Cui obtemperare caveamus, ne cum ab orbita et tramite culturæ nostræ aberraverimus, pro ficubus et uvis spinas et tribulos metamus. *Sapientia quippe hujus mundi stultitia apud Deum reputatur* [9].

XIII. *Gaudium magnum*, inquit, *annuntio vobis, quod erit omni populo* [10], non parti populi. Et, *Omnis terra adoret te, et psallat tibi* [11], non sane pars terræ. Atqui psallere non suppliciter orantium, sed magnopere lætantium est. Quod cum ita sit, neutiquam abjiciendus est animus; verum cum lætitia vita hæc transigenda, et de illa sempiterna lætitia gaudioque cogitandum. Nihilominus divino timore lætitiam temperemus, sicut ait David, *Exsultate Domino cum tremore* [12]. Maria enim cum timore, et tremore, et gaudio magno cucurrit a sepulcro. Celeriter et nos tandem, cum timore et gaudio de sepulcro quod animo cernitur prorumpamus. Miror etenim quomodo absque timore, quandoquidem nemo est sine peccato, sive Mosen, sive Petrum apostolum dicas. Verumtamen in his divina charitas victrix, tempore egressionis foras mittit timorem.

XIV. Etiam motibus vitiosis implicatus, si tote corde crediderit, seseque humiliaverit, apathiæ gratiam adipiscetur. Testatur id Scriptura. *Hodie mecum eris in paradiso* [12*]. Et, *Fides tua te salvam fecit, vade in pace* [13]. Et quæcunque sunt hujus generis. Et in autumno livescit uva, *et secundum fidem vestram fiet vobis* [14].

XV. Quando motus animi a recta ratione alienos edientes, cogitationibus libidinosis acrius a dæmonibus infestamur, tunc magis in Christi fide confirmamur, et ad bona sempiterna exspectanda spem firmiorem conspicimus, quibus nos privari, et excludi ex invidentia dæmones student. Nisi enim essent bona illa multo maxima, haud ita illi invidia accensi, sordidas cogitationes crebro in nos jacularentur, in hoc et insaniæ suæ satisfacturos, et ad desperationem nos per multam et intolerabilem molestiam impulsuros arbitrantes.

XVI. Scientiam verissimam, esse praxin nonnulli existimant. Quapropter operibus ipsis potius et fidem, et scientiam tuam conare ostendere. Qui enim sola scientia inflatus est, audiet, quia *Deum se confitentur nosse, factis autem negant* [15].

XVII. Ut plurimum tempore festorum dierum, et sanctarum synaxeon, potissimumque cum ad mysticam mensam accedendum est, dæmones ascetam odiosis et impuris phantasmatis, genituræque profluvio inquinare nituntur. Sed neque isthoc frangent, aut enervabunt, quia omnia toleranter ac generoso animo ferre consuevit. *Ne igitur glorientur adversum nos accincti æque ut discincti* [16].

XVIII. Da operam ne hostes nostri alacritatem tuam retundant, variis et occultis tentationibus animam colaphizantes. Nam ex multis et inexplicabilibus tribulationibus corona tibi contexitur: et in infirmitatibus Christi virtus perficitur, et in statu tristiore, spiritus gratia efflorescit, ac nitet. *Lumen enim gentibus in tenebris exortum est* [17]: si quidem fiduciam et gloriationem spei ad finem usque stabilem retinuerimus.

Nihil æque virtutem profligare solet, ut scurrilitas, et ludicra atque otiosa colloquia. Rursus ad animam inveteratam renovandam, et cum Deo consociandam nihil æque confert ut timor Dei, et diligens attentio, assiduaque divinorum eloquiorum commentatio, et qua se quis tanquam armis instruat oratio, et vigiliarum, ut lucri alicujus consectatio.

XIX. Commodissimum simul et utilissimum est animæ, quamvis tribulationem, sive ab homini-

[7] Num XII. [8] Prov. I, 31. [9] I Cor. III, 19. [10] Luc. II, 10. [11] Psal. LXV, 4. [12] Psal. II, 11. [12*] Luc. XXIII, 43. [13] Luc. VII, 48. [14] Matt. IX, 29. [15] Tit. I, 16. [16] III Reg. XX, 11. [17] Psal. III, 4.

bus, sive a dæmonibus invectam constanter sufferre. Et sciendum plane afflictionem deberi nobis, nec alium quemquam, præter nos ipsos accusandos perpetuo. Nam qui in tribulationibus suis alium accusat, a recto judicio ejus quod convenit aberravit.

XX. Nonnunquam a dextra sede dimovetur homo quamvis virtutis sectator, multiplicatis tentationibus ordine suo dejectus videlicet, quia, ut Scriptura loquitur : *Omnis ejus sapientia et ars devorata est* [18] : ne confidentes simus in nobismetipsis, et ne glorietur Israel dicens, Manus mea servavit me. Verumtamen ne idcirco turberis, quasi novi quippiam accidat : sed te in priorem illum pulcherrimumque statum restitutum iri spera, deficiente et pulso abs te divino jussu maligno, qui ad omnia non sine affectibus intuenda et audienda nos incitat, et ad peccata committenda sollicitat. Cum autem mentem hebetaverit, ut in hebeti et crassa, facit et carunculæ incredibilem gravitatem, atque molem sentire, et insitam rationem simplicem, minimeque fictam ad similitudinem modo genitorum infantium, reddit variam, et valde expertam, ubi eam omnigenis peccatis venenaverit, et per lenocinia everterit.

XXI. Res magna, homo crescens intus, et virtutibus magnitudinem consecutus. Verumtamen hic magnus peccatum timet, ut murem elephantus, *ne forte cum aliis prædicaverit, ipse reprobus efficiatur* [19].

XXII. Non solum imminente consummatione mundi diabolus sermones contra Altissimum loquetur; sed etiam nunc interdum graves cogitationum nostrarum in ipsum cœlum blasphemias emittit, contraque Altissimum, et creaturas ejus, et sancta Christi mysteria contumelias jacit. Verum nos conscensa petra cogitationis super his, ne obstupescamus, nec perniciosi illius audaciam admiremur. Fide autem et spe ferventiore adhibita, et supernum auxilium consecuti, hostem propulsabimus.

XXIII. Cum exprobratione et audacia inimicus in animam e corpore egredientem involat, et propter admissa acerbe ac horribiliter eam accusat. Sed est tunc videre Deo charam et fidelissimam animam, tametsi antea frequenter multis peccatis vulneratam, ejus impetu et minis haud percelli; quin roboratam potius in Domino, in gaudio solidatam, et a sacris virtutibus eam ducentibus fidentia repletam, ac lumine fidei circumdatam, malignoque multa cum libertate reclamantem, Quid tibi nobiscum est, alienate a Deo? quid tibi nobiscum, fugitive de cœlo, et serve nequam? Non habes ullam in nos potestatem. Nos enim, et omnes in Christi potestate sumus, ipsi peccavimus, ipsi respondebimus, pignus habentes ipsius misericordiæ erga nos, et salutis nostræ pretiosam ejus crucem. Tu vero apage procul a nobis, pestis et exitium; nihil tibi cum servis Christi. Hoc dicente anima cum fiducia, terga deinceps dat diabolus, clamans, et lamentans, quod nomini Christi prævalere non potuerit. Et anima inimico superior effecta, ipsum colaphizat, sicut qui ὀξυπτέρυξ a celeri volatu dicitur, corvum. Postea per divinos angelos in locum sibi definitum, juxta statum et conditionem suam exsultans transportatur.

XXIV. Etiam parvæ tentationi indulgendo, impeditur in progressu virtutis cupidus. Fidem tibi faciat echeneis tantillus pisciculus, qui prægrandem onerariam solo attactu sistit, ejusque cursum cohibet penitus. Et vides rem maximam præpediri a minima, et meministi dicentis, *Ego Paulus* (quantus vir?) *semel et iterum volui venire ad vos; sed impedivit nos Satanas* [20]. Cæterum ne idcirco perturberis : sed contende magis per patientiam, et gratiam consequeris.

XXV. Cui bene ac beate est cum virtutibus, si per socordiam ab officio deflexerit, ascendent ad eum filii nequam orientalium ab Amalec, et præcipue a Madian, vis amoris meretricii, cum camelis ipsorum; nempe cum imaginationibus turbulentis, quibus non est numerus, et disperdent omnes terræ fructus, id est, optimæ actionis et habitus. Tum porro eget Israel, et pusillo est animo, cogiturque clamare ad Dominum, et ita cœlo demittitur bona cogitatio, Gedeon multa cum fide et humilitate imitans. *Familia enim mea infirma est in Manasse* [21], inquit, ut in trecentis hominibus imbecillibus aciem contra tantas catervas instruam, et admirabilia tropæa citra auxilium gratiæ constituam.

XXVI. Non poteris *super aspidem et basiliscum ambulare* [22], et quæ sequuntur, nisi a Deo per multas et supplices preces angelos impetraris, qui manibus te attollant, et mente luto immersa superiorem efficiant.

XXVII. Cum quis strenue decertans victus fuerit, nequaquam animo concidat; sed erectus Isaiæ verbis lætetur, talia succinens : Confortamini, improbi dæmones, et vincimini. Si enim rursum confortamini, rursum vincemini, et si consilia inibitis, dissipabit ea Dominus, quoniam nobiscum Deus, qui confractos erigit, et facit inimicos nostros plangere, si pœniteamus.

XXVIII. Impossibile est eum qui instituitur tentationum vexationes evadere. Sed tales postea multo gaudio, et dulcibus lacrymis divinisque sensibus replentur, qui quidem dolorem et tribulationem in cordibus suis expetiverunt.

XXIX. Isaac volens benedicere, et currens olim Esau ut benedictionem consequeretur, ambo frustrati sunt, miserante Deo, et eam benedictionem Jacob reservante. Quod si et nos sæpe videmus, non quem ipsimet omnino voluimus; sed quem Deus priusquam eum conderet ad ministrandum desti-

[18] Psal. CVI, 27. [19] I Cor. IX, 27. [20] I Thess. II, 18. [21] Jud VI, 15. [22] Psal. XC, 13.

navit, nulla ratione conturbemur: nec invideamus, cum fratres quosdam abjectos et infirmos, ad præfecturam provectos intuebitur. Audivimus enim Dominum dicentem, *Da huic locum* [23], ut discumbat superius. Miremur autem magis in his justum judicem ac provisorem sapienter et arcano decrevisse, ut minimus et postremus primus, et cæterorum dux sit, nos autem simus ultimi, qui exercitatione et tempore illum antecessimus. Ut enim cuilibet homini Deus permisit, ita et ambulemus: *Si spiritu vivimus, spiritu et ambulemus* [24], ut scriptum exstat.

XXX. Nunquam patiare eum, qui sub imperio tuo vivit, dicere tibi, Largire mihi potestatem ad tempus, ut hoc aut illud probem ad virtutem, et ita recte in posterum me geram. Nam qui sic loquitur, propriæ videlicet voluntati obsequitur, et optimæ subjectionis fœdera irrita facit.

XXXI. Carnis et animæ perturbationes, quanquam immodicæ, cum tempori et divinæ voluntati visum fuerit, evanescent; Christi autem misericordia nunquam desinet: *Misericordia* enim *Domini a sæculo usque in sæculum, super timentes eum* [25].

XXXII. Regum thesauri auro construuntur: thesauri autem monachorum, qui vere sunt monachi, scientia intellectualium implebuntur.

XXXIII. Nonnunquam magister traditur in ignominiam, propter eos, quibus spiritualiter commodavit, tentationes sustinens. *Nos* enim, inquit, *ignobiles, et colaphis cædimur, et infirmi sumus: vos autem fortes et nobiles in Christo estis* [26].

XXXIV. Fons ac fundamentum corruptionis per carnem, est cogitatio implicita affectui, quam homo providus ac vigilans per pœnitentiam post lapsum, aut etiam ante lapsum ex anima exterminat. Bene enim quod luxistis potius, ut tollatur e medio vestrum, quæ opus istuc perpetrare hortata est, improba et impia cogitatio. Igitur luctus spiritibus corruptionis opponitur.

XXXV. Fac Dominum dicere tibi aliquando, Hoc et hoc charisma tibi abstuli, in quo putabas animum tuum securum esse, et requiescere: pro illis autem alia charismata, quæ tantum valeant, hæc aut illa dedi. Tu autem ablata cogitans, reddita eorum loco non intuens, tristaris, doles, et ægritudine tabescis. Sed lætificas me contristatus ex me. Contristo enim ego ad utilitatem, servare potius, quam perdere studens, quem in filiorum numerum cooptavi.

XXXVI. Impera tibi non comedere piscem, et videbis inimicum ad desiderium edendi piscis te acriter impellere, et rursum ad fruendum, quo tibi interdixeras, insane festinabis: ut discas, quæ Adamo in figura contigerunt. Nam ille cum audisset, Tantum ex hoc ligno ne comedas, ad id solum quod erat ei prohibitum, cupidissime se convertit.

XXXVII. Alium Deus noster per scientiam, et alium per sinceritatem et simplicitatem salvat.

XXXVIII. Quicunque ad orationem impensius incumbunt, hi ab horribilibus, et atrocibus tentationibus non expugnantur.

XXXIX. Si vacuitatem affectuum induere constituisti, ne sollicitudine vaces; sed pro viribus tuis illam assequi conare. *Ingemiscimus* enim, *habitationem nostram quæ de cœlo est, superindui cupientes* [27]: ut non solum corporaliter post consummationem sæculi, sed etiam hinc jam spiritualiter secundum arrhabonem, *quod mortale est vitæ absorbeatur. Absorpta est enim mors in victoria* [28]. Et absorbebuntur omnes Ægyptii prementes nos, et post nos in undis virtutem de cœlo nobis missam persequentes.

XL. Si oblitus es dicentis: *Timeo, ne forte aliis prædicans. ipse reprobus efficiar* [29], et, *Qui existimat se stare, videat ne cadat* [30], et, *Tu qui spiritualis es, considera te ipsum, ne et tu tenteris* [31], et, si immemor es Salomonis, qui post tantam gratiam ad iniquitatem declinavit: et, si memoria excidit magni Petri non exspectata negatio, fide, cognitione, et scientia, et conversatione tua, tamque diuturnis in vita monastica laboribus gloriare, et superbiæ indulge. At enim cave sis, ullo modo resupineris, frater: verum quandiu spiritum ducis, time, quamvis ætatem Moyses attigeris: et precare, ac dicito: Domine, *ne projicias me a facie tua, et in tempore senectutis, cum defecerit virtus mea, ne derelinquas me, Deus Salvator meus, quoniam in te cantatio mea semper* [31*].

XLI. Ait tibi Dominus, tanquam Matthæo, *Sequere me* [32]. Tu igitur longe charissimum Dominum tuum alacriter sequens, si in via hujus vitæ offenderis ad lapidem vitiosæ affectionis pedem tuum, et imprudens in peccatum lapsus fueris; aut si etiam sæpius loca lutulenta inveneris, quoniam non volens prolapsus es, et cecidisti, quoties contigerit labi, toties et corpus afflicta, et resurgens, eadem alacritate Dominum tuum sequere, donec ipsum assequaris. Sic in sancta cogitatione apparui tibi, ut viderem salvantem me virtutem et gloriam tuam: *Et in nomine tuo*, Domine Jesu, *lavabo manus meas* [33], et existimabo, et putabo pinguedine et adipe me repleri, *Et exaltabunt labia mea cum cantavero tibi* [34]. Magnum enim mihi est, quod Christianus sum appellatus: quemadmodum magnus est mihi Dominus dicente Isaia: *Quoniam magnum est tibi vocare puerum meum* [35].

XLII. Alicubi ait Dominus, *Dabit bona Pater petentibus se* [36]; alicubi rursum, *Spiritum sanctum rogantibus se* [37]. Quibus verbis intelligimus, non solum peccatorum remissionem, sed etiam cœlestia

[23] Luc. XIV, 9. [24] Gal. V, 25. [25] Psal. CII, 17. [26] I Cor. IV, 10. [27] II Cor. V, 2. [28] I Cor. XV, 54. [29] I Cor. IX, 27. [30] I Cor. X, 12. [31] Gal. VI, 1. [31*] Psal. LXX, 19. [32] Matth. IX, 9. [33] Psal. LXII, 5. [34] Psal. LXX, 23. [35] Isai. XL. [36] Matth. VII, 7. [37] Luc. XI.

dona Deo supplices consecuturos, sententia hujusmodi confirmatos. Non enim justis, sed peccatoribus bona talia Dominus pollicetur. *Si enim vos,* inquit, *cum sitis mali, nostis bona data dare filiis vestris, quanto magis Pater vester cœlestis dabit bona petentibus se?* Pete igitur ferventer, nec dubita, tametsi quod ad vitam in virtute positam vilis et plane infirmus sis, et supra dignitatem tuam magna accipies.

XLIII. Quomodo incredulus, aut modicæ fidei in animum inducat credere; credat formicam volare, et vermem quempiam alatum conspici, et alia plurima, quæ in creaturis admirabiliter et præter opinionem fiunt. Ut saltem sic incredulitatis et diffidentiæ morbo profligato, volatilem de cætero naturam adipiscatur, et tanquam arbor eximie prædicandam cogitationem ac notitiam germinet. Ego enim sum, inquit, *qui frondere facio lignum aridum, et ossa arida vivifico* [38].

XLIV. Absit a nobis propter res ad corpus pertinentes sollicitudinibus macerari; tota autem anima credamus Deo, quemadmodum quondam vir quidam bonus dixit, *Credite in Domino Deo vestro, et securi eritis* [39]. Et, ut ait beatus Petrus, *Sobrii estote, et vigilate in orationibus, omnem sollicitudinem vestram projicientes in eum, quoniam ipsi est cura de vobis* [40]. Quod si etiamnum dubitas, et diffidis, omnino ei te curæ esse, ut enutriat te, araneam aspice, quantumque homo ab aranea differat cognosce; ab aranea, inquam, qua nihil est infirmius ac invalidius. Hæc nimirum, hæc, inquam, cum nec possessiones habeat, nec marinas peregrinationes suscipiat, nec in horrea congreget, nec judicio contendat, nec irascatur, sed in omni mansuetudine, et fragilitate, et summa quiete vitam exigat, et vicinissima curiose non scrutetur, res suas tantummodo agat, et in opere proprio sese contineat, statum tranquillum et pacatum obtinet, tantum non voce hac otii ac desidiæ amicos appellans: Cuicunque otiari vult, nec comedere velit. Adeo autem taciturna est, ut Pythagoram illum excellenter superet, quem Græci propter linguæ continentiam supra omnes philosophos admirantur. Pythagoras igitur, quanquam non apud omnes loqueretur, tamen certis temporibus exactis, cum hominibus amicissimis clam disserebat, et sæpenumero ad boves et aquilas verba faciens nugabatur, ac delirabat. Vino porro penitus abstinens, aquam bibebat. At vero hæc silentio quod habet a natura, Pythagoream taciturnitatem vicit, et cum vino etiam aquæ potionem contempsit. In tali igitur, tam quieto statu versanti imbecillæ, et humili araneæ, nec usquam foras sustinenti ambulare, nec ex imaginatione huc illuc divagari, nec innumeris laboribus defatigari, *qui in altis habitat, et humilia respicit* [41] Dominus (nihil autem aranea A humilius) etiam usque ad illam, providentiam atque curam suam extendit, ei quotidie dapiculam mittit, cum prope parvulum ejus tabernaculum in ipsius rete minuta quædam insecta volatilia incidere facit.

XLV. Sed dicet fortasse quispiam ex his ventris et gulæ mancipiis, Ego multi cibi sum: et quoniam multa absumo, sexcentis vitæ negotiis mihi necesse est implicari. Verum et hic cogitet, cete grandia, quæ in mari Atlantico pascuntur, a Deo ubertim nutriri, neque famem unquam experiri. Tantum enim unusquisque horum piscium obsonii devorat, quantum frequens aliqua civitas uno die absumere non possit. *Omnia a te exspectant,* inquit, *ut des illis escam in tempore* [42]. Quocirca et B largum, et parcum cibi Deus est qui alit. His auditis et ipse tu, qui latum et amplum ventrem habes, Deo et fidei de cætero te totum permitte et consecra, excussis multigenis mundi distractionibus animique sollicitudinibus: *et noli esse amplius incredulus, sed fidelis* [43] plane.

XLVI. Si vero Deo placere, et amicitia beatissima diligi volumus, mentem nostram ei nudam adhibeamus, nihil secum ex isto sæculo trahentem, non commentationem, non scitum aliquod inventum, non juris scientiam, non aliud, etsi omnem mundi sapientiam didicerimus. Deus quippe cum magnifica de se existimatiuncula accedentes, quique inani gloria pascuntur, et superbia turgent, C aversatur. Et bene quidam sapientum vanam de se opinionem follem et vesicam esse aiunt.

XLVII. Quo pacto expugnare possimus, quod jam imperium in nos obtinuit peccatum? Opus est vi. Ait enim, Vir laborans laborat, et a se ipso perniciem amolitur, semper annitens sursum ferri cogitationibus suis, et vim vi repellere, ut dicitur in legibus. Nos itaque vim aliquam adhibeamus, licet infirmissimam, et deinde superventuram ex alto virtutem Hierosolymis sedentes exspectemus, hoc est in perpetuis precibus, et aliis virtutibus, donec virtus potens ad nos veniat. Nec enim quamdam imbecillimam, nostræ similiter operantem, sed virtutem quamdam appellari oportebat, quæ per labia corporea efferri non posset, quæ multa potentia, et D mores improbissimos, et diaboli nequitiam vinceret atque edomaret, vinceret item inhonestas corporis motiones. *Factus est* enim, inquit, *repente de cœlo sonitus tanquam spiritus vehementis* [44]: ut vitium scilicet semper nos ad deteriora impellens expelleret.

XLVIII. Ut leo ovili, sic inimicus dæmon nobis insidiatur, laqueos et pedicas impurarum et impiarum cogitationum abscondens. Quin etiam nos, nisi dormiamus, majores illi et molestiores laqueos ponere poterimus. Oratio quippe, et psalmus, et vigiliæ, et humilitas, et ministerium in proximos

[38] Ezech. XVII, 24. [39] II Par. XX, 20. [40] I Petr. V 2. [41] Psal. CXII, 5. [42] Psal. CIII, 27. [43] Joan. XX. 27. [44] Act. II, 2.

collatum, et misericordia, et gratiarum actio, et divinorum eloquiorum lectio, hæc, inquam, inimico insidiæ, fovea, pedicæ, et cruciamenta sunt.

XLIX. Divinus David annis admodum provectus, Deo, a quo esset electus gratias agens, in extremo sic ait : *Nunc enim invenit servus tuus cor suum, ut oraret te oratione hac*[45]. Hoc dictum est ut nos discamus, ad orandum contentionem et tempus requiri, ut tandem imperturbatum animi statum inveniamus : aliud videlicet cœlum cordis, in quo habitat Christus : quemadmodum Apostolus ait, *An nescitis, quia Christus Jesus habitat in vobis*[46]?

L. *Si Christus factus est nobis justitia, et sapientia a Deo Patre*[47], certum est, etiam factum esse requiem. Sic enim ait : *Venite ad me omnes qui laboratis, et onerati estis, et ego quiescere faciam vos*[48]. Pulchre igitur dictum est, sabbatum, id est requiem, propter hominem factam esse : in ipso enim, et solo Christo, Dei Filio unigenito scilicet, quietem genus humanum adipiscetur.

LI. Sicut est poculum lapsus, et calix iræ : sic etiam est poculum infirmitatis, quod ablatum a nobis Dominus tempore debito tradit in manus inimicorum nostrorum, ut in posterum non amplius nos, sed dæmones infirmentur, et cadant.

LII. Sicut in rebus exterioribus sunt nummularii, textores, aucupes, milites, structores : sic in interioribus (in cogitationibus nimirum) puta esse aleatores, veneficos, piratas, venatores, cynædos, homicidas, et similes, quibus actutum negare aditum per piam contradictionem et orationem oportet, cynædis potissimum, ne sanctum locum profanent, et hominem Dei inquinent.

LIII. Non solum lingua capitur Dominus, ut salvet, sicut factum in latrone, qui de cruce clamabat : sed cogitatione etiam. *Dicebat enim intra se*[49] (scriptum habemus de muliere, quæ sanguinis fluxum patiebatur) et quæ sequuntur. Et servus Abrahami de Rebecca apud se tacitus coram Domino loquebatur.

LIV. Propemodum ipsum peccatum pœnitentem ad Deum impellit, cum ejus fœtorem, pondus, et insaniam sentit. Nolentem vero ad pœnitentiam se dare, ad Deum non compellit : quin potius potentia sua vinculis insolubilibus constringit, vehementiora et acriora de cætero desideria perditionis efficiens.

LV. Aliquando in convivio arrogans cogitatio ad intempestive loquendum prosilit. Angelicæ autem cogitationes hujusmodi nugatoriam et importunam cogitationem ejicere serio monent. Si igitur bono silentio ipsam non represseris, sed inflatus superbia, foras prodire permiseris, postea pœnas dabis, aut cum peccato magno divinæ ultioni traditus, aut gravibus corporis doloribus, aut non levibus fratrum offensionibus, aut futuri sæculi suppliciis. A Etenim pro verbo otioso, et e vana gloria profecto, rationem reddemus, propter linguæ moderandæ imperitiam. Quamobrem ea provide custodienda nobis est.

LVI. Quicunque voluptate, ira, vana gloria, aut simili vitio tentantur, hi dicuntur sole per diem uri, et luna per noctem. Ora igitur divina et roriflua nube tegi, ut incendium ab inimicis illatum evadas.

LVII. Neutiquam licentiam apud te tribue vinolentiæ satellitibus, et mensæ luxuriosæ asseclis, neque parum honesta fabulantibus, tametsi persona præstent, tametsi vitam solitariam diu agitarint, ne secundum Scripturam putredo te operiat, et cum immundis atque incircumcisis corde auferaris.

B LVIII. Primum traduntur Petro claves : deinde in negationem prolabi sinitur, ut eo casu ejus animi providentia castigetur. Et tu igitur, si, cum scientiæ clavem acceperis, in varias tentationes incideris, ne admirere : sed Dominum, qui solus est sapiens, glorifica : qui admiscentem se divinarum rerum notitiæ arrogantiam afflictionibus coercet. Tentationes etenim frenum sunt, et Deo ita providente, spiritus hominum frenare ac retinere possunt.

LIX. Si bona nobis sæpe Dominus abstulerit, quemadmodum divitias Job, dicamus, *Dominus dedit, Dominus abstulit*[50]; utique mala quæ nobis invexit, auferet : *Bona* enim *et mala a Deo*[51], inquit. C Et qui induxit nobis mala, idem æternam lætitiam cum æterna gloria nobis inducet. *Sicut* enim *vigilavi super eos, ut destruerem et affligerem : sic vigilabo super eos, ut ædificem, et non destruam, ut plantem, et non evellam, dicit Dominus*[52]. Taceat ergo popularis parœmia : Ex quo male, non amplius bene. Nam qui res in deterius mutavit, easdem omnes de improviso in conditionem splendidiorem revocare potest.

LX. Qui dæmonibus sive per continentiam, sive per orationem, sive omni genere virtutis vehementius majoreque contentione insultat, graviores ab iisdem plagas accipiet : donec tædio captus, et responsum mortis intellectualis in anima sua reperiens, dicere possit, *Quis me liberabit de corpore* D *mortis hujus*[53]? Legibus enim adversarii vel invitus subjacere cogor.

LXI. Non temere scriptum est, olim dixisse quosdam inter se : *Surgite, et ascendamus ad populum confidentem in spe, et quiescentem*[54]. Et iterum, Venite ascendamus, et colloquamur cum ipsis lingua intelligibili dolosa, et avertamus illos a veritate ad nos. Sævi namque dæmones adversum eos, qui statum monasticum quieti et silentio deditum delegerunt, per omnem eorum vitam tentationum gladios acuere, religionique et divinæ pietati addictiores furiosius oppugnare consueverunt, pugnis

[45] II Reg. vii, 27. [46] I Cor. iii, 16. [47] I Cor. i, 30. [48] Matth. xi, 28. [49] Marc. v, 25. [50] Job i, 21. [51] Eccl. xi, 14 [52] Jer. xxxi. 28. [53] Rom. vii, 24. [54] Jud. xviii, 9.

intolerabilibus ad peccatum opere perpetrandum eos impellentes, si forte oppugnatos hac ratione a fide in Christum, a studio precandi, et bona spe avertere et avocare queant. *At nos*, inquit David, *non discedimus a te* [55], quoad tentatores a nobis discedere jubeas, et per patientiam, solidamque et firmam apathiam vivificemur. Quoniam *tentatio est vita hominis:* et agonotheta connivente sæpenumero ad tempus constitutum sub pedibus inimicorum suorum prostratus jacet. Magni autem et excelsi animi est in calamitatibus desperatione minime frangi.

LXII. Si tantum potest dæmon, ut hominem a bono naturæ statu desciscentem, in alium habitum mutare, et ad perditionem ipsius transferre etiam nolentem queat, quanto magis angelus, definito tempore Dei mandato accepto, totum hominis affectum ad meliora inflectere poterit? Si frigidissimus aquilo tantum valuit, ut ad lapidum duritiem tenerrimam aquarum naturam immutaret, quid faciet calidissimus auster, si aer valde refrigeratus, omnia recedere faciat? *Ante faciem* enim *frigoris ejus quis sustinebit* [56]? et quomodo calor ad se omnia non advocabit? Credo igitur frigidum et nigrum carbonem mentis nostræ serius tandem, aut citius calidum et lucidum fore, ubi divinissimus ignis eum afflaverit.

LXIII. Est quidam etiam in præsenti vita status testimonium et signum nostro in occulto Joseph positum, propter apathiam, secundum quem mens egressa ex Ægypto a pistrino passionum, et a servitute in cophino impurissima recedit. Linguam autem quam non moverat non audit amplius, linguam dæmonum videlicet, sordidam, et corruptricem rectæ mentis: sed linguam sanctam lucem afferentium angelorum, transformantium animum a corporeo in incorporeum, linguam illuminativam animæ suscipientis.

LXIV. Audio fratres quosdam corpore continenter imbecilliores, nec valentes jejunare, mihi dicere: Quo pacto citra jejunium a diabolo, et a pravis affectionibus liberari possumus? Quibus respondendum, non solum per abstinentiam esculentorum, verum etiam per clamorem cordis excuti et exterminari posse mala, malorumque suggestores. Clamarunt enim quidam ad Dominum cum tribularentur, et liberavit eos. Et rursum scriptum est, *De ventre inferi audisti vocem clamoris mei, et ascendet ex corruptione vita mea* [57]. Idcirco, *Donec transeat iniquitas* [58], hoc est, perturbatio peccati, *clamabo*, inquit, *ad Deum altissimum*, ut maximo beneficio me afficiens, impetum peccati sua potestate compescat, et mentis affectionibus vitiosis obstrictæ simulacra deleat, Athenasque nostras idolis deditas idolorum expertes faciat. Si itaque non accepisti gratiam continentiæ, scitó velle Deum per orationem et spem orantem te exaudire. Cum noveris igitur Domini judicium, desperationi cave succumbas, quia te exercere non potes: sed da operam potius ab inimico liberari per orationem et patientiam cum gratiarum actione. Si ergo persecuti vos fuerint cogitationes imbecillitatis et laborum, a civitate jejunii fugite in aliam, id est, ad orationem et gratiarum actionem.

LXV. Pharao supplicans, *Auferat Deus a me mortem istam* [59], inquit, et exauditus est. Similiter dæmones rogarunt Dominum, ne in abyssum mitterentur, et impetrarunt. Quanto magis voti compos fiet homo Christianus, orans, ut a morte sub intelligentiam cadente liberetur?

LXVI. Qui aliquandiu a divina gratia illuminatus, in ea conquiescit, subtractaque in vagationes mentis et inquinamenta incidens, idcirco murmurat, nec virilem induens animam precibus salutarem illam plenitudinem recuperare contendit, sed ægre fert, et stomachatur, similis est mendico, qui eleemosyna ex palatio accepta, moleste fert, quia ut cum imperatore pranderet, non sit intromissus.

LXVII. *Beati qui non viderunt et crediderunt* [60]. Quam beati qui subtracta gratia non invenientes consolationem in seipsis, sed præsentes potius afflictiones, et densas tenebras intuentes, non desperant; sed fide confirmati, existimant se videre eum, qui non videtur, viriliterque malum suum tolerant.

LXVIII. Quæ ex gratia, tempore suo, post multa certamina, dolorem et lacrymas, quærentibus eam de cœlo donatur humilitas, multis partibus fortior et major est ea humiliatione, quæ virtute amissa contingere solet. Illa superiore dignati, vere perfecti viri, et a tentationum molestiis tuti sunt.

LXIX. Quando diabolus Dominum reliquit, tunc accesserunt angeli et ministrarunt illi. Sciendum igitur, sicut scriptum non est, dum tentaretur, affuisse angelos: sic etiam dum nos tentamur, ad tempus angeli Dei, non procul tamen, se subducunt. Ubi recesserunt qui tentabant, ad nos revertuntur ministrantes nobis divinas cogitationes, sanitates, firmamenta, illuminationes, compunctionem, consolationem, patientiam, dulcedinem, et quæcunque ad animam lassam servandam, corroborandam recreandamque pertinent. Ait enim Nathanaeli, *Videbis angelos ascendentes et descendentes supra Filium hominis* [61], hoc est, super omne piorum genus angelorum ministerium auxiliumque affatim effundetur.

LXX. Memento sacerdotis illius, a cujus dextris stetit diabolus, ut cuilibet cogitationi, et verbo, et facto dextero adversetur, ne rerum eventis percellaris et obstupescas.

LXXI. Nosse convenit monachum, quid sit infir-

[55] Psal. LXXIX 19. [56] Psal. CXLVII, 17. [57] Jonæ II, 3. [58] Psal. LVI, 2. [59] Exod. X, 17. [60] Joan. XX, 29. [61] Joan. I, 51.

nitas, secundum illud, *Miserere mei, Domine, quoniam infirmus sum* [62]: et quid sit apostasia a Deo: quæ quidem morbus est diaboli et angelorum ejus.

LXXII. Quemadmodum ferrum ignis conjunctio facit intractabile: ita crebræ orationes mentem validiorem efficiunt ad conflictum cum hostibus ineundum. Quocirca summa vi horrorem quemdam assiduæ orationis immittere nobis conantur, cum sciant eam ipsis insidiatricem, animo vero propugnatricem esse.

LXXIII. Eorum qui secum e Siceleg adversum alienigenas profecti erant, promptum animum David gratum habuit, tametsi viribus lassi, apud torrentem Besor remanerent. Cum autem parta de barbaris victoria ad eos revertisset, et audiret quosdam dicentes, nihil de præda cum illis communicandum, qui ex lassitudine ad torrentem consedissent, erubescentes et obmutescentes illos humanissimus David ita defendit, ut diceret quoniam sedissent ad sarcinas et impedimenta, eaque custodissent, ob id etiam æqualem partem cum fortibus et magnanimis bellatoribus ferre oportere. Considera igitur, num etiam in fratre quopiam, qui se in principio ferventem demonstravit, postea aliquantum inertiæ succubuerit, vasa sive sarcinæ salutis intelligi queant fides, pœnitentia, humilitas, lacrymæ, patientia, spes, longanimitas, et virtutes reliquæ, quibus imbecillus actione assidens et assiduo incumbens exspectatione in Christo ut consentaneum est, aliquod donum sempiternum consequatur.

LXXIV. Levitæ quidem et sacerdotes vocati sunt, qui sese totos per omnia Deo consecrassent, actione et contemplatione, inquam: jumenta vero Levitarum dicuntur qui animi perturbationibus vacantes per vestigia sequi non possunt, cupidi tamen sunt virtutis, et pro captu suo illi student, et eam expetunt quotidie, etiam si vitiis enervati, sæpius ea frustrantur. Æquum porro est, aliquando et hos apathiæ charisma, sola Dei benignitate accipere: *Desiderium* enim *pauperum exaudivit Dominus* [63].

LXXV. Plagas, quas nobis inimicus seu aperte, seu occulte infligit, videmus, cruciatus autem et dolores, quos a nobis officio virtutis fungentibus, aut de peccatis pœnitentibus, aut patienter ferentibus ac tolerantibus, quæ præter voluntatem eveniunt, aut orantibus, aut alia sedulo agentibus, propter quæ ille disrumpitur, et torquetur, et plorat, et plangit, hæc omnia nos, ita Deo volente, non videmus. *Justum est* enim, inquit, *apud Deum retribuere tribulationem iis qui vos tribulant* [64].

LXXVI. Si caudex vetulus aut in planitie, aut in monte aquis irrigatus reviresclt, quasi recens satus, par est nos quoque sancti Spiritus virtute excitatos incorruptionem regerminare, quam secundum naturam accepimus, et velut recentem stirpem æstate frondescere, tametsi veterem hominem superinduti sumus.

LXXVII. Ad animam propter magnitudinem tentationum, et multitudinem peccatorum sibi displicentem, dicentemque, Periit spes nostra, occidimus, dictum est a Deo, qui salutem nostram non desperat, *Vivetis, et cognoscetis quia ego sum Dominus* [65]. Ad animam autem dubitantem, quo pacto per magnas virtutes parere Christum queat, dictum est, *Spiritus sanctus superveniet in te* [66]. Ubi autem Spiritus sanctus adest, ne tu de natura et consuetudine amplius cogites: potest enim omnia adorandus Spiritus, et non exstantia tibi producit, ut obstupescas. Quin etiam mentem antea victam, nunc victricem reddit. Qui enim in cœlo super nos propter misericordiam venit Paracletus, supra omnes est: omnibus enim et naturæ motibus, et a diabolo excitatis passionibus superior est.

LXXVIII. Enitere ut splendorem ac lucem in ea parte animæ tuæ illæsam custodias, cui tributus est a natura principatus. Quod si aspicere cum perturbatione cœperis, obtenebravit te Dominus, et emisit frenum ante faciem tuam; aut lumen oculorum tuorum non est tecum. Sed quamvis hæc ita habeant, ne deficias, nec defatigere. Ora autem cum sancto Davide, *Emitte lucem tuam et veritatem tuam* [67] *mihi qui contristatus ingredior* [68]*: salutare vultus mei, et Deus meus* [69]. *Emittes* enim *spiritum tuum, et creabuntur, et renovabis faciem terræ* [70].

LXXIX. Beatus qui in hac vita insatiabiliter noctes et dies, preces et psalmos comedit ac bibit, et seipsum præclara Scripturarum lectione corroborat. Nam istiusmodi usus perfectam et cumulatam animæ lætitiam in futuro sæculo producet.

LXXX. Tota virtute cave ne cadas: cadere enim fortem athletam haud decet. Quod si cadere contigerit, illico resurge, rursumque ad certamen consiste, etsi millies id ex carnis fragilitate contingat. Scriptum est enim, *Septies cadit justus* [71], hoc est, in omni vita, *et septies resurget*. Quandiu tenes arma sancti habitus, cum lacrymis Deo supplex adstantes te adjungis, quanquam sæpe cecideris. Quandiu monachus manes, quandiu generosus bellator contra adversarios plagas suscipis, per quas potius laudaberis, quia neque percussus cedere aut deficere sustinueris. Quod si monachorum ordinem deserueris, de reliquo in tergo vulneraris, ut fugitivus, ut tumidus, ut ordinum desertor, ut qui intrepidus apparere non audet.

LXXXI. Gravius est desperare, quam peccare. Judas proditor pusillanimis erat, et belli indoctus: quare desperantem insecutus inimicus suspendio admovit. Ast Petrus, firma illa petra, horribili casu depressus, non deflexit a tramite, nec fracto animo

[62] Psal. VI, 3. [63] Psal. IX, 17. [64] II Thess. I, 5. [65] Isa. XLIX, 18. [66] Luc. I, 35. [67] Psal. XLII, 3. [68] Psal. XXXVII, 7. [69] Psal. XLI, 12. [70] Psal. CIII, 12. [71] Prov. XXIV, 56.

desperavit: sed sustulit se, et e corde contrito amarissimas lacrymas obtulit, ipsisque ut flammis rapidissimis oculos ardentes habens, resiluit longe fugiens, et acerbe ejulans.

LXXXII. Adversus hæc tria potissimum monachus bellum gerere debet implacabile, nempe adversus insanum ventris et gulæ studium, adversus vanam et inutilem gloriam, et adversus avaritiam, quæ est idolorum servitus.

LXXXIII. Quidam Israelitarum rex Troglodytas, aliosque barbaros psalmis, hymnis, cæterisque canticis spiritualibus, in sermonibus et organis Davidicis debellavit. Habes et tu barbaros Troglodytas, dæmonas nimirum, sensus et membra tua subeuntes carnemque per tentationem agitantes, et per titillationes fumum excitantes, facientesque te non absque affectu odorari, audire, et oculos adulterii plenos habere, et Babylonica confusione intus extraque confundi, et verba immoderata profundere. Ergo tu similiter Troglodytas istos malarum in te rerum artifices, ut fide magna, et psalmis, et hymnis, et canticis spiritualibus funditus extermines, curam et operam impende.

LXXXIV. Quemadmodum Deus hominem hominis opera salvari, ita Satanas hominem per hominem perdi vult. Quocirca ne familiariter utare homine contemptore aliorum, versuto, et loquace, ne cum illo in supplicium abeas: vix enim quis cum justo versans, salutem consequitur. Quod si cuiquam cum improbo consuetudo intercesserit, nec sibi tanquam a peste et lepra caverit: facile naufragium inveniet. Quis porro misereatur amice et hilariter versantis cum dracone? Fuge igitur linguæ utendæ imperitos, et contentionum auctores, externisque et internis membris inquietos.

LXXXV. Quis sapiens et intelligens, et amicus Dei appellari cupiens, ut animam suam Christo exhibere studeat talem, qualem ab illo accepit, puram videlicet, sine vulnere, et totam sine macula, atque idcirco in cœlestibus coronetur, et ab angelis beatus prædicetur?

LXXXVI. Unum verbum bonum scelestum illum latronem in divinum paradisum introduxit: et unum verbum indecens sancto Moysi terram promissionis interclusit. Ne igitur linguæ morbum contemnendum existimemus. Convitiatores enim et nugatores sibi ipsis regnum cœlorum præcludunt. Quamobrem vir linguosus etsi hic dirigatur, ibi non dirigetur: quin potius supplantabitur, et mala apprehendent ipsum in perditionem. Scite dictum a quodam sapiente, melius esse ab alto cadere in pavimentum, quam cadere a lingua. Credendum itaque Jacobo Apostolo scribenti: *Sit omnis homo velox ad audiendum, tardus autem ad loquendum* [72].

LXXXVII. Ne decepti a sensibus circa vanitates, animis elevemur, expedit auscultare dicenti: Vade populus meus, ingredere in penetrale, seu cubiculum cordis tui, omni rerum sensibilium cogitationi occultum et absconditum, imaginum simulacrorumve expers habitaculum, apathia et obumbratione cœlestis gratiæ fulgidum: claudit ostium omnibus aspectabilibus, paululum, et tantillum abscondere, brevis est enim vitæ humanæ cursus universus: ac tum dicito, *Donec pertranseat furor tuus* [73]: quomodo alius dicebat, *Donec transeat iniquitas*. Nam fortassis propter iram Domini dæmones ad vitiosas affectiones et peccata nos irritant, quemadmodum Isaias Deum alloquens ait, *Ecce tu iratus es, et peccavimus* [74]. Hanc iram effugit, qui continenter in corde suo pacibus factitandis incumbit, et intra adyta se tenere contendit. *Et trahe*, inquit, *sapientiam super intima. Gloria* enim, inquit, *filiæ regis ab intus* [75]. Laboro autem ego usque ad latissimum, donec *intrem in sanctuarium Dei* [76]*: et in montem hæreditatis*, inquit, *ad præparatum habitaculum tuum*, *quod præparasti, Domine.*

LXXXVIII. Qui ex animo rebus caducis nuntium mittere vult, beatum Elisæum prophetam imitetur, qui multo et ardenti erga Deum amore flagrans, nihil sibi reliquit. Omnia igitur quæ possides in pauperes et monachos dispertire. Atque ita Christi cruce sublata, voluntate ac proposito ad mortem voluntariam festina, quæ tibi vitam æternam conciliet.

LXXXIX. Cum Amorrhæum in te instar quercus convaluisse senseris, Deum jugiter ora, uti arefaciat fructum ejus desuper: hoc est, peccatum in opere et radices infra, id est, impuras cogitationes: et ut Amorrhæum exterminet a facie tua.

XC. Mirari non debetis, si videatis quietem vestram haberi ludibrio ab his qui ipsi quiescere non possunt. Imo potius adversum eos psallite, de ultione tamen non cogitate, subjectionemque majorem erga Deum illis opponite, clamantes in hymnis, *Verumtamen Deo subjecta esto anima mea* [77]. *Pro eo ut me diligerent, detrahebant mihi* [78]: ego autem pro mea eorumque sanitate suppliciter oro.

XCI. Sicut in mari, cum non spirat ventus vehementior, fluctus non attolluntur, sic dæmone non præsente, perturbationibus tanquam procella quadam nec anima, nec corpus nostrum jactatur.

XCII. Si semper oratione et divina gratia ferbueris, et stola tua caluerit; dicet tibi Scriptura, ut arma lucis induto: *Inimici* enim *tui sicut diploide confusione et terrore operti sunt* [79].

XCIII. Dum peccatorum tuorum recordaris, ne te pigeat pectus verberare: ut plagis hujusmodi tanquam lapidem caves obduratum cor tuum, inventoque auro, quale publicanus ille habuit, super divitiis occultis vehementer gaudeas.

XCIV. Ignis precum ad Deum, et sacra meditatio

[72] Jac. I, 19. [73] Job XIV, 13. [74] Isa. LXIV, 5. [75] Psal. XLIV, 14. [76] Psal. LXXII, 17. [77] Psal LXI, 2. [78] Psal. CVIII, 4. [79] ibid 19.

A eloquiorum spiritus super altari animæ tuæ semper ardeant.

XCV. Si semper studueris calceari pedes in præparationem Evangelii pacis, plane etiam domum tuam, et proximi tui ædificabis. Sin autem desidia te occupaverit, dissolvetur, ita ut non videas, et secundum legem hæreditabis nomen solventis calceamentum [80].

XCVI. Ne velis unquam præferre monacho sæcularem habentem uxorem et liberos, gaudentem de beneficentia in multos, deque liberalibus eleemosynis, deque tentationibus, quas a dæmonibus nullas patiatur, teipsum illo minus Deo placere existimans. Ne teipsum lamentare, quasi jam perieris. Non ego dico te inter monachos perseverando vitam nulli reprehensioni affinem vivere; B sed quamvis magnus peccator sis, ærumna animæ tuæ, et afflictatio quantumvis egregia virtute vitæ sæcularis apud Deum plus valet: ingens, inquam, tristitia tua, animi dejectio, gemitus, et angor incredibilis, lacrymæ, conscientiæ stimuli, cogitationum angustiæ, mentis accusatio, planctus et fletus animi, cordis ejulatus, contritio, confusio, labor, miseria, contemptus. Hæc omnia, et horum similia, quæ in ferream tentationum fornacem missis frequenter eveniunt [81], præstantiora et acceptiora sunt multis partibus, quam hominis mundani bona opera. Cave igitur ne querimoniæ illius sis particeps, qua dicitur in sacra Scriptura, in persona tua: *Quid nobis profuit, quod tristes ambulavimus ante faciem Domini omnipotentis* [82], et in domo ejus C mansimus semper? Certum est enim servum omnem, quamvis patrifamilias familiarem, aliquando etiam plagis affici, et pugnos ingeri populo appropinquanti sibi [83]. Qui autem foris sunt, quandiu procul a plagis sunt, ut alieni, aut nothi, aut neglecti reputantur. Quem ergo fructum cepimus, inquit, nos tribulationibus subditi anima et corpore, qui perpetuo oramus et psallimus? Contra, qui nec precationes frequentant, nec vigiliis gaudent et lætantur, hi prosperantur, hilariter vitam exigunt: atque ut propheta ait: *Ecce domus alienæ ædificantur, et nos beatos dicimus alienos* [84]. Et mox subjungit: Hæc locuti sunt, *timentes Dominum, unusquisque ad proximum suum* [85]. Veruntamen D tenendum nihil novum pati eos, qui tribulantur, et diversis modis affliguntur, per multas tentationes jugum Domini sui sustinentes. Audierunt quippe illum in Evangelio dicentem: *Amen dico vobis, quia plorabitis et flebitis vos familiares mei, mundus autem gaudebit* [86]. Et adhuc modicum, et visitabo vos per Paracletum, expellamque tristitiam vestram, et recreabo vos cogitationibus cœlestibus vitæ et requiei, et dulcibus lacrymis, quibus ad paucos dies dum tentaremini carnalis. Et dabo vobis insuper ubera gratiæ, sicut mater infanti in cunis vagienti. Et corroborabo inter vos superna virtute qui in bello debilitati fuerant; et reficiam vos dulcedine, qui repleti fuistis amaritudine, ut ait in Threnis Jeremias de te, Jerusalem, in occulto. Nam tu quoque *oppressa es amaritudine* [87]. *Sed iterum videbo vos, et gaudebit cor vestrum* [88] per occultam visitationem, et tribulatio vestra in gaudium convertetur, et gaudium vestrum nemo auferre poterit.

XCVII. Ne igitur oculos claudamus, neve cæcutiamus, sæculares supra nos laudibus efferentes. Sed scientes discrimen filiorum legitimorum ac spuriorum, usitatam monachis afflictionem et laborem potius amplectamur, cujus finis in vitam æternam desinit; et immarcescibilem gloriæ Dei coronam attrahamus [89], ascetarum etiam qui videntur peccatores, ne justorum labores dicam, et abjectum esse in domo Dei, id est, in ordine continenter Christo servientium: et non habitare in tabernaculis peccatorum [90], aut degere cum sæcularibus, quantumvis justis non vulgariter. Ait enim tibi, o monache, Pater tuus cœlestis, qui te summopere diligit, et tribulat, et defatigat variis tentationibus: Scito, monache afflicte, quoniam sicuti per prophetam locutus sum: Ero castigator tuus [91], et occurram tibi in via Ægypti, tribulationibus te exercens, et vias tuas vituperabiles sepiam sudibus meæ providentiæ, pungens calamitatibus improvisis, et impediens, ut ne quæ vis corde insipienti, in opus omnino conferas [92]. Et sepiam mare passionum tuarum portis mearum miserationum; et ero tibi ut panthera [93], comedens te cogitationibus reprehensionis, desperationis, pœnitudinis, in conscientia ignoratorum tibi. Omnes porro hæ afflictiones, maxima sunt Dei gratia. Nec solum panthera, sed et stimulus tibi ero cogitationibus compunctionis, et doloribus cordis te fodicans. Et non deficiet dolor de domo tua, videlicet de anima et corpore tuo, bene et utiliter ferientibus dulcibus revera et mellifluis Dei pœnis.

Finis autem pœnæ, et laborum, et perturbationis, et confusionis, et timorum, et desperationum, quæ accidere consueverunt se exercere instituentibus, horum omnium tam tristium finis est gaudium cœleste, et deliciæ inexplicabiles, et gloria ineffabilis, et exsultatio nunquam desinens. Propter hoc enim te tribulavi, inquit, ut pascam te manna scientiæ, fame te cruciavi, ut in extremis benefacerem tibi, et in regnum supernum te introducerem. Tunc enim tripudiabitis, monachi humiles, veluti vituli tenelli e vinculis emissi, a tribulationibus nimirum carnis, et tentatione inimicorum. Et tunc conculcabitis improbos dæmonas, qui nunc vos conculcant, et erunt pulvis sub pedibus vestris. Si enim pius et humilis fueris, inani fastu non elevatus, nec temerarius; sed, fracto corde, teipsum

[80] Deut. xxv, 9. [81] Deut. iv, 20. [82] Malach. iii, 14. [83] Hebr. xii, 16. [84] Malach. iii, 15. [85] ibid. 16. [86] Joan. xvi, 20. [87] Thren. i, 4. [88] Joan. xvi, 22. [89] I Petr. v, 4. [90] Psal. LXXXIII, 11. [91] Jerem. xxx, 11. [92] Osee ii, 6. [93] Osee xiii, 8.

servum inutilem reputans [94], et spiritu contrito, si ita humilis fueris, inquam, melius est tuum, o monache, peccatum justitia sæcularium : et potiores tuæ sordes, magna eorum munditia, qui huic vitæ serviunt. Quid enim est, propter quod affligeris? Prorsus macula est. Sed vide hominem aliquem, picatum manus, modico oleo purgatum. Multo sane magis tu purgari poteris misericordia Dei. Sicut enim tibi non est difficile lavare hoc vestimentum; sic multo magis non est difficile Domino lavare te ab omni macula, tametsi quotidie, ut verisimile est, aliquid ex tentationum necessitate innascatur. Nam dum dicitur, *Peccavi Domino*, responsum redditur, Dimissa sunt tibi peccata tua [95]. Ego sum qui ea deleo, nec memorabor [96]. *Quantum enim distat oriens ab occidente, longe fecit a te iniquitates tuas* [97]. Miseretur pater filiorum * modo tu non deficias, neque resilias a psallendo et orando; sed adhæreas * vitæ tuæ * et ipse emundat suo nutu, * Deus sua voluntate mundat; nec si ipse magnus Apostolus fuerit impurum reddere aut damnare poterit. Dictum est enim illi : *Quod Deus purificavit, tu commune ne dixeris* [98]. Si enim Deus est, qui sua benignitate justificavit nos, quis est qui condemnet nos [99]? Invocantibus enim nobis nomen Domini nostri Jesu Christi, facile purgatur conscientia nostra, et nihil discernit inter nos, et prophetas, et alios sanctos. *Non enim posuit nos* [1] *Deus in iram, sed in acquisitionem salutaris per Dominum nostrum Jesum Christum, qui mortuus est pro nobis, ut sive vigilemus* in virtutibus, *sive dormiamus* aliquo casu, ut est consentaneum, in quibusdam imperfectionibus, *simul cum illo vivamus*, ad ipsum respicientes magnis cum gemitibus, et lamentantes, et ipsi confitentes, ipsumque sine fine invocantes, et ipsum spirantes. Induamus igitur loricam fidei, et habeamus galeam spei salutis [2], ne ingressum inveniant membra desperationis et diffidentiæ.

Sed ego, inquis, irascor, et mihi rumpuntur ilia, cum sæculares video non tentari. Scito, dilecte, Satanam non opus habere eos tentare, qui semetipsos tentant, et semper rebus ac negotiis caducis in terram trahuntur. Hoc quoque scias velim, tentatis bravia et coronas esse repositas. Nec enim nihil de Deo sollicitis, neque supine jacentibus, et stertentibus sæcularibus. *** Ego enim, inquit, percussi, per internam desolationem ego sanabo [3]. *Nunquid potest mulier oblivisci, ut non misereatur filio uteri sui? ita nec ego tui obliviscar, dicit Dominus* [4]. Si enim viscera avis super pullos suos effusa sunt, et in hora visit illos, et vocat eos, et cibum ori inserit, multo amplius miserationes meæ super creaturas meas effunduntur; multo amplius viscera mea super te effusa sunt, et visitabo te occulte, et colloquar tecum in animo, et alimoniam immittam menti hianti, ut pullo hirundineo. Alimentum enim tibi suppedito timoris Dei, et alimentum amoris cœlestis, et alimentum gemituum solatia, et alimentum compunctionis, et alimentum modulationis, et alimentum scientiæ altioris, alimentum divinorum quorumdam mysteriorum, et reliqua deinceps. Si mentior loquens tibi Dominus et Pater tuus, redargue me, et feram.

Hæc nobis Dominus semper apud animum loquitur. Ego vero longiuscula scriptione modum excessisse me non nescio; sed vos me ad hoc faciendum, et ad centum capita ascetica exponenda, et ut in centesimo diutius immorarer, ad lapsos erigendos, ad confirmandos qui ex negligentia labendi periculo proximi essent, cohortati estis. Quod inventi sint apud vos in India, ut mihi quidem scripsistis, fratres nonnulli præter opinionem magnopere tentationibus impliciti, ut tæderet eos etiam vitæ hujus, et instituti monachorum, qui dixerunt, esse arctum, et mille periculis plenum, et sæculares beatos prædicarint, detestatos diem, quo habitum induissent. Quæ causa me coegit, ut hoc centesimum caput producerem, et verbis non inquisitis, ut etiam idiota, et illiteratus lecta intelligere posset. Idcirco plura attuli, ut in posterum non sæculares, sed seipsos solos beatos judicent monachi, qui citra omnem controversiam majores sunt imperatoribus diadema super caput in terris gestantibus et clariores, et gloriosiores, utpote qui Deo semper adhæreant. Ego autem qui hæc scripsi, charitatem vestram rogo, ut in precibus vestris mei assiduo recordemini, quo miser dignus efficiar Christi gratia, et bono atque optimo fine vivendi spatium absolvam. *Pater autem misericordiarum, et Deus totius consolationis* [5] donet vobis consolationem æternam, et spem bonam in Christo Jesu Domino nostro, cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

[94] Luc. XVII, 10. [95] II Reg. XII, 13. [96] Isa. XLIII, 25. [97] Psal. CII, 12. [98] Act. X, 15. [99] Rom. VIII, 33, 34. [1] I Thess. V, 9, 10. [2] ibid. 8. [3] Osee VI, 2. [4] Isa. XLIX, 15. [5] II Cor. I, 3.

SEQUUNTUR EJUSDEM ALIA CAPITA NUM. XCIV.

I. Omnia prognata sunt bona ex bonis, nec est quidquam in rerum natura malum : quandoquidem ex eo quod secundum essentiam bonum est, mali quidpiam exsistere non potuit.

II. Quod essentia bonum est, proprie est, et semper est, et similiter est : quod est omnium principium sine principio, unitas ineffabilis, et triplex subsistentia. Pater a semetipso, non amunde fluens et æternus, genitor Filii essentialiter, Spiritus sancti fons.

III. Omnia quæ sunt, ex non exsistentibus exstiterunt, esse videlicet adepta voluntate ejus quod est.

Nam si quod ortum non est, id solum est, quæ A orta sunt, non esse dicuntur, ex eo quod est esse mutuantia. Quod si esse acquisitum adepta sunt, non ab æternitate una cum illo exsistunt: siquidem principium et finem suum habent Deum, Deus vero nec principium, nec finem habet, cum ipse sit omnium causa et finis.

IV. Quod natum non est, infinitum est; natum autem finitum. Quomodo igitur finitum infinito ab æterno coexsistet? Natum enim considerans animus, ut quod esse cœperit, quia natum est, præterit illud, et ad ingeneratum, principii expers principium deveniens, ultra id non invenit ἀσυνύπαρκτον, ipsa Deitate ex se genita, vel potius præexsistente bis; ita ut intellectus noster capere nequeat, et esse largiente non habentibus. Quare si teipsum B contraxeris ac circumscripseris, cogitationem ab incomprehensa contemplatione, quomodo Deo coesse queant ab ipso producta, compescas; quomodo producta sint illum scire sinens, qui ex eo primarie natus est.

V. Qui servat leges, cognoscat rationes τῶν ἐκ μὴ ὄντων. Qui autem intellexit rationes τῶν ἐκ μὴ ὄντων, ad cognitionem τοῦ ὄντος proficiens pervenit.

VI. Quemadmodum sol sub sensum cadens oculis sanis rerum aspectabilium elegantiam demonstrat: ita sol qui intelligentia comprehenditur, eorum rationes pure ostendit.

VII. Qui iisdem perturbationibus sunt obnoxii, C concordia privantur; qui autem eamdem virtutem colunt, pace potiuntur. Nam iracundus cum iracundo versans, aut avarus cum avaro, aut gulosus cum guloso, turbas et tristitiam habebit inter ipsum et quocum agit, amore sui semper intercedente, suadenteque, ut in acquirendis cupitis meliori velit esse conditione. Unde alterum sequitur, in desiderabilium comparatione jucundorum privatio, per quam tristitia et ira conflari solet, quibus unionis bonum perditur. Qui vero easdem virtutes colunt, ab ipsis bonis, quæ ab utrisque amantur, *ad pacem quæ exsuperat omnem sensum* [6], redigantur. Continens enim respondet continenti, modestus modesto, pecuniæ contemptor et mansuetus, et, ut breviter dicam, quicunque hac et re- D liquis virtutis generibus ornatus est, citra modestiam et dissidium iisdem moribus prædito cohabitat. Solum quippe bonum sibi amicum, malum autem sibi inimicum est.

VIII. Si nihil in rerum natura ipsum sibi adversatur, improbitas autem secum pugnat, quomodo subsistentiam habet?

IX. Si primum bonum, id est, quod proprie est, merito dicendo, malum non esse; siquidem quod essentia sua bonum est, aliquod oppositum et contrarium habere non sustinet. Quod si malum non esse demonstratur (habere enim quidpiam esse absque eo quod est, nullo modo potest, et ex eo quod essentia bonum est, subsistere malum, alienum est), ergo malum subsistentiam non habere ostenditur, quandoquidem ex eo quod est, non habet esse, sine quo esse habere, impossibile est.

X. Sicut quæ sentiuntur tenebræ, natura sua non subsistunt, lux autem natura sua est (nihil siquidem aliud sunt tenebræ, nisi umbra corporis, locum circumfusum ex oppositione corporis unde venit opacans. Id quod perspicue oculi corporei actio declarat. Nam intra palpebras habitans, si semet operuerit, propter disjunctionem a luce, contingentes tenebras habet; rursum apertis palpebris, tenebræ, quæ ex eorum umbra evenerant, cum non subsistant, illico evanescunt, lux vero subjecta, et natura subsistens, denuo recipitur), sic igitur etiam improbitatem se habere existimandum est (cujus tenebræ, de quibus diximus, symbolum et nota sunt), quæ simul ex boni declinatione exsistit, cum natura sua non sit. Nam si nobis ipsis, ut æquum est, fidem habere velimus, facile perspiciemus, malum esse declinationem animi a bono, sine qua non erit, cum natura nihil sit; sed natum ex eo quod est per privationem quod obumbratur id, quod non est. Evanescit autem totum, ad unionem illius unde exstitit, reversum.

XI. Progressuum varias aiunt esse species, perfectionis non esse: caret enim varietate, uniformem cognitionem pro fine habens, quæ est omnino actionis et contemplationis finis infinitus.

XII. Cum sint tres cognitiones et scientiæ, maxime universales, practica, inquam, physiologica et theologica: primæ homines fieri doctores et magistri possunt; secundæ angeli (et est hujus finis naturæ illorum accommodatior quam primæ); tertia ipsum substantiale Verbum nos initiat.

XIII. Qui putat se aliquid esse propter esse, nondum eo pervenit, ut revera sit aliquid. Nam putare esse, quod jam non est, non sinit evadere adesse quemadmodum est.

XIV. Superba opinio de scientia sua, privat scientia: et quæ illi contraria est, ignorantiam generat.

XV. Si in vallibus potius enascuntur lilia, ergo etiam quæ has in humilitate accesserit anima, lilia germinabit. Ait enim Sponsalis liber, *Ego flos campi et lilium convallium* [7].

XVI. Humilitas est cognitio propriæ infirmitatis et egestatis, cum in sua essentia defectum et paupertatem mens contemplatur. Siquidem cum non esset, voluntate ejus qui est, esse accipiens, non est ipsa sibi ad esse sufficiens; voluntate autem Creatoris sui continetur, ut semper maneat, et ut bene sit, communione ejus qui est acquirit. Cujus enim natura aliunde esse habet, ejus etiam naturale prærogativæ inde proveniunt.

XVII. Omne quod non est ἀγέννητον, hoc est,

[6] Philipp. IV, 7. [7] Cant. II, 1.

origine carens, non est sibi sufficiens. Quod non est sibi sufficiens, ejus quod ortum non est, et sibi sufficit, auxilio eget. In iis autem quæ originem habent, etiam mens humana censetur : non igitur ipsa sibi sufficit. Quare Dei sui auxilio eget, sine quo boni quidpiam operari nequit. Quamobrem oportet bene facientem ad suppeditatorem roboris recte factum suum referre, ac dicere : Ipse dat fortitudinem et virtutem ad faciendum [8]. Et : *Fortitudo et laus mea Dominus, et factus est mihi in salutem* [9]. Et non ego hæc aut illa bona feci, *sed gratia Dei mecum* [10].

XVIII. Recte factorum sibi causam ascribentem, et se supra fratres, ut tepidos, ac languentes efferentem, per Paulum cum exprobratione Dominus compellat. *Quid enim habes, quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis* [11]? *Ecce relinquitur tibi domus tua deserta* [12] a cura et providentia mea.

XIX. Mitis et humilis sanctum est Deo diversorium. *Super quem enim*, inquit, *requiescam, nisi super mitem, et humilem, et quietum, et trementem sermones meos* [13]?

XX. Quando timor nobis insitus timet τὸ ὄν, *id quod est*, puta Deum, nascitur religio. Quando autem timet quod non est, vertitur in timiditatem : quæ cur ad meliora proficiat, causa est cognitio, et memoria mortis, et exspectati judicii inevitabilis justitia. Lapsus autem ad deteriora amor corporis, et mundi, et qui inde conflatur iracundiæ habitus.

XXI. Quando quæ sunt in me naturalia affectuum bona, secundum naturam moventur, fiunt bona. Quando autem præter naturam moventur, fiunt mala.

XXII. Deus est vita essentialis, principium et finis omnium rationalium et e vita ad esse venientium, remota morte quæ accidit : non enim ab eo qui est, esse habuit, ut etiam permaneat, pendens ab eo qui est : *Deus enim mortem non fecit, nec delectatur in perditione vivantium* [14].

XXIII. Timor Domini prudentiæ pater : ex prudentia vero mandatorum sincera observatio, comitem trahit sapientiæ matrem apathian, ingrediturque in animam divinarum et humanarum rerum, et earumdem causarum cognitio.

XXIV. Qui unum timet, non timebit multos, imo vero propter unum multi ipsum timebunt. Si enim timueritis Dominum Deum vestrum, inquit, et audieritis vocem ejus, nullus stabit contra vos, sed timor et terror vester erit super omnes gentes [15].

XXV. Sapientia per observationem mandatorum conciliari consuevit. Non enim Deus eam impertitur otiosis, juxta id quod quidam secundum pietatem sapientium dixit : *Concupiscens sapientiam, conserva justitiam, et præbebit eam tibi Dominus* [16].

XXVI. Qui divitias sapientiæ in voluptate vanæ gloriæ vult consumere non habebit Deum annuentem ad hanc præbendam, quamvis mille preces obtulerit. Male enim petentibus, Deus ad dandum annuere non sustinet, ut Jacobus, Christi discipulus, ait : *Petitis et non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentiis vestris insumatis* [17].

XXVII. Quando pars animæ concupiscens stimulo divini timoris agitata ad meliora amanda movetur, tum ratio adversus improbitatis artificia prudens redditur, et dæmonum dolosæ nequitiæ indagatus, parti illi tradit, in qua ira versatur, ut minis potentioribus, longius eas repellat, opportune ipsam ad iram acuens : id quod etiam David hortatur ; *Irascimini*, inquit, *et nolite peccare* [18].

XXVIII. Tunc anima in parte sua irascente contaminatur, quando in mundi voluptates lapsa pro illis decertat. Et hoc illam incitat, et adsunt dolor et malignitas, semper eam urgentes, et contra consortes naturæ iram ejus exacuentes; nec reputat, si præter fas irascendi facultas ejus, per motum præter naturam de naturali vi imminutionem passa fuerit, quam contra dæmones et vitiosas motiones ab ipso opifice accepit. *Maledictus furor eorum*, inquit, *quia pertinax, et indignatio eorum, quia dura* [19].

XXIX. Etsi diabolus in Evangelio vocatus est tentator, tamen illum prætentamenta scientiæ cogitationum nostrarum deficiunt. Mentem enim, ait quidam eruditorum Patrum, solus novit, qui nos condidit Deus. Merito igitur diabolum, et satellites ejus latent quæ sunt in animis nostris, quando neque essentia ipsorum est cognitio, et ab eo qui hoc est, longe distant.

XXX. Si rationes eorum quæ creata sunt, in sapientiæ thesauris sunt, eæ ignotæ sunt, quibus ipsa essentialiter sapientia ignota est. Proinde Græcorum sapientes falsum crepuerunt, rerum essentias se nosse gloriantes.

XXXI. Qui fugit mali imitationem, et non simul fugit male de eo loqui, non animadvertit hinc similem se factum illius quem vituperat.

XXXII. Ne condemnes scortatorem, si tu castus sis; sed actionem ipsam fuge, agentem ne reprehende. Qui enim dixit : *Non fornicaberis*, idem dixit: *Non condemnabis* [20]. Quod si non fornicans fornicantem condemnas, æque legem transgrederis.

XXXIII. Qui se in vera humilitate exercet, semper suorum operum inquisitor, Deo ac judici cum religioso timore assistit, illiusque misericordiam ad se pellicit. Decentissime autem judicium in omnes illi permittit. Metuit enim qui est ejusdem naturæ cum iis qui judicantur, assidere illi, qui est natura judex, cum ipse naturæ consortium sit iniquus arbiter.

XXXIV. Quando te cogitatio ad facta proximi judicanda aut damnanda rapit, tum ad te ipsum

[8] Psal. LXVII, 36. [9] Psal. CXVII, 14. [10] I Cor. XV, 10 [11] I Cor. IV, 7. [12] Luc. XIII, 35. [13] Isa. LXVI, 2. [14] Sap. I, 13. [15] Deut. XI, 25. [16] Eccli. I, 33. [17] Jac. IV, 3. [18] Psal. IV, 5 [19] Gen XLIX, 7. [20] Luc. VI, 37.

conversus, actiones tuas exacte dijudica: ne forte dum proximi errata leviora rigide censes, tu graviora incurras, et nescias: ac tibi tale quiddam, quale Pharisæo illi, contingat, nempe, ut Publicani culpas inspiciens [21], et tua ipsius commissa negligens, quem damnas, illum ipsum judicem habeas. Ex comparatione enim Publicani Deus Pharisæum condemnavit, quandoquidem ab humilitate elatio condemnari consuevit.

XXXV. Qui accusat a quo sibi verbo, aut facto irrogata est injuria, cum eodem a peccato victus imbellisque, et cum injurioso insipiens deprehenditur: malum enim malo ultus est, et perinde ut ille, malo perpetrato legis prævaricator evasit. Ait enim: *Ne malum pro malo, neve maledictum pro maledicto reddas* [22].

XXXVI. Si fides, secundum Jacobum, sine operibus mortua est [23], mortuum autem in iis quæ non sunt, numeratur, errat igitur, qui fidem virtutibus destitutam se habere putat, et est infidelis, quamvis fidem in Deum se habere autumet.

XXXVII. Justus Dei cultor Job dictus est [24], quia operibus pietatem erga Deum recte præstitit. Non enim verbis nudis Deum colebat, factis autem mandata ejus aspernabatur. Injustus autem audiet: *Quid me vocas, Domine, Domine, et non facis quæ dico* [25]?

XXXVIII. Fidelis est benevolus commissorum a Deo legitimorum citra transgressionem custos.

XXXIX. Quem retinet seu possidet mundus, non liberat tempus; quem autem non retinet mundus, non subigit tempus. Hoc ex senibus, de quibus in historia Susannæ [26], et ex adolescente Josepho liquet [27]. Nam illi in affecta ætate suam libidinem; hic vero annis juvenilibus canos pudicitiæ mores demonstravit.

XL. Manus animi sunt virtutes in actione positæ, quibus perfunctus homo implet manus suas et fit sacerdos, qui Deo in Christo Jesu hostiam laudis offerre potest: *Non est enim speciosa laus in ore peccatoris* [28].

XLI. Laus est, quæ per contemplationem creaturarum Deo pro dignitate offertur celebratio. Aliter. Laus est, quæ pro revelatione mysteriorum Deo dicatur gratiarum actoria glorificatio, ut inquit Daniel, *Ipse revelat profunda et abscondita, et novit in tenebris constituta, et lux cum eo est. Tibi, Deus patrum nostrorum, confiteor, teque laudo, quia sapientiam et fortitudinem dedisti mihi, et nunc ostendisti mihi quæ rogavimus te* [29], et quæ sequuntur.

XLII. Mortem timere haud est secundum naturam, nemo siquidem contra eam quidquam audeat. At nunc ab omnibus, qui vitam agunt ex virtute, contemnitur. Sordidata igitur conscientia mortis metum affert. Hinc Paulus, postquam bonum cer-
A tamen certavit, cursum consummavit, fidem servavit, exspectans justitiæ coronam, [30] desideravit dissolvi et esse cum Christo [31]. Et quod multi magnopere fugiunt, separari a corpore, hoc illi erat in optatis.

XLIII. Qui in hoc sæculo morte peccati est mortuus, et cui vita secundum carnem est potior, is non immerito separationem carnis, per quam a vita, quam in manibus habet disjungitur, formidat. Justus autem ante separationem carnis, juxta legem et præscriptum virtutis a carne sejunctus, et vitam in carne mortem reputans, ut ait beatus Paulus: *Infelix ego homo: quis me liberabit de corpore mortis hujus* [32]? hic ad vitam veram progrediens, mortem sensibilem merito amplectendam ducit, utpote
B qua ad veram vitam transmittitur.

XLIV. Illic esse quilibet festinat, ubi possessiones suas et facultates habet, sive ubi se velut captivam præbet ejus cupiditas. Qui igitur cœlestes possessiones exoptant, ut in patriam propriam euntes, discessum a corpore concupiscunt. At vero qui melioribus destituti sunt, his terribilis est a corpore emigratio, quæ illos ipsorum facultatibus et ipsorum opinione jucundis spoliat.

XLV. Cum pars animæ irascens, et pars concupiscens male conspirant, nascitur tristitia, ira, invidia, iniquum odium, injuriarum memoria, et si quid horum est simile. Quod si mens meliori cogitatione dictas facultates disjunxerit, et nitatur
C pars irascens tueri ac defendere, quæcunque divinus timor meliora suggerit, concupiscentiæ aversos a ratione impetus retrahit, et animum ad juste irascendum movet, ne peccet, a concupiscentia mali inclinatus. Et hoc est, *Irascimini, et nolite peccare* [33].

XLVI. Officia practicæ seminum rationem sustinent, quorum irreprehensibilis operatio ad maturitatem perducta, respondentem praxi cognitionem parit. Seminatis enim vobis ipsis ad justitiam, metite vobis ipsis ad fructum vitæ, illuminate vobis ipsis lumen scientiæ.

XLVII. In seminibus unumquodque simile producit: sed in seminibus virtutis non ita se res habet. Idem etenim duarum sæpe, aut trium, aut
D plurimarum opera seminarum, et alium atque alium fructum gignit, ut hunc quidem servum Dei cognitione perficiat, hunc amicum, hunc filium faciat. Diversitatem autem germinum unius seminis efficiunt sensus, quibus moventur, qui actionum semina jaciunt. Bonum enim, ex sensu timoris Dei seminatum, servum Dei generat. Quod autem ex introductoria charitate, Dei filium efficit.

XLVIII. Animæ ad bonum agendum constituendumque, tria certamina subeunda sunt. Primum quidem est cum aliquid cum virtute conjunctum facere instituit, contra prohibentia illud. Alterum

[21] Luc. 18, passim. [22] Rom. xii, 17; I Petr. iii, 9. [23] Jac. ii, 26. [24] Job i, 1. [25] Luc. vi, 46. [26] Dan. xiii, passim. [27] Gen. xxxix, passim. [28] Eccli. xv, 9. [29] Dan. ii, 22, 23. [30] II Tim. iv, 7, 8. [31] Philipp. i, 23. [32] Rom. vii, 24. [33] Psal. iv, 5.

certamen, ut bonum partum in præda ne cedat, cogitatione laudes foris ad nos manantes repellente. Tertium quod contra propriam complacentiam et arrogantem de se opinionem suscipitur.

XLIX. Si jussæ sunt omnes gentes laudare Dominum, *quoniam confirmata est super nos misericordia ejus* [34], prudenter sane, qui pro octava cecinit, neminem in inferno confiteri Deo dixit: *In inferno enim quis confitebitur tibi* [35]? inquit, pro, Nullus confitebitur.

L. *Si misericors Dominus est justus, et Deus noster miseretur* [36], igitur cum in bonitate nos condiderit, in justitia nos castigat, et cum ab eo defecerimus, in misericordia recipit.

LI. Si fugis malorum imitationem, simul de ipsis detrahere fuge: nam detractio charitatem abnegat, et timorem contemnit.

LII. Qui timore pœnarum Domino servit, in præsentia tentationum, jucundis vitæ rebus ipsum privantium non admodum inconcussus erit. Metuendum est enim ne affectio erga res caducas, qui est in ipso timorem ejiciat, siquidem *charitas foris mittit timorem* [37]. Qui autem ex charitate erga Deum virtuti dat operam, eum nihil instantium malorum ab habituali amore erga virtutem avocare poterit. *Quis enim*, inquit, *separabit nos a charitate Dei? tribulatio, an angustia, an persecutio, an gladius* [38]? et quæ sequuntur. Si ergo perfectio servitutis secundum timorem, est boni secundum charitatem operatio, ante perfectionem quod imperfectum est, haud tutum, neque firmum est.

LIII. Quando Deo per fidem ipsum facere concedimus, cogitare quomodo fiet, abstineamus. Nihil enim factu difficile est voluntati omnipotenti Dei, qui est super omnia. Quin potius cum voluntate ejus finis illius quod vult concurrit, et idem est illi velle ac perficere.

LIV. Si secundum Joannem *Deus charitas est* [39], qui diligit, in Deo manet, et Deus in eo. Qui autem odit proximum, certum est illum a charitate sejunctum odium substituere. Qui igitur odit naturæ consortem, a Deo distat: siquidem *Deus charitas est, et qui manet in charitate, in Deo manet, et Deus in eo* [40].

LV. Quem in veritate delictorum suorum pœnitet, is et semetipsum reprehendit, et convicia ab aliis patienter fert; qui autem parvipendit pœnitentiam, commissorum a se peccatorum immemor, indignatur, cum Deus dici aut fieri quidpiam contra illum ad ejus utilitatem permiserit, et cum audacia, quid feci, inquit? Quem incusans Deus per Jeremiam prophetam ait: *Non est homo qui agat pœnitentiam super peccato suo, dicens: Quid feci* [41]?

LVI. Si cognitio mandatorum Dei per se obvia, et intellectu facilis est omnibus, quid est quod A Propheta orat sibi intellectum dari, ut ea discere possit: *Da mihi intellectum*, inquit, *ut discam mandata tua* [41*].

LIX. Qui labores asceticos propter adeptionem rerum indifferentium ingreditur, is se meliora deterioribus permutare nescit. Similiter qui in virtute colenda decertat, non ut sine certamine gratis eas Deo exercere possit, sed ut mirabilia dona consequatur, Dei judicium et providentiam ignorat.

LX. Credentis in eum in quem creditur indiscreta fides, charitatis in eo futuræ quasi quoddam prœmium est, quæ cum venerit, mystes de cætero et amicus fit ejus, in quem credidit. Id quod perspicue demonstrat Abrahami in Deum certissima fides, per quam religiose eum cui credebat veneB ratus, in ejus cognitionem venit, ex qua in charitatem illius processit, qua florente a Deo conditorum notitiam accepit, amicus Dei vocatus et factus, Dixit enim Dominus Deus: *Num celare potero servum meum Abraham, quæ facturus sum* [42]?

LXI. Christianum primo in seipso ulcisci oportet, et sic demum in aliis. Nam Moyses primum in eos qui ipsum offenderant, mitis et injuriæ immemor, in Deum peccantibus recte et naturaliter irascebatur: non quidem odio, aut aliqua perturbatione mala incitatus; sed pro iis ipsis, contra quos id agere videbatur.

LXII. Qui se contristanti, aut injuria afficienti, aut universe molestum quidpiam, et acerbum imC portanti paria referre meditatur, hic præstitam sibi a Deo misericordiam lædit, non remetiens eadem mensura conservo, qua mensus est ipsi Dominus [43]. Quo pacto igitur zelus pro Deo ipsi Deo acceptus erit, si prompte in alio ulciscaris Deum, in te ipso autem injuriosus eum tractari sinas?

LXIII. Quemadmodum citra artem aut artificem, instrumenta et materies domus aut navis parari non potest: sic ad scopum vitæ secundum virtutem perveniri nequit, sine continentia, patientia, humilitate et oratione. Quocirca continentia quidem animum a mundanis voluptatibus coercet, et ab omni facto pravo eum reprimit: patientia eum labores ferre docet, et foris invadentes tentationes contra continentiam, toleranter sustinere. Humilitas vere sui D compotem exercere inspectionem sui, et non aliorum esse judicem; soli autem, ut dignum est, Domino judicium permittere, qui probe cujusque facta novit sive ea bona, sive mala sint, et hinc mentem ad mansuetudinem, et statum pacificum transferre. Et veram quietem exercere docet, et esse in se ipso, atque ob hoc in Deo. Assidua autem et perseverans oratio propter colloquium cum Deo, mentem a cogitationibus mundanis abducit, illam Deo exhibet, et propter appropinquationem ad Deum, lenitate et pietate implet.

LXIV. Orationem esse virtutem virtutum, a

[34] Psal. CXVI, 2. [35] Psal VI, 6. [36] Psal. CIV, 5. [37] I Joan. IV, 18. [38] Rom. VIII, 35. [39] I Joan. IV, 8. [40] ibid. [41] Jer. VIII, 6. [41*] Psal. CXVIII, 73. [42] Gen. XVIII, 17. [43] Matth. VII, 2.

divina Scriptura didicimus. Ipsa siquidem pro omnibus virtutibus Deo repræsentata, eum rogat, uti illis adversus passionum aciem a dæmonibus instructam opituletur. Hoc tibi Moyses persuadeat, qui oratione bellatores Israelitas corroboravit, et Amalec manuum elevatione in fugam convertit.

LVII Quantam vim habeant divinæ Scripturæ verba, adversus dæmones nos tentare aggredientes, Dominus noster hominis naturam indutus docuit, quando diabolus eum ut hominem tentare ausus est. Per Scripturæ enim sanctæ suæ verba omnes verborum illius machinas frivolas, et superatu faciles ostendit. Triplicem quippe et maxime generalem adversus nos ratiocinationem, gulæ, inquam, avaritiæ, et vanæ gloriæ per sacra Scripturæ verba nihil valere demonstravit.

LVIII. Non nemini injuriam facere, aut conviciari, aut verbera incutere, hoc Christianum facit: sed hæc ab aliis sibi facta patienter ferre, istud germanum Christi discipulum prodit. *Dictum est* enim *antiquis*, ait Salvator, *Oculum pro oculo, et dentem pro dente. Ego autem dico vobis, non resistere malo.: sed qui percusserit te in dexteram maxillam, præbe illi et alteram*[44], et quæ deinceps sequuntur.

LXI. Immoderatus timor paupertatis, parit paupertatem.

LX. Paupertatem qui simulat, et misericordes clanculum spoliat, injustus, et rapax est. Quod enim erat vere pauper accepturus, ipse per simulationem clam præripuit.

LXI. Qui partem animæ suæ, in qua vigent iræ pacatam, et ira omni vacantem habere desiderat, prius partem concupiscentem ad perituras voluptates non propensam, ac facilem habere enitatur. Nam si hæc bene se non habeat, ne cognatam quidem ejus, irascentem, inquam, bene habere necesse est. Incassum igitur laborat, qui sibi non irascendi leges imponit: cupiditatis autem appetitus in vitium prolapsos non sanat: e quibus tanquam a fonte irarum perturbatio promanat.

LXII. Continens est, qui contra quamcunque voluptatem rationi repugnantem constanter, perpetuoque resistit.

LXIII. A perturbationibus liber est, qui ex summa continentia resistendi habitum sibi confirmavit: qua præditus qualitate et conditione, nullo motu turbidæ voluptatis commovebitur.

LXIV. Continentiæ pro virtute, et firmamento adest timor Dei: robur autem apathiæ est in trinam monadem sincera charitas. Perfecte justus omnes in se virtutes æquabiliter possidet, ut non sit mansuetior, quam temperantior: aut temperantior, quam sapientior. Nam justus imperfectus esse non potest: siquidem justitia est omnium partium virtutis sine ulla discrepantia consensio.

LXV. Quantum pars animæ princeps, sive ratio rebus fluxis, et caducis affixa est tantum a Deo deficit, ac recedit.

LXXIV. Monachus non dicitur facere, quæ per corpus ei facere convenit: sed si id agat ut ea per corpus operetur animus: licet enim idem facere multimodis: ut jejunare ob timorem, ne caro insurgat, non odio liguritionis. Et rursum, metu violandæ legis, quæ de abstinentia a cibo monachis sancita est; non desiderio virtutis qua se quispiam modico alimento reficit, aut complectendæ deliciarum fugæ. Necessario enim ad naturam sustentandam cibus capiendus, non autem corpori, cum vitiosa appositorum appetentia edendo adulandum est.

LXXV. Concessas monacho epulas exquisite conditas velle, testimonium est coactu quodam humano jejunia suscipi. Id enim immoderatum amorem corporis, non religiosæ exercitationis cupiditatem arguit.

LXXVI. Non solum tarde ac sero epulis accumbere, sed etiam epulas cito finire, jejunium est: nec instituti monastici est, ob famem duntaxat ingentem sedandam edere, sed varietate ciborum nulla uti. Asceticum siquidem est, cum uniformi alimento mensæ brevis, solutionem animi ad omne genus eduliorum se demittentis, ut rem insuavem et injucundam aversari.

LXXVII. Cum ratione parum congruens jejunium est, legitimum quidem, ac definitum tempus exspectans, hora autem cibi sumendi effreni quodam impetu ad mensam prorumpens: et cum carne etiam mentem voluptati eorum quæ apposita sunt, illigans.

LXXVIII. Carnem et sanguinem Apostolus appellavit carnales affectus, et prudentiam carnis, mentem ad hæc provocantem, cum dixit: *Caro et sanguis regnum Dei non possidebunt*[45]. Et: *Prudentia carnis mors est*[46]. Ipsa igitur caro quoddam nutrimentum est dæmonum. *Dum appropiant super me nocentes*, inquit, *ut edant carnes meas*[47]. Qui ergo per virtutem carnes, de quibus loquimur, macerat ac tabefacit, dæmones fame occidit, et ad arma sibi inferenda imbecilliores reddit.

LXXIX. Si cognoscamus quales nos ipsi fecerimus per peccata quæ commisimus, tunc quales nos Deus secundum naturam fecerit, intelligemus.

LXXX. Mens semetipsam qualis natura est, cognoscens propter mala quæ foris patitur, aut subit, neminem in crimen vocat. Nisi enim prius passa fuisset sine aliquo, non jam pateretur ab aliquo.

LXXXI. Continentia frenum est, cupiditatis impetum in escas ac possessiones, aut gloriam cohibens.

LXXXII. Obedientia est persuasio, qua non discernendo, absque tristitia et ratiocinatione, jusso-

[44] Matth. XXIII, 38. [45] I Cor XVI, 50. [46] Rom. VIII, 6. [47] Psal. XXVI, 12.

rum impletur officium. Aliter. Obedientia est perfecta subjectio, voluntate propria spoliata, et solo nutu præpositi citra perturbationem ad agendum impulsa.

LXVI. Nemo a malo dæmone oppugnatus unquam devincetur, ni prius ipse per se divisus, carnis suæ vitiosis, et rationi adversantibus desideriis paulatim manus dans, ab iis devictus fuerit. Qua tanquam ansa arrepta diabolus roboratur, eosdemque motus in perniciem animæ consummat, et ad exstirpandum difficiles reddit.

LXVII. Sine generali continentia certantem Christiano officio satisfacere, et ad propositam nobis beatitudinem assequendam procedere, impossibile est, cum dicat Apostolus: *Qui in agone contendit, ab omnibus se abstinet* [48]. Ubi vox, *omnibus*, fortasse *semper* significat. Et ab omnibus cogitationibus, actionibusque cum ratione non consentientibus abstinendum est. Qua enim parte continentiæ contentio languebit, ea parte virtus peccati viribus crescet: atque ita dæmoni victoria adversus animam obtinget ex sententia.

LXVIII. Continentia sensibilis est declinatio ab omnibus actionibus, quæ per carnem exercentur, et cum ratione pugnant.

LXIX Continentia intellectualis, est declinatio a voluptate cogitationum, quæ non sunt sine passione. Verum prior declinatio recte non procedit, nisi animam posteriorem ita meditetur, et observet, ut a se divelli nunquam patiatur.

LXX. In duabus generalissimis functionibus perfectio contemptus vitæ hujus consistit, in continentia, inquam, et patientia. Et ex iis quidem, quæ in potestate nostra sunt, est continentia: ex iis quæ non sunt, patientia. Ac prior quidem ex timore confirmatur; altera ex charitate vires acquirit, *Charitas enim*, inquit, *omnia suffert, omnia sustinet, omnia sperat, charitas nunquam excidit* [49].

ANNOT. Patientiam non esse in nostra potestate, affirmare videtur, propter patientiæ materiam, quæ plerumque a causis externis proficiscitur. Continentiam ait esse in nostra potestate, quia potest quis esse continens, si divina adjutus gratia, quæ omnibus præsto est, velit esse continens: nec alio ad continentiam simpliciter loquendo eget, nisi ope divina et voluntate sua. Nec quia auctor iste asserit continentiam esse in nostra potestate, idcirco negat ad eam cœleste subsidium necessario requiri. Non enim ignoravit illud Sapientis, Sap. VIII: *Et ut scivi, quoniam aliter non possem esse continens, nisi Deus det: et hoc ipsum erat sapientia, scire, cujus esset hoc donum, adii Dominum, et deprecatus sum illum*, etc.

LXXI. Veræ humilitatis indicium est, non, de semetipso contumeliose loqui: sed intortas ab aliis contumelias viriliter perpeti.

LXXII. Qui gloriam ab hominibus venientem repellens, contra se dicit, vulneratur autem, et indolescit probris, quæ foris ipsi objiciuntur, non animadvertit se decipi magisque hominibus placendi studio, quam virtutis ergo de semet male loqui.

LXXIII. Qui melius aliquid possidere concupiscit, non fert ea quibus a re concepita adipiscenda prohibetur: sed studiose agit, moliturque omnia, ut desiderare potiatur. Exempli causa, qui consequi vult stabilem temperantiam, de epulis ac potu delicatis non laborat: nec mollis vestimenti ornatum quærit: nec nugatur labiis suis, quæ religionis intentionem, vigoremque pedetentim laxent, ac dissolvant: nec cum adolescentibus, aut puellis libera et risus plena colloquia serit: nec aliud quidpiam his simile: quin potius horum contraria exercere conatur, continentiam puta, vestitum vilem, gravitatem, religionem, quietem, humilitatem, quæ basis ac fundamentum est virtutum omnium: super quæ lætatus Dominus, expetitum a nobis bonum largitur, et custodit.

LXXIV. Non potest ullum bonum citra patientiam continentiamque generalem comparari. *In patientia enim vestra*, inquit, *possidebitis animas vestras* [50]. Et: *Qui in agone contendit, ab omnibus abstinet* [51]. Cæterum continentia sine assidua oratione non bene præstatur. Etenim *Sine intermissione*, inquit, *orate* [52]. Nec vero sine humilitate Deo grata est oratio, cum scriptum sit: *Respexit in orationem humilium, et non sprevit preces eorum* [53]. Quare si virtutes volumus obtinere, continentiam, patientiam, humilitatem frequentemus, et super omnia hæc orationem assiduam, qua oratione quod adipisci studeamus, facile consequemur.

LXXV. Ex omnibus recte factis nostris nihil adeo terret dæmonem, ut jugis et perseverans oratio. Ea enim orantem divina appropinquatione dignum præstans (*prope enim est Dominus omnibus invocantibus eum*) hostibus invasu difficilem efficit.

LXXVI. Spiritus sancti eloquiorum meditatio malarum cogitationum fæces aufert ac tollit, intellectualem in nobis ignem generans, qui animum nostrum calefaciens, ad preces vigilem, et alacrem conciliat, et ejus petitiones cum intellectu factas Deo indicat.

LXXVII. Qui solius scientiæ causa in divinarum Scripturarum commentatione elaborat, hic vanæ gloriæ ad se januam aperit. At qui religiosa cautione, ac pie in sacrarum Litterarum disciplina se exercet, eo fine, ut voluntatem Dei cognoscat et faciat, hic Spiritus sancti virtutem ad se pellicit: quæ illi cognita ad opus conferendi vim ac robur impertit, et insuper eorum, quæ scripta non sunt, divinorum mysteriorum gnarum facit.

LXXVIII. Tum se quispiam in meditatione eloquio-

[48] I Cor. IX, 25. [49] I Cor. XIII, 7, 8. [50] Luc. XXI, 19. [51] I Cor. IX, 25. [52] I Thess. V, 17. [53] Psal. CI, 18.

rum Dei probe, legitimeque versatum demonstrat, cum tentatione invadente, quos didicit sermones e memoria haud secus quam e pharetra tela depromens, eos contra dæmones, et affectus pravos contorquet: atque ab ipsis cogitationes malas, contra virtutis ardorem suggestas negotio infecto dimittit.

LXXIX. Quemadmodum militum egregia in media dimicatione virtus ostendit, quam sæpe ac diligenter arcum in pace exercuit: sic monachorum secundum Dei beneplacitum in Scripturis usum, et exercitationem imperterritus in tentationibus animus testatur.

LXXX. Cum compunctione attenta meditatio, Dei A timorem in nobis procreat. Ait enim, *Et meditaberis in illis* (in verbis Dei videlicet), *sedens in domo tua, et ambulans in itinere, dormiensque atque consurgens: eruntque et movebuntur inter oculos tuos, ut discas timere Dominum Deum tuum*[84].

LXXXI. Fervorem et promptitudinem tuam in habitualibus Dei cultibus angeli, et dæmones aspiciant: ut illi quidem exhilarati tecum maneant; hi flagellati aufugiant.

LXXXII. Christianus est dogma Christi Salvatoris nostri, ex mandatis a Deo præscriptis compositum, quæ se, ut decet, exsequentem imagine et similitudine Dei exornant.

[84] Deut. VI, 7

ANNO DOMINI CDLX.

EUDOCIA

IMPERATRIX AUGUSTA.

NOTITIA.

(Anecdota Græca et Latina ex mss. codd bibliothecæ Medicææ, cura et studio Ang. Mar. Bandini, bibliothecarii regii. Florentiæ typis Cæsaris, 1761, in-8. vol. I-III.)

Eudocia, Leontii, philosophi Atheniensis, filia, cum Theodosio juniori imperatori nupsisset, in baptismatis lavacro hoc nomen ab Attico episcopo accepit, cum antea Athenais vocaretur. Anno 432 a Theodosio renuntiatur Augusta, eamque ob singularem pudicitiam et egregiam formam plurimum dilexit usque ad annum 445, quo violatæ fidei et adamati nimium Paulini, ex levissima quidem causa, in suspicionem imperatoris adducta est. Quare Eudocia, suæ conscia integritatis, secessit Hierosolymam, ubi ecclesiis ædificandis ac pauperibus sublevandis per multos annos incubuit. Cum vero sacris evolvendis Scripturis atque meditandis plurimum delectaretur, ac poetica facultate excelleret, ut videre est apud Socratem lib. VII, c. 21; Zonaram t. III, p. 37; Evagrium lib. XX; Theophanem pag. 72. *Chronic. Alexandrinum* p. 312 seq. Photius Constantinopolitanus patriarcha memoriæ prodidit cod. CLXXXIII suæ *Bibliothecæ*, eam heroico carmine scripsisse metaphrasim Octateuchi, sive librorum quinque Moysis, Josue, Judicum et Ruth, de qua judicium suum profert his verbis: « Inscriptio codicis ab Eudocia elaboratum hoc carmen affirmabat, quod, tum quia mulieris, et quidem in imperio deliciis affluentis, tum quia præclarum adeo est, admiratione sane dignum judicatur. Etenim illustris est hic labor, ut in heroico carmine, si quis unquam alius. » Subjungit, ipsam legibus artis cæteroqui instructissimam, hoc tamen uno ab iis defecisse, quod fabulas in eo nullas immiscuerit. Quare hoc majori nobilissimæ feminæ laudi dandum est, quod vatum quidem elegantiam, amandatis fabulis, imitari Christiana veritate et simplicitate voluerit. In hac præterea metaphrasi ita religiose sacrum textum expressisse Eudociam idem Photius testatur, ut « sensuum, nihil diffundendo aut contrahendo, proprietatem servaret assidue, et in verbis, quoad ejus fieri potuit, proxima quæque atque simillima confirmaret: » adeo ut pro legitimis librorum sacrorum versionibus haberi possint. Præterea cod. CLXXXIV memorat metaphrasim ejusdem non absimilem prophetiarum Danielis et Zachariæ, et historiam Cypriani martyris (illius cujus pœnitentia, sive confessio legitur in calce edit. Cypriani Operum Oxoniensis), a magicis artibus et idololatria ad Christi fidem conversi, et Justinæ virginis, libris III. Poema tandem heroicum in victoriam a Theodosio conjuge ex Persis feliciter reportatam, ascribit illi Socrates lib VII *Histor. eccles.*, cap. 21: « Cum ergo tam illustris victoria divinitus data esset Romanis, multi præstantes eloquentia viri in laudem imperatoris panegyricas orationes conscripserunt, easque publice recitarunt: ipsa quin etiam imperatoris uxor heroico versu poemata composuit. » Quamvis autem nemo illorum mentionem faciat editorum ab illa *Homerocentonum* de Vita Christi, quemadmodum nec Nicephorus lib. XIV, 23, Joannes tamen Tzetzes *Chiliad.* X, Histor. 306, negat se Eudociæ Octateuchum, et reliqua poemata nancisci unquam potuisse; se duos tamen ejus libellos carmine scriptos legisse testatur, *Homerocentones*, et Zachariæ, ac Danielis metaphrasim; de quibus omnibus vide Jo. Alb. Fabricium. *Bibl. Græc.* t. I, p. 358 [ed. nov. p. 558] et alibi. Hujus itaque celeberrimæ feminæ elegantissima poemata teste Fabricio l. c. ab eruditis adhuc desiderata sunt, cum *Homerocentones* qui sub ejus nomine circumferuntur potius sint patricii, vel Eudociæ junioris, sæculi XI. sive Eudociæ, quæ Zoes soror, et Constantini imperatoris, Basilii Bulgaroctoni fratris filia fuit.

Tandem Eudocia, ut vult Caveus, in mariti gratiam rediit, cum quo deinceps pacifice vixit. Illo tamen morte sublato, Palæstinam repetens, quod supererat vitæ pio otio dicavit, ibique anno 460, Marciano imperante, diem ultimum clausisse refert Sixtus Senensis *Biblioth. sanctæ* lib. IV, pag. 227, Paris. edit. anni 1560. Cumque teste Evagrio Scholastico lib. I *Histor. eccles.*, capp. 20-22, muros Hierosolymitanæ

urbis instaurasset, templum splendore ac pulchritudine eximium primo omnium diacono ac martyri Stephano ædificasset, in eo postmodum deposita est.

Nobis itaque contigit in recensendo antiquissimo codice x, plutei VII, in quo omnia S. Greg. Theologi Carmina, et Nonni Panopolitæ in Evangelium S. Joannis Metaphrasis continentur, hanc pretiosissimam gemmam eruere. Dum enim singula codicis, prout instituti nostri fert ratio, cum editis conferremus, post vers. 692, Nonniani poematis, alia ab eadem scriptoris manu, ab eo argumento toto cœlo aberrantia, interserta animadvertimus, quæ sedulo perpendentes, tandem summa animi voluptate comperimus partem esse poematis, de martyrio S. Cypriani a doctissima Eudocia conscripti. Quod cum pridem deperditum sit, superstites has veluti miserrimi naufragii tabulas, omnium primi, in propatulo collocare, publicæ studiosorum utilitati gloriamur. Incredibilem adhibuimus diligentiam, ut tam insigne monumentum ex minutissimis atque evanidis plerumque litteris erutum Latinis Musis majori qua posset fide et elegantia redderetur (qua quidem in re tot tantisque difficultatibus obsita, nobis præsto fuit optimus, ac præstantissimus juvenis Ant. Sartius, Græcis Latinisque litteris egregie excultus, familiaris noster, ac studiorum indefessus adjutor), hæc tentamina aliis, quibus majus suppetit otium, ac mitiores sunt Musæ expolienda relinquentes.

Præter ea quæ de S. Cypriani vita et martyrio apud Theodorum Ruinartum habemus in Actis martyrum, possunt et alia multa proferri quæ de ejus laudibus SS. Patres conscripserunt. Præ omnibus in eo laudando excelluit S. Augustinus, qui sermones quinque ad populum Carthaginensem habuit novæ edition. serm. 309 seqq., homilias duas de eo edidit S. Maximus Taurinensis, unam Petrus Chrysologus. De eodem egregium recitavit sermonem S. Fulgentius Ruspensis episcopus. Nec prætereundus Græcos inter Patres Gregorius Nazianzenus. Verum in ejus de S. Cypriano oratione illud est incommodi, quod magnum Cyprianum Carthaginensem episcopum confundat cum alio Cypriano, qui ex mago Christianus factus cum Justina virgine, quam veneficiis corrumpere frustra tentaverat, martyrium Nicomediæ sub Diocletiano subiise fertur. In eumdem impegisse scopulum videtur Prudentius in hymno de S. Cypriano, et Eudocia Augusta, ut ex Photii testimonio, et ex hoc ipso poemate videre est

Photium tandem ipsum audiamus, qui in cit. cod. CLXXXIV totius Eudociæ poematis argumentum, seu mavis minutissimam analysim affert, ex qua unusquisque, unde fragmentum hoc a nobis prolatum, initium ducat, et ubi desinat, facillime poterit intelligere. Photii verba sunt ista :

« Hoc ipso item volumine continebantur, simili versuum forma conscripti, libri tres in laudem B. Cypriani martyris : ostendebantque vel ipsa carmina, ut liberi matrem solent, hunc quoque Augustæ partum esse legitimum. Primus horum liber res B. Justinæ martyris persequitur, ut in Christianorum illa numerum adoptata, parentes quoque suos ab idolorum cultu ad veri Dei cultum transtulerit : utque amore quidam ejus captus, frustra illa sollicitata, ad Cyprianum magicis deditum artibus se contulerit, rogans perdite amanti succurrat, ac puellam sibi obsequentem reddat. Addit Cyprianum omnes magicæ artis rationes incassum tentantem, violentissimos quosque ac perniciosissimos dæmones oppugnandæ virginis castitati immisisse · hos vero pudore suffusos, victosque sacrosanctæ crucis signo, rejectos fuisse, ut ex illis ipsis cognorit. Quare propensum suum in improbos illos spiritus animum deposuisse, omnesque adeo magicos libros flammis tradidisse. Christiana denique fide imbutum, mox etiam baptizatum esse, ac templi janitorem constitutum. Quin et charismatum dona a Deo accepisse, itaque morbis alios, alios dæmonibus liberasse, donec tandem archiepiscopi quoque dignitate ornaretur. Et hæc quidem liber habet primus.

« Secundus deinde, dum a capite paulo altius res Cypriani arcessit, ipsummet narrantem inducit, suum jam inde a pueritia in idola studium, cultumque dæmonum, et discendæ magicæ artis cupiditatem, atque conatum. Quænam dehinc alia de herbarum variarum stirpium atque animantium natura didicerit, utque varia etiam dæmonum ludibria viderit. Quomodo item Athenis Argos, indeque in Phrygiam profectus, dæmonibus ubique sacrificus constitutus fuerit, ac multam magicæ artis exercitationem collegerit. Pergit adhæc narrare, ut in Ægyptum eorumdem causa venerit, atque ad Indos accesserit, quæque ibi inopinata, et valde absurda, cum alia, tum simulacra viderit atque observarit. Addit se, cum tricesimum jam ætatis annum attingeret, ad Chaldæos venisse, eorumque litteris institutum, astrologiam accurate perdidicisse, quæque alia cognitu digna apud illos viderentur. Omnia tandem hæc vidisse refutata, quando stulto, seu potius animis pernicioso labore hisce artibus impenso, a Justina martyre repulsus est. Commemorat item hic nonnulla, quibus aliam se ipse interdum magicis artibus exhibuit, aliosque interdum transformavit : utque a dæmonum cultu discedens, cacodæmonem minitantem, et ad desperationem usque territantem senserit, ac quomodo horum sit metu liberatus, cum in pium virum incidisset, cui Timotheo nomen. Quomodo præterea Antiochiæ apud frequens auditorium narraverit, nefanda multa se ac prodigiosa effecisse, quibus homines ita decipiebat, ut pro Deo ipsum haberent. Lacrymis itaque ac luctu genas ob hæc humectantem, ex memoria improborum facinorum in salutis desperationem iterum delapsurum fuisse, nisi Eusebius quidam, optimus ad pietatem et pœnitentiam dux, sacræ Scripturæ alloquiis sacrisque narrationibus, de-

sperationis nebulam dissipans, claræ spei radiis eum illustrasset, et in domum suam deductum cibum capere jussisset, trium dierum inedia jam maceratum. Refert item, ut in sacrum ab illo templum fuerit adductus, et sua ipse manu coram multitudine magicæ artis suæ libros allatos flammis tradiderit, ac bona insuper sua pauperibus distribuerit, atque ad Christianorum inde cœtum aggregatus sit. Eusebius autem hic, ait, sacerdotii dignitate exornatus erat. Accedit quomodo Aglaidas, gravis ille Justinæ procus, cum voti compos factus non esset, bona quoque fortunæ pauperibus omnia erogaverit, et dæmonibus tanquam deceptoribus nuntio remisso, Christianis sese sacris addixerit : in quo secundi libri finis est.

« Tertius denique martyrium complectitur B. Cypriani, et claræ virginis Justinæ, qui Diocletiano et Maximino Romæ imperantibus, morte testimonium dixerunt fidei. Una enim ad martyrii lauream abrepti sunt; Cyprianus quidem ex patria et urbe Antiochia, cujus etiam archiepiscopatum post Anthimum administrarat : Justina vero Damasco : ibi enim illa, postquam Antiochia migrarat (quæ et ipsa virginis patria erat) palam Christum professa est. His ita captis, cum impii ille hominis sermonibus nihil moveretur, vinculis in sublime rapti latera raduntur; hæc autem boum nervis cæditur. Verum ubi nihil illi de constantia remittere tyranno videntur, in custodiam eos seorsum reductos compingit. Unde post evocatos, cum verbis frustra tentasset, in æream sartaginem (pice, adipe, ac cera in eadem simul mistis, multoque igne accenso) martyres Dei conjecit. Ibi cum athletæ illi fortiter in cruciatibus perdurarent, ac potius velut in rore Deum, quod tormentis superiores evasissent, læti laudarent, Athanasius quidam miser, dæmonum sacerdos, B. Cypriano antea perfamiliaris, et assessor tum forte judicis tormenta inferentis, mentis cæcitate correptus, ausus est, deos suos familiares invocans, in ignem quoque ingredi; sed dum miraculum extenuare nititur, si et ipse sine noxa ibidem perduraret, magis illud auxit. Confestim enim ab igne absumptus in cinerem versus est. Hæsitans ergo judex, decrevit martyres ad Diocletianum mittere, et ad eum, tum quæ pertulissent tormenta, tum quemadmodum pœnis essent omnibus superiores, perscribere. Quæ cum imperator Nicomediæ intellexisset, præcipit martyres ad vicinum urbi flumen, cui Gallo nomen, capite truncari. Cum his, et eadem ipsa hora Theoctistus martyrii palmam accepit, pietatis suæ hoc solo dato indicio, quod martyrem Christi salutasset. Reliquias istorum sanctorum nautæ quidam Roma eo nuper delati, quibus et Theoctistus martyr usus fuerat familiariter, clam custodibus abstulerunt, Romamque vexerunt, ubi et pulchrum ipsis templum Claudii foro proximum excitatum, opera Rufinæ piæ matronæ, quæ generis stirpem a Claudio imperatore repetebat. Et hæc quidem libro tertio. » Hucusque Photius.

ΕΥΔΟΚΙΑΣ

ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΙΔΟΣ

ΠΕΡΙ ΤΟΥ ΑΓΙΟΥ ΚΥΠΡΙΑΝΟΥ ΒΙΒΛΟΣ ΠΡΩΤΗ

ΑΚΕΦΑΛΟΣ.

—

EUDOCIÆ AUGUSTÆ

DE SANCTO CYPRIANO LIBER PRIMUS

INITIO MUTILUS.

—

. . . .

Omnes at juvenes dictis dimisit acerbis,
Christum induta ducem, soli cui nupserat illa,
Hic vero magnam templi ad subsellia turbam
Cogit, vique bonam tentat violare puellam.
Quotquot erant illi comites ad sidera voces

A . . . .

Πάντας δ' ἠϊθέους κεν ἀταρτηρῶς ἀπέπεμπεν,
Ὡς Χριστὸν μοῦνον μνηστὸν θεμένη τὸν ἄνακτα.
Ὃς δὲ λεὼν συναγείρας ἀνακτορίους κατὰ θώκους
Πρός ῥα βίην ἐθέλησεν ἀγαυὴν παῖδα μιῆναι.
Ὅσσοι ἑσπετόωνθ' ἅμ' αὐτῷ αἰπὺ βόησαν·

Πάντες δ' ἐκ θαλάμων σὺν τεύχεσιν ἐσσεύοντο,
Τεῦξαν δ' Ἀγλαΐδαο νεήλυδας εἶθαρ ἀΐστους.
Αὐτὸς δ' ἐν κραδίηφι φέρων ὅλον ἔνδον ἔρωτα,
Πληγεὶς, εὖτε μύωπι, λαθὼν, πηχύνετο κούρην.

Ἡ δ' αἶψα Χριστοῦ κρατερὴν σφρηγῖδα τέλεσσεν,

Ῥίψεν δ' ὕπτιον εἶθαρ ἀναιδέα, χερσὶ δ' ἔθρυψε
Μορφὴν Ἀγλαΐδαο, καὶ οὐλοκόμους γε παρειάς,
Ῥῆξεν δ' εἵματα καλὰ, ὅλαις δ' ἀπέδειξε γέλωτα,
Θέκλης ἀντιθέης τὸν ὁμὸν δρόμον ἐκτελέουσα.
Καὶ τὰ μὲν ὡς ῥέξασα Θεοῦ πάλιν ἤλθεν ἐς οἴκους,
Αὐτὰρ ὁ χωόμενος κακοεργέα λίσσετο φῶτα,
Δυσσεβέος μαγίης ὑποθήμονα Κυπριανόν γε
Καί οἱ ὑποσχόμενος δοιὰ χρυσοῖο τάλαντα,
Λαμπροῦ τ' ἀργυρίοιο, ὅπως πείσειεν ἀνάγκη
Παρθένον οὐκ ἐθέλουσαν ἐπινεῦσαι φιλότητι,
Οὐ δεδαὼς Χριστοῦ κρατερὸν μένος ἀκαμάτοιο.
Οἰκτείρας δὲ μάγος διερὸν βροτὸν, ἐξ ἐπαοιδῆς
Κίκλησκεν χαλεπὸν κακοεργέα δαίμονα ῥίμφα.
Ἀπτερέως δ' ἐλθὼν, Τί μ', ἔφη, καλέεις; ἀγόρευε.
Ὣς δ' ἔφατ'· Αἰνῶς μοι κούρης μιῆς Γαλιλαίης
Ἦτορ ἔρως ἐδάμασσε· σὺ δ' ἔννεπε, εἴ τέ μιν αὐτὸς
Λέκτροισιν δόμεναι κρατέεις· αἰνῶς ποθέω γάρ.
Ἄφρων δ' ἀντίπαλος δώσειν κατένευσεν ἄελπτα.
Κυπριανὸς δ' αὖθίς γε παλαμναῖον προσέειπεν·
Ἔννεπέ μοι τεὰ ἔργα, ὅπως φρεσὶ θάῤῥος ἔχοιμι.
Ὣς δ' ἔφατ'· Ἀγγελικῶν στιχέων πάρος ἦα φέριστος,
Ἀλλά γ' ἐμῷ γενετῆρι πεπιθμένος, ἔλλιπ' ἄνακτα
Ἑπταπόλου σφαίρης τὸν ὑπέρτατον· ὅσσα δ' ἔρεξα
Εἰδήσεις· ἐρέω δέ· Πόλου καθαροῖο θέμεθλα

Ταὐτὸς ἐμῇ κακίῃ γε διάνδιχα θῆκατα ῥέξα,

Καὶ στίφος οὐρανίων ναετῶν ἐς γαῖαν ἔριψα.
Μητέρα δ' αὖ μερόπων πάλιν ἤπαφον Εὔαν, ἀνάγκῃ
Νοσφισάμην δ' Ἄδαμον πολυγηθέος ἐκ παραδείσου
Καὶ Καΐνου παλάμην γνωτοκτόνον αὐτὸς ἔτευξα
Αἵματι γαῖαν ἔδευσα· ἀκανθώδη δ' ἀναθάλλει
Καρπὸν ἀεικέλιον μερόπων γένει εἵνεκ' ἐμεῖο.
Ἐχθρὰ Θεῷ συνάγειρα θεήματα, καὶ κλοπίας δὲ
Εὐνὰς ἐγὼν ἐτέλεσσα· σεβίζεσθαι δ' ἀμενηνὰ
Εἴδωλα βρότεον νέον ἤπαφον, ἠδὲ θυηλὰς
Ἀνθρώπους ῥέζειν βλοσυρῷ κατεμήνυσα ταύρῳ.
Αὐτὸς καὶ κρατέοντα Θεοῦ Λόγον, Υἱὸν ἄναρχον,
Ἐν σκόλοπι τανύσαι μαλερῷ σοβαροὺς ὀρόθυνα.
Ἄστεα συγκλονέω, καὶ τείχεα κάββαλον αἰπά·
Πολλοὺς δ' ἐξ ἔριδος θαλάμους ἐδόνησα χορεύσας.
Ἀλλά γε δὴ τάδε πάντα κακὰ καὶ ἀπείρονα τεύξας,
Πῶς τῆσδ' ἠϊθέου μεγαλόφρονος οὐδὲ τυχήσω;
Κυπριανὸς δ' ἔνεπεν κακοτερπέϊ δαίμονι λυγρῷ·
Τήνδε λαβὼν βοτάνην κύκλῳ θαλάμου κατάδευσον
Κούρης αἰδέσιδος· ἀτὰρ ὕστατος ἵξομαι αὐτὸς,
Καὶ νόον ἐνθήσω κραδίῃ πατρώϊον αὐτῇ.
Ἡ δέ σοι ἐλδομένῳ μάλα πείσεται ἔμπερ ὀνείρῳ.
Παρθένος ἠϊθεος δὲ τότ' εἶδος ἔχουσ' ἐπὶ γαίης
Ὥρῃ νυκτελίῃ τριτάτῃ μέλπεν Θεὸν ἦυν.
Ἀλλ' ὅτε δὴ πραπίδων μέσσον πελεμίζετο κούρη,
Ἐν φρεσὶν ἧσι νόησεν ἀτασθαλίην κακοεργοῦ
Ἡμιτόμους πρησθεῖσαν ὀφρεῖς πυρί· θᾶττον ἄνακτα

Vers. 61

A Tollere, et armati thalamis prorumpere cuncti,
Aglaidæque novam confestim pellere gentem.
At miser inclusum servans in pectore amorem,
Percussus, tanquam cæco latitaret, amatæ
Virginis amplexus petiit; quæ protinus almæ
Signa crucis faciens, audentem turpia longe
Projecit juvenem resupinum, aptoque comantes
Crine genas manibus fœdans vultumque, decoras
Abscidit vestes, cunctorumque ora resolvit
In risus, Theclæ divina exempla secuta.
Hæc ubi facta, Dei rursus secessit in ædes,
Ilis super accensus, pravum magicaque potentem
Advocat arte virum, Cyprianum nomine, supplex.
Binaque promittens auri argentique talenta
Hortatur, charæ renuentia corda puellæ
B Cogat flagranti tandem concedere amori,
Ignorans, Christi virtus quam nescia frangi.
Tunc magus Aglaidæ sortem miseratus iniquam,
Evocat actutum tenebrosum dæmona cantu.
Adveniens subito, Quid vis? ait ille, profare.
Cui magus hæc: Nostrum Galilææ virginis ardens
Vicit pectus amor: thalamis hanc tradere nostris
Dic, tibi num liceat, namque est mihi magna cupido.
Annuit huic dæmon temere insperata daturum.
At magus hæc contra sceleratum, Nunc tua, dixit,
Facta doce, nostræ ut subeat fiducia menti.
Tunc ille: Angelicæ fueram prius ipse cohortis
Optimus; inde mei genitoris jussa secutus,
Regem, qui cœli septem supereminet orbes,
Deserui: quæ tunc egi nosces modo, singula namque
C Promere fert animus. Puri fundamina cœli
In partes discissa duas me auctore maligno,
Atque cohors superum in terram dejecta colonum.
Inde meis rursus decepta est fraudibus Eva
Primipareus, lætisque procul migrare viretis
Jussus Adam, dextraque Cain mactatus Abelus
Cæde madet tellus; hinc duros horrida sentes
Me propter, vilesque homini parit undique fructus.
Ipse inimica Deo spectacula tetra coegi,
Et furtiva toris alienis semina fudi:
Vanaque mortales colerent idola recentes,
Ac torve ferrent tauro libamina, suasi
Consiliis egique meis: Verbumque supremum,
Æternam sobolem, dira trabe figere adegi.
Per me commotæque urbes eversæque celsa
D Mœnia, multorumque toros discordia gauden
Turbavit: totque ipse malis aliisque peractis
Millibus, audacem dubitem captare puellam?
Tum monstro magus hæc tristique malisque fruenti,
Hoc cape gramen, ait, circumque asperge cubile
Virginis intactæ, veniensque novissimus ipse
Injiciam patrios ima in præcordia sensus;
Illa tibi multum optanti per somnia cedet.
Virgo bonum interea, cum tertia noctis adesset
Hora, Deum, terræ vultum demissa, canebat.
Usque tamen tenebris jaceam demersus in imis?
Ipse etenim novi veneranda ex virgine Justa,
Nullam dæmonibus virtutem prorsus inesse;
Squamigerumque, ipsa vidi monstrante, sagacem,
Grandia spirantem, immanem, horrendumque dra-
[conem,
D At nedum culicis monstrantem robora vilis.
Quin etiam, dum multa mihi promitteret olim
Tartareus princeps, docuit ficto ore locutum
Virgo, quæ tantum pede contudit una colubrum.
Papæ! Idolorum fallacia monstra gubernans
Virginis abstinuit clausos penetrare penates,
Mirifice trepidans: qui tantis imperat umbris,
Virginis angustum haud potuit perfringere limen:
Qui cunctis dare jura putat, femella subegit:
Qui terram quassare solet, sub virgine cessit:

Ἀθανάτῳ Κρατέοντι ἐριβμαίνων ἁγίοις τε.
Ἔνθεν γὰρ δόκεεν νόον ἀνδρῶν ἠπεροπεύειν,
Ὃς δὲ μάλ' ἠπεδανὸς κενεὸν σκιόεντα τελείων,
Ἐκ τοῦ δαιμονίη μορφὴ πέλεται πανάϊστος.
Καὶ γὰρ τοῦτο μέμηλεν ἀεικελίοισιν, ὁρᾶσθαι,
Καὶ μετὰ δὴ σαρκὸς τελέειν μένος. Ἔμπεδον ὥσπερ
Ταῦτα δέοι, λοιβῇ καὶ κνίσσῃ πάντα δίδωσι·
Ἐξ ἱερῶν καπνὸν γὰρ ἐς ἠέρα πουλὺν ἰόντα
Αἱ σκιαὶ ἑζόμεναι ζοφοειδέες εἰρύουσαι,

Ὃν δέμας ἀμφιέσανθ', ἅτε φάρεα δαιδαλόεντα,
Ἢ ὡς εἴρια καλὰ, λίνοιό τε λεπτὸν ἄωτον.
Νηῶν δ' ὑψορόφων σκιοειδέα φάσματα πολλὰ
Ἀντὶ δ' ἀληθείης τὸν δ' ἠέρα δύντες ἔχουσιν.
Τοὔνεκα καὶ μύρμηκος ἐκεῖ χρῄζει γε θυηλῆς,
Ἀλλά γε καὶ ὕδωρ, πέσκη δ' ἅμα, ἠδέ τε καρποὺς
Αἰτίζει, καὶ πάνθ' ὅσα φέρβει γαῖα τιθήνη,
Ὄφρα γε φαντασίην μούνην μερόπεσσι φαείνῃ.
Ἠΰτε τεθνάτων μορφὰς κατὰ θυμὸν ὁρῶμεν,
Καὶ λαλέειν δ' αὐτοῖσι δοκείομεν οὐ παρεοῦσι·
Τὼς (14) καὶ ἀντιπάλαμνος ἑὸν ἀναμάσσεται εἶδος
Μυστιπόλων· τό κεν οἷσι πρόσω πᾶσιν ἀμφιτίθησιν,
Μορφαῖς τ' εἰδώλων, οἷσιν σθένος οὔποτ' ἔνεστιν
Ὄμβρον μὲν χεύων δῆθεν πολὺν, οὐδέ τ' ἀληθῆ,
Πυρκαϊὴν τελέων χιόνος κρυερῆς πανομοίην,
Ἰχθὺν δ' εὖτε διδοὺς ὁράαν μόνον, οὔτι πάσασθαι,
Χρυσόν τ' αἰγλήεντα κακῆς πενίης συνέριθον.

Ἀλλὰ καὶ ὑλήεντα μιμούμενος ἔργα, τελείει
Ἄστεα, καὶ θαλάμους, καὶ εὐδένδρους πλαταμῶνας,
Καὶ νάπεα σκιόεντα, καὶ ἣ βροτὸν ἔτρεφε πάτρη,
Ῥήγεα δ' ἀνθεμόεντα, τάπερ βροτοὶ ἐκτελέουσι,
Δαίμοσιν αἱμοβόροις σκιοειδέα πάντα φέροντα.
Τὼς καὶ νυκτιπόροι ἡδὺ κνώσσουσιν ὁρῶντες·
Ἀλλὰ πολυπλανέος τάδε δαίμονος ἀντιθέων τε,
Καὶ δυσεβῶν (15) μερόπων ἔργον τόδε μιαροθρήσκων.
Ἀλλά γε τίπτε πάθω, ὅτι βουλόμενος τρομέεσθαι
Οὐρανίωνα Θεὸν, δεδαὼς κρυεροῖο δράκοντος
Ἰσχὺν νεκροτάτην, καὶ ἀγηνορίης κενότητας,
Κεύθομαι ἐς ζοφερὸν γύαλον; κούρης ἁγίης γὰρ
Ἔγνων παρθεν.κῆς ἀπὸ σεπτοτάτης κεν Ἰούστης,
Δαίμονες ὡς μάλα πάγχυ ἀνάλκιδες ὧδε πέλουσιν.
Πὰρ γὰρ τῇδε δέδορκα περισσόνοον, φολιδωτὸν,
Ἄσπετα φυσιόωντα, πελώριον, αἰνοδράκοντα,
Ἀλλ' οὐδ' ὡς κώνωπος ἔχεν μένος οὐτιδανοῖο.
Ἔγνων παρθενικῆς ἀπὸ σεμνοτάτης τὸν ἄνακτα
Εὐχόμενον μάλα πολλὰ, ἀληθέα δ' οὔποτε δρῶντα (16).
Ἀλλὰ τόσον κεν ὄφιν μούνη ποσὶ κάββαλε κούρη.
Ὢ πόποι, ὁ κρείων δὲ πολυπλανέων εἰδώλων
Θηλυτέρης θυρεῶν ἀπεχάζετο ἔνδοθι βαίνειν,
Ἐκπάγλως τρομέων· ὃς φάσμασι τοσσατίοισιν
Κεκλόμενος, τὰ θύρετρα βαλεῖν οὐχ ἴσχυσε κούρης·
Ὃς πάντων δοκέων κρατέειν ὑπεδάμνατο κούρῃ·
Ὃς γαίην κλονέειν ἐθέλων ὑπόειξε γυναικί·

Vers. 292

(14) Ibid. pag. 304, οὕτω καὶ ὁ διάβολος τῶν ἀφιερωμένων αὐτῷ τὰς μορφὰς ἀνατυπούμενος, ἑαυτῷ τε, καὶ τοῖς ἑαυτοῦ περιτίθησιν, κ. λ.

(15) In cod. δυσσεβῶν.

(16) Ms. habet δράκοντα.

Ὃς πολυμέρμερον ἦτορ ἔχων οὐ κάββαλε κούρην·
Ὡ ζαβδροιο λέοντος ὁμῶς βωστρεῖν γε νομίζων,
Καὶ πάντας φοβέειν, κώνωψ ἅτε ἐν προδόμοισι
Παίζετο θηλυτέρης. Περσῶν ὅτε γὰρ λίπον οὖδας
Εἴως Ἀντιοχουπόλεως (17) Συρίης μέγα ἄστυ,
Θαύματα πολλὰ τελῶν τέχνης μαγικῆς ὑπὸ δεινῆς,
Τοῖς μὲν ἔρωτος ἄκος παρέχων, τοῖς δὲ φθόνου αὐτὸς,
Καὶ ζήλου στυγεροῦ, κακίης δ' ἧς σαρκὶ μέμηλεν·
Ἔνθα τις Ἀγλαΐδης ἐρατὸς μάλα λισσόμενός με,
Εὖτ' ἄλλοι πολέες, γουνάζετο εἵνεκα κούρης
Τοὔνομ' Ἰουστίνης, ὅπως φιλότητι μιγείη.
Ἔνθεν ἐμοὶ δαίμων πρώτως (18) ἀπατήλιος ὤφθη.
Καὶ γὰρ ὅσων στιχέων ἦρχον, περὶ παρθένον ἁγνὴν
Ἦλθον ἀολλισθεῖσαι, ἀνήνυτοι ἂψ ἐνέοντο.
Ἀλλὰ καὶ Ἀγλαΐδου ἐπαμύντορα δεῖξεν ἄϊστον
Πίστις παρθενικῆς, ἠδ' ἀδρανέα μιν ἔθηκεν.
Πολλὰς δ' Ἀγλαΐδαο ἀΰπνους νύκτας ἔχοντος,
Μαγγανίας δ' ἐμέθεν, καὶ νείκεα ἀντιβίοιο,
Ἑπτ' ἐπὶ ἑβδομάδας, καὶ ἄλλας τρεῖς μετὰ ταύτας

Δαιμονίης γε φάλαγγος ἀγὸς σὺν ἑοῖσιν ὀπηδοῖς
Ἤλυθε παρθενικῆς ἐναντίβιον πελεμίζων.
Οὐ γὰρ μοῦνον ἔρως νέον Ἀγλαΐδην ἐδάμαζεν,
Ἀλλ' ἄρα καὶ κραδίης ἐμέθεν ψαῦσεν μενεαίνων.
Θάμβος δ' ἦν ὁράαν τόσσων στίχας ἀντιπαλάμνων
Κούρης δαμναμένων εὐχῶν ὕπο, σύν τε δράκοντι.
Οὐδὲ γὰρ ἡμέτερον Βελίαρ πόθον (19) εἶχε χαράξαι,
Καίπερ πολλὰ μάλ' αἰνὰ καθ' ἡμείων πελεμίξας.
Τῷδε γὰρ ὧδ' ἐρέειν· Εἴ σοι τόσσον κράτος ἐστὶ,
Λωφήσειεν ἔρως πραπίδων ἀπὸ ἡμετεράων,
Ὄφρα κε μαψιδίως τόσσ' ἄλγεα μήτι πάθωμεν·
Καὶ δὴ μευ κλύοντος ἔφη ἀετῷ (20) μεδέοντι
Μαχλοσύνης ῥέζειν ἅπερ ἔννεπον· ὃς δ' ἐτέλεσσε
Πολλὰ μάλ', οὐδέ τι τῶνδε παροίτερον ἤνυσεν ἔργον.
Δεῖξε δὲ κοιρανέων, σθεναρωτέρη ὅττι φύσις γε
Ἀνδρομέη πέλεται πάντων στυγερῶν Βελιήρων·
Ἀλλὰ φύσιν ἀνέρος κεν ὅτ' ἀκμάζουσαν ἐφεύροι,
Δὴ τότε δὴ μεγάλα φρονέων βρενθύεται ἦτορ,
Οὐκέτι δὴ μερόπων ὁρόων βιοτήσιον ἄνθος,
Ἀλλ' αὐτῷ σφετέρῳ ἐπὶ κάρτεϊ κῦδος ἀνάπτει.
Εὖτέ τις ἠπεδανὸς, καὶ ἀμφιγύης πολεμίζει
Ἵππῳ ἐφεζόμενος εὖ εἰδότι θούριδος ἀλκῆς,

Αὐτῷ οἱ μέγα κῦδος ἐπαρτήσας μάλα χαίρει.
Ἀρχομένοισι νέοις γὰρ ὅταν φιλότης ἐπαέξῃ,
Εὖτε πυρὸς φλογεροῦ σφεδανώτερος ἀτμὸς ἀέρθη.
Ἦν δ' αὖ μοι μέσατον καὶ ἀντιβίων μέγα νεῖκος
Αὐτοὶ δ' ἀλλήλοισιν ἐπὶ δηρὸν πολέμιζον·
Καὶ τότ' ἀταρτηροῖσιν ἐγὼν ἐπέεσσι δράκοντα
Ἔννεπον, ὅττι γε θᾶσσον ἑὸν ἀπολεῖ μέγα κῦδος.
Ὃς δέ τ' ἄναυδος (21) ἔμιμνεν ἑὴν ὁρόων κακότητα.
Πολλὰ δέ μιν κλονέων μεγάλ' ἤπυον· ὃς δὲ ἔκηλος

Vers. 342

A Multa movet qui corde, puellæ est viribus impar ;
Qui putat horribilis mugire leonis ad instar,
Et cunctos terrere, culex velut ante puellæ
Luditur ostiolum. Persarum at littora linquens
Antiochi Syriæ magnam proficiscor ad urbem :
Multa ubi patravi magicas miranda per artes,
His zeli tribuens, illis medicamen amoris,
Invidiæque aliis, et quæ caro curat iniqua.
Hic procus Aglaidas quidam (quæ plurima turba),
Accessit supplex, cujusdam captus amore,
Nomine Justinæ, thalamo hanc sibi jungier, orans.
Dæmonis hinc primum nobis innotuit astus.
Irruit in castam nam tunc stipata puellam
Tota cohors, cui jura dabam, sed inanibus ausis
Versa retro. Aglaidæ patronum ostendit inermem
B Virginis alma fides, et inanes reddidit ausus.
At vigil Aglaidas multas perducere noctes,
Multa ego dum magice tento, cum dæmone multa
Contendens : tandem hebdomadis bis quinque per-
[actis
Cum sociis cunctis Stygiæ dux ipse phalangis
Venit virgineo moturus prœlia cordi.
[Scilicet haud solum Aglaidam subjecit ephebum,
Sed nostra iratus tetigit quoque corda Cupido].
Mirum erat Inferni tantas spectare catervas
Virginis edomitas votis, unaque draconem.
Haud etenim nostrum potuit depellere amorem,
Nil quamvis Belial in nos liquisset inausum.
At tibi (sic aggressus ego) si tanta potestas,
C Fac amor e nostris abscedat, quæso, medullis,
Ne tantos frustra cogamur ferre dolores.
Tunc aquilam, Veneri qui præsidet, omnia dicta
Me coram complere jubet : tentavit at ille
Multa quidem, sed nil optato fine peregit
Hinc patuit, monstrante Deo, plus omnibus unam
Inferni monstris naturam posse virilem :
At si quando hominem florentem viribus ille
Inveniat, tunc magna movens in corde superbit,
Haud illum humanæ florem ratus esse juventæ,
Deque suo tantum tribuit sibi robore famam.
Ut forti qui vectus equo, bellique perito
Bella gerat, mutilus tamen ipse, et claudus utrin-
[que,
Atque sibi magnum tribuens exsultet honorem.
D Namque ubi crescentes juvenes fax carpit amoris,
Ceu vapor ardentis vehemens attollitur ignis.
Sed mihi cum Stygiis bellum fuit hostibus acre,
Mutuaque inter se miscebant prœlia dudum.
Tunc ego probrosa compellans voce draconem,
En tua magna, inquam, subito ceu fumus in auras
Fama perit. Propriam cernens obmutuit ille
Nequitiam. Magnis implens clamoribus auras,

(17) Quæ hic innuuntur tantum Cypriani apud Antiochenos magicæ operationes, eas pluribus verbis persequitur editio pag. 305.

(18) Ms. πρῶτος.

(19) Aglaidæ nimirum, et Cypriani. Ita vero legitur pag. 308, ἀλλ' οὐδὲ τὴν ἐπιθυμίαν ἡμῶν τρέψαι ἠδυνήθη ὁ διάβολος, καίπερ πολλὰ πειραθεὶς ἐπιτηδεῦσαι.

(20) Cum hic Aquilæ nomine fornicationis dæmonem indigitare videatur Eudocia, masculino genere efferendum in versione Latina existimavimus.

(21) Ms. δέθ' ἄναυδος.

Instabam misero, qui se virtute minorem
Agnoscens, tacitus convicia cuncta ferebat.
Dein tale aggressus facinus, si fallere posset
Aglaidam tentans, vanam pulchramque puellam
Illi deduxit; subito at comparuit astus:
Nam nullos Justæ referebat virginis artus.
Hæc ego cuncta videns, serpenti dira precabar.
Tunc pravorum hominum regem, sapientis habentem
Justinæ similem formam, transmittit ad illum;
Qui lætus, propius venienti talia dixit:
Salve, Justinæ celebris forma aurea, salve.
Nec plura: audito Justinæ nomine fugit
Dæmon, et Aglaidæ mens protinus excidit omnis.
Ipse ego, dum fierent molimina talia fraudum,
Ipse aderam, socii; mihi virginis ardor in alte
Regnantem Dominum, atque ignavia visa draconis.
Namque ibam astanti junctus, par ferre coactus
Dedecus, et vigiles curas, nunc femina factus,
Nunc volucris: sed prima domus vix limina inibam,
Ficta recedebat species, Cyprianus et ipse
Rursus eram, vana magiæ confisus in arte.
Aglaidam vidi, cum nostra protinus ales
Factus ope, in summa consedit virginis æde;
Ipsaque per nitidam spectans veneranda fenestram
Perdidit obtutu pennatam virgo volucrem.
Mortis tunc adytum fuerat visurus apertum
Infelix, veluti celsis stans ales in auris,
Ni prudens, ac pulchra illum miserata fuisset
Virgo, bonis hominem monuit quæ vocibus usa,
Ut placidus maneatque domi, timeatque Tonantem;
Nec mora, vestibulo gressus educere jussit.
Nulli illam morbi, nulli domuere dolores,
Non quævis adversa: malis nam millibus illam
Perfidus impetiit dæmon: mœstique parentes,
Cum medici vitæ canerent accedere finem,
Lugebant. Charis contra genitoribus illa,
Nondum fatalem mihi fas attingere mortis
Finem; sed quidam cordis, non corporis angit
Me dolor, ac veluti vapor igneus aere missus,
Hic mea membra cremat. Nova nos tunc addere primis
Multa malis, castæque artus cruciare puellæ.
Omnia Christifero signo tamen illa dolosi,
Atque reluctantis contundere tela draconis.
Ærumnis tunc ipse novis vexare parentes
Virginis, occidens mulos, armenta, gregesque:
Ast illos dictis hortari nata benignis,
Talibus haud doleant, tenui sed sorte fruantur,
Nam bene mox dicente Deo satis ampla futura.
Virginis interea haud latuit gravis ira propinquos,
Jusseruntque omnes juveni cito tradere corpus
Virgineum vera in connubia: sed Cruce, Christum
Quæ excepit, vires animo addidit illa parentum.

A Ἤϊε γινώσκων μεῖον (22) σθένος, ἠδ' ἀμενηνός.
Καί ποτε τοῖον ἔτευξε, τὸν Ἀγλαΐδην ἀπατήσας,
Ἤγαγε παρθενικὴν, καὶ αἶψα δόλος γε φαάνθη.
Οὐ γὰρ Ἰουστίνης σεπτῆς μελέεσσιν ἐῴκει.
Ἔνθεν ἐγὼ τὰ ἕκαστα μαθὼν στυγέεσκον ὄφιν γε.
Δὴ τότε καὶ ψογερῶν μερόπων ἀρχὸν μεταβάλλει,
Κάλλος ὅμοιον ἔχοντα σαόφρονος Ἰουστίνης.
ὡς δ' ἦλθ' Ἀγλαΐδαο μάλα σχεδὸν, εἶπε γεγηθὼς,
Χρύσεον εὖ μόλε κάλλος Ἰουστίνης περιπύστου.
Ὡς δ' ὀνόμηνε κόρην, δαίμων φύγεν οὔνομ' ἀκούσας,
Καί νύ κεν Ἀγλαΐδης τρομέων, τάχος ὤλεσε θυμόν.
Ὦ φίλοι, αὐτὸς ἔγωγε τελειομένῃσι παρήμην
B Τῇσι κακορραφίῃσιν, ἐγὼ κούρης πόθον οἶδα
Ἐς Θεὸν ὑψιμέδοντα, ἀναλκίην τε δράκοντος,
Αἴσχεα σὺν κείνῳ καταδέγμενος, οὔποτ' ἰαύων,
Παρβεβαὼς παρεόντι, γυνὴ δ' ἐξ ἀνδρὸς ἐτύχθην,
Καὶ πτερόεις ὄρνις· ὡς δ' ἐν προδόμοισιν ἔβαινον,
Φάσμα μὲν ᾤχετ' ἄϊστον, ἀτὰρ πάλιν αὐτὸς ἔμιμνον
Κυπριανὸς μαγίῃσι πεπιθμένος οὐτιδανῇσιν.
Οἶδα τὸν Ἀγλαΐδην τεύξας πετεεινὸν ἔγωγε·
Ὑψόσε δ' ἐν τέγεϊ κούρης ἐλθὼν ἐκάθητο.
Ὡς δ' ἀπὸ φωτοφόροιο θύρης σεπτὴ βάλεν ὄμμα
Παρθενικὴ, κείνη μὲν ἐΰπτερον ὤλεσεν ὄρνιν.
Αὐτὸς δὲ πότμοιο πύλας ἤμελλε κιχῆσαι,
Κάμμορος ἑστηὼς, εὖτ' ὄρνεον ἄκρον ἐπ' αὐτό,
Εἰ μὴ τόνδ' ἐλέηρε καλὴ κούρη πινυτόφρων,
C Ἢ καὶ παρφασίην ἀγαθὴν μυθήσατο τῷδε,
Ὄφρα μεθ' ἡσυχίης τρομέων Θεὸν οἴκαδε μίμνοι.
Ἐκ δ' αὐτὸν προδόμοιο τάχος χάζεσθαι ἀνώγει.
Οὐ νοῦσος δ', οὐκ ἄλγος, ἀνιηρὸν δέ τι ἄλλο
Δάμνατο παρθενικήν· καὶ γὰρ κακὰ μυρία τῇδε
Ὦρσε κακορρέκτης δαίμων· τοκέες δ' ἄρ' ἐκείνης.
Ἰητρῶν βιότοιο παραιφαμένων τέλος εἶναι,
Μύροντ'· ἡ δ' ἀγόρευεν, Ἐμοὶ φίλοι ὦ γενετῆρες,
Οὔπω μόρσιμόν ἐστι τέλος θανάτοιο ἐπισπεῖν,
Ἀλλ' ἄλγος κραδίης γε πάρεστί μοι, οὐ μελέων δὲ,
Εὖτε δ' ἀπ' ἠερόφιν πυρόεις ἀτμός τις ἐπελθὼν
Σμύχει ἐμεῖο δέμας· καὶ ἄλλα δὲ πόλλ' ἐπὶ τοῖσιν
D Παρθένου ἠϊθέοιο καθ' ἅψεα χεύαμεν ἄμμες·
Ἡ δέ γε Χριστοφόρῳ σταυρῷ κατενήρατο κείνη
Ἰὰ πολυπλανέος κακοδαίμονος ἀντιπαλάμνου.
Ἀλλ' ὅτε οἱ γενετῆρας ἐπισπήσας κάκ' ἔοργε,
Πώεα μὲν κτείνας, καὶ βουκόλια, καὶ ὀρῆας,
Αἶψα δὲ παρθενικὴ κείνων παρέπειθε νόημα,
Μὴ ἄχθεσθ' ἐπὶ τοῖσιν, ἐπὶ τυτθοῖς δὲ γάνυσθαι,
Ὅττι κεν εὐλογέοντος ἀκηράτου ἄσπετα ἔσται.
Μηνιθμὸς κούρης γὰρ ὁμώλακας οὐ λάθεν αἰνὸς,
Αἰζηῷ δ' ἐκέλευον ὅσον τάχος ἐγγυαλίξαι
Παρθενικὴν ἀροῖσιν ἀληθέσιν· ἀλλὰ νεῆνις
Σταυρῷ Χριστοδόκῳ σθένος ἐς τοκέων νόον ἧκεν.
Vers. 392

(22) Ms. μείων.

Ἀλλ' ὅτε καὶ δήμῳ μαλερὸν λοιμὸν κατέπεμψε
Δαίμων, καὶ χρησμόν γε περικτιόνεσσιν ἔηκεν,
Μὴ πρὶν λωφήσειν κότον ἄσχετον, ἄχρις Ἰούστην
Ἐς λέχος Ἀγλαΐδης ἀγάγοι τάχος, ᾗ θέμις ἐστίν.
Ἀλλὰ βοὴν δήμου, Χριστοῦ κατέπαυε θέραπνις
Εὐχωλῇς ὁσίῃσι, καὶ ἄστεος ἤλασε λοιμόν.
Ἔνθεν πειρηθέντες ὅσοι πόλιν ἀμφινέμονται,
Χριστὸν μὲν κύδαινον, ἐμοὶ λώβην δ' ἐπέχευον,
Ὡς κείνης πόλεως ὀλοφώϊον ἄνδρα πέλοντα·
Ἐκπάγλως δέ με πάντες ἀπέστυγον· αὐτὰρ ἔγωγε
Ἤϊον αἰδόμενος πηοὺς, πολιήτας ἅμ' ἄμφω.
Ὑστάτιον δ' ὁρόω σταυροῦ μένος ὅσσα ἔοργεν,
Ἐν φρεσὶ τοῦτο νόησα, κακῷ δέ τε δαίμονι φάσκον·
Ὤμοι ὀλοίιον ἔρνος, ὅλων δωτὴρ ἀθεμίστων,
Δυσσεβίης γύαλον, ψυχὴν τί μευ ὧδ' ἀπάτησας,
Οὐτιδανὸς καὶ ἄκικυς ἐὼν, ὡς οἶσθα καὶ αὐτός;
Εἰ γάρ σε κρατερῶς μοῦνον σκιὴ ὧδε δαμάζει
Ἀθανάτοιο Θεοῖο, τί ῥέξεις ὁππόταν ἔλθοι;
Εἰ Χριστοῦ κλῆσιν τρομέεις, τότε τίπτε τελεύσεις,
Εὖτε τεὰς πρήξεις, καὶ οὐλοὰ ἔργα μετέλθοι;
Εἰ σκόλοπος θείου σε μένος τόσσον γε χαλέπτοι,
Αὐτοῦ κεν παρεόντος ὅπῃ σέθεν ἴχνια θήσεις;
Εἰ σφρηγίς σε ἔλαλκεν, ἄρ' ἐκ παλάμης τότ' ἐκείνου
Πῶς δύνασαι κρατερῆς μέροπας ῥύσασθαι ἀνάγκης;
Οὐδὲ γὰρ, οὐδὲ φάλαγγα τόσην λάχες, ὥς κεν ἀμῦναι.
Ἄρτι πολυπλανέος τέχνης σέο εἴμ' ἐπίστωρ,

Καὶ σέο φαντασίην μάλ' ἐπίσταμαι, οἶδά σε νωθρόν.
Μαψίδιον δὲ μόνον καὶ ἐπημάτιον σέο δῶρον.
Οὔτε τεὴ βουλὴ παγίη, οὐ μῆτις ἀρίστη.
Ἀτρεκὲς οὐδὲ ἕν ἐστιν, ὅπερ Θεοῦ ἄντα τελείεις.
Φάσματα δ' εἰσὶ μόνον, καὶ ἀχλύϊ πάντα ἐϊκτά.
Ὤλεσας ἡμετέρην κραδίην, καὶ ἐλπίδα πάμπαν,
Καὶ λογικῶν πραπίδων πολυμέρμερον ἤλασας ἐσμόν.
Αὐτὰρ ἐμὴν βιοτὴν κακίῃ κατεδάρψαο (23) δεινῇ,
Καὶ φύσιν, ἥνπερ ἐγὼ λάχον, ὤλεσας ἔργμασι σοῖσι.
Ἤλιτον ἐκπάγλως φρένας ἐκ σέο ἠπεροπευθείς.

Ἄφρων, καὶ δυσσεβὴς γενόμην, σοὶ πάνθ' ὑποείξας.
Μαψιδίως σοφίην δὲ μάθον, προτέρων δέ τε βύβλους,
Σοὶ δ' ἐπιπειθόμενος στερόμην κτεάνων τε καὶ ὄλβου.
Σὺν πλούτῳ τοκέων δὲ καὶ ἄσθματος εὖνιν ἔθηκας.
Εἰ πτωχοὶ δὲ τόσα, καὶ ἀκτέανοι φάγον ἄνδρες,
Ὅσσα διώλεσας αὐτὸς, ἀθέσμιε, νῦν τάχα τυτθὸν
Εὐμενέτην Θεὸν εἶχον ἐπ' ἐλπωρῇσιν ἐμῇσιν.
Οἴμοι! τίπτε με τόσσον ἐλυμήνω, κακοεργέ;
Αἰνῶς τρύχομαι, ὥστε ἀνίατα πεῖραθ' ὁρῶμαι.
Καὶ γὰρ δὴ νέκυς ἦα, δοκήσεϊ δ' ἐν βιόωσι·
Πολλῶν δὲ κτεάνων ὠνησάμενος μάλα τύμβον,
Πυθμένας οὐδὲ θεῶν (24), μέσφιν θανάτοιο πέρησα.
Ἀλλά γέ μοι θέμις ἐστὶ Θεοῦ θεράποντας ἀγαυοὺς
Λίσσεσθ', αὐτὰρ ὁμῶς καὶ εὐσεβέας μάλα φῶτας,
Ὄφρ' ἐλέου οἴκτου τε τύχω· σεπτῆς δ' ἔτι παιδὸς
Ἴχνια πιστοτάτης μάλ' Ἰουστίνης γε κύσαιμι,
Ὅππως ἂν βιοτῆς ἐμέθεν περὶ καλὰ νοήσοι.
Φεῦγε Σατὰν δολομῆτ', ἀθέσμιε, αἰνοτύραννε,

Vers. 446

A Tum vero immittens populo contagia dæmon
Finitimis responsa dedit, non ante furentem
Posse iram exstingui, donec Justina trahatur
Illico in Aglaidæ thalamum : sic poscere jura.
Sed populi voces sanctis ancilla Tonantis
Sedavit precibus, pestemque ex urbe fugavit.
Talibus edocti cives ad sidera Christum
Tollebant, ac me cuncti velut illius urbis
Exitium probris cumulabant millibus unum,
Dirisque urgebant odiis : hinc ora pudore
Suffusus, simul affines, civesque verebar.
Ipse crucis tandem vires, portentaque cernens,
Idque animo versans, his affor dæmona dictis :
Heu ! fatale genus, tantum largitor iniqui,
Nequitiæ barathrum, cur menti ficta dedisti
B Verba meæ, imbellem te noscens ipse, pigrumque?
Si te immortalis vincit tam fortiter umbra
Sola Dei, quidnam facies, cum venerit ipse?
Si Christi metuis nomen, quo denique pacto
Sustineas ipsum, tua cum mala puniet acta?
Si potis est sancti ligni te frangere virtus,
Adventante ipso, tua ubi vestigia figes?
Si te signa fugant, poteris tunc quomodo forti
Illius e dextra captas educere gentes?
Haud etenim, haud tibi tanta cohors, qua obsistere [posses,
Obtigit. Errorum planas jam funditus artes,
Et fictas teneo species, te expertus inertem.
Tu quidquid nobis largiris, inane fugaxque.
C Haud tibi consilium certum, haud sententia recta;
Veraque nulla, Deum contra quæ, stulte, laboras,
Sed tantum spectra, ac tenebris æqualia cuncta.
Per te cor periit nostrum, spesque excidit omnis,
Atque in mente gravis curarum concita moles.
Tu mihi nequitia vitam discindere prava;
Tu mihi naturam pessumdare fraudibus ausus.
Heu! nimium incautam mentem malus abstulit er-[ror.
Impius, et stultus, tibi cedens omnia, factus.
Doctrinam frustra didici, librosque priorum.
In te confisus, carui gazisque, bonisque;
Cumque opibus patriis, animæ quoque parta ruina,
O utinam quæ in te perierunt, perfide, multa,
Hæc ego pauperibus potius vescenda dedissem :
D Forte meis faustum votis modo Numen haberem!
Hei mihi! cur me adeo læsisti, pessime? magno
Conficior mœrore, videns nescire medelam
Vulnera; nam rebar, cum vere mortuus essem,
Vivere, divitiisque parans mihi busta profusis,
Nec barathrum cernens, ipsum me morte peremi.
Sed mihi jam Christi famulos orare fideles,
Atque pios homines certum est, si forte malorum
Obtineam veniam : fidæque accedere supplex
Justinæ, sanctis atque oscula figere plantis,
Ut mihi vivendi rationem curet honestam.
Vade, Satan fallax, exlex, et dire tyranne.

(23) Ita Ms. pro κατεδαρδάψαο, a καταδαρδάπτ.

(24) Ms. οὐν θεῶν.

Aufuge, contemptor veri, pietatis et osor.
Tunc rabidus, mortemque minans in me irruit [ille.
Viribus et quantis pollet, me perdere tentat
Faucibus arripiens : aderat mihi nemo, nec ulla
Jam mortem vitare fuga me posse putabam :
Cum mentem subiere meam fulgentia sanctæ
Signa crucis, queis vincebat fidissima virgo,
Clamavique precans : Claræ, Deus alme, puellæ,
Adsis, affer opem : atque extendens illico dextram
Signa meis posui confidens lignea membris.
Tunc dæmon retro fugit, velut acta sagitta,
Effuditque minas, atque in me spicula torsit.
Ast ego tunc Christi repletus robore signi
Audebam magis atque magis, Numenque vocabam.
Tunc malesuada dolens emisit bellua tales
Ore sonos : Non te Christus vel multa precantem
Nostris eripiet manibus : namque odit iniquos.
Nunc paulisper opem tibi fert, ut postea fraude
Te circumducens fato male perdat acerbo.
Cum te destituet, quid agam tunc ipse videbis,
Imperii spretor nostri : me quippe secutos
Haud recipit Christus : gemina tum denique flebis
Clade miser, mea perdideris cum fœdera, et ipse
Haud ultra Christus te juverit. Hæc ego dicta
Aure bibens, totus rigui formidine; namque
Addens probra minis, tumido responderat ore.
En vobis, gemitus nostros qui scitis, iniquæ
Explicui vitæ jam tempora, ut illa videntes
Vos tangat pietas, socii : vos dicite, Christum
An placare queam, meque audiat ipse dolentem;
Deique mihi horrendas, queis ante insistere novi,
Deseruisse vias. Hic omnis turba silebat,
Dum quidam clara tandem sic voce locutus.

. . . .

A 'Ατρεχίην στυγέων, καὶ εὐσεβίην ἀθερίζων.
Ὃς δὲ χολωσάμενος κρατερῶς κτανέειν μ' ἐπόρουσεν,
Πειρήθη δ' ὅσον αὐτῷ ἔην σθένος, αὐτίκ' ὀλέσσαι
Ἐκ φάρυγός με λαβών· ὡς δ' οὐκέτι εἷς παρέην μοι.
Οὐδέτι μιν θάνατον φυγέειν δόκεον, καὶ ἀλύξαι·
Πιστοτάτης κούρης σημήϊον ἐς νόον οὐμὸν
Σταυροῦ παμφανόωντος ἐπήλυθεν, ᾧπερ (25) ἐνίκα,
Ἔφρασα δ' εὐχόμενος· Κυδρῆς μεδέων, Θεὲ, κούρης,
Ἔλθ', ἐπαλέξησον· καὶ αὐτίκα χεῖρα τάνυσσα,
Καὶ τύπον ἰκριόεντα ἐμοῖς μελέεσσιν ἔθηκα.
Αὐτὰρ ὁ φεῦγεν ὄπισθεν ἅτ' ἐχθρώσκων τις ὀϊστὸς,
Ἠπείλει χαλεπῶς δ' ἔγχος κραδάων κατ' ἐμεῖο.
Καὶ τότ ἐγὼ Χριστοῖο λαβὼν σφρηγῖδος ἐρωὴν,
Θάρσυνος ἦα μάλιστα, βοῶν θαμὰ καὶ Θεὸν αὐτόν.
B Δὴ τότ' ἀλαστήσας προσεφώνεε θὴρ κακόδουλος
Χαζόμενος· Χριστός σε πολύλλιτος οὔτι σαώσει
Ἡμετέρης παλάμης κεν, ἐπεὶ στυγέει δυσεβῆας.
Ἄρτι δὲ τυτθὸν ἀρήγει, ὅπως μετόπισθε δόλῳ γε
Πότμῳ λευγαλέῳ σε παραπλάγξας ἀπολέσσῃ.
Εὖτε δὲ καλλείψει σε, τότ' εἴσεαι οἷά σε ῥέξω.
Σὺ κράτος οὐμὸν ἄμερσας· ἐμοὺς Χριστὸς γὰρ ὀπηδοὺς
Οὐ δέχετ' ἐνδυκέως· δύο δ' ὤλεσας, ὦ κακόδαιμον·
Πρῶτα μὲν ἡμετέρην φιλίην· κἀυτὸς δέ τε Σωτὴρ
Οὐ πάντως ὀνίνησιν. Ἐγὼ δέ τε τῶνδ' ἐσακούων
Μύθων, αἰνοτάτως περιδείδιον, ὅττι με τοίοις
Ἠλεμάτως ἐπέεσσιν ἀταρτηροῖσι προσηύδα.
Ἔνθ' ὑμῖν, φίλοι ἄνδρες, ὅσοι στόνον ἴστε ἐμεῖο,
Φημὶ ἐμὴν λυπρὴν βιοτὴν, ὄφρ' εἰσορόωντες
Τεύξατ' ἐλημοσύνην, καὶ ἐννέπετ' εἴ μοι ἔνεστιν
C Χριστὸν μειλίξασθ', εἰ ἐμῆς ἀΐοι μετανοίης,
Ἠδ' ἐπαλεξήσει μοι, ὅπως φύγω αἰνὰ κέλευθα,
Ὧν ἐδάην τὸ πάρος. Πληθύς θ' εἷως δ' ἔχε σιγὴν,
Ὀψὲ δέ μοί τις ἔειπε διαπρύσιόν γε βοήσας.

. . . .

Vers. 479

(25) Ms. ὅπερ.

ANNO DOMINI CDXC.

ÆNEAS GAZÆUS,

PHILOSOPHUS CHRISTIANUS.

—

NOTITIA.

(GALLAND., *Vet. Patrum Biblioth.*, t. X.)

—

I. Æneam Gazæum, ex philosopho Platonico et sophista doctissimo ad Christianam fidem conversum, Gazæ ortum, quæ est Palæstinæ I provinciæ urbs, ita denominatum existimat magnus Baronius (1) a viro divino Ænea Gazensi episcopo, qui sanctum Porphyrium in ea Ecclesia regenda præcesserat, teste Marco Gazensi, ejusdem sancti Porphyrii discipulo (2), quique anno 394 exeunte aut insequente 395 ineunte supremum diem obiit, ut docet cl. Lequienus (3). Apud veteres qui scriptorum ecclesiasticorum catalogos texuere, altum de auctore nostro silentium. Ipse tamen in elucubratissima disputatione judice Baronio (4), sive in Dialogo quem THEOPHRASTUS inscripsit, *De animarum immortalitate et corporum resurrectione*, nonnulla litteris consignata reliquit, quibus et se ipsum satis prodit et quo tempore claruerit manifestum facit. Et primum quidem Hieroclis philosophi auditorem se fuisse profitetur (5) : quem probe distinguit ab Hierocle Bithyniæ, primum ex vicario præside et postea Alexandriæ præfecto, qui λόγους φιλαλήθεις πρὸς τοὺς Χριστιανοὺς scripsit, *non contra Christianos*, inquit Lactantius (6), *ne inimice insectari videretur; sed ad Christianos, ut humane ac benigne consulere videretur*. De eo igitur sic noster Æneas (7) : Ἱεροκλῆς δὲ, οὐχ ὁ διδάσκαλος, ἀλλ' ὁ προβαλλόμενος τὰ θαυμάσια· *Hierocles autem, non is quem ipsi præceptorem habuimus, sed scriptor ille qui mirabilia quædam refert* (Apollonii Tyanensis). Illum autem Hieroclem Æneæ Gazæi magistrum sæculo V floruisse, ex iis quæ mox subjiciemus compertum fiet, eumque auctorem esse commentarii in *Aurea carmina* censuere Fabricius (8) et Needhamus (9). De hujus autem Hieroclis ætate plura Jonsius (10). Sed in primis consulendus Valesius vir summus (11).

II. At vero reliqua prosequamur. Itaque in collectione epistolarum Græcorum scriptorum Aldina et Genevensi, ut videre est apud laudatum Fabricium (12), exstant auctoris nostri epistolæ 25, in quarum 19 non solum ab eo respicitur Procopius Gazæus, ὁ ἐμὸς Προκόπιος, sed etiam in aliis ad eosdem fere scribit, quibus ejusdem Procopii epistolæ feruntur inscriptæ : ut ipsa proinde tempestate vixerit Æneas qua Procopius, qui clarus exstitit ineunte sæculo VI. Præterea, ut advertit Caveus (13), meminit noster Æneas (14) Platonicorum philosophorum, Syriani Alexandrini et Procli Lycii : quorum ille, teste Suida (15), scholæ Atheniensi præfuit ; hic vero ejus auditor et in ejusdem scholæ regimine successor, Theodosii Junioris ætate celebris, e vivis excessit, narrante Marino ejus discipulo (16), anno post Juliani imperium centesimo vicesimo quarto, τῷ δ' καὶ κ' καὶ ρ' ἀπὸ τῆς Ἰουλιανοῦ βασιλείας. Atqui Julianus periit anno 363, adeoque Proclus fato functus est anno 487, ut propterea sub sæculi V finem floruerit noster Æneas.

III. Quid quod hanc ipsam temporis notationem luculentius adhuc ipsemet auctor confirmat? Africanos enim confessores quibus anno 484 impius Hunericus Vandalorum rex linguas radicitus exse-

(1) Baron. ad ann. 484, § 94.
(2) Marc. Gaz. apud Bolland. tom. III Febr. pag. 647, col. 1.
(3) Lequien. *Or. Christ.* tom. III, pag. 610, num. 5.
(4) Baron. l. c, § 90.
(5) Æn. Gaz. infra pag. 629 (col. 874 A).
(6) Lactant. *Instit.* lib. v, cap. 2.
(7) Æn. Gaz. ibid. pag. 637 (col. 904 C).
(8) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. I, pagg. 468, 470; et *De verit. relig. Christ.* cap. 2, § 27, pag. 107.
(9) Needh. in præfat. ad Hierocl. Comment. in *Aur. carm.* sub fin. edit. Cantabr. 1709.
(10) Jons. *De scriptor. hist. philos.* lib. III, cap. 8, pagg. 101 seq. edit. Jen. 1716.
(11) Vales. *Emendat.* lib. I, cap. 5, pag. 9-13.
(12) Fabric. *Bibl. Gr.* tom. I, pag. 427.
(13) Cav. *Hist. litter.* tom. I, pag. 460.
(14) Æn. Gaz. l. c. infra pag. 634 (col. 895 B).
(15) Suid. *Lexic.* v. Συριανὸς et Πρόκλος ὁ Λύκ.
(16) Marin. *Vit. Procl.* cap. 36, pag. 88, edit. Fabric. Hamb. 1700.

cuerat, se vidisse et recte loquentes audisse ac rem tantam miratum esse testatur (17). Hujus adeo ingentis miraculi testis locuples alter accedit Victor Vitensis, eodem tempore clarus quo noster Æneas, Zenone nimirum imperante: qui de iisdem confessoribus verba faciens, hæc habet (18): *Spiritu sancto præstante ita locuti sunt et loquuntur, quomodo antea loquebantur. Sed si quis*, subdit, *incredulus esse voluerit, pergat nunc Constantinopolim, et ibi reperiet unum de illis, subdiaconem Reparatum, sermones politos sine ulla offensione loquentem. Ob quam causam venerabilis nimium in palatio Zenonis imperatoris habetur, et præcipue regina mira eum reverentia veneratur.* Alia duo præterea de re tanta, quamvis omni fide probata, placet addere testimonia, scilicet Marcellini comitis et Procopii, quorum uterque iisdem confessoribus adhuc viventibus vixit ac sub Justiniano imperatore claruit. Et Marcellinus quidem in Chronico ad annum 484, indict. VII, Theodorico et Venantio coss. (19): *Totam*, inquit, *per Africam crudelis Hunerici Vandalorum regis in nostros catholicos persecutio importata est. Nam exsulatis diffugatisque plusquam* CCCXXXIII *orthodoxorum episcopis, ecclesiisque eorum clausis, plebs fidelium variis subacta suppliciis, beatum consummavit agonem. Nempe tunc idem rex Hunericus, unius catholici adolescentis vitam a nativitate sua sine ullo sermone ducentis, linguam præcepit excidi; idemque mutus, quod sine humano auditu Christo credens fide didicerat, mox præcisa sibi lingua locutus est, gloriamque Deo in primò vocis suæ exordio dedit. Denique ex hoc fidelium contubernio aliquantos ego religiosissimos viros, præcisis linguis, manibus truncatis, apud Byzantium integra voce conspexi loquentes. Hæc Arianorum crudelitas in religiosos Christi cultores supra scriptis coss. mense Februario cœpit infligi.* Hæc Marcellinus. Procopius vero (20): *Christianos Africæ*, ait, *tam crudeliter tamque injuste nemo vexavit, quam Hunericus. Cum enim illos ad sectam Arianam compelleret, quoscunque parum ad obsequendum promptos deprehendebat, igne aliisque suppliciis excruciatos necabat. Multis linguam faucium tenus abscidit, qui nostra etiam ætate superstites Byzantii, explanate loquebantur, nullum capientes sensum illius pœnæ.* Hactenus Procopius, quem etiam assectatur Evagrius (21).

IV. Sed quorsum, inquies, hæc testium nubes inducta de tanto miraculo toto jam orbe vulgato? Nimirum, quo impotentem obscuri critici censuram confutemus, simulque nostri Æneæ Gazæi aliorumque scriptorum ipsi coævorum auctoritatem ab insolenti calumnia vindicemus. Iste namque anonymus *Decadem dissertationum historico-theologicarum* recensens, ab Joanne Andrea Schmidio anno 1714 Helmstadii evulgatam, quarum septima inscribitur: *De elinguatis mysterium Trinitatis prædicantibus*, haud veritus est istiusmodi verba inverecunde litteris tradere (22): « Profert Schmidius, inquit, quotquot occurrerunt hujus rei testes; interque eos principem locum tribuit Justiniano imperatori, cujus hæc sunt verba (23): *Vidimus venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis pœnas suas miserabiliter loquebantur.* Ne quis vero hanc narrationem in dubium vocet, historicorum, qui eam referunt, fidem et candorem vindicat. Hic tamen pace cl. Schmidii addimus, esse viros nonnullos qui hanc historiam in *fabellarum* censum referant. Ac videntur sane quæ afferuntur hanc in rem testimonia labefactari posse, si quis criticen adhibere velit. Certe palmarium illud Justiniani imperatoris testimonium ut alienum esse appareat, mediocri mentis attentione opus est. Scilicet imperator acuto sermonis genere usus significat, eos linguæ usu privatos miserabili voce *quasi* locutos esse miseriam suam. Unde nec dicit eos de Trinitate locutos esse, sed *locutos esse pœnas suas*; nec eos diserte clareque locutos, sed *miserabiliter*. Pari sermonis figura usus Cicero inquit (24): *Res loquitur ipsa*. Idem alibi (25): *Cur nolint, etiam si taceant, satis dicunt.* Sic et Ovidius (26): *Digitis sæpe est nutuque locutus.* Scilicet eumdem in modum illi a Justiniano memorati loquebantur, nullo miraculo, sed figura rhetorica. » Hactenus anonymus Lipsiensis.

V. Ecquis porro sanæ mentis patienter ferat hominis ingenio abutentis intemperantem criticen, qui rem adeo luculenter testatam, nedum dubiam, sed etiam incredibilem, quin et risu dignam atque *inter fabellarum censum referendam* effutit? Non vidit vir κριτικώτατος Justinianeæ constitutionis textum manifeste corruptum; quod sane pervidit doctissimus Tillemontius (27), qui, ubi vulgo *miserabiliter* legitur, rescribendum *mirabiliter* jure optimo existimat. Quam quidem restitutionem non est enimvero cur quis merito improbare valeat; quippe quæ Justinianum imperatorem reliquis antiquioribus oculatis testibus, et vel ipsi Procopio suo consonum reddat. Quod propterea ut plane pateat, eorum verba in medium adducantur. Noster igitur Æneas Gazæus (28): *Illi vero* (confessores), inquit, *de quibus nobis est sermo, nec peplo opus habent,*

(17) Æn. Gaz. l. c. pag. 663 (col. 1002 A).
(18) Vict. Vit. *Hist. persec. Vandal.* lib. V, cap. 6, pag. 76, edit. Paris. Ruinart.
(19) Marcell. *Chron.* pag. 350.
(20) Procop. *De bello Vandal.* lib. I, cap. 8, pag. 196 edit. Paris.
(21) Evagr. *Hist. eccles.* lib. IV, cap. 14.
(22) Act. Erudit. Lipsiens. ann. 1714, pag. 338.
(23) Justinian. *Cod.* lib. I, tit. 27, *De offic. præfect. prætor. Afric.*, pag. 110 edit. Lugdun.
(24) Cic. *Orat. pro Milon.* cap. 20.
(25) Id. *Divinat. in Verrem.*
(26) Ovid. *Trist.* II, 453.
(27) Tillem. *Mem. eccl.* tom. XVI, pag. 579.
(28) Æn. Gaz. l. c. infra pag. 663 b, (col. 999 B).

sed ipsius naturæ conditorem implorant, qui recentiorem eis naturam die tertia post largitur : non dato quidem alterius linguæ, sed facultatis sine lingua articulatius quam unquam antea *quod vellent* eloquendi munere. — *Ipse ego*, subdit, *hos viros vidi, et loquentes audivi, et* vocem adeo articulatam esse posse miratus sum : *instrumentum vocis inquirebam : et auribus non credens, oculis judicandi munus remisi, atque ore aperto linguam totam radicitus evulsam vidi, ac stupefactus mirabar, non sane quo pacto vocem conformarent, sed quo modo conservati essent.* Hæc Æneas. Jam vero paulo ante Victorem Vitensem testantem audivimus, *Reparatum subdiaconem* Constantinopoli exstitisse *sermones politos sine ulla offensione loquentem.* Quid vero Marcellinus comes? Eum item hæc asserentem modo intelleximus : *Aliquantos ego*, inquit, *religiosissimos viros, præcisis linguis ... apud Byzantium* integra voce *conspexi* loquentes. Procopius denique, *Multis*, ait, *linguam faucium tenus abscidit* (Hunericus) *qui nostra etiam ætate superstites Byzantii*, explanate loquebantur, *nullum capientes sensum illius pœnæ.* Quorum plane illustrium testium loquendi rationes flagitant, non postulant, in Justinianea constitutione *mirabiliter* rescribendum. Abeat nunc igitur anonymus criticus Lipsiensis, et suis persuadeat illos venerabiles viros quos Justinianus imperator se vidisse testatur, *non diserte clareque locutos, sed miserabiliter;* quin et eos *nullo miraculo, sed figura rhetorica fuisse locutos.*

VI. « Habes itaque, ut de aliis taceam (Baronii viri maximi (29) verbis utor), quinque qui eadem quæ viderunt et audierunt, scriptorum monumentis, posteris commendarunt, nempe Victorem episcopum Uticensem (l. Vitensem), Justinianum imperatorem, Æneam Gazæum, Marcellinum comitem atque Procopium : quibus tanta prodigia voluit Deus reddi omni fide testata omnibusque perspicua, ut posteris cunctis innotesceret curare nostra Deum; cum tam magno miraculo, jam subacta a Vandalis Africa, catholica fides pressuram passa tunc de victoribus triumpharet, ubi exstingui penitus putaretur : sicque certa, fida tutaque semita monstraretur, per quam fideles cuncti absque errore periculove securi, quo tendunt, in cœlum perveniant. Ex quibus non illius tantum temporis corrigi et emendari valuissent hæretici, sed omnes qui postea emersere, quive hoc perditissimo tempore tanquam ranæ in Ægypto ebullientes catholicam veritatem infestant.

VII. « Etenim quos Deus tanto signo, tot sine lingua testantibus vocibus docuit esse catholicos; et fidem cujus causa subirent martyrium, esse veram; plane et Ecclesiam in qua essent, dici debere catholicam, perspicue demonstravit. At ab ea quam longe absint novatores qui se hodie catholicos profitentur hæretici, lectis quæ ipse Victor et mox post ipsum Fulgentius, vel alii hujus temporis Africani doctores scripsere, perspicue satis, si modo velint, intelligere possunt. Contra vero cum nos eamdem cum illis sectemur fidem, eademque habeamus communia sacramenta, per omniaque doctrinam similem; catholicos nos non esse, haud dicere possunt, redarguti ab iis qui linguas non habentes, pro nobis altissima voce clamant : ut plane per consecrata illi ex fidei confessione organa benedicta ipse Deus loqui intelligatur. » Huc usque magnus Annalium ecclesiasticorum parens.

VII. Quod superest, Dialogus Æneæ Gazæi, quem *eruditum et elegantem scriptorem* vocat Casaubonus (30), sæpe typis consignatus habetur. Varias ejus editiones interpretationesque diligenter, ut assolet, recenset Fabricius (31). Eas inter illam typis tradendam curavimus, quæ interprete Joanne Wolfio prodiit in auctario Ducæano (32), semel iterumque repetita in Parisiensi Bibliotheca veterum Patrum Morelliana (33). Interpretationem alicubi recensuimus.

(29) Baron. ad ann. 484, §§ 93 et seq.
(30) Casaubon. pag. 17 edit. Wolfii Hamb. 1710.
(31) Fabric. *De verit. relig. Christ.* pag. 107.
(32) Auctar. Bibl. PP. Duc. tom. II, pag. 373, edit. ann. 1624.
(33) Bibl. PP. Paris. ann. 1644, 1654, tom. XII, pag. 617.

ΑΙΝΕΙΟΥ, ΓΑΖΑΙΟΥ ΣΟΦΙΣΤΟΥ,

ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ,

ΗΤΟΙ

ΠΕΡΙ ΑΘΑΝΑΣΙΑΣ ΨΥΧΩΝ ΚΑΙ ΑΝΑΣΤΑΣΕΩΣ ΣΩΜΑΤΩΝ

ΔΙΑΛΟΓΟΣ (1).

—

ÆNEÆ GAZÆI, PHILOSOPHI CHRISTIANI,

THEOPHRASTUS,

SIVE

DE ANIMARUM IMMORTALITATE ET CORPORUM RESURRECTIONE

DIALOGUS

—

INTERLOCUTORES :

ÆGYPTUS ALEXANDRINUS, AXITHEUS SYRUS, THEOPHRASTUS ATHENIENSIS.

ÆGYPTUS. Quonam tendis, et unde nobis ades, Axithee?

AXITHEUS. A Syris quidem huc advenio, et ad Athenienses contendebam, Ægypte : sed ventus si-

A ΤΟΥ ΔΙΑΛΟΓΟΥ ΤΑ ΠΡΟΣΩΠΑ (2)·

ΑΙΓΥΠΤΟΣ ΑΛΕΞΑΝΔΡΕΥΣ, ΑΞΙΘΕΟΣ ΣΥΡΟΣ, ΘΕΟΦΡΑΣΤΟΣ ΑΘΗΝΑΙΟΣ.

ΑΙΓΥΠΤΟΣ. Ποῖ δὴ καὶ πόθεν, Ἀξίθεε;

ΑΞΙΘΕΟΣ. Παρὰ τῶν Σύρων (3), καὶ πρὸς Ἀθηναίους ὦ Αἴγυπτε· σκαιὸς (4) δέ τις ἄνεμος τὴν ναῦν ἀπε-

(1) Aureum hunc, imo auro omni gemmisque pretiosiorem commentariolum, quo tumidæ philosophorum rationes, animam pro sapientia differentes, Christiana doctrina in rebus omnium difficillimis et summopere scitu necessariis confutantur, et veritas homini persuadetur, alii non Æneæ isti, sed illi Zachariæ ascribunt, cujus pulcherrimum itidem Dialogum, dialogos dialogis novo artificio intexentem, non ita pridem edidit Joannes Tarinus. Sane magna similitudo comparet; non tamen patiuntur tempora, de quo finem vide harum notarum. Et Æneæ veterem inscriptionem docet clare Epigramma in codice scripto bibliothecæ Augustanæ repertum, quod titulo subjecimus. BARTH.

(2) Nominum hic ratio etiam adnotanda videtur. Axitheus enim *Deo digna* loquitur; Ægyptus Christianis scriptoribus notat *obscuritatem*; Theophrastus magni philosophi personam gerit. Syrus est Axitheus, quod ejus gentis eloquentia, licet Græco sermone, conceptum sit maximam partem Novum Jesu Christi Testamentum; Alexandrinus Ægyptus, ob vanitatem et in ineptiis cæcutientibus studium; Atheniensis Theophrastus, quia urbs ea schola quædam aut theatrum humanæ fuit sapientiæ. BARTH. In explicando Axithei nomine operam lusisse videtur Barthius, cum in codicibus Parisinis, necnon et in Augustano ubique legatur Εὐξίθεος.

(3) *Παρὰ τῶν Σύρων*. Ex Christianæ nimirum doctrinæ sede in sedem paganæ superstitionis, Ægyptum. Non autem discendi gratia Axitheus petebat Athenas, sed veritatem docendi, quod dissimulat, ut vanos tumidosque homines faciliores instructioni faceret, more Socratis toto illo suo Platone, *Phædone* præsertim, ignorantiam præferentis, ut doceret ignorantes. Syrorum monachos celebrat ipse sub finem Dialogi, ἐκ παιδὸς εἰς γῆρας σεσωφρονηκότες καὶ τὴν ψυχὴν πρὸς τὰ νοητὰ μετεωρίσαντες. BARTH.

(4) *Σκαιός*. Inamabilem, contrarium voto, intellige. Æschines Epist. 1 : καθίσαντες δὲ ἡμέρας ἐννέα (σκαιὸς γὰρ ἦν ὁ ἄνεμος), εἶτα πάλιν λύσαντες εἰς Δῆλον ἤλθομεν. Infra mox, cum felicitatem venti agnoscit, contra ἐρωτικὸν eum facit locutione sophistarum ejus ævi, quibus Amor et Gratiæ ubique in bonis rebus in ore. Cyrillus Magister in Glossis : σκαιὸς, *scævus*, *opportunus*. Qui facilis correctioni. Scævum pro tali

βιάζεται, καὶ προκαταλύει τὸν πλοῦν· καὶ ἰδοὺ σοὶ πάρειμι· τὸν Νεῖλον οὐ τὸν Ἰλισσὸν (5), τὴν δὲ Φάρον (6-7) οὐ τὸν Πειραιᾶ θεώμενος.

ΑΙΓΥΠΤ. Ἦ (8) πολλὴν χάριν οἶδα τῷ πνεύματι, ὅτι σε παρὰ φίλους κατάγειν (9) ἐκβιάζεται· ἦ οὐ μέμνησαι τοῦ Ἱεροκλέους (10), καὶ τῆς Ἱεροκλέους φιλοσοφίας, παρ' ᾧ φιλοσοφίαν (11) ἐκ παιδὸς καὶ ἀλλήλων ἐρῶντες, πολλοὺς εἴχομεν τοὺς ἐραστάς (12); Ἐγὼ γοῦν οὐκ οἶδα (13) τοσοῦτον ἀλγῆσαι (14), ὡς ὅτε παρ' ἡμῶν ἀπῆρες (15) ποικίλης σοφίας σεαυτὸν γεμίσας τοῖς Σύροις (16). Καὶ συχνὸς μὲν ὁ χρόνος· οὔπω δὲ κατέλυσε τὸν ἔρωτα· ἀλλ' ὁμοίως ἀκμάζει, ὥσπερ ἂν εἶχε ὅτ' ἀπῆρες (17), καίτοι πολλῶν ἐτῶν οὐκ εἶδον, οὐδὲ ᾤμην ὄψεσθαι· ἀλλά μοι τύχη (18) τις συναγωνιζομένη, καὶ ποθούμενον (19) παρ' ἐλπίδα θηρεύει.

A nister navim violenter abripuit, atque interrupit navigationem. Quo fit ut tibi nunc adsim, Nilum quidem non autem Ilissum, Pharum non Piræum intuens.

ÆGYPT. Magnam mehercle vento gratiam habeo, qui te vi sua actum ad amicos adduxerit. Sed obsecro te, num adhuc meministi Hieroclis, et ejus quam is docebat, philosophiæ; quem nos pueri in philosophia præceptorem habuimus: quando nobis hoc ipso quod mutuum amaremus, permultos amicos conciliabamus? Ego vero haud scio an unquam tantopere doluerim, quam cum ipse multa ac varia sapientia repletus et excultus, hinc ad Syros tuos discederes. Ac longum quidem tempus hoc est: sed tamen amorem in te meum haudquaquam interru- B pit, magisque in eodem ipsum, quo te discedente fuit, vigore conservavit, ut multis annis te nec viderim, nec visurum unquam speraverim. Igitur mihi bona quædam fortuna ad id, ut in conspectum meum mihi redderere, nunc adjumento fuit: teque mihi tantopere petitam prædam, optima venatrix ipsa, præter spem meam est assecuta.

ΑΞΙΘ. Νῦν τῇ τύχῃ συνῆδεν (20), καὶ οὐκ ἄρα

AXITH. Jam vero cum ea quam dicis, fortuna

sæpe usurpant Plautus, Apuleius, alii Bᴀ. Ad locum Æschin. citatum codex Coisl. in nota habet ἐναντίος.

(5) *τὸν Νεῖλον, οὐ τὸν Ἰλισσόν*. Differentiam in eo pone, quod Atticæ hic fluvius, sacer Musis; alter Ægypti, superstitiosioris, ut volebant Græci, populi. Pausanias Attica [c. 19, 6]: ἐθέλουσι δὲ Ἀθηναῖοι καὶ ἄλλων θεῶν ἱερὸν εἶναι τὸν Εἰλισσόν· καὶ Μουσῶν βωμὸς ἐπ' αὐτῷ ἐστιν Εἰλισσιάδων. Strabo torrenti similem, hieme rapidum, æstate fere exsiccum tradit libro VI [imo IX, p. 464]. Bᴀ.

(6-7) Barthius τὸν δὲ Φάρον, sed solus. *Φάρον*. Claustrum notissimum pelagi apud Alexandriam. Lucanus lib. X [509]: *Tunc claustrum pelagi cepit Pharon: insula quondam In medio stetit illa maris, sub tempore vatis Proteos; at nunc est Pellæis proxima muris.*

(8) *Ἦ πολλήν*. Sic Aug. et codd. Paris. (460, 461, 1058). Barth. ἢ π. quod vertebat: « Ego vero gratiam memini multam. »

(9) Codd. καταίρειν.

(10) *Ἱεροκλέους*. Philosophi nobilis, quem præceptorem sibi fuisse etiam scribit [col. 874]: Ἱεροκλῆς δὲ οὐχ ὁ διδάσκαλος, ἀλλ' ὁ προβαλλόμενος, etc. Juvat recreando aut delectando lectori ponere quæ insignia de hoc, puto, philosopho notavit ex alio auctore aliquo Suidas: Ἱεροκλῆς, φιλόσοφος Ἀλεξανδρεύς· οὗτος μετὰ τοῦ ἀτρέπτου καὶ μεγαλοπρεποῦς εὔρους τε τὴν διάνοιαν εἰς ὑπερβολὴν, καὶ διαφέρων εὐγλωττίᾳ καὶ εὐπορίᾳ τῶν καλλίστων ὀνομάτων καὶ ῥημάτων, κατέπληττε πανταχοῦ τοὺς ἀκροωμένους. Ἦν δὲ αὐτῷ καὶ μαθητὴς Θεοσέβιος, ἀνὴρ, εἴπερ τις ἕτερος ὧν ἡμεῖς ἴσμεν, εἰωθὼς ἀποβλέπειν ἐς τὰς ἀνθρώπων ψυχάς. Ἔλεγε γὰρ ὁ αὐτὸς Θεοσέβιος ἐξηγούμενον φάναι ποτὲ τὸν Ἱεροκλέα κύβοις ἐοικέναι τοὺς Σωκράτους λόγους· ἀπτῶτας γὰρ εἶναι πανταχοῦ ὅπῃ ἂν πέσωσι. Τοῦ δὲ Ἱεροκλέους τὸ ἀνδρεῖον καὶ μεγαλόθυμον ἦθος ἀπέδειξεν ἡ συμβᾶσα τύχη περὶ αὐτόν. Εἰς γὰρ τὸ Βυζάντιον ἀνελθὼν προσέκρουσε τοῖς κρατοῦσι· καὶ, εἰς δικαστήριον ἀχθεὶς, ἐτύπτετο τὰς ἐξ ἀνθρώπων πληγάς· ῥεόμενος δὲ τῷ αἵματι, βάψας κοίλην τὴν χεῖρα, προσραίνει τὸν δικαστὴν ἅμα λέγων· « Κύκλωψ, τῆ, πίε οἶνον, ἐπεὶ φάγες ἀνδρόμεα κρέα. » Φυγὴν δὲ καταχριθεὶς, καὶ ἐπανελθὼν χρόνῳ ὕστερον εἰς Ἀλεξάνδρειαν, συνεφιλοσόφει τὰ εἰωθότα τοῖς πλησιάζουσιν, etc. Dixi dubitare an iste sit præceptor nostri sapientis; nam non unum hoc nomine floruisse [col. 903] ex Ænea eodem nostro patet. Et qui aureum illum in Aureum Epos commentarium publicavit hujusdem ætate altior videtur; idem autem ille est de quo Suidas ista transcripsit, ut sequentia indicant ibidem. Illustre nomen posteritati infamat diri principis Heliogabali incestator, ad principatum supra principem raptus ex circo, ut auctor est Dio [lib. LXXIX, c. 15]. » Bᴀ.

(11) Sic codd. Paris. C. Aug φιλοσοφ, reliquis deletis, ubi Vernsdorfius conjicit φιλοσοφοῦντες.

C (12) *Εἴχομεν τοὺς ἐραστάς*. Scripserit forte Æneas noster: καὶ ἀλλήλων ἐρῶντες πολλοὺς εἴχομεν τοι [voluit τοὺς] συνεραστάς. Quod pulchre ad utrumque quod dictum est modo pertineat. Nullam tamen mutationem urgemus. Bᴀ.

(13) *Ἐγὼ γοῦν οὐκ οἶδα*. Multa sunt in antiquitate exempla summorum ex disciplinæ ejusdem cultu amicorum. Adeo autem amore digna res, ut etiam sacra noverint condiscipulatus veteres. Lucius Cuspidius in testamento, modo id germanum sit: *Vos igitur per sacra amicitiæ atque condiscipulatus obtestor, per summum omnium Opificem obsecro, curate memores quantum vestræ fidei commiltam*. Sic a *condiscipulatu* conjunctissime cum Cicerone vixisse Pomponium Atticum scribit Cornelius Nepos in Vita [c. 5], causam addens, similitudinem morum videlicet animis bonis mutuo inolentium a tenera ætate. Bᴀ.

(14) Codd. Paris. ἀλγήσας.

(15) Codd. Paris. ἀπῆρας.

D (16) *Τοῖς Συροις*. Christianos putem dici ab homine idololatriam præferente. Sic Judæos Christianis confundebant, ut notatum alibi, et ad Rutilii Itinerarium [I, 397]. De Syris in fine. Bᴀ.

(17) Codd. Paris. ἀπῆρας.

(18) *Τύχη.... θηρεύει*. Locutiones ethnicæ et subamatoriæ, qualibus scatent Epistolæ quæ Aristæneto inscribuntur (utique autem sophistæ sunt alicujus celebrioris), adeo usitatæ sophistis eloquentiæ laudem affectantibus, ut pauci fuerint qui non scripserint aliquid operis amatorii. Dictionem autem talem admiserunt etiam Patrum nonnulli, ut in Basilio M. aliisque videmus. Ejusdem generis sunt sequentia, amatorium tinnientia. Bᴀ.

(19) Codd. Paris. τὸν ποθούμενον. August. τὸν ποθ.

(20) Codd. Paris. συνήδομαι quod in Aug. legendum putat Wernsdorf.

consentit, nec sinister est, sed gratiosus et amicitiæ nostræ amicus ventus, qui amicum amico transmiserit. Verum dic mihi num adhuc sint apud nos aliqui, qui perinde ut Hierocles præceptor noster consueverat, philosophiæ mysteria doceant, et utrum eorum scholas adeant nobiles aliqui et boni adolescentes, cujusmodi erat Protagoras ille Lycius, qui mihi ætate quidem par atque æqualis fuit, sed me venustate et ingenio longe superabat.

A σκαιος ἦν ὁ ἄνεμος, ἀλλ' εὔχαρίς τε καὶ τῷ ἔρωτι φίλος, εἴγε τῷ ἐραστῇ παραπέμπει τὸν ἐρώμενον. Ἀλλ' εἰπέ μοι, ἔτι παρ' ἡμῖν (21) εἰσιν οἱ τῆς φιλοσοφίας δεικνύντες τὰς τελετὰς, οἷος ἦν Ἱεροκλῆς ὁ διδάσκαλος; Ἔτι δὲ φοιτῶσιν νέοι καλοὶ κἀγαθοί· οἷος ἦν Πρωταγόρας ἐκεῖνος Λύκιος (22), ὁ ἐμοὶ (23) μὲν ἡλικιώτης, κάλλει δὲ καὶ εὐφυΐᾳ προήκων.

ÆGYPT. Olim quidem vigebant hic præclara illa
630 humanitatis studia, verum jam periere prorsus et dissoluta sunt. Nam qui in numero discipulorum sunt, ii prorsus abhorrent a discendi studio: qui vero doctorum personas suscipiunt atque gerunt, ii docendi viam ac rationem prorsus omnem ignorant. Orchestra quidem et circus abundant hominum frequentia ac turbis: at philosophorum auditoria et musis sacra loca sunt in vastam atque asperam solitudinem redacta.

ΑΙΓΥΠΤ. Πάλαι μὲν ἦν τὰ καλα, νῦν δὲ οἴχεται καὶ διαλέλυται. Ὁ μὲν γὰρ οὐκ ἐθέλει μανθάνειν, εἰς τοὺς μαθητὰς ἐγγεγραμμένος (24)· ὁ δὲ διδάσκειν οὐκ οἶδε, τὸν μυσταγωγὸν ὑποκρινόμενος. Ὀρχήστρα μὲν εὐθηνεῖ καὶ ἱπποδρομία, φιλοσοφία B δὲ καὶ τὰ μουσεῖα εἰς δεινὴν ἐρημίαν ἀφῖκται.

AXITH. Eadem ipse quoque suspicatus, Ægypto præterita, Athenas contendebam, exploratum videlicet, an sapiens aliquis apud Athenienses superesset. Id enim velim ab eo sciscitari, quod et apud priscos et apud nostros homines sæpe et multum in quæstionem venit: at adeo dubium et incertum fuit, ut de eo aliter atque aliter sit disceptatum.

ΑΞΙΘ. Ταῦτα καὶ αὐτὸς ὑποπτεύων, τὴν Αἴγυπτον περιδραμὼν (25), τὰς Ἀθήνας ἐζήτουν (26)· εἴ τίς που σοφὸς παρὰ (27) Ἀθηναίοις ὑπολείπεται. Βούλομαι γὰρ πυθέσθαι παρ' αὐτοῦ, ὃ τοῖς τε πάλαι καὶ τοῖς νῦν πολλὴν παρέχει τὴν ἀπορίαν (28), ὡς ἄλλοτε ἄλλα καὶ περὶ αὐτοῦ διαλέγεσθαι.

ÆGYPT. Habes hic, o amicum caput, ipsas Athenas; ni malis, arcem aut propugnacula aut navalia, quam sapientem virum videre. Appulit huc ad nos magna Athenarum gloria, Theophrastus, et tertium hic jam agit diem. Sed agedum ipsum accedamus. Ab illo disces quidquid rogaveris; sin minus, hoc disces tamen, illud ipsum ab homine ne quæri quidem oportere. Neque enim fieri potest ut vel Athenis vel uspiam alibi, Theophrasto sapientiorem hominem nancisci queas.

ΑΙΓΥΠΤ. Ἔχεις, ὦ φιλότης (29), τὰς Ἀθήνας· εἰ γὰρ μήτε τὴν ἀκρόπολιν, μήτε τὰ προπύλαια, μήτε τὰ νεώρια βούλει θεωρεῖν, ἀλλ' ἄνδρα σοφόν· C κατῆρεν ἡμῖν τὸ μέγα κλέος Ἀθηνῶν (30) ὁ Θεόφραστος, καὶ τρίτην ἄγει ταύτην ἡμέραν (31). Ἀλλὰ παρ' αὐτὸν ἴωμεν (32)· παρ' ἐκείνου μάθοις ἂν ὅ τι ζητεῖς, ἢ μάθοις ἂν ὡς οὐδὲ παρ' ἀνθρώπων (33) τοῦτο προσήκει ζητεῖν. Οὐ γὰρ ἔστιν οὔτε παρ' Ἀθηναίοις, οὔτε παρ' ἄλλοις Θεοφράστου σοφωτέροις (34) περιτυχεῖν.

AXITH. Divinum quiddam ac sane quam auspicatum narras: quando penes Nilum philosophiam Atticam invenio; ac propterea, ut hanc discam,

ΑΞΙΘ. Ἕρμαιον (35) λέγεις· εἰ παρὰ τὸν Νεῖλον (36) εὕροιμεν ἂν τὴν τῶν Ἀθηναίων φιλοσοφίαν· ὡς μήτε μεγάλα πελάγη διατέμνειν, καὶ ταῦτα μαν-

(21) Codd. παρ' ὑμῖν.

(22) Codd. et Aug. ἐκεῖνος ὁ Λύκιος.

(23) Aug. ἐμός.

(24) *Εἰς τοὺς μαθητὰς ἐγγεγραμμένος*. Vides tabulas fuisse discipulorum, ut militum, nomina referentes, et tempora cum magistris se dederent. Bᴀ.

(25) Codd. παραδραμών. Barth. male vertit: « Ægypto circumvecta. »

(26) *Τὰς Ἀθήνας ἐζήτουν*. Sedem videlicet sapientiæ. Nam urbs hæc pro ipsa capitur sapientia. Martialis lib. vi, ep. 64: *Sed tibi plus mentis, tibi cor limante Minerva Acrius, et tenues finxerunt pectus Athenæ*. Sic mox Noster: Ἔχεις τὰς Ἀθήνας. Bᴀ.

(27) Codd. melius παρ' Ἀθ.

(28) *Πολλὴν παρέχει τὴν ἀπορίαν*. Sane vero. In hoc enim negotio omnis sapientiæ cardo vertitur, omnis doctrina vera, et animam contingens [illegible]censque, concurrit atque absolvitur. Bᴀ.

(29) *Ὦ φιλότης*. Frequens Græcis locutio: perfecte amans et amate, quasi ipsa sis dilectio. Sic hominem virtutibus instructum virtutem ipsam dicimus. Vide ad Mallium Claudiani [an ad v. 140 Belli Getici? ubi explicatur periphrasis « Virtus Scipiadæ » pro ipso Scipiade]. » Bᴀ.

(30) Aug. τῶν Ἀθηνῶν, codd. Paris. τῶν Ἀθηναίων.

(31) *Καὶ τρίτην ἄγει ταύτην ἡμέραν*. Scribas: D καὶ τρίτην ἄγει ἐνταῦθα ἡμέραν. Etsi usus voculæ καὶ talis non insipidus. Bᴀ.

(32) *Παρ' αὐτὸν ἴωμεν*. Artificiose sermonem abrumpit, velut gavisus bono amici capitis, tantum quantocius doctorem visuri. Bᴀ.

(33) *Οὐδὲ παρ' ἀνθρώπων*. Divinitati hominem admovet, ut solet omne genus sophistarum: vise singulas paginas Eunapii et aliorum. Bᴀ.

(34) Melius scribes σοφώτερον. Et sic legisse vides veterem interpretem Ambrosium Camaldulensem. » Bᴀ. Codd. Par. et Aug. σοφωτέρῳ.

(35) *Ἕρμαιον*. A Mercurio objectum lucrum. Hesychius: ἕρμαιον, εὕρημα ἢ κέρδος. Suida: ἕρμαιον, τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος. Bᴀ.

(36) *Παρὰ τὸν Νεῖλον*. Græco fastu, quem subsannat simul. Gens enim fatue fastuosa barbaras omnes alias vocabat. Bᴀ.

θάνειν· ἀλλ' ἴωμεν· ἤδη γάρ με Θεοφράστου πεποίηκας ἐραστήν

ΑΙΓΥΠΤ. Ἥκω σοι τον Ἀξίθεον ἄγων ἀντεραστὴν, ὦ Θεόφραστε· ἐρᾷ γὰρ καὶ αὐτὸς φιλοσοφίας.

ΘΕΟΦ. Ἦ μάλα μοι παλαιὸς (37) φίλος (38) Ἀξίθεος, εἴγε φιλοσοφίας ἐραστής. Καλὸν γὰρ καὶ σπάνιον τὸ χρῆμα· ἐπεὶ καὶ παρ' Ἀθηναίοις, ἔνθα μάλιστα διεφάνη φιλοσοφία, παντελῶς ἄγνωστος καὶ ἐς τὸ μηδὲν ἀπέρριπται (39).

ΑΞΙΘ. Μάτην ἄρα πρὸς Ἀθηναίους ἐκομιζόμην, εἰ μηδένα φῂς ἀξιόχρεων καταλιπεῖν (40) τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνεσθαι. Οὐ μάτην δὲ προκατέλυσα τὸν πλοῦν, εἰ κατὰ (41) Θεῖον, τὸν φιλοσοφίᾳ προήκοντα, καὶ τῶν Ἀθηναίων τὸν κράτιστον, παρὰ τὸν Νεῖλον εὑρίσκω. Ἀλλ' εἰπέ μοι· λέγει γὰρ ὁ Αἴγυπτος ὡς οὐκ ἔστιν ἄλλοθεν ἢ παρὰ σοῦ μανθάνειν· ἔξεστιν ἐρωτᾷν ὅ τι καὶ βούλομαι;

ΘΕΟΦ. Ἐρώτα δὴ εἴπερ μοι βούλει χαρίζεσθαι· οὐδεὶς γάρ με πολλῶν ἐτῶν ἠρώτηκε καινὸν οὐδέν (42).

ΑΞΙΘ. Εὐτυχοῦμεν εἴγε μανθάνειν ἔξεστι, καὶ τῷ ἐκδιδάσκοντι (43) χαρίζεσθαι. Πρότερον (44) ἐνταῦθα προβεβίωκεν ἡ ψυχὴ, καὶ πάλιν βιώσεται; ἢ τὸν παρόντα βίον βεβιωκυῖα, τῶν τῇδε πραγμάτων ἀπηλλάγη;

ΘΕΟΦ. Προβεβίωκέ (45) καὶ βιώσεται· τουτὶ γάρ με διδάσκειν ἐθέλουσιν οἱ πάλαι σοφοί.

ΑΞΙΘ. Λέγεις ὡς πολλάκις ἡ αὐτὴ ψυχὴ κάτεισιν εἰς τόνδε τὸν βίον·

ΘΕΟΦ. Λέγω γὰρ μὲν οὖν (46), εἰ μή τι σοφώτερον λέγεις.

ΑΞΙΘ. Ἥξει δὲ πάλιν (47) ἑκοῦσα, ἢ ἐξ ἀνάγκης;

ΑΞΙΘ. Εἶθ' ὁ μὲν τοῦ Σόλωνος (58) οὐκ ἐᾷ νόμον ἐπ' ἀνδρὶ τιθέναι, ἀλλ' ἢ τὸν αὐτὸν ἐπὶ πᾶσιν ἀνθρώποις τίθεσθαι. Ἀλλ' εἰσὶν οὓς ἀφορίζεις, κελεύων τοὺς μὲν καταςπείρειν καὶ τρέφειν· τῶν δὲ πρεσβυτέρων εἶναι τοῦ τόκου τὴν τελευτὴν (59). Οὐκοῦν μηδ' ὁ ἥλιος ἅπαντας θερμαινέτω, μηδ' ἡ γῆ καρπὸν ἅπασι φερέτω· εἰ τοῦτο (60) μὲν λέγειν περίεργον, ἐθέλεις δὲ (61) τὸν ἄνθρωπον ἅπαντα κατορθοῦν,

C καὶ μηδὲν διαμαρτεῖν, σφόδρα θαυμάζεις τὸν ἄνθρωπον· διὸ θαυμάζεις εἴ τι διήμαρτεν. Ἀλλ' ἔστιν οὐ τῆς πρώτης λογικῆς μερίδος, ἀλλὰ τῆς ἐσχάτης ὁ ἄνθρωπος (62)· ὃς ψυχῆς μὲν ἀθανασίᾳ, καὶ λόγῳ τῶν ἀλόγων ἐπικρατεῖ (63)· φθορᾷ δὲ σώματος καὶ τροφῆς ἐνδείᾳ τῶν ἄνω λογικῶν οὐσιῶν ἀπολείπεται.

(46) CC. P. τῆς.
(47) CC. P. et Aug. νεανικώτερον.
(48) CC. P. et Aug. ἀντέχοιτο.
(49) CC. P. ἄρα.
(50) Habitationi confert illam libertatem eximiam, dum in potestate et velut manu permanet domini, qui Deus et verus paterfamilias est. Inducit hominem scite in laudem abstinentiæ a rebus, quibus minime coactus abstineas. Ba.
(51) CC. P. οὔμενουν — χωρεῖον.
(52) Alii οὔκουν.
(53) C. A. ἐρωτιῶντι.
(54-55) Rectius ἱδρῶτας. Inepte recentior interpres [Wolf.] *amores* ἔρωτας hic legit. Notissima illa : τῆς ἀρετῆς ἱδρῶτα θεοὶ προπάροιθεν ἔθηκαν. Hes. E. 287. Ba.
(56) Ἀλλ' ἐχρῆν. Mendose hæc vulgo ascribuntur Axitheo, qui eadem mox dedita opera confutat. Ba. CC. P. ἀλλ' ἔδει τούς.
(57) CC. P. et Aug. τοὺς δ' αὖ.
(58) Ex CC. P. supplendum νόμος.
(59) Acute velut abolendos dicat priusquam homines fierent aut existerent; quod de iis dicitur, qui matrum criminibus ante partum visceribus per toxica excutiuntur. Ovidius de tali crimine, ut quidem a nobis in Adversariorum commentariis [10, 27] emaculatus est, libro ii Amorum, eleg. 14 : *Si mos antiquis placuisset matribus idem, Gens hominum vitæ præpeditura fuit.* Ba.

(60) CC. P. et C. A. ἢ τοῦτο.
(61) *Vitium minutum*. Scribe, εἰ δὲ θέλεις. Non enim citra hanc emendatiunculam cohærent sequentia. Si hoc, inquit, statuis, nimii hominis omnem substantiam æstimas.
(62) Quem tu summis rationabilium creaturarum ascribis, is eo loco eaque dignitate dignus non est. Multis hæc declarant sequentia, et magna vis aliorum philosophorum. Ba.
(63) Non mihi hæc valde exacte ve Christiana obveniunt, cum dissimulet conditionem hominis tota dissertatio, uti is factus est a Deo, introducat vero

D eum tantum modo quali nunc est. Et sic tamen constat longo intervallo omnibus brutis superiorem esse; unde admonetur dignitatis suæ potius eorum collatione, quam ut ea in eo vituperetur. Hierocles in Aurea Carmina, p. 130 : Τὸ γὰρ λογικὸν ζῶον μόνον συναισθάνεσθαι τῆς δίκης πέφυκε. Τοῖς μεγίστοις οὖν ὅροις διεστῶτας ἡμᾶς ἀπὸ τῶν ἀλόγων, διεστώσῃ πάμπολυ καὶ τῇ διοικήσει χρῆσθαι προσήκει, etc. Ea quæ de corpore sequuntur animæ reatum demunt, quæ scilicet propter corpus solum peccet; itaque caute legenda sunt : nisi sciamus de hominibus sanctis et Spiritu Dei gubernatis sermonem esse, qui nunquam animum submittant desideriis aut voluptati corporum, sed ad imbecillitatem tantum horum delinquant; quam vitam multi egregii veteris Ecclesiæ viri omni conatu longissimaque sæpe ætate secuti sunt. Ba.

Οὐκ ἄρα παράδοξον (64) τὸ γινόμενον (65) οὐδέν. Εἰ μὲν γὰρ μονωθεῖσα τοῦ σώματος ἡ ψυχὴ πρὸς ἐπιθυμίαν καὶ ὀργὴν ἐξήγετο, θαυμαστὸν ἦν. Νῦν δὲ μετὰ σώματος ἔδει τῶν τῇδε σωμάτων ἐπιμελεῖσθαι, ἃ τροφὴ διασώζεται. Οὐκοῦν ἐπιθυμείτω καλῶς καὶ μετρίως, φησὶν ὁ Δημιουργός (66). Ἢ πόθεν τὸ παιδίον ἄρτι γεννώμενον (67), τοῦ γάλακτος ἐφίεται, καὶ πρὸς τὸ λυποῦν ὀργίζεται, ἢ ἵνα τὸ μὲν προσιέμενον, τὸ δὲ μονούμενον (68) σωθείη; Τὸ μὲν οὖν κατὰ φύσιν ζῆν καλόν, καὶ διασώζεται· τὸ δὲ παρὰ φύσιν, αἰσχρὸν καὶ κολάζεται· τὸ δὲ ὑπὲρ τὴν φύσιν, μέγα καὶ τιμῆς ἄξιον.

A quippe qui animæ immortalitate et ratione solum bruta animantia superat: quin ob corruptionem corporis et alimenti sibi necessarium usum, ab illis superioribus et cœlestibus summa ratione præditis substantiis longe superatur. Quamobrem illum peccare, non est tantopere mirandum, et ab ejus natura alienum. Si enim seorsum a corpore degens anima, ad appetitum aut ad iram rapiatur, mirandum quiddam acciderit: si cum corpore aliquo sit conjuncta ac consociata, sane eorum quæ in terris versantur et alimentis conservantur, corporum curam gerat necesse est. Ergo, de Creatoris ipsius judicio, concupiscat recte et moderate. Unde enim infans recens natus lac appetit? Unde iis qui vexant aut molestiam faciunt, irascitur? Nempe quia hoc datum, illud remotum, saluti sit et videatur. Ex quo sequitur eam vitæ viam ac rationem quæ secundum naturam est, et bonam et salutarem esse; ac rursus eam quæ est naturæ contraria, et turpem et puniendam: illam deinde quæ naturam superat ipsam, esse excelsam et honoribus summis afficiendam.

Εἰ δὲ τὰ ἔσχατα, ὅτι μὴ τὰ πρῶτα (69), διαγράφομεν, οὐκ ἂν φθάνοιμεν πᾶσαν τάξιν διαλύοντες; Φέρε γάρ, εἰ τὸν λίθον ἐκβαλεῖν (70) ἐθέλομεν (71), ὅτι μὴ καρποὺς οἷα (72) φυτὰ δίδωσι· τὰ δὲ φυτὰ διαβάλλειν, ὅτι μὴ τὴν γῆν οἷα βοῦς ἐργάζεται· τὸν δὲ βοῦν κακίζειν, οὐ γὰρ τῷ γεωργῷ παραπλησίως βούλεται (73)· ὁ δὲ γεωργὸς αὐτὸς ἀπελαυνέσθω, ὅτι μὴ ταῖς ἄνω δυνάμεσιν ἐξ ἴσου τροφῆς ἠμέλησεν (74)· εἶθ' ὑπ' ἀλόγου σοφίας μέχρι τῶν θείων ἀναβαίνοι (75) τις, ὡς οὐδ' αἱ ἄνω δυνάμεις δημιουργεῖν (76), ἀλλὰ τῷ Δημιουργῷ διακονεῖν ἐτάχθησαν· εἰ ταῦτα ποιοῖμεν, τί τῶν ὄντων κατὰ χώραν ἑστάναι καταλείψομεν; Ἀλλ' εὐμενὴς μὲν καὶ ὁ Δημιουργὸς εἴη, πάντα δὲ κατὰ τάξιν μενέτω. Σμικρὸν (77) γὰρ τῶν γενομένων (78) οὐδέν· ἀλλὰ πάντα καλὰ καὶ μεγάλα (79) καὶ τεταγμένα. Καὶ ὁ λίθος καλός, εἰ (80) λίθος· καὶ τὸ δένδρον, εἰ δένδρον. Καὶ ὁ λέων καλός, κἂν ἐπείη κατὰ λόγον τῆς

B Jam si quæ sunt ultima, propterea quod prima non sint, libeat accusare: an non eodem ipso modo omnem omnium rerum ordinem dissolvemus? Cedo enim, si lapidem abjicias, eo quod non perinde ut terra, plantas aliosve fructus edat: si plantas vituperes, quia terram ipsæ non arent, ut boves; si bovem plectas, quod non iisdem quibus arator rebus afficiatur: si denique ipse etiam agricola abigatur, quod non perinde atque cœlestes illæ et superæ facultates sive potentiæ, alimenti curam omnem abjiciat; an non hac absurda sapientia ad divinas usque res evecti, superis quoque facultatibus officia sua auferemus; quæ tamen in hoc, ut supremo rerum Opifici serviant, sunt procreatæ et constitutæ? Quod si fiat: quid, quæso, omnium quæ C sunt rerum suo loco relinquemus? Statuendum est autem, et benignum esse rerum Opificem, et suum quæque locum obtinere. Eorum enim quæ facta

(64) *Οὐκ ἄρα παράδοξον.* Cum peccat nimirum homo tali corpore vinctus. Scite Pythagorici hominum peccantium misereri statuunt deum [imo *deos*], cognatorum videlicet, quosque norint tam misero alligatos esse vinculo: Κήδονται γὰρ ἡμῶν ὡς συγγενῶν, ἐκπεσόντων· ὅθεν αἰδὼς καὶ νέμεσις καὶ αἰσχύνη ἀποτρέπουσαι τῶν κακῶν ἀνθρώπους μόνους ἐπιστρέφεσθαι λέγονται ὀρθῶς: Hierocles in versum 20 Aureorum, p. 130. Qui libellus summa sapientiæ humanæ est. Ba.

(65) CC. P. τῶν γενομένων.

(66) *Φησὶν ὁ Δημιουργός.* Legem in voluntate aut jussione Creatoris perpetuo ponit hic scriptor. D Summa autem virtutum, moderari affectus; quibus subjugatis nascitur temperantia, ductrix imperatrixque omnium. Sermo autem est hic de cupiditate ad sustinendam vitam rebus præsentibus utendi, quæ, si secundum ordinem stringitur, obtemperat divinitati. Ba.

(67) CC. P. γενόμενον, Rectum forte. γεννώμενον.

(68) ἀμυνόμενον, fere omnes præter Ducæum.

(69) *Ἔσχατα... πρῶτα.* Rerum creatarum ordo est: aliæ sunt tantum, ut saxa; aliæ sunt et vivunt, ut plantæ; tertius census est, vivit atque sentit, ut animantia bruta; quarto loco, homo addit his omnibus rationem; perfecti loco quinto ponuntur spiritus corporum exsortes. Vide Plotinum apud Theodoretum et ipsum Theodoretum Therap. sermone sexto, 96, 97, p. 574, etc. De homine autem ista excusatio, magis philosophica est quam sincere Christiana. Cogitare enim debebat Æneas noster statum primi parentis, a quo prolapsus posteritatem degenerare claritate creationis adegit; quod totum negotium hic ideo non attenditur, quia cum homine mere philosopho disceptatio est. Ba. CC. P. μὴ πρῶτα.

(70) *Ἐκβάλλειν.* Omni usu submovere, frustra factum dicere. Est enim rerum omnium connexio, et omnia universo serviunt ad momenta sua. Ba.

(71) CC. P. ἐκβαλ. ἐθέλοιμεν.

(72) CC. P. τὰ φυτά.

(73) C. A. corrigit βουλεύεται.

(74) CC. P. ἀναβαίνει.

(75) C. A. οὐδέ.

(76) Nonne inveniet etiam in supernis illis potestatibus quod reprehendat; videlicet quod non efficiant ea per se quicquam, sed pareant, saltem ut ministri, ordini a Creatore statuto? Ba.

(77) *Σμικρόν.* Officio suo indignum aut inferius. Hesychius: σμικρόν· μικρόν, ἢ τοῦ ὀβολοῦ τίμιον· ἐλάττη ὅμοιον [ultima duo verba aliena sunt] Exiguum vocant Latini, quod quam congruere videbatur brevius minutiusque erat. *Ineptum* hic verteris. Ba.

(78) CC. P. γενομένων.

(79) *Καλὰ καὶ μεγάλα.* Sæpe contra magna res utraque lingua ineptam denotat. At hic ut in illo Homeri Il. Φ [408]: Οὐχ ὁράᾳς οἷος κἀγὼ καλός τε μέγας τε. Ba.

(80) CC. P. ἢ λιθ... ἢ δένδ.... ἐπίοι. Rectius forte ἐπίῃ.

sunt, humile et abjectum est nihil : sunt autem omnia pulchra et magna, et concinno ordine collocata. Etenim lapis, si quidem sit ac maneat lapis : tum arbor, si arbor : et leo, si leo sit, formam ac bonitatem suam habent. Ac leo quidem, etsi ejus quæ bruta sit ac ratione careat, vitæ viam secat : tamen quia præstantissimum illud rationis munus non habet, neglectæ rationis crimine vacabit. At elaboratum quoddam opus, tunc quoque bonitati et pulchritudini suæ responderit, quando sit ac maneat homo. Idque tunc fiet, quando ad bonum ipsum et ad boni cognitionem aspirat : sed et alimentum **640** appetit, et tristibus rebus offenditur : utrum enim respicias, erit homo.

Mens bona quæ secus ac suadet ratio, corpore utitur, ubi fuerit summa rerum potita, pro sua potestate sursum vorsum vertitur, et alterum alteri præfert. Id enim ea quæ homini inest, quodlibet eligendi facultas potest : ea videlicet, quæ est ordinata rationis facultas, quasique principium. Est autem inordinata motio omnis, quæ non est rectæ rationi consentanea, mentis industria : quanquam inutilis sit interdum et otiosa ratio, vel ob torporem et inertiam, vel ob ruditatem et inscitiam : itemque ob rerum futurarum negligentiam, et præteritarum oblivionem. Jam cupiditas et ira, haud secus ac par equorum, elapso e vehiculo auriga, perturbantur. Quæ res crimine haud vacat. Nam magister certaminum prædixit, quæ qualiaque forent certamina, et quando potissimum oporteat pugilem sui curam habere, proclamavit : quæ cum ratio neglexerit, non eorum quæ fecit, sed eorum quæ neglexit pœnas luit. Ratio enim ea quæ stultitiæ incurlam atque in rebus gerendis inscitiam coercere potest, adeo facile quid facto opus sit, dispicit, ut ipsum deinceps rectius ac melius perficiat. Quæ ergo in nostra sunt potestate, ea pueris minime sunt permittenda, nisi velimus mirabiliter omnia nostra sursum vorsum ferri. Multarum rerum desiderio tenetur puer : sed mens optima, atque opem ei ferens animus, prohibent et repri-

ἀλόγου ζωῆς· ου γὰρ ἦν ἐν (81) αὐτῷ τῆς ἀλογίας κρεῖττον οὐδὲν, διόπερ ἀνεύθυνος, ὅ τι ἂν παράλογον (82) ποιῇ. Ἐσπουδασμένον δέ τι χρῆμα καὶ χάριεν ἄνθρωπος, ὅταν ἄνθρωπος ᾖ, μέχρι τοῦ ἀγαθοῦ καὶ τῆς τοῦ ἀγαθοῦ σοφίας ἀναβαίνων. Ἀλλὰ καὶ τροφῆς ἐφίεται, καὶ τῶν λυπούντων αἰσθάνεται· ἀμφότερα γὰρ ὁ ἄνθρωπος.

Νοῦς ἀγαθὸς, ἀλόγων σώματι χρώμενος (83), αὐτοκράτωρ δὲ γενόμενος, κατ' ἐξουσίαν ἄνω καὶ κάτω μεταχωρεῖ, ἕτερον αἱρούμενος προτέρου (84). Τοῦτο γὰρ ἡ ἀνθρώπου προαίρεσις δύναται· καὶ τεταγμένη μὲν ἡ τοῦ λόγου δύναμις καὶ ἀρχή· ἄτακτος δὲ φορὰ ἡ τοῦ λόγου σπουδὴ, εἰ μὴ λόγῳ ῥυθμίζοιτο· κἂν ὁ λόγος ἀργὸς (85) ᾖ διὰ ῥαθυμίαν καὶ ὄκνον, ἢ δι' ἀπαιδευσίαν, καὶ τὴν κάτω σχολὴν, καὶ τὴν τῶν ἄνω λήθην. Ἐπιθυμία καὶ θυμὸς, οἷον ἵππων ζεῦγος ἐκπεσόντος τοῦ ἡνιόχου, συνταράττεται· ἀλλ' οὐκ ἀνεύθυνον τὸ πρᾶγμα. Ὁ γὰρ ἀγωνοθέτης προϋπέδειξε τὰ γυμνάσια, καὶ ὅταν (86) δεῖ ἀγωνιστὴν ἀσκεῖν, προεκήρυξεν. Ὧν ἀμελήσας ὁ λόγος, δίδωσι δίκας οὐχ ὧν ἐποίησεν, ἀλλ' ὧν περιεῖδεν (87). Ὁ γὰρ τοῦ ἀλόγου τὴν ἀταξίαν παῦσαι δυνάμενος λόγος, περιορῶν δὲ, ἀληθέστερον αὐτὰ διαπράττεται. Οὐκ ἄρα τὴν (88) ἐν ἡμῖν παιδὶ τὴν ἀρχὴν ἐπιτρεπτέον· ἢ μὴ θαυμάζειν, εἰ πάντα ἄνω καὶ (89) κάτω γένοιτ' ἂν τὰ ἡμέτερα. Πολλῶν γὰρ ὁ παῖς ἐπιθυμεῖ, ἀλλ' ἀρίστη διάνοια καὶ ὁ θυμὸς ταύτῃ συμμαχῶν κωλύει καὶ συστέλλει τὰς μυρίας ἐπιθυμίας. Εἰ δὲ ἀγριαίνει ἡ τοῦ χείρονος δυναστεία, τοῦ ἀμείνονος γίνεται ταραχὴ, ἣν θεραπεύειν ἐστί. Πολλὰ γὰρ τὰ φάρμακα, ἀγαθὴ τροφὴ, καὶ παιδεία (90), καὶ νόμος, καὶ λόγος (91), καὶ ἡ τῶν κακῶν (92) μελέτη, καὶ συνήθεια καὶ ἐπιστήμη, καὶ ἡ τοῦ παντὸς τάξις (93).

(81) CC. P. ἐπ' αὐτῷ.
(82) CC. P. παρὰ λόγον
(83) Melius spirabit sententia, si, transposito uno commatiolo, scribere animum persuadeas : Ἀμφότερα γὰρ ὁ ἄνθρωπος· νοῦς ἀγαθὸς αὐτοκράτωρ τε γενόμενος, ἀλόγῳ σώματι χρώμενος, κατ' ἐξουσίαν ἄνω καὶ κάτω μεταχωρεῖ ἕτερον αἱρούμενος προτέρου· τοῦτο γὰρ ἡ ἀνθρώπου προαίρεσις δύναται. Animum hominis præstantem bonitate et imperatorem suarum rerum suique corporis, quomodocunque eo utatur, suam vim in id servare et potestatem liberam exercere autumat; hoc homini divinitus tributum dicens, ut non coactus serviat vitiis, sed habeat electionem, in utram partem, bonam malamve velit eniti. Commendat vim humanæ electionis liberam, quam bene theologis non est opus hic dicere; philosophum suum sane bene sapere docet hic Axitheus. Duas statuit inclinationes, ut animus male corpori serviat, licet imperator a deo constitutus, et ut secundum rationem ei imperet; utriusque illi potestatem datam docens. Hæc explicat porro latius. Impeditior autem sensus est, una et altera, ut puto, particula sermonis omissa. Ba.
(84) CC. Πρὸ ἑτέρου.
(85) CC. P. ἀργήσῃ δια...
(86) CC. P. et C. A. ὅσα δεῖ.
(87) Ex CC. P. sic restituendus locus : δίδωσι δίκ. ο. ὧν ἐποίησεν, ἀλλ ὧν μὴ ἐποίησεν, οὐδ' ὧν ἔδρασεν, ἀλλ' ὧνπερ.
(88) CC. P. τῷ.
(89) CC. P. ἄνω κάτω.
(90) Ἀγαθὴ τροφὴ καὶ παιδεία. Bona educatio, disciplina, conversatio honesta, victus commodus, non abundans, non deficiens. Multa enim complectitur ἀγαθὴ τροφή· παιδείᾳ omnem institutionem et disciplinam. Ba.
(91) Λόγος. Sermones, quibus ad animum componendum maxima est efficacia. Horatius, Epist. I, 1, 33 : *Fervet avaritia miseroque cupidine pectus? Sunt verba et voces quibus hunc lenire dolorem Possis et magnam morbi deponere partem.* Et proverbium est vetus : Ψυχῆς νοσούσης εἰσὶν ἰατροὶ λόγοι. Ba. CC. P. καὶ λόγος καὶ νόμος.
(92) Omnino scribendum τῶν καλῶν. Id enim cumprimis opus est, ut libens bona meditetur, meditationique sermonum sapientiæ et probitatis animum homo corrigendus aut præservandus a vitiis dedat. Ba. sic CC. P.
(93) *Τοῦ παντὸς τάξις.* Vitæ omnis, omnis instituti ordinem et disciplinam dicit. Quam ut præ omnibus commendarent, sapientibus in discipulos omne arbitrium prisci dederunt morum correctores. Unde

nunt innumeras cupiditates. Sin quæ deterior est in homine, vis ferociat, et quæ melior est, sane quam turbatur : quæ tamen aliquo remedio curari potest. Et sunt remedia multa et varia : ut bona educatio, et disciplina recta, et lex : itemque ratio, rerum honestarum studium, honestus convictus, scientia, et omnino omnium vitæ partium rectus ac concinnus ordo.

Καὶ μὲν δὴ τῶν ἐπιῤῥεόντων (94) ἡ μετάστασις ἱκανὸν διδασκάλιον σωφροσύνης τοῖς ὁρῶσίν ἐστιν. Οἷον (95) τῶν χρημάτων αἱ μεταβολαί· αἳ τοὺς μὲν πλεονεκτεῖν ἐφιεμένους, ἐκδιδάσκουσιν ὡς οὐδὲν βεβαίων (96) πολλῷ ῥεύσαντες ἱδρῶτι προσεκτήσαντο (97)· ὡς ἀπίστου καὶ ἀφυλάκτου (98) πράγματος ἀπηλλάγησαν. Ὁ δὲ μηδὲν τούτων διανοηθεὶς, ἡσυχίαν ἄγειν οὐ δύναται, ἀλλὰ συνταραχθεὶς, εἰκῇ φέρεται· καὶ οἷον ἐν σκότῳ προσπταίων λοιδορεῖται, οὐδὲν εἰδὼς τῶν ἐν μέσῳ προκειμένων καλῶς (99), ἀλλ' αὐτὴν ἀμαθῶς ἀγνοήσας τὴν ἄγνοιαν (1), διπλάσιον νοσεῖ· οὔτ' αὐτὸς θεωρῶν, καὶ τὰ ἐν ποσὶ (2) διαβάλλων· καὶ οὐχὶ (3) θέλων τὸ γιγνόμενον, ἀλλ' ὅπερ ἂν αὐτῷ δοκῇ, τοῦτο (4) καλὸν καὶ χρήσιμον ὑπολαμβάνων. Ὥστ' ἂν ἀδικήσῃ μὲν τὸν ἀγαθὸν ὁ φαῦλος, αὐτὸς ἐξ ἀλογίας παρωξυμμένος, Θεὸς ἀναίτιος· ἀδικήσῃ δὲ τὸν προσπεσόντα, οἷον τοξότου μέλλοντος· ἀνάγκη τὸν προστυχόντα τρωθῆναι, ὁποῖός ποτ' ἂν ᾖ (5). Ἀλλ' ὁ μὲν πλεονέκτης (6) οὐ κατὰ τάξιν χωρεῖ. Ὁ δὲ Θεὸς τῆς πλεονεξίας τὴν ἀταξίαν εἰς τάξιν ἄγει· οἷον ἄριστος τεχνίτης πρὸς τὸ κοινὸν τῆς ἐργασίας καλῶς τῷ φανέντι χρησάμενος· καὶ τὸ ἀπεῤῥιμμένον εἰκῇ, καὶ τοῖς ἄλλοις ἄχρηστον, ἐκκαθαίρων καὶ συναρμόζειν ἀναγκάζων, καὶ

A Et sane eorum quæ mortalibus affluunt, bonorum commutatio, quasique huc illucque ferri solita possessio, ad temperantiam sive continentiam momenti satis apparens est documentum iis qui ipsam vident atque observant. Quemadmodum eos qui conquirendis opibus dediti sunt homines, ipsæ etiam pecuniarum permutationes, quam instabilem et fluxam rem magno sudore compararint, quamque infidum et parum tutum bonum abs se dimiserint, satis superque docent. At qui nihil horum cogitat, animo tranquillo esse non potest, multoque magis turbatus temere fertur : ac veluti in tenebris obambulans, sed offendens, conviciatur, quando nihil eorum quæ in via posita fuerant, sciverit : suam ipsius nesciens ignorantiam, duplici B morbo laborat : uno quod non se qui non adverterit, sed res in via positas accuset : altero, quod id ipsum quod accidit, nolit æquo animo ferre ; multoque magis quod ipsi libebat, bonum ac commodum putet. Igitur si quis improbus et scelestus homo, bonum et probum aliquem injuria affecerit ; ille quidem qui scelus ausus est patrare, obliquæ rationis œstro percitus peccavit : Deus autem omni illius rei culpa vacat. Quemadmodum enim, qui sa-

natum illud αὐτὸς ἔφα, etiam non intellectis aut intelligendis peccatis abarcens; modo arrogantia aut improbitas alia præceptorum animos non ducat. Τάξις· compositionem vocant sapientes Latini. Dionysius Cato, Præf. *Nunc te, fili charissime, docebo, quo pacto morem animi componas.* Virgilius, sive quis alius Ceiri [14] *pangere* vocat. Seneca *Consol. ad Helviam*, c. 16 : *Qui rationi cessit in perpetuum componitur.* Hieronymus Vita Joannis mona- C chi : *Qui vitia et passiones resecent ex animo moresque componant*, etc. Bᴀ.

(94) *Ἐπιῤῥεόντων.* Fortunæ nutu : fluendi verbo ad hujus instabilitatem designandam etiam Latini scriptores utuntur. Claudianus [Ruf. I, 3] : ... *incerto fluerent mortalia casu.* Manilius lib. IV [17] : ... *et opes et regna fluunt.* Boethius, Cons. I, p. 20 : *Fortunarum vices existimas sine rectore fluitare.* Fortunæ definitionem quamdam infert Philemon, Fragm. inc. 48, apud Theodoretum Therapeut. serm. 6 : Οὐκ ἔστιν ἡμῖν οὐδεμία τύχη θεὸς, Οὐκ ἔστιν· ἀλλὰ ταὐτόματον, ὃ γίνεται Ὡς ἔτυχ' ἑκάστῳ, προσαγορεύεται τύχη. De fluxu ejus donorum lege aureolam Consolationem Boethii. Bᴀ.

(95) Ex CC. P. hic inserendum εὐθὺς συχναὶ τ. κ.

(96) CC. P. βέβαιος.

(97) Ex CC. P. hic inserendum τοὺς δὲ γυμνωθέντος παρεμυθήσαντο ὡς. D

(98) *Ἀφυλάκτου.* Quod nulla custodia tueri tibi possis, quin ad alium effluat potestas tua. Hinc poetis aliisque scitum scriptoribus, majoris operæ esse tueri rem partam quam parare possidendam. Bᴀ.

(99) Scribe καλῶν. Horum non solum conspectum ἀμαθεῖς illos non habere, sed nec ipsam suam agnoscere ignorantiam, loco maximæ miseriæ dicit ; exemplo in tenebris offendentium, qui bonas res objectas non cernunt ; in alias impingentes maledicunt fortunæ, cum stultitiæ atque ignaviæ propriæ omnia sua mala debeant. Bᴀ.

(1) *Αὐτὴν ἀμαθῶς ἀγνοήσας τὴν ἄγνοιαν.* Inscitiam suam discere posse felix aliquando, si non semper, scientiæ exordium. Hinc illa πολυμαθὴς ἀμάθεια et oppugnatio mathematicorum apud scepticos, et illa summi philosophi [Socratis] iactantia hoc solum scire se quod nihil sciret [ap. Diog. Laert. 2, 32, ubi Menag.]. Vide Lactantium libro III, c. 4. *Divin. Instit.* Cui scriptori hoc testimonium damus, nullum humanis litteris instructiorem veritatem unquam propugnasse. Ut enim Græci Latinique cæteri multa eidem officio de penitis gentilitatis litteris contulerint, hic tamen medullas ipsas eruit, tam candido et eleganti dicendi genere, tanta eloquentia præstans, ut nullum admiratorem adhuc idoneum consecutus videatur. Pretium tanti auctoris pauci agnoscunt, quia vulgaribus jam ascribitur; vitium autem ingeniosorum hominum id et peculiare et maxime indignum est, quærere quæ mireris, miranda negligere. Hic vero ideo quoque contemnitur, quod placidissime ingruit, nec vel scientiam vel sermonem affectat, utriusque, quantum oppugnationi errorum sufficit, citra ullius omnino comparationem, legitimus possessor. Bᴀ.

(2) Pedibus objacentia. Græca breviloquentia. Sophocles Œdipo Tyranno [130]: Ἡ ποικιλῳδὸς Σφίγξ τὰ πρὸς ποσὶ σκοπεῖν, Μεθέντας ἡμᾶς τἀφανῆ, προσήγετο. Bᴀ.

(3) CC. P. οὐκ ἐθέλων.

(4) Plurimos hodie hoc genus homines offendas, quos revera incurvicervicum pecus, renitens omnibus quæ fiunt, dixeris. At vulgatum illud præstat didicisse : *Non volo fata mihi, sed me volo subdere fatis.* Sequentibus etiam illustrandis possis transpositiuncula adesse, quo genere non semel vitiatus hic auctor ; tamen ut necessaria nulla sit mutatio. Bᴀ.

(5) CC. P. ὥστε ἀδικήσει μὲν... ἢ ἀναίτ.. βάλλοντ.. προστυχόντα.

(6) *Ἀλλ' ὁ μὲν πλεονέκτης.* Dicas nonnihil verborum excidisse. Bᴀ.

gittam jamjam vult ejaculari, eum qui sagittæ sese obviam dederit, quisquis sit, necessario vulnerabit : sic ille quoniam improbus est, quem poterit quemve obvium habuerit, eum injuria afficiet. Ipse etiam avarus non quidem recto fertur ordine : at perversum avaritiæ ordinem Deus in ordinem atque in viam rectam reducit : idque ceu artifex optimus qui communi utilitati sui operis bene consulturus, quidquid est ejus quod temere effluat, sitque aliis inutile, totum expurgat, et ut cæteris sit accommodatum cogit, inque totius operis complementum adducit. Ergo injuria facta, ei qui fecerit, ceu peccatum imputatur, estque etiam damno; quippe qui cum fecerit, nec facti culpa vacet, nec pœnas effugiat : ei vero qui passus **641** fuit injuriam, saluti potius est quam damno : quandoquidem ei ad felicitatem momenti multum attulerit, et in utilitatem publicam quoque cesserit hæc afflictio.

πρὸς τὸ ὅλον συντάττων. Ὥστε τὸ γιγνόμενον ἀδίκημα, τῷ μὲν ποιήσαντι κακὸν καὶ ἀδίκημα· καὶ οὐκ ἀφείθη (7) τῆς αἰτίας ὁ δράσας, οὐδὲ ἀποδιδράσκει τὴν δίκην· τῷ δὲ παθόντι οὐ κακὸν, ἀλλὰ χρήσιμον· εἴγε (8) προσθήκην εὐδαιμονίας αὐτῷ τὸ πάθος προὐξένησε, καὶ εἰς ὄφελος τῷ κοινῷ συντάττεται.

Hominibus enim sapientibus atque ad virtutem aspirantibus sufficiens est solatium, hoc sibi persuasum habere, metu mortis ei qui bonus sit, virtutem minime esse fugiendam. Virtutem enim Deus propterea divitiis, potentia, voluptatibus omnino vacuam esse voluit, ut athletæ boni, non illarum quas dixi rerum, sed illius ipsi gratia, virtutem ipsam amplecterentur : nempe ut ne cum affectibus virtutem confunderent, et concederent adversa bonis superari. Veluti si quis certamen cum eo quod malum est, decernat, ac velit omnem animæ facultatem exsuscitari, quo pro pulchro et bono tantum periculum subire queat : sane et ipsa perturbatio, fortitudinis, non imbecillitatis specimen erit. Et ut hoc addam etiam, si quis bonus, alicujus boni gratia, mali quiddam patiatur, ac tandem obeat mortem; spes est certissima, eum etiam mortuum vivere, et ad primum principium ascendere, nec esse quod ullam aliam mutationem pertimescat : sed habeat felicitatem sempiternam, et

Ἐπεὶ παράκλησις ἱκανὴ τοῖς εὖ φρονοῦσι (9) πρὸς ἀρετὴν τὸ μὴ φόβῳ θανάτου (10) τὴν ἀγαθὸν φεύγειν ἀρετὴν (11). Διὰ τοῦτο γὰρ αὐτὴν ὁ Θεὸς περιουσίας καὶ δυναστείας καὶ ἡδονῆς γυμνὴν (12) ἔστησεν. Ὥστε τοὺς ἀγαθοὺς ἀγωνιστὰς μὴ ἕνεκα τοῦ τὴν ἀρετὴν αἱρεῖσθαι, ἀλλ' αὐτῆς ἕνεκα (13), ὡς ἂν μὴ συνταράξωσι πάθει τὴν ἀρετήν· καὶ τὰ ἀλγεινὰ τῶν ἀγαθῶν (14) ἡγεῖσθαι συγχωρεῖ· οἷον ἀγωνοθετῶν, καὶ βουλόμενος ὅλην τῆς ψυχῆς ἀνακινῆσαι τὴν δύναμιν· ὡς ὑπὲρ τοῦ καλοῦ τηλικοῦτον κίνδυνον ἀνατλῆναι δύνασθαι. Ὥστε τῆς ἰσχύος, οὐκ ἀσθενείας, τὸ πάθος ἐπίδειξις (15) γίνεται. Καὶ ἄλλως, εἰ ἀγαθὸς ὁ παθὼν, εἰς ἀγαθὸν ἡ τελευτὴ τούτῳ συμβαίνει. Ἔστι γὰρ, ἔστι καὶ τελευτήσαντα ζῆν (16) ὡς ἀληθῶς, καὶ μέχρι τῆς πρώτης ἀρχῆς ἀναβαίνειν, καὶ μηκέτι δεδιέναι μεταβολὴν ἀλλ' ἀθάνατον ἔχειν εὐδαιμονίαν καὶ τρυφὴν ἐμπρέπουσαν ψυχῇ καθαρᾷ (17). Ταῦτα γὰρ ἀρετῆς ἆθλα νομίζεται, οὐ τυραννὶς, οὐδὲ πλούτου περιουσία· ἃ πολλοὺς πολλάκις μεταβέβληκε (18) δεσπότας. Καὶ

(7) CC. P. οὐκ ἂν ἀφεθείη.
(8) CC. P. εἴτε.
(9) CC. P. τ. εὐφρονοῦσι.
(10) Summum quod putatur malorum pro omnibus ponit. Mors enim supremum pro quocunque malo, intra quod cætera sint, usurpatur. Maximus etenim metus hujus. Lucanus lib. I, 459 : *Felices errore suo, quos ille timorum Maximus, haud urget lethi metus.* Mortem qui contemnet omnia facile contemnet mala, et bonis fruetur. Cicero lib. II *Tuscul. Quæst.*, c. 1 : *Qui mortem non timet unicum sibi ad beatam vitam præsidium comparavit.* Seneca, lib. VI, *Naturalium* [extr.] : *Omnibus omissis hoc unum meditare, ne mortis nomen reformides : effice illam tibi cognitione multa familiarem, ut vel, si ita res tulerit, possis illi obviam ire.* Sed contra animatum est vulgus, omnia mortis, ut dictum, timori postponens. Silius lib. XIII : *Proh quanto levius mortalibus ægra subire Servitia, atque hiemes æstusque, fugamque, fretumque, Atque famem, quam posse mori.* Quem qui vincit, vere rex et liber est. Seneca Agamemnone : *Qui vultus Acherontis atri, Qui Styga tristem [tristis non videt, Audetque vitæ ponere finem, Par ille regi, par superis erit.* Et ratione utitur etiam respectu doloris tantopere formidati. *Ipse enim animi discessus a corpore fit sine dolore et fit plerumque sine sensu, nonnunquam etiam cum voluptate; totum hoc leve est, qualecunque sit : fit enim ad punctum temporis :* Cicero ait, *Tusc.* I, 34. Sapiens ergo non metuet mortem, sed ita omnia sua disponet, ut quolibet eam momento sequi possit. Marcus imperator, lib. II, § 11 : Ὡς ἤδη δυνατοῦ ὄντος ἐξιέναι τοῦ βίου, οὕτως ἕκαστα ποιεῖν καὶ διανοεῖσθαι. BA.
(11) Mortis metu nihil delinquendum viro bono docent omnes bene animatorum philosophorum scholæ. Infinita loca aggereres, si ageres philosophum. Tu de mortis universa ratione lege Marcum Antoninum lib. II, IV, et fine libri XII. Vix erit ut meliora requiras. BA.
(12) Hæc enim omnia virtutis amor pro nihilo habet, abjicit, contemnit, contentus vitam secundum naturam deducere. BA.
(13) Ipsa enim sibimet pretium sui est. Vide ad principium Claudiani in consulatum Mallii in commentario recensito v. 1 : *Ipsa quidem virtus pretium sibi.* BA.
(14) Ducæus τῶν καλῶν.
(15) Ex CC. P. additur ἡ συμφορά.
(16) *Τελευτήσαντα ζῆν. Qui per virtutem perbitat, non interit* [Plaut. Capt. 4, 5, 32]. Consolatio malorum præsentium a futura illic felicitate regnat per omnes Platonicorum et Christianorum libros. Epicurei post discessum e vita nihil usquam ad hominem pertinere deinceps posse delirarunt; quo diro scito simul verum virtutis et divinitatis amorem hominibus expectorarunt. Vide Lucretium lib. III, qui cœnosum solum eburneis rastris versat. BA.
(17) Procul terrenis aut corporum, voluptatem [an? *corporibus*, vel *corporum voluptate*, *voluptatem*] et delicias puræ animæ convenientes. Nec quis alias imaginetur, secutus futilium hominum furorem, qui tamen, spe corporearum post hanc vitam voluptatum, maximam, bonam certe, nunc hominum partem vero sensu avertit. BA.
(18) CC. P. μεταβέβηκε.

οὔτε ἀγαθὰ (19) ταῦτα εἴπερ καὶ κακῶν αἴτια· οὔτε A ἀθάνατα, ἀλλὰ σκιοειδῆ φαντάσματα (20) καὶ ἐφήμερα (21).

voluptatem anima pura dignam. Quæ certe sunt et videntur esse justa virtutis præmia : non autem dominatio, non opum affluentia ; quæ multis etiam ipsorum dominis damnum sæpenumero dedere : multoque minus ea bona ex quibus mala provenire consuevere, quæque non æterna sunt, sed spectra umbrarum similia, et monumenta.

Ἐνίοτε δὲ σπεύδει μὲν πρὸς ἀρετὴν ὁ ἄνθρωπος, ὤλισθε δὲ, καί τι παράνομον ἢ διεπράξατο, ἢ διενοήθη. Καὶ ἡμῖν μὲν εὖ ἔχειν δοκεῖ· τὰ γὰρ ἡμέτερα προκαλύμματα, καὶ τἀκείνου, ἐμποδὼν γίγνεται (22) σαφῶς τὰ ἔνδον θεωρεῖν· καὶ θαυμάζομεν ἄν τι πάθῃ (23) τῇ τῆς αἰτίας ἀγνοίᾳ. Τῷ δὲ δικαστῇ γυμνὰ πάντα. Καὶ κατιδὼν τὸν ἄνθρωπον, τὰ μὲν ἄλλα πράττοντα καλῶς, μικρὸν δέ τι αὐτοῦ λελωβημένον, ἰάσιμον δὲ φαρμάκῳ· ἐνταῦθα συγχωρεῖ παθῶν (24) τι αὐτὸν καὶ ἀποτίσας (25), ὥστε καθα- B ρὸν γενόμενον τῶν ἐκεῖ καλῶν καθαρῶς ἀπολαύειν. Εἰ δέ τις ἀδικῶν ἄνθρωπον (26) ἄλλον, παρ' ἄλλου πάθοι κακῶς, αὐτὸς μὲν πέπονθε δικαίως· ὁ δὲ δράσας, ἀδίκως ἐπέθετο, καὶ οὐ μήποτε ἐκφύγοι· Θεὸς δὲ ἀμφότερα (27) συνέταξε· καὶ τὸν πεισόμενον τῷ ἐπιτηδείῳ ποιῆσαι τοῦτο, ὃ παθεῖν ἐχρῆν ἐκεῖνον, εἰς ταυτὸν συνήγαγε· καὶ ἑκάστου οἷον φθόγγου ἀφ' ἑαυτοῦ τὴν φωνὴν ἀφιέντος, τὴν μὲν βελτίω, τὴν δὲ χείρω· καὶ τοῦ μὲν ποιοῦντος, τοῦ δὲ πάσχοντος, μίαν ἐπ' αὐτοῖς ὅμως τὴν ἁρμονίαν συνεστήσατο. Καὶ οὐ διὰ τοῦτο κακὸν ἐγένετο ὡς ἂν συνταχθείη, ἀλλ' ἐπειδὴ ἐγένετο παρ' ἡμῶν, ἀπὸ τῆς προνοίας συνετάττετο. Δύναμις δὲ καὶ τοῦτο μεγάλη, καλῶς καὶ τοῖς κακοῖς χρῆσθαι (28)· καὶ τοῖς ἐξ ἡμῶν ἀμόρφοις γενομένοις, C εἰς (29) μορφὰς ἑτέρας συντελεῖν δύνασθαι.

Interdum autem ad virtutem contendit homo, in eoque proposito susceptoque consilio perit. Hic, si quid adversum legibus patrarit, aut saltem cogitarit ; nobis quidem videtur optime ejus res habere, quippe quibus nostri, seu potius illius prætextus obstant, quo minus quid intus lateat videamus. Ex quo solet usuvenire, ut ignoratione causæ decepti, quamobrem adversi quid pertulerit, admiremur. At in conspectu supremi Judicis nuda delectaque sunt omnia. Qui si videat hominem aliquibus in rebus officium suum præclare facere, in aliquibus rursus utcunque vitiatum quidem esse, veruntamen aliquo adhuc remedio curari posse ; tunc sane permittit ut leniore aliquo malo afficiatur, nempe ut pœnis quas dederit, factus purior, iis quæ isthic adsunt bonis caste perfruatur. Cæterum, si quis, ubi in alium fuerit injurius, ab alio rursus malum accipiat : jure quidem ipse malum illatum feret : sed qui damnum ei dedit, injuste dedit, minimeque pœnas effugiet. Deus autem utramque, quemadmodum factum est, constituit : quippe qui hominem illum injuria vel malo afficiendum, homini ad id quod debebat pati, malum inferendum, apto atque idoneo adduxit : quasique utriusque ex utroque vocem emittens ipse, hanc quidem meliorem, illam vero deteriorem ; altero quidem agente, sed patiente altero : unum quemdam in iis ambobus concentum dedit. Neque vero hoc ipsum constismendo peccatum commissum est : quando factum ipsum ab hominibus patratum est, a Providentia constitutum et coordinatum. Magnæ vero facultatis est etiam ea quæ male facta sunt, in usum aliquem bonum convertere, et quæ nos informia fecimus, ea in formam pulchram posse redigere et perfecta exhibere.

Οὕτω δὴ ταῖς ψυχαῖς τὸ κατ' ἀξίαν συλλέγεται, καὶ τὸ πεπονηκὸς θεραπεύεται, καὶ τὸ κοινὸν διασώζεται. Πλουτείτω δὲ καὶ ὑγιαινέτω τέως ὁ πονηρὸς, φησὶν ἡ τῆς προνοίας φιλανθρωπία. Ἡ γὰρ τῇ θεραπείᾳ γένοιτ' ἂν βελτίων, καθάπερ οἱ παῖδες ἡδονῇ τινι πρὸς τέχνην παρακαλούμενοι· ἢ ἐξελεγχθεὶς, καὶ πᾶν ὅ τι τῆς ψυχῆς ὕπουλον γυμνώσας, καὶ ὅλον ἑαυτὸν ἐπιδειξάμενος, αὐτὸς ἑαυτῷ προσεκτρεπιζει τὴν φλόγα (30), πολλὴν ὕλην ἐπηρμέ-

Atque sic quidem animabus sua dignitas acquiritur ; et quod aliquid est mali passum, curatur, et publicum bonum conservatur. Sed si sceleratus aliquis ditescat ac valeat, id quidem constat esse ex providentiæ divinæ erga nos propensa voluntate et gratia. Sive enim hoc remedio fiat melior, quemadmodum 642 pueri quibusdam illecebris ad bonarum artium studia invitari solent : sive convictus desperatæ malitiæ, atque nudato eo quod latebat, animæ

(19) *Οὔτε ἀγαθά*. Cebes fine Tabulæ [c. 39]; D Boeth. *De consol.* II, p. 37; et omnis chorus sapientum. Ba.

(20) *Σκιοειδῆ φαντάσματα*. Spectra umbratilia, quorum possessio sola constet opinione ; non enim stabilis eorum usus est. Pulchre Hieroeles in Carmen Aureum [p. 90] : Ὁμοίως δὲ καὶ τὴν τῶν χρημάτων φύσιν οὐκ ἀγνοεῖ, ὅτι νῦν μὲν ἦλθε, νῦν δὲ ἀπῆλθε, κατά τινας ὡρισμένας αἰτίας, εἰς ἀντιτείνειν ἀβέλτερον· τῶν γὰρ οὐκ ἐφ' ἡμῖν τῆς κτήσεως ἡμεῖς οὐ κύριοι· οὐκ ἐφ' ἡμῖν δὲ τὸ σῶμα, καὶ τὰ χρήματα, καὶ ἁπλῶς ὅσα τῆς λογικῆς ἡμῶν οὐσίας ἔξω κεῖται, etc. Hæc vero omnia possis, verorum bonorum comparatione, talia nimcupare phantasmata. Ba.

(21) Hesychius : ἐφήμερα· εὐμετάβολα, εὔφθαρτα. Interpres. Helvetius [Wolf.] non vertit *et monumenta*, sed scripsit *momentanea* ; qua voce optime sensus exprimitur. Ba.

D (22) *Ἐμποδὼν γίγνεται*. Solus enim Deus interna et videt et judicat. Bc.

(23) CC. P. ἄν τι πάθοι.

(24) CC. P. ἐνταῦθα μικρὸν ἀναμένει παθ.

(25) Forte ἀποτίσοι.

(26) CC. P. sine ἄνθρωπον.

(27) Alii ἀμφότερον.

(28) CC. P. χρήσασθαι.

(29) CC. P. καὶ μορφάς.

(30) *Προσεκτρεπίζει τὴν φλόγα*. Ipse adauget et sufflando velut suam per tormenta valentiorem facit ignem pœnalem. Felicitate malorum eorum pœnas crescere multis notamus ad Claudiani Rufinum, I, 22 : *tolluntur in altum Ut casu graviore ruant*. Ignis autem in Scriptura omnem cruciatum, omne infortunium denotat. Et ita Græci. Sophocles Œdipo Tyranno : Εἴ ποτε καὶ προτέρας ἄτας ὕπερ ὀρνυμένας πόλει, Ἠνύσατ' ἐκτοπίαν φλόγα πήματος Ba.

totius ulcere, seipsum, quam sit intus et in cute malus, prodiderit : flammam ipse sibi parat, multam videlicet materiam cumulans; unde etiam lapsus nullam habebit neque excusationem, neque culpæ condonationem. Neque enim potest comminisci, quod propter inopiam egentibus non potuerit succurrere, qui divitiis abundabat : neque etiam fingere, quod potentia ac viribus destitutus, eos qui premerentur injuriis, neglexerit, qui summus rerum dominus erat : neque prætexere, quod imbecillitate suapte factum sit, ut voluptatibus succumberet, cui corporis robur alias ad res adfuerat. Nam ut omnibus constet, quam multa sit hujus judicis et excellens justitia, vult ille ipse judicium suum nec obscurum esse, nec ambiguum : verum sic judicare, ut reus et pœnam sibi irrogatam ferat, et sententiam ab judice de se latam suscipiat atque revereatur. Etenim si mors omnium rerum finis ultimus esset, recte in quæstionem vocarent homines, quinam fieret ut homo scelestus, in imperio atque in lauta fortuna vitam suam omnem fluiret.

νος· κἀντεῦθεν πεσὼν, οὐδεμίαν ἕξει παραίτησιν οὐδὲ συγγνώμην· οὐ γὰρ ἂν ἔχοις σκήπτεσθαι, ὅτι δι' ἀπορίαν οὐκ ἐβοήθεις (31) τοῖς εὖ παθεῖν δεομένοις, ἐπλούτεις (32) γάρ· οὐδ' ὅτι δυναστείας ἐνδείᾳ περιεώρας ἀδικουμένοις (33)· ἐτυράννεις (34) γάρ· οὐδ' ὅτι ἀῤῥωστίᾳ τοῦ δύνασθαι ἡττήθης (35) τῶν ἡδονῶν· ῥώμη γὰρ σώματος προσῆν. Βούλεται γὰρ ὁ δικαστὴς δι' ὑπερβολὴν δικαιοσύνης οὐκ ἀμφίβολον εἶναι τὴν κρίσιν· ἀλλ' ὥστε τὸν ἑαλωκότα καὶ πάσχειν, καὶ τοῦ δικαστοῦ θαυμάζειν τὴν ψῆφον (36). Εἰ μὲν γὰρ ἦν ὁ θάνατος τοῦ παντὸς ἀπαλλαγὴ, καλῶς ἂν ἠπόρουν, εἴ τις πονηρὸς ὢν ἐν τυραννίδι τὸν βίον ἐτελεύτησε. Νῦν δὲ ἐπεὶ ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, οὐδὲ εἰς ᾅδου μεταχωρήσασα φεύγει τὴν δίκην, ἀλλ' ἐκεῖ μάλιστα τῆς τιμωρίας αἰσθάνεται, εἰς τάρταρον πεσοῦσα ὅθεν οὔποτε ἐκβήσεται. Ὥστε ἕρμαιον (37) τοῖς κακοῖς ἐνταῦθα νοσεῖν τε καὶ ἀπορεῖν καὶ δουλεύειν· ἤδη γάρ τις ἐν τῷ ἰδιωτεύειν (38) μικρὰ διαμαρτὼν, τῆς τῶν μερῶν (39) ἁρμονίας αὐτῷ διαλυθείσης τὴν αἰτίαν μαθὼν, καὶ ταύτην ἐκδακρύσας (40), τῆς ἐν ᾅδου τιμωρίας ἀπηλλάγη. Ἕτερος

(31) CC. P. οὐκ ἐβοήθει.

(32) *Ἐπλούτεις*. Præsumendum eos malos esse et dici hoc loco, qui male usi donis divinis, divitiis, potentia, etc. Qui enim egens neminem ipse ditat, ipsa impotentia excludit animadversionem. Et ita in cæteris. CC. P. ἐπλούτει.

(33) CC. P. Περιεώρας ἀδικουμένους.

(34) *Ἐτυράννεις*. Habebas enim tantam potestatem, ut et tyrannice ea uti posses, a nemine prohibendus, nedum ut justitiam potueris excolere. Ba. CC. P. ἐτυράννει.

(35) CC. P. ἡττήθη.

(36) *Θαυμάζειν τὴν ψῆφον*. Laudem æquitatis et justitiæ cum admiratione rescribere judici, confessione criminum et agnitione justæ pœnæ. Toties talia in Psalmis, et tragœdia, aliisque veterum fabulis et historiis occurrunt, ut loca ipsa ingentem facere valeant commentarium. Ba.

(37) *Ἕρμαιον*. Vere ἕρμαιον, divinitus oblatum munus aut lucrum. Cui enim merenti parata æterna erant supplicia, nunquid non pro lucro habeat volens defungi posse caducis et nullius ad perpetua temporis? omnia autem hæc divina sunt, et Providentiam egregie tuentia; quæ si diducere, philosophorum et Christianitatis propugnatorum dictis illustrare velis, ex Ænea isto Polyphemum nullo negotio lectori confeceris. Ba.

(38) *Ἐν τῷ ἰδιωτεύειν*. Communem vitam hominum humanitus transigens. Sed verius est vitia aut delicta hac voce intelligi, quæ alteri injuriam non inferant, et minora sint omnibus hactenus commemoratis. Ἰδιωτεύειν opponitur τυραννίδι. Ba.

(39) Videtur excidisse vocula. Scribe πρὸ τῆς τῶν μελῶν ἁρμονίας αὐτῷ διαλυθείσης. Statuit enim manifeste toto hoc sermone vitam tantum hanc, et illic sive beatam sive miseram semper Axitheus; neque ratio patitur hic de pœna emendatrice tantum in altera vita sermonem haberi, cum de præsenti omnia contineantur. Emendatio si non placet, illa διάλυσις ἁρμονίας τῶν μελῶν morbos insignes denotet quoslibet quibus homines ad deflenda peccata adigit Deus, ut docent multi Christianorum doctorum et Jobi liber tractat cum Psalmis uberius. Illa verba, τὴν αἰτίαν μαθών, omnino excludunt sequentis vitæ mentionem. Quid enim justitiæ sit tormentis animam subdi, priusquam peccata cognoverit? quod a Deo submoverit ipsemet antea, p. 18 ; Ῥᾳδίως δὲ καὶ δικαίως κακίζει τὸν δικαστὴν ἐκεῖνος, εἰ, φαῦλον μηδὲν αὐτὸς αὐτῷ συνειδὼς, ὑπομένει τὴν τιμωρίαν. Sed verum est τὸ, μαθών, *agnoscens* hic significare. — Vera ut sint, quod arbitramur etiam, quæ modo diximus, constat tamen hujus scriptoris ævo fuisse, qui locum post hanc vitam animabus ac minoribus vitiis expurgandis constitutum cum philosophorum non minimis traderent. Boethius sic certe libro IV, *De consol.* cap. 4 : *Sed, quæso, inquam, te, nullane animarum supplicia post defunctum morte corpus relinquis? Et magna quidem, inquit; quorum alia pœnali acerbitate, alia vero purgatoria clementia exerceri puto*. Nos priorem sententiam tenemus : nimirum, ut morbo impeditis corporis officiis dicatur homo duci divinitus ad agnitionem male actæ vitæ, ut lacrymis eam et pœnitentia emendet. Quam licet morborum causam connumerare iis, quas ex B. Basilio refert Anastasius, nisi titulus fingit auctorem, Sinaita, quæstione 17, et Christianus Grammaticus in B. Matthæum c. XXI. Possis et vitiatum transpositiuncula autumare Æneam, et ita reliquisse : Ἤδη γάρ τις ἐν τῷ ἰδιωτεύειν μικρὰ διαμαρτὼν, τὴν αἰτίαν μαθὼν καὶ ταύτην ἐκδακρύσας, τῆς τῶν μελῶν ἁρμονίας αὐτῷ διαλυθείσης, τῆς ἐν ᾅδου τιμωρίας ἀπηλλάγη. Sane eo modo omnis mora fuerit extrita. Sententiam priorem nostram sequentia unice firmant. De generali enim corporis solutione ad specialia damna descendit. Ba.

(40) *Ταύτην ἐκδακρύσας*. Quod veteres Christiani necessarium omnino arbitrabantur. Paschalius Ratbertus : *Hæc est sola salus animæ et spes certa dolenti, Vulnera cum lacrymis medico reserare supremo*. Antiochus abbas Sermone 107 : *Die ac nocte plorabimus in conspectu Domini, qui fecit nos. Ubi enim lacrymæ, ibi exorabilis Domini clementia... Lacrymæ præsentem exhibent Deo orationem, eamque gratiosam reddunt et acceptabilem..... Rorulentæ aspergines lacrymarum, ut dulcor mellis sunt cordi, aut suave fragrans thymiama apud Deum. Omnimodam ante igitur petitionem necesse sit lacrymarum utaris præsidio ad vitæ obtinendam correctionem*. Joannes Climacus Gradu 7 : *Major ac potentior baptismate post baptisma, etsi audax dictu id videatur, fons lacrymarum est. Illud enim præcedentia delicta nostra purgavit, istud vero posteriora. Atque illud quidem omnes ab infantia acceptum inquinamus, per hoc autem et illud repurgamus. Quod nisi divino munere datum esset omnibus, rarissimi omnino qui salvarentur inveniri potuissent. Mæstitia*

δὲ ἐκκοπεὶς τὼ ὀφθαλμὼ, καὶ παράδειγμα τῆς δίκης τῇδε γενόμενος, μισήσας τὴν τοῦ πάθους ὑπόθεσιν, ἐλεύθερος ἀφείθη.

A Jam vero cum immortalis sit anima, neque ad inferos demissa pœnam effugit : sed isthic maxime ante actæ vitæ vindictam sentit, cum in ima tartara ceciderit, unde nunquam est exitura. Quamobrem improbis insperati lucri vice fuerit, hic ægrotare, egere, servum esse; cum is qui illa perfert in privato vitæ genere, et parum deliquerit, ac deinceps membrorum suorum compactione jam soluta, jamque ejus fortunæ suæ causa cognita ac satis deplorata, a suppliciis inferorum liber et immunis evadat. Alius exsectis oculis factus hic exemplum justitiæ, vitii sui sive perturbationis eventum odio prosecutus ac detestatus, liber etiam ipse evadit.

ΘΕΟΦ. Καλῶς, ὦ γενναῖε, τὰ ἀπόῤῥητα δημηγορεῖς. Ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν, ἠδίκει γὰρ τῶν ὀφθαλμῶν ἀφῄρηται· τὸ δὲ παιδίον τυφλὸν ἄρτι τεχθὲν, εἰ μὴ προβεβίωκεν, οὐδὲν προδιήμαρτε· πῶς γάρ. Πόθεν οὖν, εἰπέ μοι, τῶν ὀφθαλμῶν ἡ νόσος;

THEOPH. Egregie tu quidem abstrusas illas atque abditas res exponis. At ille de quo dixeras, quia fecerat injuriam alteri, ideo privatus est oculis : puer autem qui recens natus, cæcus est, quando antea nec vixit, nec peccatum commisit
B ullum : quibus de causis, dic sodes, oculorum morbo gravatur?

ΑΞΙΘ. Τούτων ἔγωγε τὰ πολλὰ, σώματος συντυχίαν (41), οὐ ψυχῆς τιμωρίαν, εἶναι λογίζομαι. Τῆς γὰρ ἀρχῆς μὴ ἀρχούσης (42), ἀνάγκη τὰς ἑπομένας συμφύρεσθαι (43). Τί γὰρ συνέχοι διαλυθέντος ἐκείνου ἐξ οὗ τὸ ὅλον ἐξήρτηται; Εἰ μὲν οὖν ἡ τοῦ σπέρματος ἀρχὴ, καὶ δύναμις τῆς ὕλης ἐπικρατεῖ (43*), συνιστάμενον ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦντος καὶ σχηματιζόμενον καὶ διακοσμούμενον, καλὸν τὸ κύημα (44) καὶ οἷον ἔμψυχον ἄγαλμα γίνεται (45). Τῆς δὲ γονῆς μαραινομένης θερμότητος ἐνδείᾳ, καὶ τῆς ὕλης ἐπανισταμένης ὑγρότητος περιουσίᾳ, τὸ ὕδωρ (46) ἐπικλύζεται, καὶ μᾶλλον ὀλισθαίνει, καὶ ὅλως κατέδυ. Καὶ εἰς τοὐναντίον ἀνάγκη τὸ φυόμενον (47) μεταβάλλειν. Ἐναντίον δὲ, δυνάμει μὲν ἀδυναμία, τῷ δὲ C ἐῤῥωμένῳ τὸ διεφθαρμένον, τῷ δὲ ὑγιεινῷ τὸ νοσερόν· καὶ ταύτῃ μᾶλλον τὰ ἀσθενῆ καὶ τερατώδη καὶ λελωβημένα τῶν παίδων γίγνεται. Ἐντεῦθεν τοῦ μὲν περιττὸς δάκτυλος ἐξῆρται (48), τοῦ δὲ ἀφῄρηται· καὶ τὸ μὲν παρῆλθε τὴν φύσιν (49)· τὸ δὲ

AXITH. Quæ sunt hujus generis seu miseriæ seu ægritudines, eas ego potius ex aliquo corporis infortunio, quam animæ puniendæ causa arbitror evenire. Etenim ex principio deficiente et debili quæcunque consequuntur, confusa ac manca sint necesse est. Quid enim sibi cohæreat, eo ipso ex quo totum desumptum est, dissoluto? Ergo si principium seminis et ipsa materiæ vis præpolleat, quod coagmentatum est et affabre effictum et exornatum ab opifice procreante, id ipsum fetus pulcherrimus ac quasi viva quædam statua exsistit. At humano semine propter caloris inopiam tabescente, et materia per nimium humorem turbata, aquis totum corpus illud quasi undis obruitur, tantoque magis cadit ac suffocatur. Quo fit uti necesse sit id quod nascitur, in contrarium converti. Contraria vero sunt, robori debilitas : ei quod salvum est, id quod periit : sano et incolumi, quod morbidum est et ægrum. Atque hac ratione potissimum accidit, ut

et gemitus ad Dominum clamant, et timoris lacrymæ legatione funguntur. Quæ ὑπερβολικῶς tamen dicta sunt; ut illud genus ea quæ laudat impetu mentis defixo commendare solet, sæpe immemor altiorum quæ deprimit elevandæ propositæ rei. Certum facere animum conciliati Dei lacrymas docet Germanus abbas exemplo suo, apud Cassianum, collat. 9, c. 28 : *Frequenter*, inquit, *recordatione delictorum meorum obortis lacrymis ita sum hoc ineffabili, ut præfatus es, gaudio, visitante domino, vegetatus,* D *ut desperare me illorum veniam non debere lætitiæ ipsius magnitudo dictaret : quo statu nihil reor esse sublimius.* Laurentius Novariensis, homil. 1 : *Peccatum corpus incestat? nunc aquam habet contrariam. Ubi? nonne in oculis? et merito de corpore de oculis stillat aqua quæ totius corporis contractas dissolvit et abluit fœditates.* Et ita infinitis locis sancti Patres. Illam hyperbolen Climaci medicari possis iis, quæ notat vir doctissimus Jac. Pontanus ad Simeonis abbatis S. Mamantis ad Xylocercum, orationem 30, etiam majora lacrymis ascribentem. Scitum autem lacrymas hoc genus medicamenti etiam loco fuisse, ut exemplum est apud Augustinum lib. XXII. *De civitate Dei*, c. 8. Sed de istis nos alibi universim. BA.

(41) *Σώματος συντυχίαν*. Corpori quidpiam non citra consuetudinem accidens. Συντυχία, ἡ κατὰ τύχην ἔκβασις· *casus* : Cyrillus glossographus. BA.

(42) Non principante principio; ordine principali naturæ imperio suo et gubernationi non relicto. Id accidit defectu vel vitio necessariæ materiæ, aut alioquin impedito cursu necessario. BA.

(43) CC. P. τὰ ἑπόμενα συμφ.

(43*) CC. P. ἐπικρατῇ.

(44) *Τὸ κύημα*. Quid hac voce notetur, vide Jos. Scaligeri Diatribam in Commentarium Melch. Guilandini de papyro. BA.

D (45) Vide Etymologum et alios. Simulacrum perfectam formam corporis notat; scilicet acerrima cura elaborata res. Petronius cap. 126 : *Dominam producit e latebris, laterique applicat meo mulierem omnibus simulacris emendatiorem.* Hinc formam excellentissimam, at anima velut carentem, imaginem vocat Martialis, lib. II, epigramm. 102. Tali cum vita accedat, perfectissimum exit opus, ut ἔμψυχον ἄγαλμα homo sit omnibus numeris absolutissima forma. BA.

(46) CC. P. εἶδος.

(47) *Τὸ φυόμενον*. Quod parabatur a natura, nascebatur, fiebat intus; τὸ φυόμενον, nondum factum, sed fieri jam incœptum aut incipiens. BA. CC. P. non habent μεταβάλλειν.

(48) CC. P. ἐξήρτηται.

(49) *Τὸ μὲν παρῆλθε τὴν φύσιν*. Excedit naturam, superfluo nimirum aliquo; vel ut non secundum eam procedat atque progignatur. BA

multi infantes, imbecilles et monstri similes et mutili nascantur. Unde etiam alius digito uno abundat, alius uno caret : et alius quidem secundum naturam, alius obverso tergo in lucem prodit : tum alius vel ex parentum vel cognatorum aliquo tabidum aliquid sibi contraxit. Ac rursus oculus alii imperfectus mansit, alii detortus fuit : nec defuere quibus dextræ contractæ essent. Quorum aliqui ad summum sapientiæ culmen ascenderunt : nec corporis vitio quominus isthuc pervenirent, impediri 642 potuere ; aliqui vero in malitiam lapsi, non quæatque vellent, peccare possunt : estque illis hoc corporis incommodum, quasi quædam animæ eorum divinitus attributa custodia : videturque rem recte reputantibus saluti potius esse quam damno. Qui vero in tenebris oberrant, et suæ ipsorum animæ oculum mancum atque imperfectum haud respiciunt, illi solent cæci illius animam, quasi pœnis inferorum affecta jam esset, sic contemptam atque abjectam judicare.

A κατόπιν (50) ἐγένετο· καὶ ὁ μὲν, ἐκ γένους τι φθινῶδες ἐπισύρεται· τοῦ δὲ ἀτελὴς ὁ ὀφθαλμὸς διέμεινεν· ὁ μὲν τοὺς πόδας διέστραπτε (51)· ὁ δὲ συνεσταμένην (52) εὗρε τὴν δεξιάν. Καὶ τούτων οἱ μὲν εἰς ἄκρον φιλοσοφίας ἀνέβησαν· καὶ οὐδὲν ἐμποδὼν ἐγένετο παρακεκομμένον τὸ σῶμα· οἱ δὲ εἰς κακίαν ἐκπεπτωκότες, οὐ πράττουσιν ὅσον ἐθέλουσιν. Καὶ γίγνεται ψυχῆς αὐτοῖς φυλακὴ ἡ τοῦ σώματος βλάβη, καὶ σωτηρία μᾶλλον ἢ τιμωρία τὸ πάθος τοῖς ὁρῶσιν ἐφάνη. Οἱ δὲ οἷον ἐν σκότει πλανηθέντες, καὶ τῆς αὐτῶν ψυχῆς τὸ ὄμμα πεπηρωμένον καὶ ἀτελὲς καταλείποντες (53), τοῦ τυφλοῦ τὴν ψυχὴν, ὥσπερ ἐν ᾅδου τιμωρουμένην ἤδη κακίζουσιν.

Verum aliam etiam occultam rationem possum tibi referre : Non in eas solum quæ modo ante pedes sunt res, Providentiæ lex animadvertit : verum etiam in eas quæ longo post tempore evenient, prospicit : tum quæ quibusque convenientia sunt atque digna, ea ut eveniant, decernit. Hunc quidem quoniam durus in servos herus futurus esse videbatur, servum fieri permisit : illum vero quod male esset usurus opibus, pauperem reliquit atque egenum. Ille quia decepturus et adulaturus, ac falsos statim damno affecturus erat capite in quo animæ sedes ac vis est, læsus atque ictus est : unde eum ipsum ratio defecit, ipseque stolidus atque imprudens evasit. Alii rursus proclivi ad cædem facto dextra contabuit : eoque factum est sibi tranquille potius pacateque vivendum ut putet. Sed prodeat in medium cæcus ille puer, qui ratione duce alias uti solet : quo de nobis antea quoque sermo. Hic si suorum haberet oculorum usum, illum certe haberet lascivum atque impudicum. Quare ei Providentia oculos clausit, hacque plaga ipsum affectum

B Ἔχω δέ σοι καὶ ἕτερον (54) ἀπόῤῥητον διεξιέναι· Οὐ τὸ παρὸν μόνον βλέπει τῆς Προνοίας ὁ νόμος, ἀλλὰ καὶ τὸ μέλλον γίγνεσθαι (55), καὶ οἷς προσήκει, καὶ τὴν ἀξίαν ἐκεῖθεν τάττει· τὸν μὲν, γενέσθαι δοῦλον ἀφῆκε· χαλεπὸς γὰρ ἂν δεσπότης ἐφάνη· τὸν δὲ, πένητα καταλέλοιπε· κακῶς γὰρ ἂν ἐχρήσατο τῷ πλούτῳ (56). Ὁ δὲ (ἔμελλε (57) γὰρ ἐξαπατᾷν καὶ κολακεύειν, καὶ ὀξέως πρὸς ἀπάτας ἐξάγειν τὸν πεσόντα [58]), συνεθλάσθη τὴν κεφαλὴν, ἔνθα μάλιστα τῆς ψυχῆς ἡ ἐνέργεια, καὶ ὁ λόγος ἤργησε, καὶ ἀνόητος διέμεινεν. Οὗτος ὁ ἄνθρωπος οἱονεί τις πρὸς φόνον ἕτοιμος γενόμενος, ἀναινομένης αὐτῷ τῆς δεξιᾶς, ἡσυχίαν ἄγειν ἠγάπησεν. Ἡκέτω δὲ ἡμῖν εἰς μέσον ὁ τυφλὸς παῖς, περὶ οὗ ὁ λόγος. Χειραγωγούμενος τῷ λόγῳ οὗτος, ἀκολάστοις ὀφθαλμοῖς χρήσεται, εἰ χρήσεται. Διὸ συγκεκλεῖσθαι συνεχώρησεν· C τοῦτο τῷ πεπονθότι συνήνεγκε· καὶ ὁ τυφλὸς ἐκεῖνος τοῦ λυγκέως εὐδαιμονέστερος (59), εἰ δικαιότερος γένοιτο. Οὐ πολλοῖς δὲ τοῦτο συμβαίνει· οὐ γὰρ ἔδει πολλὰ παρὰ φύσιν συγχωρεῖν γίγνεσθαι· ὡς ἂν μὴ συνταραχθείη (60) φύσιν, ἣν αὐτὸς ἔταξεν. Ἔδει δὲ

(50) *Κατόπιν ἐγένετο.* Sensus esse debet interpretationi : et hoc quidem præterit, excedit naturam ; alterum deficit, ejus ope destitutum legitima. Κατόπιν ἐγένετο, ante tempus nascitur ; παρῆλθε τὴν φύσιν, legitimum tempus excedit. Κατόπιν etiam de præteritis et anticipantibus dici notant lexicographi. At nos sensum hic Suidæ secuti sumus. Κατόπιν, inquit, μετὰ ταῦτα, ἀπὸ τοῦ ὄπισθεν εἶναι· ἀλλὰ κατόπιν ἧκε τοῦ καιροῦ, etc. Bo.

(51) CC. P. διέστραπται.

(52) CC. P. συνεσταλμένην.

(53) CC. P. καταλιπόντες.

(54) Add. λόγον.

(55) Inde dicta Providentia, velut longe prospiciens, non prævidentia. Boethius lib. v, cap. 6 : *Si præscientiam pensare velis, qua cuncta dignoscit, non esse præscientiam quasi futuri, sed scientiam nunquam deficientis instantiæ, rectius æstimabis : unde non prævidentia, sed providentia potius dicitur, quod, porro ab rebus infimis constituta, quasi ab excelso rerum cacumine cuncta prospiciat.* Bo.

(56) CC. P. ἐχρήσατο πλούτῳ

(57) CC. P. ἤμελλε.

(58) CC. P. καὶ ὀξέως τὸν προσπεσόντα θηρεύειν.

THEOPH. Inopinatum et rarum hoc est quidem, sed ei qui factum viderit, fidem non habere, nec facile nec fas est.

ΑΞΙΘ. Ἔχω δέ σοι καὶ ἕτερόν τι λέγειν, ἀλλ' ἄκουε, ὅπερ ἐγὼ τεθέαμαι. Ἀνδρὸς ἀγαθοῦ μαθητὴς οὐ φαῦλος ὑπῆρχεν, ἀλλὰ τὸ τῆς ψυχῆς κάλλος ἔχων, τῶν ὀφθαλμῶν ἐστέρητο (41)· ἐπειδὴ δὲ τὸν βίον μεταλλάττειν ἔμελλεν (42) ὁ διδάσκαλος, παρεστὼς ὁ τυφλὸς, ἐδεῖτο βοηθεῖν αὐτῷ ὅ τι ἔχοι. Ὁ δὲ ἔφη· Εἰ ἀληθὴς ἐμοὶ δόξα (43), εἴθε εὐμενὴς (44), ἑβδόμῃ ἡμέρᾳ τῆς ἀχλύος διαλυθείσης, τουτονὶ θεωρήσεις τὸν ἥλιον. Τοσοῦτον εἰπὼν ὁ γέρων ἀπέπνευσε. Καὶ οὐκ ἀπέβη ἄλλως αὐτῷ· ἀλλ' ἡμέραι (45) ἑπτά· ὁ δὲ τυφλὸς ἐκεῖνος τέως χειραγωγούμενος, ἐξαίφνης ἐθαύμασε τοῦ ἡλίου τὴν ἀκτῖνα· καὶ ἂν λαβὼν (46) τὰ λόγια, καὶ ἀναγνοὺς δημοσίᾳ κατεπλήγη (47) τὸν θεατὴν, καὶ πείθει φιλόνεικον ἀκροατὴν, καὶ ὡς ἀθάνατος ἡ ψυχὴ, καὶ ὅτι μετὰ καλῆς τροφῆς καὶ παιδείας ἀπελθοῦσα, τὸ τεθνηκὸς τοῦ σώματος διανίστησιν.

AXITH. Est etiam aliud quod tibi commemorem: idque ipsum quoniam his oculis vidi, ut audias C perquam velim. Fuit boni cujusdam viri discipulus minime malus. Is animi venustate præstabat quidem, sed oculorum sensu carebat. Igitur ut magister jam vitam cum morte commutaturus esset, cæcus assistens illi, rogabat, uti sibi ad recipiendum visum opem ferret. Ille vero, si verum est, inquit, quod ego mihi persuadeo, sicque Deus erit propitius: septimo abhinc die, soluta hac caligine, certe solem videbis. Tantum effatus senex, animam exhalavit. Nec secus res evenit, quam quod die septima cæcus ille qui hactenus manu ductabatur, repente solis radios, dictu mirum, aspexit, et librum sumptum publice legit: eoque in stuporem omnium animos convertit; et auditori contentioso, quod anima sit immortalis, quodque bene hic nutrita D atque educata, ac deinceps hinc digressa, corpus mutuum sit suscitatura, facile persuasit.

ΘΕΟΦ. Εὐδαίμων εἶ, καί σοι (48) τοῦ λόγου καὶ τῆς θέας συνήδομαι.

THEOPH. Equidem te felicem judico, tibique et de ea tua persuasione et de eo quod hoc videris, gratulor.

(38) Ex CC. inserendum ὡς οὖν.
(39) CC. P. οὕτω τὸ ἔργον.
(40) CC. P. τουτὶ δέ.
(41) Summam corporis deformitatem collocat in oculorum privatione. Multa huc facientia alibi notavimus. Ipsi morti cæcitatem comparat Sophocles Œdipo Colonæo, ubi ait Œdipus, cæcitatem suam deplorans [110]: Οἰκτείρατ' ἀνδρὸς Οἰδίπου τόδ' ἄθλιον Εἴδωλον· οὐ γὰρ δὴ τόδ' ἀρχαῖον δέμας. Amisso visu, non se jam suum habere corpus autumat miserrimus, sed esse umbram solam pristini se illius Œdipi. Et sic Œdipum eumdem ablatis sese oculis occidisse dicit cap. 242 Hyginus. Non enim verum est eum sibi manus intulisse. Ba.
(42) CC. P. ἤμελλεν.
(43) *Εἰ ἀληθὴς ἐμοὶ δόξα.* Gloriam suam dicit conversationem a morte cum beatis, cujus gratia omnia vivens isthic spreverat. Δόξαν etiam doctrinam simpliciter capere possis, ut δόξα Arrianorum in Procopii, mox ascribendis. At τῶν παλαιῶν δόξαι supra, etc. Ba.
(44) CC. P. εἰθεὸς εὐμενής.
(45) Ex CC. P. inserendum μέν.
(46) CC. P. ἀναλαβών.
(47) CC. P. καταπλήττει.
(48) Ex CC. P. inserendum τῆς θέας.

663 AXITH. Atque hæc quidem apud nos ita A sunt facta : sed etiam ejusmodi multa, alibi cum facta sunt olim, tum adhuc fient. Quod autem heri, et quidem paulo ante factum est, id, opinor, ipse quoque vidisti.

THEOPHR. Quid id est, cedo?

AXITH. Magnam Lybiam dura premi tyrannide. Ac quoniam tyrannis humanitatem sive benignitatem, et sanam atque veram de rebus sententiam admittit; sane tyrannus criminis in loco ducit eorum qui ipsius imperio subsunt, pietatem : jubetque, illud tam præclarum ac bonum dogma sacerdotes abnegare : iis qui non obtemperant, proh scelus, charam Deo linguam exscindit : Terei illius de quo scriptum est in fabulis, exemplum imitatus, qui cum vim virgini fecisset, et accusationem sce- B leris declinare studeret, linguam exsecuit. At virgo peplo facinus intexit, et exponit arte, cum natura ut eloqueretur non daret. Illi vero de quibus nobis est oratio, nec peplo opus habent, sed ipsius naturæ Conditorem implorant, qui recentiorem eis

ΑΞΙΘ. Ταῦτα μὲν παρ' ἡμῖν. Γέγονε δὲ καὶ ἄλλ' ἄττα τοιαῦτα, καὶ γενήσεται (49). Τὸ δὲ χθὲς καὶ πρώην γενόμενον, καὶ αὐτὸς, οἶμαι, τεθέασαι.

ΘΕΟΦ. Τὸ ποῖον δὴ λέγεις;

ΑΞΙΘ. Τὴν μεγάλην Λιβύην πικρὰ κατέχει τυραννίς (50). Ἄπιστον δὲ τυραννίδι φιλανθρωπία καὶ ἀληθεῖς δόξαι (51)· ὁ γοῦν τύραννος ἔγκλημα ποιεῖται τὴν τῶν ἀρχομένων εὐσέβειαν, καὶ τοῦτο (52) καλὸν δόγμα τοὺς ἱερέας ἀρνεῖσθαι κελεύει· οὐ πειθομένων δὲ, ὢ τῆς ἀσεβείας! θεοφιλῆ γλῶτταν ἐκτέμνει. Καθάπερ ὁ τοῦ μύθου Τηρεὺς, βεβιασμένης παρθένου προανελεῖν κατηγορίαν οἰόμενος, τὴν γλῶτταν ἀπέκειρεν. Ἀλλ' ἡ μὲν κόρη ἐνυφαίνει τῷ πέπλῳ τὸ δρᾶμα, καὶ ἑρμηνεύει τῇ τέχνῃ· οὐ γὰρ ἔτι λαλεῖν παρέσχεν ἡ φύσις. Οἱ δὲ, πέπλου καὶ τέχνης οὐδὲν δεηθέντες, τὸν τῆς φύσεως καλοῦσι Δημιουργόν· ὁ δὲ νεωτέραν αὐτοῖς φύσιν ἡμέρᾳ τρίτῃ χαρίζεται· οὐ γλῶτταν ἑτέραν διδοὺς, ἀλλ' ἄνευ γλώττης σαφέστερον ἢ πρότερον διαλέγεσθαι (53). Ἐγὼ δ' ἐπειθόμην

(49) CC. ταῦτα μὲν παρ' ἡμῖν γέγονε· καὶ ἄλλοθι τοιαῦτα πλεῖστα καὶ γέγονε καὶ γεν.

(50) Tyrannidem Vandalicam notat, quæ, cum in omnibus chronologiis veterum annotata sit, ætatem Æneæ nostri, qui eam oculis contemplatum sese ait, manifesto indicio prodit. De tyrannide ipsa pulchre Victor Uticensis [Vitensis] eorumdem temporum auctor. BA.

(51) CC. P. λόγοι.

(52) CC. P. τουτὶ τὸ καλόν.

(53) *Ἄνευ γλώττης σαφέστερον.. διαλέγεσθαι.* Idem de Romano martyre tradit Prudentius, poemate in ejus martyrium longe pretiosissimo. De eodem autem hoc negotio Victor Tunnunensis in Chronico, p. 25; vel in Canisii *Lectt. Antiqq.* t. I, p. 324 : *Zenone Augusto consule, Hunericus Vandalorum rex; persecutioni per totam Africam nimis insistens,... jam non solum sacerdotes, et cuncti ordinis clericos, sed et monachos atque laicos quatuor circiter millia exsiliis durioribus relegavit, et confessores ac martyres facit, confessoribusque linguas abscidit. Quos confessores quod linguis abscissis perfecte finem ad usque locuti sunt, urbs Regia attestatur, ubi eorum corpora jacent.* Ita alii multi. Miraculum præsens etiam vidisse testatur Marcellinus comes; illud insuper addens inter eos fuisse natura mutum, qui, post linguæ exsectionem, demum fuerit locutus. Verba sunt (p. 42) : *Tunc idem rex Hunericus unius catholici adolescentis vitam a nati-* D *vitate sua sine ullo sermone ducentis linguam præcipit excidi; idemque mutus quod sine humano auditu Christo credens fide didicerat, mox præcisa sibi lingua locutus est, gloriamque Deo in primo vocis suæ exordio dedit. Denique ex hoc fidelium contubernio aliquantos ego religiosissimos viros præcisis linguis, manibus truncatis, apud Byzantium integra voce conspexi loquentes.* Aliud miraculum addit Procopius, qui et ipse coram vidit hos confessores Byzantii, I *Vandalicorum*, c. 8; p. 196 : Γέγονε δὲ Ὁνώριχος ἐς τοὺς ἐν Λιβύῃ Χριστιανοὺς ὠμότατός τε καὶ ἀδικώτατος ἀνθρώπων ἁπάντων· βιαζόμενος γὰρ αὐτοὺς ἐς τὴν Ἀρειανῶν μετατίθεσθαι δόξαν, ὅσους ἂν λάβοι οὐχ ἑτοίμους αὐτῷ εἴκοντας ἔκαιέ τε καὶ ἄλλαις θανάτου ἰδέαις διέφθειρε· πολλῶν δὲ καὶ τὰς γλώσσας ἀπέτεμεν ἀπ' αὐτῆς φάρυγγος, οἳ ἔτι καὶ ἐς ἐμὲ περιόντες ἐν Βυζαντίῳ ἐχρῶντο ἀκραιφνεῖ τῇ φωνῇ, οὐδ' ὁπωστιοῦν ταύτης δὴ τῆς τιμωρίας ἐπαισθανόμενοι· ὧν δὴ δύο, ἐπειδὴ γυναιξὶν ἑτέραις πλησιάζειν ἔγνωσαν, οὐκέτι φθέγγεσθαι τὸ λοιπὸν ἴσχυσαν. Justinianus imperator [Cod.] l. I *De offic. præfecti præt.* (Africæ, tit. 27) se quoque hos homines vidisse autumat : *Vidimus venerabiles viros, qui abscissis radicitus linguis pœnas suas miserabiliter loquebantur.* Quam legem innuens libro XVIII, cap. 11 (p. 749, B) perperam Justino ascribit Nicephorus Callisti. Posse autem et aliter intelligi non nescimus. Freculfus, t. II, lib. V, cap. 20 : *Qua tempe-* C *state Hunericus rex Vandalorum Arianus catholicas ecclesias clausit, plebem variis affecit suppliciis. Et quidem innumeris manus abscindens et linguas, nec tamen loquelam catholicæ confessionis eripere potuit.* Victor Uticensis [Vitensis] libro III : *præcepit ut in medio foro, congregata illuc omni provincia, linguas eis et manus dextras radicitus abscinderet. Quod cum factum fuisset, Spiritu sancto præstante, ita locuti sunt et loquuntur quomodo antea loquebantur. Sed si quis incredulus esse voluerit, pergat nunc Constantinopolim, et ibi reperiet unum de illis subdiaconum Reparatum sermones politos sine ulla offensione loquentem. Ob quam causam venerabilis nimium in palatio Zenonis imperatoris habetur, et præcipue regina mira eum reverentia veneratur.* Ecce testes irrefragabiles. Gregorius Magnus, modo titulo fides sit, libro III *Dialogorum*, cap. 32, sese ipsum etiam novisse Constantinopoli tradit seniorem episcopum, qui viderit audiveritque eosdem confessores sine linguis loquentes, additque, sed D mutilum, Procopianum illud de uno ob libidinem loquentia privato. Miraculum vero idem aliis quoque contigisse lectu observavimus; ut Romano de quo Prudentius. De eodem Eucherius (Serm. de S. Romano) : *Licet intrinsecus honorabile labiorum perierit ornamentum, peragunt tamen alienum labia, moderante Deo, servitium; sine pulsu solito in eloquium commoventur; seque sine plectro suo Christum resonare mirantur... Ecce elinguis præco auctorem rerum, muto licet ore, non reticet.* Sic legenda elegantissimi auctoris verba, quæ bis vulgo sub nomine Eusebii Emisseni vitiata circumferuntur. De Aphrodisio commentariensi, milite Christi temporum, paria scribunt martyrologi. Notkerus (inter Canisii *Lectt. Antiqq.* t. II, part. III, p. 171) in Kalendis septembribus : *Simul cum Longino coronatus est Aphrodisius commentariensis, qui, etiam post abscissionem linguæ, Christum expedite loquebatur.* BA.

ὡς ἀδύνατον αὐλητὴν ἐν ἀπορίᾳ τῶν αὐλῶν, αὐλητικὴν ἐπιδείκνυσθαι· ἀδύνατον δὲ κιθαρῳδὸν ἐν ἀπορίᾳ τῆς κιθάρας, μουσικὴν ἐργάζεσθαι· νῦν δέ με (54) τουτὶ τὸ καινὸν θέαμα ἀναγκάζει μετανοεῖν, καὶ μηδὲν τῶν ὁρωμένων πεπηγέναι νομίζειν, εἰ Θεὸς ἐθέλει μετακινεῖν. Εἶδον ἔγωγε τοὺς ἄνδρας, καὶ λαλούντων ἤκουσα, καὶ τῆς φωνῆς τὸ ἔναρθρον θαυμάζων, τὸ τῆς φωνῆς ὄργανον ἐζήτουν· καὶ τοῖς ὠσὶν ἀπιστῶν, τοῖς ὀφθαλμοῖς ἐπέτρεπον τὴν κρίσιν, καὶ τὸ στόμα διανοίγων (55), ὅλην ἐκ ῥιζῶν (56) ἀνασπασθεῖσαν ἐθεώρουν τὴν γλῶτταν· καὶ ἐκπλαγεὶς ἐθαύμαζον, οὐχ ὅπως τὸν λόγον συνήρμοσαν, ἀλλ' ὅπως ἐσώθησαν. Τοῦτο καὶ τοῦ ἀγνώμονος λυέτω τὴν ἀπιστίαν· εἰ σώματα πεσόντα διανίσταται. Ἐκεῖ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ὄντων ἡ τῶν σωμάτων ἀνάστασις· ἐνταῦθα δὲ ἐξ οὐκ ὄντων ἡ τῆς φωνῆς ἁρμονία, εἰ ταῦτα δρῶσι. Τίς οὕτως ἠλίθιος ὥστε μὴ οἷς ἐκεῖνοι γινώσκουσιν, ἀκολουθεῖν;

naturam die tertia post largitur : non dato quidem alterius linguæ, sed facultatis sine lingua articulatius quam unquam antea quod vellent eloquendi munere. Ego vero putabam fieri non posse, ut tibicen carens tibiis artis suæ specimen ullum daret : itemque citharœdus destitutus cithara, musicam artem exerceret. At novum hoc spectaculum cogit me sententiam illam mutare, nihilque earum quæ videntur rerum, fixum ac firmum existimare, si quidem id Deus loco suo movere velit. Ipse ego hos viros vidi, et loquentes audivi, et vocem adeo articulatam esse posse miratus sum : instrumentum vocis inquirebam : et auribus non credens, oculis judicandi munus remisi, atque ore aperto linguam totam radicitus evulsam vidi, ac stupefactus mirabar, non sane quo pacto vocem conformarent, sed quomodo conservati essent. Atque hoc ipsum etiam imperiti cujusque ad credendum duritiem emolliret : ac doceret, verum ne sit quod dicimus, corpora collapsa resurgere. Illic enim ex iis quæ exsistunt rebus, corporum resurrectio exsistit : hic vero ex iis quæ nusquam sunt rebus, harmonia vocis efficitur. Ac certe iis quæ ferunt, quæque norunt illi, quis nisi plane stupidus non accedat atque acquiescat?

ΘΕΟΦ. Πῶς γὰρ ἔμελλεν, ὦ φιλότης; ἀλλ' εἰπέ μοι, πόθεν οἱ σοφοὶ μαθόντες ἀναπείθουσι τοῖς ἔργοις ἃ τοῖς λόγοις προδιδάσκουσι (57);

THEOPH. Quid enim faceret, o charissime? verum dic mihi, unde hæc illis sapientibus est cognitio atque facultas, ut factis asseverent quæ verbis docent?

ΑΞΙΘ. Θεός, ὦ γενναῖε, Θεὸς μείνας ὅπερ ἦν, διὰ φιλανθρωπίαν ἄνθρωπος γενόμενος, τὴν τοῦ λόγου σοφίαν, καὶ τοῦ ἔργου τὴν δύναμιν τοῖς ἐπιτηδείοις (58) ἐνέπνευσε. Καὶ αὐτὸς πρῶτος οἷα Θεὸς ἀναστήσας τὸ ἑαυτοῦ σῶμα πρὸς ἀθανασίαν, κοινὴν τὴν δωρεὰν ἅπασιν ἐπαγγέλλεται. Ψευδολογίας δὲ ἁλῶναι, οὐδὲ ἄνδρα σοφὸν θέμις, μήτι γε Θεόν. (59) Ὁ τοῖς ἐκείνου νόμοις πειθόμενος, Θεὸς ἄμβροτος (60) οὐκ ἔτι θνητός. Ὥστε τῆς ἀθανασίας μεταλαχόντα, ταῖς νοεραῖς οὐσίαις ταὐτὸν ἐργάζεσθαι· καὶ σεμνῶς ἤδη τῷ μεγάλῳ βασιλεῖ παρεστάναι, καὶ βεβαίως πανταχοῦ συνέπεσθαι.

AXITH. Deus, o optime, id ipsum quod est, manens, amore nostri generis homo factus est, verbi sapientiam et operis potentiam iis qui sunt ad percipiendum apti, inspiravit. Atque hic ipse primus, ut qui Deus est, suum ipsius corpus ad immortalem vitam resuscitavit, idque munus deinceps omnibus commune pollicetur. Mendacii vero arguere sapientem virum, nedum ipsum Deum, fas non est. Quin etiam quasi Deus immortalis evadit, nec mortalis est amplius, quisquis Dei legibus obtemperat. Est enim immortalitatis munus, et ut idem quod mente præditæ substantiæ solent, agit jam adeptus ; nempe ut magnifice regi maximo astet, eumque constanter et quocunque sequatur.

ΘΕΟΦ. Πείθομαι. Ἤδη γὰρ τῆς εὐμενείας αἰσθάνομαι τοῦ Θεοῦ. Ἀλλὰ χαιρέτω μὲν Ἀκαδημία· πρὸς ἐκεῖνον δὲ ἴωμεν. Αὐτὸς γὰρ ὁ Πλάτων μέχρι τούτου κελεύει πείθεσθαι Πλάτωνι, ἕως ἂν αὐτοῦ σοφώτερος ἀναφανῇ (61). Θεοῦ δὲ σοφώτερον οὐδέν.

THEOPH. Credo. Jam enim quemdam divinæ gratiæ sensum percipio. Itaque valeat Academia, potiusque ad ipsum eamus : quando ipse etiam Plato eo usque sibi credendum dicit, dum quis ipso sapientior adveniat. At Deo sapientior est nemo.

(54) CC. P. νῦν δὲ τουτί.

(55) *Τὸ στόμα διανοίγων*. Gregorius de illis suis ejusdem martyrii personis (Dialog. 3, c. 32) : *Hi eo tempore profugi ad Constantinopolitanam urbem venerunt. Eo quoque tempore quo pro explendis responsis Ecclesiæ ad principem ipse transmissus sum, seniorem quemdam episcopum reperi, qui se adhuc eorum ora sine linguis loquentia vidisse testabatur, ita ut apertis oribus clamarent : Ecce videte quia linguas non habemus et loquimur. Videbatur enim a respicientibus, ut ferebat, quia abscissis radicitus linguis quasi quoddam barathrum patebat in gutture; et tamen ore vacuo plena ad integrum verba formabantur.* Ba.

(56) *Ὅλην ἐκ ῥιζῶν*. Eadem medicus Asclepiadæ in Romano Prudentii (Peristeph. 10, 981...) Ba.

(57) Ex CC. P. hic inserendum. Μηδεὶς περὶ Θεοῦ διαλεγέσθω, μὴ παρὰ τοῦ Θεοῦ τοῦτο μαθών. Τούτους γοῦν ἀμέλει τοὺς σοφοὺς ταῦτα ποιεῖν καὶ λέγειν οὐκ Ἰταλὸς ἀνὴρ ἐκδιδάσκει, οὐδ' Ἕλλην, οὐδὲ Χαλδαῖος, οὐδὲ Αἰγύπτιος.

(58) *Τοῖς ἐπιτηδείοις*. Qui student sanctificare vitam suam universam et vanitatis opera seponunt. Vide priorem Petri capite primo. Ba.

(59) Ex CC. P. inserendum, καί.

(60) *Θεὸς ἄμβροτος*... Est ex Aureo Pythagoræ Carmine [71]. De miraculis Sanctorum plena omnis antiquitas. Ba.

(61) Plato Timæo, pag. 72 : Τὰ μὲν οὖν περὶ τῆς ψυχῆς ὅσον θνητὸν ἔχει καὶ ὅσον θεῖον, καὶ ὅπῃ καὶ μεθ' ὧν καὶ δι' ἃ χωρὶς ᾠκίσθη, τὸ μὲν ἀληθές, ὡς εἴρηται, Θεοῦ ξυμφήσαντος, τότ'

AXITII. Jam quoniam isthuc venimus, sacrificium gratiarum actionis Deo offeramus : non hecatomben, ut apud Athenienses, Minervæ : nec formicam, ut in Isthmo, Soli et Neptuno : sed perpurgata mente, quo Deo similes evadamus. Impuris enim quæ pura sunt, attingere nefas existimatur.

O Rex, et Pater, et Conditor omnium, o prima Sapientia Patris et Verbum, per quod is omnia produxit. (Qua enim re alia quam sapientia et Verbo Deus omnia creat?) O Spiritus sancte, per quem Deus omnibus aspirat, omnia comprehendit ac conservat, et ad suam perfectionem adducit : O divina Trinitas et sancta unitas : des nobis supernæ illius pulchritudinis memoriam, des omnibus æternitatem. Sed jam satis precati sumus. Itaque hinc eamus.

ΑΞΙΘ. Ἀλλ' ἐπειδὴ πεπείκαμεν, χαριστήρια τῷ Θεῷ θύσωμεν· οὐχ ἑκατόμβην ὡς παρὰ Ἀθηναίοις τῇ Ἀθηνᾷ, οὐδὲ μύρμηκα (62), ὥσπερ ἐν Ἰσθμῷ Ἡλίῳ καὶ Ποσειδῶνι (63)· ἀλλὰ τὸν νοῦν ἐκκαθαίροντες, ὡς αὐτῷ τῷ Θεῷ προσεικάζεσθαι. Μὴ θεμιτῷ (64) γὰρ καθαροῦ ἐφάπτεσθαι οὐ θεμιτὸν εἶναι νομίζεται.

Ὦ Βασιλεῦ, καὶ Πάτερ (65), καὶ Δημιουργὲ τῶν ὅλων! ὦ πρώτη σοφία τοῦ Πατρὸς καὶ Λόγε, δι' οὗ τὰ πάντα προήγαγε. [Τίνι γὰρ ὁ Θεὸς ἢ Σοφίᾳ καὶ Λόγῳ δημιουργεῖ;] Ὦ Πνεῦμα ἅγιον, δι' οὗ ὁ Θεὸς ἅπασιν ἐμπνέων, συνέχει καὶ διασώζει, καὶ ἐπὶ τὸ τέλειον ἄγει· ὦ θεία Τριάς, καὶ μονὰς ἁγία, δοίης ἡμῖν τοῦ ἄνω κάλλους τὴν μνήμην, δοίης δὲ τῷ παντὶ (66) τὴν ἀθανασίαν. Ἱκανῶς ἡμῖν ηὖκται· Ἀλλ' ἴωμεν.

ἂν οὕτω μόνως διισχυριζοίμεθα· τό γε μὴν εἰκὸς ἡμῖν εἰρῆσθαι καὶ νῦν καὶ ἔτι μᾶλλον ἀνασκοποῦσι διακινδυνευτέον φάναι, καὶ πεφάσθω. Et alibi non uno loco. BA.

(62) *Μύρμηκα.* Ob augurium videlicet tempestatum. Ambrosius Hexaemer. lib. VI, cap. 4 : *Novit etiam formica explorare serenitatis tempora; nam cum animadverterit madidatos imbre fructus suos humescere, explorato diligentius aere quando jugem possit servare temperiem, acervos reserat suos et de cavernis foras suis humeris exportat, ut jugi sole propria frumenta siccentur. Denique haudquaquam illis diebus omnibus rumpi de nubibus imbres videris, nisi cum fruges suas horreis propriis formica revocaverit.* Quin fuerunt qui rationem et colloquia tribuerent formicis, velut Celsus epicureus apud Origenem lib. IV, et Philocaliæ cap. 19. Maxima autem et minima sacrificia conjunctim ponit Æneas. BA.

(63) Ex CC. P. et C. A. hic inserendum, οὐδὲ τὸν υἱὸν, καθάπερ ὁ Κρέων Μενοικέα, οὐδὲ τὴν παῖδα, καθάπερ ὁ Λεὼς τὴν Πραξιθέαν, οὐδ' ὅλως ἄνθρωπον ὥσπερ ἐν Ἀρκαδίᾳ τῷ Κρόνῳ.

(64) CC. P. Μὴ καθαρῷ.

(65) Rem divinam Dei invocatione claudit. Zacharias fine suæ diatribæ : Πεπλήρωται ἡμῖν τὰ τῆς διαλέξεως· νῦν δὴ καιρὸς, εἰς εὐχὴν τὸν νοῦν τρέψαντας, ὑμνεῖν τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς ποιητὴν καὶ δημιουργόν. Pariter et aliorum operum conditores pagani, ut Velleius fine historiæ; Cicero in Catilinam (orat. 1, 2, 3, extr.), etc. BA.

(66) *Δοίης δὲ τῷ παντί.* Pro pulcherrimo isto secundum voluntatem Dei opificio universo orat. Neuter interpretum id animadvertit. Ultima verba eadem ponit Zacharias, sed longe plenius christiano voto : Δοίης δέ γε διαφυγεῖν τὸν κατάλογον τῶν κολάσεων... ἱκανῶς ἡμῖν ηὖκται· ἀλλ' ἴωμεν. Sane et hoc argumento sit eumdem esse scriptorem, quod nonnulli voluerunt; sed temporum ratio omnino id non patitur. Possunt tamen, imo censenda sunt ficta tempora; cum citet B. Basilium Zacharias p. 500 et Gregorium Nazianzenum, p. 531. Zacharias enim scripsit vivo adhuc, ut ex ipsomet illo Dialogo clarum, Ammonio; Ammonius autem sub Commodo fuit præceptor Origenis. Theodoretus serm. 6 *Græc. Curationum* : Καὶ Βῆρος καὶ Κόμμοδος· ἐπὶ τούτου δὲ Ἀμμώνιος ὁ ἐπίκλην Σακκᾶς, τοὺς σάκκους καταλιπὼν οἷς μετέφερε τοὺς πυροὺς, τὸν φιλόσοφον ἠσπάσατο βίον· τούτῳ φοιτῆσαι φασὶ καὶ Ὠριγένην τὸν ἡμέτερον καὶ Πλωτῖνον τουτονί· τῆς δὲ Πλωτίνου διδασκαλίας τετύχηκεν ὁ Πορφύριος. Et Plotinum undecim annos audiisse Ammonium in ejus Vita scribit Prophyrius. Vide quæ de ætate Plotini supra notavimus ad p. 12. Jam inter eam ætatem et visos Constantinopoli confessores linguis exsectis loquentes tamen tantum interest spatii, ut neutiquam vivo possit Theophrasti istius auctor in vivis fuisse Ammonio. BA.

CIRCA ANN. CHR. DXXX.

ZACHARIAS

EPISCOPUS MITYLENES.

NOTITIA.

(GALLAND., *Veterum Patrum Biblioth.*, t. XI, Pr. p. X.)

Zacharias, Alexandriæ primum litteris humanioribus imbutus, postmodum ex rhetorum scholis egressus jurisprudentiam excoluit; atque ad forum se conferens, causidicinam Beryti professus est (1), Scholastici propterea cognomentum consecutus: eo enim nomine censebantur qui causas in foro actitabant, ut jam pridem post alios observatum Valesio (2) intelligimus. Deinceps vero ejus doctrinæ fama latius pervagata, Ecclesiæ Mitylenensi regendæ præficitur. Claruit circa annum Christi 530. Anno namque 536 concilio Constantinopolitano interfuit, adversus Anthimum, Severum aliosque Acephalorum principes, sub Menna celebrato; in cujus Actis ejus mentio subinde occurrit (3), atque ubique metropolitæ titulo insigniti, Ζαχαρίου τῆς Μιτυληναίων μητροπόλεως. Unde miror equidem, cl. Lequienio suspectam esse vocem μητροπόλεως (4) in iisdem Actis sæpius repetitam; cum præsertim Mitylene insulæ clarissimæ Lesbi maxima civitatum habeatur. Quid quod in vetustissima *Notitia Græcorum episcopatuum a Leone Sapiente ad Andronicum Palæologum*, Georgio Codino a Goaro subjecta (5), in provincia insulæ Lesbi Mitylenes præsul metropolita dicitur 47: ἐπαρχίας νήσου Λέσβου ὁ Μιτυλήνης μζ'. Qui et infra (6), in *Ordine præsidentiæ metropolitarum*, ubi sedes Mitylenensis enumeratur thronus quadragesimus nonus, eidem sedi metropoliticæ sex episcopatus subjiciuntur. At vero his missis, quo demum anno e vivis excesserit noster Mitylenes antistes, haud plane compertum habemus. Diem certe supremum obierit circa medium sæculi VI. Nam concilio V œcumenico Constantinopolitano II, anno 553 coacto, interfuisse novimus Joannem Cucusorum episcopum, vicem agentem Palladii metropolitæ Mitylenensis (7): qui sane inter Ecclesiæ Mitylenes præsules haud prætermittendus erat a Lequienio (8), sed præponendus Gregorio I, quem inter Patres concilii Constantinopolitani III, generalis VI, anno 680 celebrati, sedisse novimus (9). Porro ex iis quæ modo de Palladio diximus, corrigendi sunt Miræus (10), Oudinus (11), Tillemontius (12) aliique, ut dudum monuit Fabricius (13); qui anno 553 eidem concilio Constantinopolitano II, generali V, interfuisse Zachariam quode agimus, tradunt.

(1) Zachar. *Dial.* initio.
(2) Vales. *Vit. Socrat. Schol.* sub init.
(3) *Concil.* tom V, pag. 965, a. 1021. a. 1025, a. 1037, c. edit. I. Ven-Labb.
(4) Lequien. *Or. Christ.* tom. I, pag. 956.
(5) *Notit. episc. Græc.* pag. 359, edit. Paris.
(6) Ibid. pag. 397.
(7) *Concil.* tom. VI, pagg. 16, c. et 218 e.
(8) Lequien. l. c.
(9) *Concil.* tom. VII, pag. 1070 b.
(10) Mir. Auctar. de script. eccl. pag. 28.
(11) Oudin. De script. eccl. tom. I, pag. 1419.
(12) Tillem. Mem. tom. IV, pag. 408.
(13) Fabric. Bibl. Gr. tom. IX, pag. 358, et de Verit. relig. Christ. pagg. 108 seq.

NOTITIA ALTERA.

(FABRIC. *Bibl. Gr.* t. X, p. 653-55.)

Zacharias scholasticus (1), non diversus fortassis a Zacharia rhetore, cujus *Historiam ecclesiasticam* ab auspiciis imperii Marciani usque ad Anastasium sive ab a. C. 450 ad 491, sed ἐμπαθῶς, nec sine partium Nestorianarum studio scriptam memorant Evagrius atque Nicephorus (2) : philosophiæ operam dedit Alexandriæ, atque deinde Beryti jus civile excoluit, factus interjecto tempore episcopus Mitylenes, Lesbi insulæ metropolis, sicut habetur in titulo libri ejus : Ζαχαρίου Σχολαστικοῦ Χριστιανοῦ, τοῦ γενομένου μετὰ ταῦτα ἐπισκόπου Μιτυλήνης. Melitiniensem in Armenia episcopum vocat *La Croze* in epist. ad Jablonskium, tom. I Musei Bremens, p. 90. Non interfuit concilio quinto CPol. a. 553, ut post Canisium et Possevinum tradunt Aubertus Miræus in Auctario de scriptoribus eccles. p. 28 ; Oudinus p. 127 (3) ; Tillemontius, tom. IV Memor., pag. 408 ; Elias du Pin, aliique : nam in illo concilio jam successoris ejus Palladii, episcopi metropolitani mentio, cujus vicem agebat Joannes episcopus Cucusenorum civitatis (4). Sed præsens adfuit in concilio CPol. quod celebratum est sub Menna a. 536, in cujus actis plus simplici vice hic Zacharias, metropolita Mitylenæus, memoratur. Ex ejus scriptis ad nos pervenere :

I. Ἀμμώνιος *Ammonius*, sive dialogus cum quodam Ammonii, Alexandrini philosophi, discipulo, qui studii legum causa Berytum se contulerat, et Ammonii sententiam de mundi æternitate propugnabat. Ὅτι οὐ συναΐδιος τῷ Θεῷ ὁ κόσμος, ἀλλὰ δημιούργημα αὐτοῦ τυγχάνει· *Quod mundus non sit Deo coæternus, sed ejus opificium.* In hoc dialogo exponit Zacharias, quæ de eodem argumento disputaverat Alexandriæ cum Ammonio illo Procli discipulo, et Gessio iatrosophista sive medicæ artis doctore (5). Mentio etiam in hoc dialogo, p. 333, Eustathii episcopi Berytii, qui synodo Ephesinæ, a. 449, et Chalcedonensi, a. 451, interfuit. Pythagoram et Platonem, p. 341, notat fabulam de metempsychosi accepisse ab Ægyptiis. Mundum hunc visibilem, post res invisibiles μετὰ τὴν τῶν ὄντων δημιουργίαν productum contendit p. 362. Hujus dialogi Latina versio a Gentiano Herveto concinnata, mihique nunquam visa, traditur in catalogo bibl. Barberinæ, vidisse lucem Venetiis a. 1556. Alia Gilberto Genebrardo auctore sæpius prodiit in bibliothecis Patrum (4), etiam in novissima Lugdunensi tom. IX, pag. 759, [et in Galland. *Bibl. PP.* tom. XI, p. 266 sqq. ubi conf. Prolegg. pag. x., *Beck.*] Sed et idem libellus editus fuit Græce et Latine cum versione et notis Joannis Tarini

(1) Cognomen *Scholastici* more illius ævi accepit, quoniam Beryti causas egit. De hoc Zacharia cons. Guil. Cave, *Hist. litt. SS. eccl.* tom. I, p. 519, C. Oudin. *Comm. de SS. eccl.* tom. I, pag. 1419, ad a. 550 ; Jac. Bruckeri, *Hist. crit. philos.* tom. III, p. 528 ; R. Ceillier, *Hist. gén. des aut. eccl.* tom. XVI, p. 485 ; Hamberger. *Zuverl. Nachricht.* tom. III, p. 349, ad a. 536, quo anno interfuit synodo CPolitanæ (recte vero is pronuntiat, incertum esse, quam diu post illum annum in vivis fuerit) ; et Saxium in Onom. II, pag. 40, ad a. 536. HARL.

(2) Evagrius II, 2 ; III, 5, 6, 7, 18. Niceph. XVI, 5, 6, 9, etc. Hujus *Zachariæ rhetoris* Historiam adhuc recentibus temporibus servatam CPoli ex Constant. Varini et Joannis Suzi catalogis librorum mss. adnotavit Antonius Verderius. Nemo tamen, quod sciam, hactenus fuit, qui eam viderit, nedum in lucem protulerit. FABR. Noster Fabr. in nota mss. addit : « Scripsit ἐμπαθῶς h. e. gratia et odio corruptus, ut ab Evagrio, II, 62 : et III, 7, arguitur. Conf. Valesii notas, pag. 66, qui lib. III, cap. 6, 1, nomen Zachariæ excidisse notat p. 81, et eum negat Eutychianum fuisse p. 82 ; licet eum Eutychianum faciat Baron. ad a. Chr. 476. » — De loco Evagrii II, 2, scripsit plura La Croze in *Thesauri epistol. Lacroziani*, tom. III, p. 184 seq. De Zacharia rhetore et episcopo Meletinensi passim copiosius egit Assemann. in *Bibl. orient.* tom. II, pag. 53, ubi Zachariæ locus, a Dionysio Barsalibæo in comment. in Evangelia citatus, ex codd. Syriacis Vatican. repetitur et illustratur : — ibid. p. 54-62, in cap. 7, de Zacharia episc. Meletinensi, quem eumdem esse cum Zacharia rhetore censet, et late recenset ejus *Historiam ecclesiasticam*, quæ anonyma quidem exstat in cod. Syriaco Vatic. 24. Sed Assemann. restituit auctoris nomen tum ex collatione locorum, quæ ab Evagrio ex Zacharia citantur, tum ex Barsalibæo, qui ejus nomen diserte prodidit. Tres vero partes illa continet : prima est epitome Socratis ; altera Theodoreti ; tertia opus ipsius Zachariæ a Theodosio juniore usque ad Justinianum : isque cummaxime tertiam partem copiose percenset atque illustrat : add. ibid. p. 169, — p. 313. Gregor. Bar-Hebræus in præfat. ad Chronicon Syriace scriptum, se, etiam profitetur, collegisse Zachariæ rhetoris et aliorum chronica : in vol. III, part. I, pag. 35, not. de Zach. rhetoris narratione de anno (circ. 450), quo mortuus dicitur Nestorius. Add. Lequien. *Orient. christian.* tom. I, pag. 442 ; et Walch. *Histor. hæres.* tom. VIII, p. 824 sq. HARL.

(3) Oudin, in Comm. cit. tom. I. p. 1419, ad a. C. 550, ubi eum vocat Mitylenes archiepiscopum, atque de ejus libris. tam mss. quam editis, copiosius agit : Oudin. igitur tantum, « vocatur, inquit, quoque Zacharias *metropolita* in actis *œcumenici concilii quinti*, quod a. 553 habitum a 165 Patribus contra Anthimum et Theodorum sub Vigilio, Romano pontifice, tunc CPoli agente, temporibus Justiniani et Justini imperatorum : » HARL.

(4) *Europe savante* a. 1718, Août p. 233, 234.

(5) Pag. 359. Τῶν φοιτητῶν (τοῦ Ἀμμωνίου) ὁ κορυφαιότατος Γέσσιος, ὃς νῦν αὐχεῖ τὴν Ἱπποκράτους τοῦ Κῴου καὶ Γαληνοῦ τοῦ ἐκ Περγάμου σοφίαν, καὶ τῶν ἰατρικὴν φιλοσοφούντων διδάσκαλος παρὰ τὸν Νεῖλον προκάθηται.

ad calcem *Philocaliæ* Origenis, Paris. 1619. 4 (6). Cum ejusdem Tarini (non Turriani, ut in Cavei *Hist. litteraria scriptor. eccles.* [et Oudin. l. c.] excusum), versione notisque et notis Casp. Barthii, Lipsiæ 1654, 4 (7), post Æneæ Gazæi Theophrastum, sive dialogum de animarum immortalitate. Fallitur enim Gesnerus, Simlerusque, qui Zachariæ Theophrastum tribuunt. Exstat præterea Zachariæ Ammonius Græce et Latine cum versione Genebrardi et Frontonis Ducæi notis in tomo priore *Auctarii Bibl. Patrum*, Paris. 1624, p. 331, in *Bibliotheca Patrum Morelliana*, a. 1644, 1654, tomo XI (notis Ducæi rejectis ad calcem tomi XIII). Fabr. — De opificio mundi contra philosophos, æternitatem ei ascribentes, Paris. in bibl. publ. codd, CDLVIII, n. 2., et CDLX, n. 3. — dialogus, qui Ammonius inscribitur, in cod. Bodleiano, n. 2040, 6, catal. mss. Angliæ, etc. I, — Ibid. II, 2., n. 5893, in cod. Th. Gale. — Venet. in bibl. Marcianæ cod. CDXCVI. V. Catal. codd. Gr. Marc. pag. 260, et quædam Zachariæ ibid. in cod. a Montfauc. in *Bibl. biblioth.* mss. p. 471 *E* memorato. Harl.

2. *Disputatio contra ea, quæ de duobus principiis a* Manichæo *quodam scripta et projecta in viam publicam reperit, Justiniano imperatore :* Syntagma advers. Manichæos. Scriptum breve unius paginæ, quod exstat Latine ex Francisci Turriani versione in Henrici Canisii *Antiquis lect.* tom. V, p. 143, Ingolstad. 1604, 4, et nov. edit. tom. I, p. 428, et in Biblioth. Patrum Colon. 1618, t. VI; et Paris. 1644, 1654, t. IV, parte II; et Lugd. t. IX, p. 794, [Galland. t. XI, p. 293]. Græce ms. Romæ in collegio Jesuitarum. Fabr. Syntagma, Romæ in bibl. Vatic. cod. teste Montfauc. in *Bibl. bibliothecar.* mss. p. 133. *D.* — Mosquæ in bibl. typographei synodalis cod. XXXII, n. 4 : Ἀντίρρησις Ζαχαρίου, ἐπισκόπου Μιτυλήνης, τὸν παραλογισμὸν τοῦ Μανιχαίου διελέγχουσα, etc. plura leges in Matthæi not. codd. Gr. Mosquens. p. 294 sq. — Ἀντίρρησις Ζαχαρίου — εὑρόντος ταῦτα ἐπὶ τῆς ὁδοῦ, ῥίψαντος αὐτὰ Μανιχαίου τινὸς ἐπὶ βασ. Ἰουστινιανοῦ, Monacii in cod. Bavar. LXVI. v. el. Hardt. in Aretini Beyträg., etc. a. 1804, part. III, p. 29 seq. Is vero docet, in cod. illo multo plura contineri, quam edita sint, et sequi capita brevia 49, et de eodem adhuc capita brevia 16. Harl.

3. Inter eos, qui Aristotelem commentariis illustrarunt, Zacharias refertur in codice bibl. Coislinianæ, de quo Montfauconus, p. 598.

(6) V. Cat. bibl. Leidens. p. 76. Harl.

(7) Ed. Paris. a. 1618, signatam ipse Fabric. supra in vol. VII, p. 221, notavit, et illius anni notam præ se fert quoque ed. in Catal. bibl. Leidens. p. 62, ab Oudino, l. c. et ab Hambergero in *Zuverl. Nachricht.* II, pag. 584 sq. citata. Nova autem editio esse videtur a. 1624, 4, quam ipse quondam in manibus habui. Et quæ etiam citatur in Catal. Menken. I, p. 31, et cat. Krohn. p. 88. Harl.

(8) Vel potius 1655, 4., ut ipse Fabric. infra in vol. XIII, p. 809, scripserat, et meum exemplar illius anni notam (Lipsiæ — sumptibus Christiani Gerlachii et Sim. Beckensteinii Anno Domini 1665) confirmat. Harl.

ΖΑΧΑΡΙΟΥ *

ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ ΧΡΙΣΤΙΑΝΟΥ

ΤΟΥ ΓΕΝΟΜΕΝΟΥ ΜΕΤΑ ΤΑΥΤΑ ΕΠΙΣΚΟΠΟΥ ΜΙΤΥΛΗΝΗΣ

ΔΙΑΛΕΞΙΣ

Ὅτι οὐ συναΐδιος τῷ Θεῷ ὁ κόσμος, ἀλλὰ δημιούργημα αὐτοῦ τυγχάνει· ὃ ἀπ' ἀρχῆς χρονικῆς ἀρξάμενον, καὶ φθείρεται, ὅταν παρασταθῇ (1) τῷ δημιουργήσαντι, τοῦτο μεταποιῆσαι. Καὶ οὐδὲν ἐκ τούτου ὁ τῆς ἀγαθότητος τοῦ Θεοῦ βλάπτεται λόγος· ἐξ ὧν συνάγεται μὴ Θεὸν εἶναι τὸν κόσμον, ἀλλὰ Θεοῦ δημιούργημα.

—

ZACHARIÆ

SCHOLASTICI CHRISTIANI

POSTEA EPISCOPI MITYLENES,

DE MUNDI OPIFICIO,

Contra philosophos

DISPUTATIO.

Mundus non est Deo coæternus, sed ejus opificium : cum initium habeat temporis, ubi opifici eum transmutare visum fuerit, dissolvetur. Nihil ea sententia de Dei bonitate detrahit. Ex his colligitur mundum non esse Deum, sed Dei opus.

(Gilberto Genebrardo, *theologo Parisiensi, intreprete.*)

—

266 DISPUTATIONIS ARGUMENTUM.

Discipulus quidam Ammonii philosophi sensim ad Hellenismum, sive paganorum impietatem, delapsus, Berytum venit, ut legum studium profite-

ΥΠΟΘΕΣΙΣ ΤΗΣ ΔΙΑΛΕΞΕΩΣ.

Φοιτητής τις Ἀμμωνίου τοῦ δῆθεν φιλοσόφου γενόμενος, καὶ ἠρέμα πρὸς Ἑλληνισμὸν ἀποκλίνας, παραγέγονε κατὰ τὴν Βηρυτίων, νόμους ἀναγνωσό-

(*) ΖΑΧΑΡΙΟΥ. In actis quintæ synodi secundum Agapetum tertius nominatur metropolita Mitylenes Act. I. Tarin. — ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ. Is non alius initio quam σχολῆς προηγούμενος, ut Dionys. Halicarnassæus Ammæo § 7. Cujusmodi declamatorum et rhetorum σχολικοὶ χαρακτῆρες eidem Περὶ Δημοσθένους δεινότητος § 46. Et scholastici συναγωνισταὶ καὶ συσχολασταὶ, συμφοιτηταί. Seneca Præfat. lib. III : « Scholastici intueri me quis essem, qui tam crassas cervices haberem. » Quo nomine quoque derisus Cicero, cum primum e Græcia domum ; Plutarchus. Ibi nimirum scholastici, ζῷα ὧν πάντες καταγελῶσι : Arrian. lib. I *Dissert.* c. 11, 39. *Scholasticæ et umbraticæ litteræ* Plin. epist. 9, 2, 3. Et Isæus, rhetor ille torrens Juven. S. 3, 74, *annum* B *sexagesimum excesserat, et adhuc scholasticus erat* ; Plin. lib. II, epist. 3, 5. Scholastici Socrates, Evagrius, Severus ; viri clarissimi innumeri alii. Musæus Massiliensis *lingua scholasticus* Gennadio. Eidem Salvianus *scholastico et aperto sermone scripsit.* Scholasticus rerum ecclesiasticarum peritus, assessor, advocatus ; Scripturarum denique scientissimus. Unde et ecclesiastici muneris nomen, sed posteriore sæculo natum ; at hic Zachariæ, non honoris, sed eloquentiæ, ob exquisitam Platonicæ supellectilis, qua totus nitet, elegantiam. » Tar. « Fuerat quidem in tribus prioribus Bibliothecæ Patrum editionibus hæc Zachariæ Mitylenæi Disputatio Latine tantum in lucem emissa, beneficio doctissimi ac

(1) CC. P. παραστῇ.

μενος. Οὗτος ἤρξατό τισι τῶν ἑταίρων τὰς Ἑλληνικὰς τοῦ διδασκάλου περὶ τοῦ κόσμου προτείνειν ἀν-

A retur. Is cum cœpisset quibusdam familiaribus paganas Ammonii de mundo antitheses proponere,

ac celeberrimi theologi Parisiensis et regii professoris Gilberti Genebrardi interpretis; sed cum ad eam utraque lingua publici juris faciendam auxilia undique conquirerentur, missum est ad Parisienses bibliopolas manuscriptum apographum ex Anglia, in quod et varias lectiones et conjecturas suas viri docti congesserant, quibus regiorum codicum auctoritas fidesque confirmari posset et omnis generis testium patrocinio fulciri. Cum vero tardiora sint grandiorum ejusmodi editionum molimina, prævenit hanc nostram altera diligentior, et cum Origenis *Philocalia* Zachariæ quoque Disputationem ex libris regiis cum interpretatione sua curavit excudi vir doctissimus Joannes Tarinus Andegavus, qui et notas suas attexuit. Quamobrem cum Gallicis Anglicisque codicibus conferendam nobis duximus antiquiorem interpretationem; quam utpote a charissimo socio et collega suo elaboratam libenter præ exteris omnibus amplexurum fuisse Margarinum Bignæum existimari par est; et eorum quæ a nobis immutata vel addita sunt rationem in notis hisce reddendam. Quod ad nomen et auctoritatem attinet scriptoris hujus ecclesiastici, cum non modo *scholasticus* in titulo dicatur *Christianus*, sed etiam *episcopus Mitylenes*, id simul digitum intendit ad tempus quo eum floruisse possumus suspicari, cum in synodo Constantinopolitaná, sub Mena Patriarcha habita, actione I, reperiantur, post apostolicæ sedis Romanæ legatos, *Petrus Justinianopolis metropolis secundæ provinciæ Cappadociæ, et Zacharias Mitylenæorum metropolitanus*, Harduin. t. II, p. 1188. Porro coacta est Synodus illa Constantinopoli ex vicinioribus episcopis, aut iis qui tum in ea urbe versabantur, imperatoris Justiniani temporibus, hoc est anno Christi 534, si Onuphrium Panvinium sequamur. vel 536, si Baronium cardinalem. Verum hæc synodus quinta non fuit, ut perperam a nonnullis appellatur, neque œcumenica, sed particularis, ut recte admonet Bellarminus cardinalis lib. I *De conciliis*, c. 5. Antecessit autem œcumenicam quintam, cujus tempus in annum Christi rejicitur 553, communi chronologorum consensu, et sub eodem imperatore Justiniano ac pontifice Vigilio convenit. Est et aliud indicium temporis, quod ipsa nobis series disputationis suppeditat. Sic enim ait p. 83 Zacharias de adversario suo quocum disputat Ammonio : Ἥκων παρὰ τοῦ φιλοσόφου, μᾶλλον δ' ἀφιλοσόφου τε καὶ ἀσόφου. Quo in loco per philosophum illum intelligit, ut scriptum fuit ad oram codicis Genebrardi et Anglici, Proclum Lycium insignem mathematicum et philosophum, contra quem scripsit de hoc ipso argumento, mundi nimirum æternitate, Philoponus Bibl. Gr. t. X, p. 644. At Proclus florebat sub Anastasio imperatore, cui Ju- D stinus successit, et Justino Justinianus. At regius liber Procli nomen ex margine in textum transtulit, quem editio Tarini secuta est. Porro Scholasticus Christianus appellatur Zacharias; qua voce designari advocatum et causarum in foro patronum constat ex Zonara in Commentario in canonem 10 synodi Sardicensis p. 374, 1 : Κἂν σχολαστικὸς, τουτέστι περὶ λόγους σχολάζων· *quamvis scholasticus sit, hoc est dicendi studio operam impendens*; et in can. 96 [108, p. 486] Carthagin. : Τοῦ καταστῆσαι ἐκδίκους σχολαστικούς· *constituere litium defensores scholasticos*. Augustinus in Joannem c. 1, tract. 7, 11 : *Qui habent causam et volunt supplicare imperatori, quærunt aliquem scholasticum jurisperitum, a quo sibi preces componantur*. Sed eo nomine designati sunt primum rhetores, ut Corn. Tacitus notat in lib. *De oratoribus*, c. 15, et declamatores causarum fictarum. Deinde a fictis litibus transiit ad veras : Plinius lib. II, epist. 3 : *Adhuc scholasticus tantum est; quo genere hominum nihil aut simplicius aut sincerius*. Confirmat hoc etiam Jac. Cujacius leges codicis Theodosiani citans et scribens in Novellam 70. Dictus est etiam scholasticus vir eloquens quivis, etsi nec causas fictas ageret, ut declamator, nec veras, ut advocatus; talisque dicitur a Walafrido Strabo *De rebus ecclesiasticis* c. 25, ut recte observat R. P. Heribertus Rosweidus ordinis nostri theologus in Onomastico ad Vitas Patrum, p. 1040. Ita Serapion apud Hieronymum in *Catalogo scriptorum eccles*. c. 99 : *Serapion ob elegantiam ingenii cognomen scholastici meruit*. Paschasius l. VII *De vitis Patrum*, c. 19, num. 3 : *Hic Eulogius scholasticus erat, sæcularibus litteris eruditus*. Palladius B c. 26 *Hist. Laus*. c. 27 : Οὗτος ὁ Εὐλόγιος σχολαστικὸς ὑπῆρχεν ἐκ τῶν ἐγκυκλίων παιδευμάτων, ὃς ἔρωτι θείῳ πληγείς· *Hic Eulogius fuit disciplinarum liberalium scholasticus, qui divino amore sauciatus*. Ut igitur philosophi dicebantur inter gentiles et Græcos qui philosophicis erant disciplinis exculti, sic scholastici qui oratoriæ facultatis et politiorum litterarum studiis eruditi. Quam ob causam, ut Athenagoræ Legatio dicitur Ἀθηναγόρου Ἀθηναίου φιλοσόφου Χριστιανοῦ Πρεσβεία περὶ Χριστιανῶν, *Athenagoræ Atheniensis philosophi Christiani Legatio pro christianis*; sic Zachariæ Disputatio, Ζαχαρίου σχολαστικοῦ Χριστιανοῦ τοῦ γενομένου μετὰ ταῦτα ἐπισκόπου Μιτυλήνης ὁ διάλογος, *Zachariæ scholastici Christiani, postea episcopi Mitylenes, Disputatio*. Posteriori quoque dicti sunt ævo scholastici inter canonicos, qui scholis episcopatus præerant et erudiendæ juventutis curam gerebant; ut videre est in historicis rerum Alemanicarum. Et in eccle- C siis cathedralibus hodieque nomen est ecclesiasticæ dignitatis. Duc. — ΣΧΟΛΑΣΤΙΚΟΥ. Scholastici romanis moribus exercitantes eloquentiam in scholis rhetorum, unde, velut ex umbra in lucem, prodirent in forum, causarum patroni, quo patrocinio ad summos honores aditus constabat; eloquentia omnem politicam doctrinam complectente. Exempla obvia, et docuerunt nonnihil doctorum diatribæ ad Petronium, Quintilianum, Ciceronem, Senecam. Christianis doctrinæ titulus, ut qui quotidie ut doctior fieret laboraret, neque sibi videretur tamen excellere, scholasticus diceretur, forum adhuc nolens et salutis doctrinæ totus devotus, quam in ecclesia erudienda demum defendendaque sistebat. Sic ubi sermo elegans cultum animi stipat, *scholasticos* perhibere scriptores *dictatoresve* videbis. Nam scholastica doctrina accessoria salutari. Ex eruditione humana B. Paulinus ad S. Severum, epist. 9, p. 115 : *Si ille hiantis historiæ causas non ediderit, qui et scholasticis et salutaribus litteris Græce juxta ac Latine dives est, vereor ne apud alium in his regionibus frustra requiramus*. Gennadius c. 45 Catalogi de Juliano Capuano, post hæretico : *Julianus, episcopus Capuanus, vir acer ingenio, in divinis Scripturis doctus, Græca et Latina lingua scholasticus : prius ergo quam impietatem Pelagii in se aperiret, clarus in doctoribus Ecclesiæ fuit*. Idem de Musæo Massiliensi, cap. 79 : *Musæus, Massiliensis Ecclesiæ presbyter, vir in divinis Scripturis doctus, et in earum sensibus subtilissima exercitatione limatus, lingua quoque scholasticus*. Et de Prospero, cap. 84 : *Prosper, homo Aquitaniæ regionis, sermone scholasticus, et assertionibus nervosus*. Elegantiæ ingenii titulum hunc agnoscit tributum B. Hieronymus *Catal*. cap. 99 : *Serapion, Thmueos Ægypti urbis episcopus, qui ob elegantiam ingenii cognomen scholastici meruit*. Scholasticus, homo probus, cordatus, in studiis assiduus, Leontio Sphæra Ara-

eas illi ad Zachariam scholasticum detulerunt, et confutationes atque responsa scriptis mandare postularunt. (Hic enim jam olim Alexandriæ cum Ammonio philosopho et Gesio medicinæ doctores multas de iis disputationes habuerat.) Colloquii sive Dialogi personæ sunt hæ. Zacharias per litteram A indicatur. Discipulus qui materiam et argumentum Dialogo præbuit, per litteram B. repræsentatur. Reliqua est Ammonii, deinde Gesii medicinæ doctoris. At cum in se invicem jam omnes congrediuntur et disserunt, Zachariæ personam Christiani nomen designat. Ad extremum disputationis cursum primæ personæ colloquuntur, et prædictis elementis exprimuntur. Universa dispositio Platonica est, quantum ad locorum qui illinc, ut e floridis pratis carpuntur, phrasim stylumque pertinet.

τιθέσεις· οἱ δὲ ταύτας Ζαχαρίᾳ (2) τῷ σχολαστικῷ διαπορθμεύσαντες (ἔτυχε γὰρ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ πρὸς Ἀμμώνιον καὶ Γέσιον τὸν ἰατροσοφιστὴν πολλὰς περὶ τούτων διαλέξεις ποιησάμενος·) ᾔτησαν γραφῇ ταύτας παραδοθῆναι. Ἔστιν οὖν τὰ τῆς διαλέξεως (3) πρόσωπα ταῦτα· τὸ μὲν ἔχον τὸ ἄλφα προτεταγμένον, τοῦ Ζαχαρίου (4). Τὸ δὲ ἔχον τὸ βῆτα, ἐκείνου τοῦ δεδωκότος τὴν ὑπόθεσιν (5) διαλόγῳ. Καὶ λοιπὸν τὸ Ἀμμωνίου, εἶτα τὸ Γεσίου τοῦ ἰατροσοφιστοῦ· ἐν μέντοι ταῖς πρὸς αὐτοὺς διαλέξεσι, τὸ τοῦ Ζαχαρίου (6) πρόσωπον, Χριστιανὸς ἐπιγέγραπται· ἐν δὲ τῷ τέλει τῆς διαλέξεως (7), πάλιν τὰ πρῶτα πρόσωπα διαλέγεται, τὰ διὰ τῶν εἰρημένων στοιχείων δηλούμενα. Ἔτι (8) δὲ ἡ πᾶσα διασκευὴ Πλατωνική, ὅσον ἧκεν εἰς φράσιν καὶ τῶν ἐκεῖθεν λειμώνων.

A. Quid novi accidit, sociorum amicissime, ut

A. Τί νεώτερον γέγονεν, ὦ φίλε ἑταῖρε, ὅτι σὺ

tea: Ἐτύγχανον γὰρ καὶ τοιαύτην τινὰ σφαῖραν ἐργαζόμενος Ἐλπιδίῳ τῷ σχολαστικῷ, ἀνδρὶ ἀξιολόγῳ ὁμοῦ καὶ φιλομαθεῖ. Ita scholasticis multis scribit Isidorus Pelusiota, adeo quidem honorabili titulo, ut et presbyteris conveniat; velut lib. IV, epist. 205: Ὀλυμπίῳ πρεσβυτέρῳ σχολαστικῷ. Et libro quinto multis scribit scholasticis simul presbyterisque, et in una persona, licet [*non?*] uno forte tempore, episcopis. Sed et sæcularis eminentiæ magnæ scholastici; ut Domitianum alloquitur Synesius, epist. 155 et 156, patronum cognatæ suæ potentibus adversariis opponendum, si non prorsus judicem aut magistratum insignem gerentem. Hinc scholasticus, severitatis honos, cui opponitur levitas quævis, ut mimus apud Lactantium, lib. VII, cap. 12: *Quæ sententia deliri hominis quoniam ridicula, et mimo dignior quam scholastico fuit, ne refelli quidem serio debuit*. Ita enim scripti codices eo loco. Proprie nonnunquam etiam scholastici forensium rerum disceptatores; unde *scholares materiæ* B. Hilario lib. I *De Trinitate: Cum jam bene luserint bella militaturi, in militiam protrahantur; aut cum forenses lites scholares materiæ tentaverint, tunc mittantur ad tribunalium pugnas*. Generatim docti supra vulgum, quibus *rustici* opponuntur; et *rusticari*, qui sermone utitur non scholastico. Arnulfus eremita in epist. Petri Mauritii lib. VI, epist. 31: *Unum quod conceperam mente comprimere non potui, et, licet oppressus, stylo rustico rudis expressi*. Cogitosus Vita Brigittæ, Canis. Lectt. t. I, p. 416: *Non quod memoria et mediocritas et rusticus sermo ingenioli mei tanti muneris officium explere valeat*. Engelhardus in Vita Mechtildis Canis. *Lectt. Antiqq.* t. III, p. 531: *Ego rusticandi studiosus vitam aggrediar feminæ beatæ scribere*. Ruralis sermo scholastico oppositus apud Dynamium Patricium. Scholasticissimi, sermonis artiumque studio clarissimi. *Fortunatus, vir prudens et scholasticissimus*, Hilduino abbati ad Ludowicum Pium. *Sidonius, omnium præsulum scholasticissimus*, Wiperto, sive Sigeberto Gemblacensi in Historia Hierosolymitana. Christiani sane auctores hoc titulo, modestiæ ergo, philosophos sese dicere voluerunt, perpetuos discipulos indicantes, etiamsi omnem doctrinæ operam impenderent; longe alieno nomine a paganorum scholasticis, quorum juventus sub eo petulantiæ omni vacabat, circumscribens præceptores etiam factione irrita pretio institutionis, ut vides apud Augustinum libro quinto *Confessionum*. Patet ergo hinc quis fuerit Scholastici inscriptione Zacharias noster. Nam quod de officio in ecclesia canonico somniant alii, somnium merum est. Neque antiqua res est, ut neque Isidorus, neque Amalarius Fortunatus in *Officiis ecclesiasticis* meminerint; ut Græcos non commemorem. BA. — Χριστιανοῦ. Quare puerile sit, nomen hic dignitatis aut officii ecclesiastici suspicari. Hac enim eum nota a cæteris sejungi umbratilium declamationum artificibus scholasticis, quis non videt? TAR. — ΑΜΜΩΝΙΟΣ. Ammonius, qui celebris philosophi personam gerit, nostra opinione est Ammonius Hermeas, qui Vitam Porphyrii scripsit. Nam alteri Saccæ prorsus obstant tempora, cum Basilium et Gregorium citet Zacharias noster, suum Ammonium ut præsentem introducens; Saccas autem ille Vero principe floruerit. Non longe vero a Porphyrio Noster vixit, ut universa scriptio indicat, Æneæ Gazæo imitata, ut arbitror, qui hunc Dialogum pro exemplo scribendi sui Theophrasti habuit. Vix enim persuadeor ut illum Zachariam existimem de quinta synodo sub Justiniano celebrata. Librariorum error facilis. Par enim sonus litterarum fere, Æneas Gazæus et Zacharias, ut necesse non sit unum de duobus facere. Plura lib. CXXVI, cap. 2. BA. *De opificio mundi*, ut ostendat factum eum esse et periturum. Contra docent multi professi, Timæus Locrus, Ocellus Lucanus et qui Philo inscribitur: præcipue autem paulo ante Proclus. Contra philosophos turgentes persuasione doctrinæ et multos seducentes veritate. Hos cum aperte et testimoniis veritatis confutarent christiani, negabant principia, historiam explodebant, testes abjiciebant. Itaque suis armis eos adoriebantur Dei athletæ, rationibus confundebant, salsis dictis ridendos proponebant, quod illi solebant, ut vides in scriptis maxime Juliani Apostatæ, Libanii Epistolis ad Basilium, etc., qui pari tamen aceto perfunduntur a Nazianzeno, Basilio, aliisque infinitis. Eodem modo totus ironiis scatet hic Dialogus, ut et Theophrastus Æneæ, inflatis hominibus cum sua vecordia productis, bono tamen fine, ut converterentur et vere saperent. BA.

(2) CC. P. ταύτας μοι διαπορθμεύσαντες, καὶ τῶν λύσεων ἀκούσαντες (ἔτυχον ἐν Ἀλεξ.)

(3) CC. P. τὰ τοῦ διαλόγου.

(4) CC. P. ἐμόν.

(5) CC. P. addunt τῷ.

(6) CC. P. ἐμόν.

(7) τοῦ διαλόγου.

(8) CC. P. ἔστι.

τὰς ἐν Αἰγύπτῳ καταλιπὼν διατριβὰς καὶ τὸν Νεῖλον (9), ὅ τε μέγα τοῦ Μακεδόνος ἄστυ (10), ἐνθάδε νῦν διατρίβεις (11);

B. Νόμων με, ὦ φίλος, ἔρως ἄγει παρὰ τὴν μητέρα τῶν νόμων (12)· καὶ ἰδοὺ Ἀριστοτέλη τἀμὰ παιδικὰ (13) καταλιπὼν, καὶ τοὺς τῶν αὐτουρ-

relictis Ægypti sedibus, Nilo ipso atque præclara Macedonis civitate, hic nunc converseris?

B. Legum studium et amor me, amice, adduxit ad legum parentem urbem. Et ecce, Aristotele, meis profecto deliciis, posthabito, itemque ipsa-

(9) *Τὸν Νεῖλον*. Numen quoddam præsens, cujus et potum ingeniosiores reddere homines credebatur: dicimus ubertim alibi [ut infra n. 157.] Cœlo delapsum flumen jam Homerus dixit Od. 4, 581, notante libro XVII. Strabone. BA.

(10) *Μέγα τοῦ Μακεδόνος ἄστυ*. Sane maxima urbium ejus tractus Alexandria; unde et speciatim Πόλις, ut *Urbs* Roma. Epitomator Stephani: Ἀλεξάνδρεια, ἡ Αἰγυπτία ἤτοι Λίβυσσα, ἐλέγετο κατ' ἐξοχὴν Πόλις, καὶ Πολῖται ἐξ αὐτῆς, ὡς Ἄστυ αἱ Ἀθῆναι καὶ Ἀστοὶ καὶ Ἀστικοὶ οἱ Ἀθηναῖοι, ὡς καὶ ἐπὶ Ῥώμης λέγεται Οὔρψ. Itaque Romæ fere æquabitur. Herodianus lib. IV, Τῇ δὲ βασιλείᾳ τῇ αὐτοῦ αὐτάρκη ἔσεσθαι ὑποδοχὴν ὁ Γέτας ἔλεγεν ἢ τὴν Ἀντιόχειαν ἢ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, οὐ πολύ τι τῆς Ῥώμης, ὡς ᾤετο, μεγέθει ἀπολειπούσας. Idem libro VII, (VI, 2). Hinc μεγάλη πόλις. Gregorius Nyssenus contra Apollinarium [initio]: Οὐ μόνης ἐστὶ τῆς κοσμικῆς σοφίας εὔφορος ἡ μεγάλη τῶν Ἀλεξανδρέων πόλις· ἀλλὰ καὶ τῆς ἀληθινῆς, τῆς ὄντως σοφίας παρ' ὑμῖν ἐξ ἀρχῆς βρύουσιν αἱ πηγαί. In illam velut metropolim Musarum omnis philosophiæ et medicinæ studiosa juventus confluebat. Idem Vita Thaumaturgi t. III. p. 540: Οὔσης δὲ αὐτῷ τῆς διαγωγῆς ἐν Αἰγύπτῳ κατὰ τὴν μεγάλην τοῦ Ἀλεξάνδρου πόλιν, εἰς ἣν καὶ ἡ πανταχόθεν συνέῤῥει νεότης τῶν περὶ φιλοσοφίαν τε καὶ ἰατρικὴν ἐσπουδακότων. Itaque Noster medici in ea præsidentis celeberrimi meminit infra p. 98, 21; ubi forte alia. Arx etiam huic civitati insignis, edito loco imposita, quam describit Aphthonius Progymn. I, 105, stupendæ amœnitatis verbis: Τὴν μὲν Ἀθηναίων ἀκρόπολιν μέσος Ἀθηνῶν περιείληφε χῶρος· ἄκραν δὲ, ἣν Ἀλέξανδρος τῆς οἰκείας τίθεται πόλεως, οἷς προσηγόρευσεν εἴργασται· πρὸς ἄκρον γὰρ ἔστησε πόλεως, καὶ γνησιώτερον αὐτὴν ἐστι προσειπεῖν ἀκρόπολιν, ἢ ἐφ' ᾗ φρονεῖν Ἀθηναῖοι παρέλαβον, etc. BA.

(11) Non alius est Theophrasti Dialogi apparatus: Platonicus uterque; hic vero, hominis τὸν Πλάτωνα πάνυ πεπωκότος. TAR.

CHRIST. Cum vero talis sit naturæ sol, neque sibi sufficit, neque perfectus est, quippe ab alio effectus, et ab illius providentia pendens, sive ratione essentiæ, sive ratione subsistentiæ.

AMM. Præclare.

CHRIST. Sed nec existimandus est opifex, nec Deus.

AMM. Probabile.

B CHRIST. Nunc ergo summatim propositiones retexamus. Bis enim atque ter pulchrum aiunt esse, pulchra dicere et contemplari. Deum intelligentem esse, et incorporeum concessimus:

AMM. Ita.

CHRIST. Præterea interitus expertem, immortalem, similiter semper se talem habentem, velut simplicem et compositionis vacuum atque unum, item ab omni vinculo, circumscriptione et habitu liberum.

AMM. Id asseverabamus.

CHRIST Præterea perfectum, sibi sufficientem, increatum.

AMM. Assensi sumus.

CHRIST. Solem autem sensu percipi velut cor-C pus et creatum; ex quo consequitur posse eum interire et dissolvi, tanquam compositum. Præterea circumscriptum esse et figuratum, ut qui ab alio sit effectus, eoque indigeat.

AMM. Istud etiam asseverabatur

CHRIST. Minime vero, quod sic se haberet, perfectum exsistere sibive sufficere, in confesso erat.

AMM. Videris vera dicere.

CHRIST. Illud quoque in concessis habebatur.

AMM. Quid illud porro?

CHRIST. Eum qui talis esset, non esse censendum opificem aut Deum, ut qui perfectionem non

(24) *Ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν*. Quod ita vertit vir doctissimus Jo. Tarinus; *Et revera nunquam eodem modo se habere*. Sic autem addendum esset ὡσαύτως post ὄν. Montacutius mavult auctorem de sole loqui Platonico more, quippe quod non esset Deus quem solum ὄντως ὄντα agnoscit Plato, ut in loco illo *Timæi* infra p. III, 22: γιγνόμενον καὶ ἀπολλύμενον, ὄντως δὲ οὐδέποτε ὄν. *Quod efficitur et interit, revera autem nunquam exsistit*. Paulo post omisit interpres illud κἀκείνου δεόμενον· itaque scribendum: *pendens, eoque indigens sive ut exsistat, sive ut subsistat*. Duc. Dubito an is sensus sit, quem doctissimus interpres transtulit, videlicet nunquam non vario statu esse. Dei solius est ὄντως esse; et sic Theophilus ad Autolycum, aliique Christiani doctores, nempe quia ille substantialiter per se, ex se, et secum exsistens, nec tempus, nec modum ullum, nec varationem incipiendi, permanendi, perennandi admitteret. Hoc soli negat, et merito exque re ipsa quidem, Zacharias noster. Sed præcedentia, cum ait τροπῶν τε καὶ ἐκλείψεων δοῦλον, faciunt ut minime aspernemur emendationem D nostram, ὄντως δὲ οὐδέποθ' ἐόν· nunquam totum et constanter sui arbitrii, utpote alterius servum. Sic plana res est. Eodem ducunt quæ sequuntur: Ἠρτημένον τῆς ἐκείνου προνοίας, κἀκείνου δεόμενον πρὸς τὸ εἶναί τε καὶ ὑφεστάναι. Littera una omnia turbarat. Bᴀ.

(25) *Δὶς γάρ τοι καὶ τρὶς καλόν*... Platonicum, ut tota compositio et locutio. Repetitionis hujus usum ipse indicat pulchre, p. 128, 7, τὸν αὐτὸν αὖθις γυμνάσωμεν λόγον... De sole autem tantum laboris sibi sumit Zacharias ex usu sæculi illius philosophiæ. Hujus enim antistites usque adeo solem pro deo habebant, ut pro unico cuilibet sermoni inferrent. Videbis infinita exempla apud Julianum Apostatam, Heliodorum, Proclum, Zosimum, et id genus alios. Bᴀ.

(26) C. P. (1054) ἀγέννητον· συνωμολόγησε Ammonio communiter datur.

(27) CC. P. sine ἄν.

attingeret. Quod enim imperfectum est, alienum A est a divina natura et beata.

AMM. Pulchre.

CHRIST. Si igitur hæc se habere sermo demonstravit, quo pacto sol singularium hominum exsistit opifex? Quod si enim istud concessum fuerit, juxta eorum qui ista opinantur, liberam sententiam et erroneam et plurimam insaniam, corporum opificem esse solem atque omnino deum; quomodo non eadem quæstio rursum emerget? Necessarium enim est ut qui solem deum esse fabulantur, et gigantum more insaniunt, deum faciant et bonum eum confiteantur, et cujuslibet pulchri effectorem atque opificem. Quomodo igitur, mirabilem vestram et præclaram dubitationem effugere poteritis, etiamsi solem nobis comminiscentes derepente Deum B obtrudatis, quemadmodum ii plebeium sæpe regem in theatro faciunt? Etenim hic quoque invidia, et ignorantia pulchri, et propter pœnitentiam creatio, itemque rei pulchre se habentis apteque coagmentatæ dissolutio sequetur, sed et aliæ stultæ et fatuæ vestrarum sententiarum quæstiones ac dubitationes. Cæterum quis erit qui animas corporibus colligaverit? Neque enim hoc in solem referendum est; etiamsi qui omnia miscent et turbant, sur-

A τῆς θείας φύσεως καὶ τοῦ μακαρίου Θεοῦ τὸ ἀτελές.

AMM. Καλῶς λέγεις.

ΧΡΙΣΤ. Εἰ τοίνυν, ἦν δ' ἐγὼ, ταῦτα οὕτως ἔχειν ὁ λόγος ἀπέδειξε, πῶς δημιουργὸς τῶν κατὰ μέρος ἀνθρώπων ὁ ἥλιος; Εἰ δὲ καὶ τοῦτο συγχωρηθείη κατὰ τὴν τῶν τὰ τοιάδε δοξαζόντων αὐτονομίαν (28) καὶ πλάνην καὶ τὴν πολλὴν ταύτην ἀβελτηρίαν, τὸ, σωμάτων εἶναι δημιουργὸν τὸν ἥλιον καὶ ὅλως Θεὸν, πῶς οὐχ ἡ αὐτὴ ζήτησις ἐσαῦθις ἀναφανήσεται; Ἀνάγκῃ γὰρ δήπου (29) τὸν Θεὸν καὶ τὸν ἥλιον μυθολογοῦντες, καὶ γιγαντιῶντες Θεὸν ποιεῖτε· καὶ ἀγαθὸν ὁμολογεῖν τε καὶ παντὸς καλοῦ ποιητὴν καὶ δημιουργόν. Πῶς τοίνυν τὴν θαυμασίαν ὑμῶν καὶ γενναίαν ἀπορίαν ἀποφυγγάνειν ἕξετε; κἂν τὸν ἥλιον ἡμῖν B Θεὸν αὐτοσχεδιάζοντες ἐπεισφρήσετε (29*), καθάπερ οἱ ἐπὶ σκηνῆς τὸν ἰδιώτην πολλάκις βασιλέα (30) ποιοῦντες· κἀνταῦθα γὰρ ὁ φθόνος καὶ ἡ ἄγνοια τοῦ καλοῦ καὶ ἡ ἐκ μεταμελείας δημιουργία (31), καὶ ἡ τοῦ καλῶς ἔχοντος καὶ ἁρμοσθέντος εὖ, λύσις ἀκολουθήσει, καὶ τ' ἄλλα σοφὰ καὶ ἠλίθια τῶν ὑμετέρων προβλημάτων ἀπορήματα. Τίς δὲ ὁ τὰς ψυχὰς τοῖς σώμασι συνδεσμῶν; οὐ γὰρ δὴ καὶ τοῦτο τῷ ἡλίῳ ἀναθετέον (32)· κἂν οἱ τὰ πάντα κυκλῶντες καὶ κορυβαντιῶντες (33) ἄνω καὶ κάτω τὰ ὄντα στρέφωσιν,

(28) *Αὐτονομίαν*. Quidlibet statuendi quam sibi arrogant licentiam, arrogantiam. Αὐτονομίαν et πλάνην jungit alibi etiam Gregorius Theologus. Bᴀ.

(29) *Ἀνάγκῃ γὰρ δήπου*. Ironia aut sarcasmus. Quis enim tam stolidus, ut convictus in sententia C tamen aut opinione permanere velit, velut necessitate aliqua coactus. Reapse tamen corruptum etiam quod in Zacharia hoc loci delitescere existimo. Μυθολογοῦντες : innata libidine fabulas comminiscendi. — Γιγαντιῶντες : Dei naturam oppugnantes, dum illi eam ascribitis, qui Deus, etiam vobis paulo ante confitentibus, minime esse potest. Omnis impietas in Deum gigantea improbitate indicatur. Mendosus est hac voce Hesychius : Γιγαντία, ἡλικία τὸ πρότερον. Scribendum : Γιγαντία, ἡ Λυκαονία. Ut apud Eustathium commentario in Dionysium Periegeten : Ἰστέον ὅτι ἀπὸ Ἀρκάδος ὠνόμασται ἡ Ἀρκαδία, καὶ ὅτι καὶ Πελασγία ποτὲ ἐκλήθη καὶ Παῤῥασία καὶ Λυκαονία καὶ Γιγαντὶς καὶ Ἀζανία. Emendandus pariter Etymologici Magni collector : Γιγαντία, ἡ Λυκία : Λυκαονία. Etymon Gigantis a terra ductum, ut Orphei versibus ex octavo libro sacri Sermonis docet idem Etymologus : Οὓς καλέουσι Γίγαντας ἐπώνυμον ἐν μακάρεσσιν, Οὕνεκα γῆς ἐγένοντο καὶ αἵματος οὐρανίοιο. — *Ὁμολογεῖν τε*. Omnino scribendum cum doctiss. Tarino ὁμολογεῖτε, quod series sermonis facile indicavit. Bᴀ.

(29*) *Ἐπεισφρήσητε*. — Harpocration : εἰσφρήσειν, εἰσάξειν, εἰσδέξασθαι. Ἀντιφῶν καὶ Δημοσθένης ἐν Φιλιππικῷ. Πολὺ δὲ τοὔνομα ἐν τῇ ἀρχαίᾳ κωμῳδίᾳ. Bᴀ.

(30) *Τὸν ἰδιώτην π. βασιλέα*. Ut habiles ad sustinendam personam homines, non ut digni aut nobiles. Similia multa in scriptoribus. Petronius : [*Grex agit in scena mimum; pater ille vocatur,* [*Filius hic, nomen divitis iste tenet :* [*Mox ubi ridendas inclusit pagina partes,* [*Vera redit facies, dissimulata perit*. Hoc est regia persona deserit mendicum hominem, erudita idiotam. Vincentius Lirinensis Commonitorio : *Cum actor tragicus sacerdotem effingit aut regem, sacerdos aut rex non est; nam, desinente actu, simul et ea, quam susceperat, persona desistit*. Seneca, epist. 76 : *Quæ, favente fortuna, in unam congesta sunt, dominis suis incumbunt gravia et illos semper premunt, aliquando et elidunt. Nemo, ex istis quos purpuratos vides, felix est, non* C *magis quam ex illis quibus sceptrum et chlamydem in scena fabulæ assignant, cum, præsente populo, elati incesserunt et cothurnati; simul exierunt, excalceantur et ad staturam suam redeunt. Nemo eorum, quos divitiæ honoresque in altiore fastigio ponunt, magnus est. Magnus non est pumilio, licet in monte constiterit*. Lucianus Apologia pro mercede conductis, c. 5 : Ἀλλ' οἱ μὲν τοῖς τραγικοῖς ὑποκριταῖς εἰκάσουσίν σε, οἳ ἐπὶ μὲν τῆς σκηνῆς Ἀγαμέμνων ἕκαστος αὐτῶν ἢ Κρέων ἢ αὐτὸς Ἡρακλῆς εἰσιν, ἔξω δὲ Πῶλος ἢ Ἀριστόδημος· ἀποθέμενοι τὰ προσωπεῖα, γίγνονται ὑπόμισθοι τραγῳδοῦντες, ἐκπίπτοντες καὶ συριττόμενοι, ἐνίοτε δὲ μαστιγούμενοί τινες αὐτῶν, ὡς ἂν τῷ θεάτρῳ δοκῇ. Bᴀ.

(31) *Ἐκ μεταμελείας δημιουργία*. Quæ affingebant et exprobrabant, ut in æternitatem mundi concessis, astruerent Deo inepti fatuique illi sophistæ. Tanguntur eadem in Theophrasto Æneæ Gazæi. Difficilis autem hujus intellectus, et transpositis terminationibus duarum vocum fortassis D scribendum, καὶ ἐκ δημιουργίας μεταμέλεια. Arbitrentur docti : verisimilis enim res est. Bᴀ.

(32) *Τῷ ἡλίῳ*. Dicebant tamen animas spargere solem. Julianus imp. orat. 4 : Ψυχαὶ δὲ οὐκ ἀπ' αὐτοῦ μόνον, ἀλλὰ καὶ παρὰ τῶν ἄλλων θεῶν σπείρειν εἰς γῆν· ἐφ' ὅ τι δὲ χρῆμα δηλοῦσιν αὐταὶ τοῖς βίοις οὓς προαιροῦνται. Bᴀ.

(33) *Κορυβαντιῶντες*. Furentes instar Corybantum Matris deum, quorum furor notissimus. Hesychius : Κορυβαντιώσης· μαινομένης. Indicat autem gesticulationem cum furore hoc verbum, ut qui saltarent furentes. Etymologus : Κορυβαντιᾷ· μαίνεται, ὀρχεῖται. Sunt et dæmones Corybantes, talem furorem afflantes. Scholiastes Aristophanis in Vespas : κορυβαντιᾷς· μαίνῃ· παρόσον οὗτοι οἱ δαίμονες μανίας καὶ ἐκθειασμοῦ εἰσιν ἐμποιητικοί. Cultos in Samothracia docet idem ad Pacem. Purgationum et expiationum præsides erant isti dæmones; unde κορυβαντισμοὺς καθαρισμοὺς exponit

ἀγνοίᾳ καὶ πλάνῃ τοῦ ἑνὸς καὶ μόνου δημιουργοῦ, εἰς θεῶν δῆμον κατασυρόμενοι καὶ πίπτοντες, καὶ σειρὰς ἡμῖν δημιουργῶν, ξένων τε καὶ ὀθνείων τῆς καταδημιουργίας (34) καὶ τῆς ποιήσεως ἀναπλαττόμενοι· ὥσπερ καὶ δαιμόνων τινῶν μοχθηρῶν καὶ πλάνων εἰς ὁρμαθοὺς θεῶν παρειλήφασι, μηδαμοῦ πρὸς τὴν Ὁμηρικὴν (35) ἐπιστραφέντες σοφίαν, *Οὐκ ἀγαθὸν πολυκοιρανίη*, νομοθετοῦσαν, *εἷς κοίρανος* (36) *ἔστω, εἷς βασιλεύς*· δημοκρατίαν δὲ τὴν ἄτακτον (37) καὶ αἰσχίστην τῶν πολιτειῶν καὶ πεφυρμένην ἀεὶ καὶ στασιάζουσαν, κατὰ τῶν θείων (38) κατηγοροῦντες· τὸ δὲ κάλλος τῆς μοναρχίας (39) ἀθρῆσαι μὴ δυνηθέντες, μηδὲ ὀριγνώμενοι τοῦ ἀΰλου καὶ μακαρίου ταύτης φωτός. Ἰλιγγιῶντες (40) γὰρ περὶ

A sum deorsumque res vertant, ignoratione et errore unius soliusque conditoris, in deorum multitudinem pertracti et prolapsi vel præcipitati : atque nobis externorum et alienorum pravi operis et effectionis opificum catenas comminiscentes : quemadmodum et dæmones quosdam scelestos et errones in deorum ordinem ascripserunt, nusquam ad Homericam conversi sapientiam, quæ sancit : *Multorum nocet imperium, unus princeps, rex unicus esto :* principatum autem popularem inconditum et turpissimam omnium reipublicæ formarum, itemque mistam semper et tumultuantem de divinis enuntiantes; formam autem et pulchritudinem monarchiæ intueri non valentes, neque expetentes immateria-

B spiciens, de rebus divinis splendores sibi arrogat.

Hesychius. Corybantem deum, ut ne irascatur et diras phantasias inferat, hymno deprecatur Orpheus : Χαλεπὴν δ' ἀποπέμπεο μῆνιν, Παύων φαντασίας ψυχῆς ἐκπλήκτου ἀνάγκης. Pariter de suis egregiis disputatoribus loquitur Æneas Gazæus. Ba.

(34) CC. P. τῆς δημιουργίας.

(35) Hom. Iliad. Γ', 204.

(36) *Εἷς κοίρανος*. Utuntur ad unitatem in essentia divina laudandam hoc versu etiam alii Patres. De ipsa dedita opera Justinus Cohortatione ad Græcos et libello *De monarchia Dei*, Athenagoras Legatione pro Christianis. Supra ipsam unitatem Deum esse sententia est Clementis Alexandrini lib. I *Pædagog*. c. 8. Ἓν δὲ ὁ Θεὸς καὶ ἐπέκεινα τοῦ ἑνὸς καὶ ὑπὲρ αὐτὴν μονάδα A quo scriptore, longe omnium Christianorum eruditissimo antiquitatis humanæ, verum est ceu fonte perenni plurima in suos rivos duxisse omnes, qui post ipsum contra gentilitatem libros instituerunt. Etiam gentiles et Christianis hostes scriptores Deum ipsam esse unitatem dicunt. Julianus imp. Orat. in solem de supremo Deo : Διὰ τῶν πάντων βασιλέα, περὶ ὃν πάντα ἐστίν· οὗτος τοίνυν, εἴτε τὸ ἐπέκεινα τοῦ νοῦ καλεῖν αὐτὸν θέμις, εἴτε ἰδέαν τῶν ὄντων, ὃ δὴ φημι τὸ νοητὸν σύμπαν, εἴτε ἕν, ἐπειδὴ πάντων τὸ ἓν δοκεῖ ὡς πρεσβύτατον· αὕτη δὴ οὖν ἡ μονοειδὴς τῶν ὅλων αἰτία, etc. Vide Nostrum infra p. 100, 2. Ba.

(37) *Δημοκρατίαν δὲ τὴν ἄτακτον*. Nam in ochlocratiam illico degenerat, cum [*Procax libertas civitatem miscuit*, [*Frenumque solvit pristinum licentia*. Tar.

(38) C. P. (1054) Habet in margine τοῦ Θεοῦ.

(39) *Τὸ κάλλος τῆς μοναρχίας*. Quod sapienter Ostanes apud Herodotum τριῶν προκειμένων, καὶ πάντων τῶν λέγω ἀρίστων ἐόντων, δήμου τε ἀρίστου καὶ ὀλιγαρχίης καὶ μουνάρχου, πολλῷ τοῦτο προέχειν λέγω, etc. *Plato monarchiam plane aperteque defendit*. Videndus Isocrates in Nicocle; Aristoteles 3 *Polit.*; Lactant. lib. I. Tar.

(40) *Ἰλιγγιῶντες*. Vertigine capti. Onomasticon : *vertigo*, Ἴλιγξ. Ab inconstantia et circumactione per tot opiniones scite hoc dicit Non enim stantibus, sed circumrotantibus se contingit hoc malum. Et quare id? Cassius iatrosophista, quæst. 27 : Ῥητέον ὅτι αἱ μὲν ἐπ' εὐθείας γενόμεναι κινήσεις οὐ κωλύουσι γίνεσθαι τὴν διαπνοὴν τῆς ὕλης, αἱ δὲ κυκλικαὶ οὐκ ἐῶσι γίνεσθαι τὴν διαπνοήν, σφοδρότερον προσπίπτοντος τοῦ ἀέρος καὶ κωλύοντος γίνεσθαι ταύτην· ὁμοίως δὲ τῇ γενομένῃ κινήσει συμβαίνει καὶ τὰς ἐν ἡμῖν ὕλας κινεῖσθαι κυκλικῶς· συμφερόμεναι γὰρ τῷ σώματι καὶ μὴ δυνάμεναι διαπνεῖσθαι διὰ τὴν εἰρημένην αἰτίαν, καὶ, παυσαμένου τοῦ τῆς κινήσεως αἰτίου, αἱ ὕλαι κινοῦνται κυκλικῶς, etc. Conveniunt stultividis his sophistis quæ vertiginis malum infert. Inter enim crassas tenebras videntur sibi videre mirificos quosdam splendores vertiginosi, ut istud genus, quæ ante pedes sunt minime conspiciens, de rebus divinis splendores sibi arrogat. Aretæus Tardar. lib. I, cap. 3 : Σκοτώματος δὲ ἰδέα, βάρος τῆς κεφαλῆς, ὀφθαλμῶν μαρμαρυγαὶ ἐπὶ πολλῷ τῷ σκοτώδει, ἀγνωσίη ἑωυτέων τε καὶ τῶν πέλας. Eos splendores marmorum maculis reddit Cœlius Aurelianus, *lib.* I *Tard.* cap. 2 : *In passione constitutos repentina visus tenebratio atque nebula cum capitis vertigine consequitur, ut omnia secum moveri existiment : item ante oculos quosdam sentiunt marmorum maculis similes tractus, quos marmarygas Græci vocant, cum tamen conversis oculis omni ex parte non deserant visum*. Quæ sane mira est interpretatio. Ultima autem Cœlii verba corrupta sunt, idem enim utique dicere voluerunt, quod ab Aretæo scriptum est. Scribe : *Cum tamen conversis oculis omni ex parte* (per vertiginem videlicet oculis circumrotantibus) *condeserant visum* ; condeserant ex omni simul parte. Sed et mirifica illa Græcæ vocis translatio fortassis librariorum C est, ut infinita loca omni lectioni utilissimi hujus auctoris. Quid enim marmorum maculis cum marmarygis Græcorum a luce, non marmore descendentibus? Scripsit forte : *Quosdam sentiunt armorum jaculis similes tractus*. Alii aranearum telas dicunt talium oculis per ipsas tenebras obversari quod sane sophistis istis nugivendis admodum etiam accommodabile. Auctor vetus, sed mirifice interpolatus, et a Garimponto in fascem ex variis unum compactus, lib. I, cap. 5 : *Conspiciunt quasi omnia secum moveri; quosdam transitus lanæ vel aranearum texturas ante oculos transire putant, et ea quæ vident quasi duplicia sunt*. Si catalogis bibliothecarum Cantabrigiensium apud Anglos fides, Warmipotus quidam cum nonnullis clericis vetustiores vel unum vel plures auctores in hoc compendium redegit. Sed nobis Garimponti titulus in aliis libris antiquis repertus minime de nihilo esse videtur, cum memoria suggerat Petrum Damianum D medici sui ævi præstantis, cujus id fuerit vocabulum, mentionem facere. Et sane tale ævum epitomator aut corrector iste veterioris operis habuit, palam docente ignoratione Græcorum verborum et ad eorum temporum usum interpretatione. Verba Petri illius sanctissimi et qua licuit per regnum dominantis barbariæ, eruditissimi viri, sunt libro V, epistola 16, ut eas disposuit Constantinus Caetanus : *Dicam quod mihi Guarimpotus senex, vir videlicet honestissimus, apprime litteris eruditus medicus, retulit*. Sic scriptum est in recenti editione modo dicti Constantini. At veterior Margarini Bignæi in Appendice Bibliothecæ Parisiensis editionis primæ, p. 527, Guaripontum eum vocat. Unde non vana suspicio eumdem illum Waripotum esse quem catalogi Anglicani afferunt. Notum enim quam eæ litteræ in Waltero et Gualtero, in Wilhelmo et Guilhelmo, aliisque unum negotium faciant. Ba.

tum et beatum hujus lumen. Nam circa opinationum veritatem, quasi vertigine laborantes, ipsum quidem bonum confitentur Opificem verbo, reipsa autem spoliant hujus universitatis opificio, in quos volunt, effectionem omnem vel certe partem referentes. Neque vero cupiunt intelligere quid differat inter opificem et effectorem, inter Dei opera et effectiones. Utque sol lucernæ instar a Deo constitutus in magna hac aula istam universitatem collustret, nihilque possit vel efficere vel operari quam quod constitutum sit a Deo ordinis dictatore soloque opifice, lucere, inquam, animantibus, plantas calere vegetare, supereffluentem humorem et putrida loca atque partes consumere et exsiccare. Has enim solas actiones et tales ei opifex indidit, eaque natura ipsum affecit. Unde illius legi obtemperans instar rotæ hanc universitatem ambit, unius speciei quidem habens motum, eumque voluntatis expertem velut servus, et inanimatus, nulloque modo

A τὴν τῶν δοξασμάτων ἀλήθειαν, τἀγαθὸν μὲν ὁμολογοῦσι καὶ τὸν δημιουργὸν, μέχρι μόνης φωνῆς· ὑποσυλῶσι δὲ τούτου τὴν τοῦδε τοῦ παντὸς δημιουργίαν, οἷς βούλονται, πᾶσαν ἢ τὰ μέρη ἀνατιθέντες. Καὶ οὐκ ἐθέλουσι ξυνιέναι, τί μὲν δημιουργὸς καὶ ποιητής· τί δὲ Θεοῦ δημιουργήματα καὶ ποιήματα. Καὶ ὡς ὁ ἥλιος λύχνου δίκην ὑπὸ τοῦ Θεοῦ τεθεὶς ἐν τῇ μεγάλῃ ταύτῃ αὐλῇ, τόδε τὸ πᾶν καταλάμπει, ἥκιστά τι ποιεῖν ἢ ἐνεργεῖν δυνάμενος ἢ ὅ τι τέτακται (41) ὑπὸ τοῦ ταξιάρχου καὶ μόνου δημιουργοῦ· φωτίζειν φημὶ τὰ ζῶα, καὶ τὰ φυτὰ θερμαίνειν· τὴν δὲ ἐπιπολάζουσαν ὑγρότητα καὶ τὰ τῶν σήψεων χωρία τε καὶ μέρη, ἀναλίσκειν τε καὶ αὐαίνειν. Ταύτας γὰρ αὐτῷ μόνας τὰς ἐνεργείας καὶ τὰς τοιαύτας ὁ δημιουργὸς ἐνέθηκε, καὶ ταύτην αὐτῷ τὴν φύσιν B δεδώρηται. Ὅθεν τῷ κείνου (42) νόμῳ πειθόμενος δίκην τροχοῦ (43) περιπολεῖ τόδε τὸ πᾶν, μονοειδῆ μὲν ἔχων τὴν φορὰν καὶ ἀκούσιον, ὡς δοῦλος (44), καὶ ἄψυχος (45), καὶ μηδόλως ζῶον λογικὸν τυγχά-

(41) CC. P. ἢ ὅτε τέτακται; Luc. ἢ ὅτι τέτακται.

(42) C. P. (1054) τῷ ἐκείνου.

(43) *Δίκην τροχοῦ*. Rotam vocant poetæ; orbem etiam alii. Mendosus est in hymno Martiani Capellæ locus, ubi sol illustrator mundi celebratur lib. II.

[*Quatuor alipedes dicunt te flectere habenis*, [*Quod solus domites quam dant elementa quadrigam*: [*Nam tenebras prohibens, retegis quod cærula lucet.*

Sic in optimis, certe quoad solutam orationem, membranis, et editionibus consensu legitur. Sed quid est *cærula lucet*, sole prohibente tenebras? C Nihil verius quam secundum ductum veterum litterarum scripsisse Capellam: *Retegis quo sphæra relucet*. Totam enim machinam a solis orbe illustrari ait. Solis orbem δίσκον appellat Julianus Oratione in eum, ut et Plato aliique alibi. Solis dignitatem omnibus diis superiorem, soli uni illi summo deo concedentem ut patri, saniores, et tamen insani et ipsi, credebant et profitebantur sophistæ. Idem Julianus imperator loquitur de principe omnium essentia: Κατὰ τὴν ἐν αὐτῇ μένουσα πρωτουργὸν οὐσίαν, μέσον ἐκ μέσων τῶν νοερῶν καὶ δημιουργικῶν αἰτιῶν ἥλιον θεὸν μέγιστον ἀνέφηνεν ἐξ ἑαυτοῦ πάντα ὅμοιον ἑαυτῷ· ubi testimonio tamen Platonis minime evincit quod evincere studet. Quod enim Plato ait solem deo genitum id in aspectabilibus esse, quod ipsum deum in invisibilibus et mente sola intelligendis, nequaquam substantiæ participationem et per omnia similitudinem infert, cum τὸ γεγονὸς poetice D non philosophice dictum sit, ut multa hoc genus in eo philosopho, et nulla paritas intellectu solo capiendo statuatur cum eo qui oculis coram tangi valeat. Eam Juliani orationem velut dedita opera multis in locis confutat hac in solis tractatione Zacharias noster scholasticus. Pariter Juliano Proclus in Hymno Solem alloquitur: Εἰκὼν παγγενέταο θεοῦ, ψυχῶν ἀναγωγεῦ. BA.

(44) *Ὡς δοῦλος*. Sic supra. Officium autem soli datum modo descripsit, φωτίζειν τὰ ζῶα, καὶ τὰ φυτὰ θερμαίνειν, ex sacrarum Litterarum auctoritate. Ex quibus Chalcidius Commentario in *Timæum*, c. 129: *Cui quidem rei Hebræorum quoque sententia concinit qui perhibent exornatorem mundi Deum mandasse provinciam soli quidem ut diem regeret, lunæ vero ut noctem tueretur; cæteras quoque stellas disposuisse tanquam temporum limites annorumque signa.* Ipsum in Genesi cap. I sermonem Moysis intelligit Chalcidius, non rabbinorum traditionem, ut videri volunt qui eum scriptorem ediderunt. Loquitur autem eo modo consultissimus Christianæ doctrinæ, ut ejus ignaros sensim induceret gentiles, non obrueret de ignoto codice testimoniis productis, quo pacto non pauci aliorum contenderunt vi quadam persuadere veritatem ejus perduellibus. Et sic sæpius idem; ut p. 225: *Hujus generis est illud æthereum, quos Hebræi vocant sanctos angelos*; hoc est sacra Scriptura. Pag. 305. *Hebræi quoque videntur secundum hunc opinari de anima principali, cum dicunt: Clamat apud me sanguis fratris tui*: cum is sit sermo ipsius Dei (ad Cain in Genesi IV, 10). Pag. 351, c. 254: *Consentit huic Platonico dogmati Hebraica philosophia; appellant quippe illi varie somnium, et item visum, tum... revelationem.* Quæ itidem sunt verba Scripturæ. BA.

(45) *Ἄψυχος*. Negant hoc gentiles. Vide totam orationem 4 Juliani, cujus argumentum hoc urget, ut tecto nomine omnem soli divinitatem ascribat. Cor ille quidem et mens mundi. Vide Macrobium lib. I in *Somnium Scipionis*, c, 20. Cætera ex Platone, Proclo, Chalcidio, Homero, Orpheo, Capella, Manilio, poeta incerto qui ad ordinem litterarum Apollini hymnum scripsit lib. I *Anthol.* epigram. titulo λη obvia. De mente præditis stellis sic ratiocinantur Platonici nostri, interprete Chalcidio. *Est absurdum homines quidem unam mundi regionem inhabitantes, fragili corpore, animo cum amentia et sine sinceritate, pleno pœnitudinis ob inconstantiam commotionum suarum,* D *alias aliis atque aliis placentibus rationabiles animantes putari; stellas vero prudentis naturæ ob æternam actuum suorum naturam, nulli pœnitudini obnoxias, puro minimeque dissolubili corpore, utpote quæ extimas ignis cuncta ambientis regiones incolant sine anima fore, carere etiam vita putare*, etc. Macrobius lib. I, cap. 14, ex verbis Ciceronis: *His ergo dictis solum hominem constat ex terrenis omnibus mentis, id est animi, societatem cum cœlo et sideribus habere communem; et hoc est quod ait: hisque animus datus est ex illis sempiternis ignibus quæ sidera et stellas vocatis. Nec tamen ex ipsis cœlestibus et sempiternis ignibus nos dicit animatos: ignis enim ille licet divinum, tamen corpus est, nec ex corpore quamvis divino possemus animari; sed unde ipsa illa corpora, quæ divina et sunt et videntur, animata sunt: id est ex ea mundanæ animæ parte quam diximus de pura mente constare. Et ideo postquam dixit: hisque animus datus est*

νων (45*), ὡς ὑποτοπάζουσιν οἱ τοῦτον θεολογοῦντες, ἢ πρὸς τὰ δύστηνα τούτων δοξάρια (46) κεχηνότες, ἐμμελῆ δὲ ποιούμενος τὴν κίνησιν καὶ ἐναρμόνιον, καὶ μὴ ἐκβαίνων τοὺς τεθέντας ὅρους (47) ὑπὸ τοῦ δημιουργοῦ, καὶ τὴν τάξιν ἣν ἔλαχεν, ἀλλὰ κηρύττων μετὰ τοῦδε τοῦ παντὸς φιλίᾳ τε καὶ συμπνοίᾳ καὶ εὐφωνίᾳ (48) τὸν δημιουργόν· καθάπερ οἰκία καλῶς κατεσκευασμένη (49), καὶ πρὸς κάλλος ἠσκημένη, τὸν οἰκοδόμον πολλάκις ἀπόντα καὶ οὐχ ὁρώμενον, καὶ τὴν ἀξιάγαστον τοῦ τεχνίτου σοφίαν. Ὅθεν καλῶς τῷ θεσπεσίῳ Ἀποστόλῳ (Παῦλος δὲ οὗτος ἦν) πεφιλοσόφηται τοῦ Θεοῦ πέρι καὶ τοῦ κόσμου. Ἔφη γὰρ ὧδε· *Τὰ γὰρ ἀόρατα αὐτοῦ ἀπὸ κτίσεως κόσμου τοῖς ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται* (50). Ναὶ μὴν καὶ Σολομῶντι τῷ σοφῷ, ὃς τὴν αὐτὴν διάνοιαν ἑτέροις ὀνόμασι διεσάφησεν, ὧδέ πως λέγων· *Ἐκ γὰρ μεγέθους καὶ καλλονῆς κτισμάτων ἀναλόγως ὁ γενεσιουργὸς αὐτῶν καθορᾶται* (51). Τοιαύτην τινὰ διάλεξιν ἐν ἐκείνῃ τῇ ἡμέρᾳ ποιησάμενοι, ἐγώ τε καὶ ὁ φιλόσοφος διελυσάμεθα τὴν συνουσίαν. Τέλος γὰρ εἶχε καὶ αὐτῷ τῶν προκειμένων Ἀριστοτέλους θεωρημάτων (52) ἡ ἀνάπτυξις. Πολλοὶ δὲ τοῦ παρόντος

A animal rationis particeps, quemadmodum suspicantur, qui illum Deum prædicant, et ad infelices istorum opiniones obstupescunt. Assiduum autem faciens motum et modulatum, neque excedens terminos sibi impositos ab opifice, et ordinem quem nactus est, sed promulgans cum hac universitate, amicitia et conspiratione et consonantia suum conditorem, quemadmodum domus eleganter confecta et ad pulchritudinem composita, suum architectum sæpe absentem neque visum, dignamque admiratione artificis sapientiam. Unde et præclare a divo apostolo Paulo tractatum de Deo et mundo, dum sic ait : *Invisibilia enim ipsius a creatione mundi ex ipsius operibus intellecta conspiciuntur* [1]. Itemque etiam a sapiente Salomone, qui eamdem sententiam
B aliis vocabulis hunc in modum declaravit : *E magnitudine et elegantia rerum procreatarum, quadam proportione ipsarum opifex cernitur* [2]. Ubi istam disputationem illo die perfecissemus, ego et philosophus conventum dimisimus. Finem enim etiam habebat speculationum Aristotelis ab ipso propositarum declaratio. Plurimi autem ex illo cœtu qui et

[1] Rom. i, 20. [2] Sap. xiii, 5.

ex illis sempiternis ignibus, quæ sidera et stellas vocatis ; mox adjecit : Quæ divinis animata mentibus : ut per sempiternos ignes, corpus stellarum, per divinas vero mentes, earum animas manifesta discretione significet et ex illis in nostras venire animas vim mentis ostendat. Lege omnino Plotinum lib. quarto *Enneadis* IV, qui est Περὶ ψυχῆς ἀποριῶν δεύτερος. Julianus, epist. 51, de sole : Τὸν μέγαν ἥλιον λέγω, τὸ ζῶν ἄγαλμα καὶ ἔμψυχον καὶ ἔννουν καὶ ἀγαθοεργὸν τοῦ νοητοῦ πατρός. Ba.

(45*) *Τυγχάνων*. At gentilis antiquitas non solum rationem soli, sed et fidei et justitiæ patrocinium vindictamque impietatis et lucem vitæ tribuit. Orpheus in Indigitamentis, Εὐσεβέσιν καθοδηγὲ καλῶν, ζαμενὴς ἀσεβοῦσιν.... Δεῖκτα δικαιοσύνης, φιλονάματε, δέσποτα κόσμου,.... Ὄμμα δικαιοσύνης, ζωῆς φῶς... Πιστοφύλαξ, αἰεὶ πανυπέρτατε. Regem vitalis fontis dicit Proclus et intelligibilis sive intellectivi ignis. Κλῦθι, πυρὸς νοεροῦ βασιλεῦ, χρυσήνιε Τιτάν· Κλῦθι, φάους ταμία, ζωαρκέος ὦ ἄνα πηγῆς. Et providentiam sive pronœam mox eidem ascribit : Πάντα τεῆς ἔπλησας ἐγερσινόοιο προνοίας· item fatorum omne imperium : Σοὶ δ' ὑπὸ Μοιράων χορὸς εἴκαθεν ἀστυφέλικτος, Ἄψ δὲ μεταστρωφῶσιν ἀναγκαίης λίνον αἴσης, Εὖτε θέλεις· περὶ γὰρ κρατέεις, περὶ δ' ἶφι ἀνάσσεις. Ba.

(46) *Δύστηνα τούτων δοξάρια*. Infelices horum opiniunculas. Suida : δοξάριον, δόξα, ὑποκοριστικῶς. Heschius : δοξαρίοις, εὐτελέσι δόγμασιν· ὑπ' ἐνίων ὑποκοριστικῶς. Ba.

(47) *Τεθέντας ὅρους*. Sæpe sic loquitur Scriptura, cum qua iste studio. Et sane omnis cætera eloquentia præ hujus vel scintillis putidæ tramæ sunt. Ba.

(48) C. P. καὶ ἐν ἀφωνίᾳ. — Εὐφωνίᾳ restituimus, quod excluserat ἐν ἀφωνίᾳ. Tar. Sic restitutum interpreti. Bardo antea ἐν ἀφωνίᾳ. De harmoniæ cœlestis cum lyra comparatione pulchre Plotinus lib. IV *Enneadis* IV, cap. 41, et alibi. Ba.

(49) *Καθάπερ οἰκία*. Domus magna, bene ordinata, composita, hoc universum. Scite alii urbem dicunt. Marcus imperator lib. x : Ὀλίγον ἐστὶ τὸ ἀπολειπόμενον τοῦτο· ζῆσον ὡς ἐν ὄρει· οὐδὲν γὰρ διαφέρει ἐκεῖ ἢ ὧδε, ἐάν τις πανταχοῦ, ὡς ἐν πόλει τῷ κόσμῳ. Idem lib. IV, : Παύου ποτέ· ἀλλὰ καὶ τοῖς ἐκ τῶν ὅλων ἀπονεμομένοις δυσχεραίνεις· ἀνανεωσάμενος τὸ διεζευγμένον, ἤτοι πρόνοια ἢ ἄτομοι, ἢ ἐξ ὅσων ἀπεδείχθη, ὅτι ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις. Ibidem : Εἰ τὸ νοερὸν ἡμῖν κοινὸν, καὶ ὁ λόγος, καθ' ὃν λογικοί ἐσμεν, κοινός· εἰ τοῦτο, καὶ ὁ προστακτικὸς τῶν ποιητέων, ἢ μὴ λόγος κοινός· εἰ τοῦτο, καὶ ὁ νόμος κοινός· εἰ τοῦτο, πολῖταί ἐσμεν· εἰ τοῦτο,
C πολιτεύματός τινος μετέχομεν· εἰ τοῦτο, ὁ κόσμος ὡσανεὶ πόλις. Pulchre in eam sententiam Socrates, et ex eo Musonius, apud Stobæum sermone de exsilio. Alii mundum *templum esse deorum* aiunt, ut Seneca lib. VII *De beneficiis*, c, 7 ; alii simulacrum Dei, ut Plotinus adversus Gnosticos cap. 8 *Enneadis* II libro IX : Ἐπεὶ οὐδὲ τοῦ παντὸς τὴν διοίκησιν ὀρθῶς ἄν τις μέμψαιτο· πρῶτον μὲν ἐνδεικνυμένην τῆς νοητῆς φύσεως τὸ μέγεθος· εἰ γὰρ οὕτως εἰς τὸ ζῆν παρελήλυθεν, ὡς μὴ ζωὴν ἀδιόρθωτον ἔχειν, ὁποῖα τὰ σμικρότερα τῶν ἐν αὐτῷ ἃ τῇ πολλῇ ζωῇ τῇ ἐν αὐτῷ ἀεὶ νύκτωρ καὶ μεθ' ἡμέραν γεννᾶται, ἀλλ' ἔστι συνεχὴς καὶ ἐναργὴς καὶ πολλὴ καὶ πανταχοῦ ζωὴ, σοφίαν ἀμήχανον ἐνδεικνυμένη, πῶς οὐκ ἄν τις ἄγαλμα ἐναργὲς καὶ καλὸν τῶν νοητῶν θεῶν εἴποι ; etc. *Domus deorum* Ennio Ausonius Idyllio 12 : |*Unde Rudinus ait : Divum domus altisonum cæl.* [*Domus omnipotentis Olympi :* Nævius et Virgilius. Quod vero domus hoc univer-
D sum, et quomodo ad domum componatur, peculiari libro in commentario Characterum adolescens commentari memini. Ba.

(50) *Ποιήμασι νοούμενα καθορᾶται*. Theophilus lib. I contra Autolycum multis per hæc amico suo sensibilem Deum præfigurat. Vide qui locum istum Pauli commentariis illustrarunt. Ba.

(51) In editis Bibliis. θεωρεῖται.

(52) *Ἀριστοτέλους θεωρημάτων*. Hæc discere solitos discipulos et docere doctores tum vigentis philosophiæ et sophistices, ut opponerent Christianorum dogmatis, patet ex Justino Martyre ; qui, quantum ad Creatorem et creaturam attinet, bonam, si non maximam, eorum partem confutavit, memorabili sane opere. Qui liber, licet talis non sit nunc

interfuerant disputationi, cum etiam ipsi essent exercitati in apodicticis rationibus, et modis, et versati circa varios ratiocinationum labyrinthos, spirarent etiam frequenter Aristotelem, tuas delicias, et Platonem, atque admirarentur, nostris verbis adhæserunt et suffragati sunt, aut potius veritatis sacræ quæ Christianorum est familiaris. Domum itaque discesserunt Christianas demonstrationes admirati, et valde aventes sæpius veritatis sermones audire. Postridie discipulorum præstantissimus Gessius, qui nunc Hippocratis Coi et Galeni Pergameni scientia gloriatur, et medicinæ studiosorum doctor ad Nilum præsidet, postulabat eumdem congressum et colloquium repeti, quasi ipse posset plura quam præceptor dicere. Ac meam

A τηνικαῦτα συλλόγου οἳ καὶ ἐτύγχανον ἐπαΐοντες τῆς διαλέξεως· ὄντες καὶ αὐτοὶ τῶν περὶ τὰς ἀποδεικτικὰς μεθόδους καὶ τοὺς ποικίλους τῶν συλλογισμῶν λαβυρίνθους στρεφομένων, καὶ τὸν Ἀριστοτέλην, τὰ σὰ παιδικὰ καὶ Πλάτωνα (53) θαμὰ πνεόντων καὶ ἀγαμένων (54), τοῖς ἡμετέροις ἔθεντο καὶ ἐπεψηφίζοντο λόγοις· μᾶλλον δὲ τοῖς τῆς ἱερᾶς καὶ φίλης Χριστιανοῖς ἀληθείας. Καὶ ἀνεχώρουν οἴκαδε θαυμάζοντες τὰς Χριστιανικὰς ἀποδείξεις, καὶ διαφερόντως γλιχόμενοι (55) θαμὰ τῶν τῆς ἀληθείας λόγων ἐπαΐειν. Τῇ δὲ ὑστεραίᾳ, τῶν φοιτητῶν ὁ κορυφαιότατος καὶ Γέσσιος (56), ὃς νῦν αὐχεῖ τὴν Ἱπποκράτους τοῦ Κῴου καὶ Γαληνοῦ τοῦ ἐκ Περγάμου σοφίαν, καὶ τῶν ἰατρικὴν φιλοσοφούντων διδάσκαλος παρὰ τὸν Νεῖλον (57) προκέκληται, ἠξίου τὴν αὐτὴν ανα-

qualem eum olim legit Photius, licetque sit interpolatus nonnullis posteriorum temporum locutionibus, nobis tamen genuinus Justini videtur, fidem faciente genio ipso scriptionis et modo arguendi. Aristotelem autem in rebus physicis maximi faciebant philosophi isti jam inde ab ævo Plotini. Porphyrius hujus Vita : Ἐμμέμικται δ' ἐν ταῖς συγγράμμασι καὶ τὰ στωϊκὰ λανθάνοντα δόγματα καὶ τὰ περιπατητικά· καταπεπύκνωται δὲ καὶ ἡ μετὰ τὰ φυσικὰ τοῦ Ἀριστοτέλους πραγματείας. Bᴀ.

(53) *Καὶ Πλάτωνα.* Is enim cum Platone Aristotelem conciliabat, superiorem illum Ammonium æmulatus. Tᴀʀ.

(54) *Πνεόντων καὶ ἀγαμένων.* Ad fastum prius verbum pertinet. Ejus exemplar proponit in doctorum suo doctore Theophrasto Æneas Gazæus. Locutio est Homerica; ut Iliade postrema : Μένεα πνείοντας Ἀχαιούς. Il. B. : Μένεα πνείοντες Ἄβαντες. Odyssea X : Ἔνθα μένος πνείοντες ἐφέστασαν. Interpres non perpendit mentem verbi, qui *suspirantes* vertit. Bᴀ.

(55) *Γλιχόμενοι.* Ἐπιθυμοῦντες· Hesychius; παρὰ τὸ λίαν ἔχεσθαι· Etymolog. Bᴀ.

(56) *Καὶ Γέσσιος.* Non de alio aliquo simul loquitur, sed de solo Gessio, quare vel ὁ Γέσσιος, vel, quod nos aliquando suspicabamur, Γάϊος ὁ Γέσσιος, vel Γάϊος Γέσσιος. De eo hæc Suidas quæ integra describam Γέσιος ἐπὶ Ζήνωνος ἦν λαμπρυνόμενος ἐπὶ τέχνῃ ἰατρικῇ. Πετραῖος τὸ γένος· καθελὼν δὲ τὸν ἑαυτοῦ διδάσκαλον Δόμνον τὸν Ἰουδαῖον καὶ τοὺς ἑταίρους πρὸς ἑαυτὸν μεταστησάμενος ὀλίγου πάντας, πανταχοῦ ἐγνωρίζετο, καὶ μέγα κλέος ἔσχεν, οὐ μόνον ἰατρικῆς ἕνεκα παρασκευῆς τῆς τε διδασκαλικῆς καὶ τῆς ἐργάτιδος, ἀλλὰ καὶ τῆς ἄλλης πάσης παιδείας· φιλότιμος γὰρ καὶ φιλόπονος ὢν ὁ ἀνὴρ, ἄλλην τε πολλὴν ἐν πολλῷ χρόνῳ μελέτῃ, καὶ οὐ φύσει, προσπεριεβάλλετο δοξοσοφίαν καὶ τὴν τῶν ἰατρικῶν ἔργων τε καὶ λόγων ἀκριβεστέραν τῶν καθ' ἑαυτὸν πάντων ἰατρῶν. τε καὶ ἰατροσοφιστῶν κατώρθωσε τέχνην· βραδέως δὲ ἀρξάμενος ἐπιδεικνύναι δημοσίᾳ τὴν ἐπιστήμην, ταχέως ἀνέδραμέ τε καὶ εὐθήνησεν ἐπ' αὐτῇ, πομπικὸς ὢν καὶ ἐπιδεικτικὸς, φιλοσοφίας μὲν ἐπ' ὀλίγον ἥκων, ἰατρικῆς δὲ ἐπὶ πλεῖστον· ὅθεν καὶ χρημάτων μεγάλων ἐγένετο κύριος καὶ Ῥωμαϊκῶν ἔτυχεν ἀξιωμάτων οὐ τῶν τυχόντων. Ἀποδέχομαι δὲ τὸ ἀνδρεῖον παράστημα τῆς ἀγαθῆς ψυχῆς· τόν τε γὰρ Ἡρμαΐσκον ἐπιζητούμενον ὑπὸ Ζήνωνος βασιλέως οἴκῳ τῷ ἰδίῳ κατέκρυψε, παραβαλλόμενος πρὸς τὸν κίνδυνον· καὶ ἐπειδὴ, ἐν τῇ φυγῇ νοσήσας, ἀπηλλάγη τοῦ σώματος, εὖ τε περιστείλας καὶ τὰ νομιζόμενα θεραπεύσας. Ὁ δὲ ἀποσταλεὶς βασιλικὸς Ἀγάπιον καὶ τοὺς ἄλλους φιλοσόφους κατασχὼν εἰς τὸ ἀρχεῖον ἀπήγαγε. Nomen ipsum Romanis non infrequens, ut Gessius Florus apud Josephum lib. xx *Antiquitatis* cap. ult., et in libris Phi-

B loseos Judaicæ. Medicinæ autem tum studium philosophis erat commendatissimum, ut videre est vel in catalogo familiarium maximi nominis quique posteris exemplum doctrinæ præbuit philosophi, Plotini, quos plerosque omnes utrique simul studio addictos recenset Porphyrius in ejusdem Vita [p. 5]. Gessius vero iste et medicus et magnarum dignitatum administrator simul fuit, more usitato tum inter tales. Nam et Zethum Arabem talem idem memorat eodem libro : Ἔσχε δὲ καὶ Ζῆθον ἑταῖρον... ἦν δὲ καὶ οὗτος ἰατρικὸς, καὶ σφόδρα πεφίλητο τῷ Πλωτίνῳ· πολιτικὸν δὲ ὄντα καὶ ῥοπὰς ἔχοντα πολιτικὰς ἀναστέλλειν ὁ Πλωτῖνος ἐπειρᾶτο. Quod fere contra nostri aliorumque sæculorum morem est. Bᴀ

(57) *Παρὰ τὸν Νεῖλον.* Alexandriam, celeberrimam tum toto terrarum orbe disciplinarum palæstram, per fluvium indicat, ut Æneas initio Theophrasti. De hujus urbis præstantia peculiares olim C libros scripserunt auctores non postremi nominis : Callixenus Rhodius aliquot libris, laudatus ab Harpocratione in voce. Ἐγγυθήκη· ὡς Καλλίξενός τε ἐν τετάρτῃ περὶ Ἀλεξανδρείας ὑποσημαίνει, καὶ Δαΐμαχος ὁ Πλεκταιεὺς ἐν δευτέρῳ περὶ Ἰνδικῆς. Et sæpius Athenæus. Item Ælius Dionysius. Vetus criticus de Scylace Caryandeno verba faciens : Αἴλιος Διονύσιος ἐν τῷ περὶ Ἀλεξανδρείας βιβλίῳ πρώτῳ φησὶν ὅτι Δαρείῳ προσεφώνησε Σκύλαξ τὸ φρόντισμα. Dicebatur speciatim propter excellentiam πόλις, ut Roma *Urbs*. Epitomator Stephani : Ἀλεξάνδρεια ἡ Αἰγυπτία, ἤτοι Λίβυσσα, ἐλέγετο κατ' ἐξοχὴν πόλις καὶ πολῖται ἐξ αὐτῆς, ὡς ἄστυ αἱ Ἀθῆναι... βρύουσιν αἱ πηγαί. Et ad differentiam cæterarum dicitur Ἀλεξάνδρεια μεγάλη, ut in Chronico quod Alexandrinum inscribitur, in recensione urbium secundum septem climata. Auctor incertus, qui rustico sermone memorabilia chorographica conscripsit : *Alexandria civitas est valde maxima et eminens in* D *dispositione et abundans omnibus bonis et escis dives.* Medicinæ quidem gloria adeo florente, ut ad summam in ea laudem fecerit. Alexandriæ quem operam dedisse et studio. Ammianus Marcellinus lib. xxii : *Medicinæ ita studia augentur in dies, ut licet opus ipsum redoleat, pro omni tamen experimento sufficiat medico ad commendandam artis auctoritatem, si Alexandriæ se dixerit eruditum.* Sic chirurgus quidam admirabilis Alexandrinus celebratur B. Augustino lib. xxii. *De civ. Dei*, c. 8 : *Nec aliud occurrit fatigato lacrymis et illa jam necessitate constricto, nisi ut adhiberet Alexandrinum quemdam, qui tum chirurgus mirabilis habebatur.* Et inerant curiæ medicorum pene domibus ipsis numero pares. Fulgentius Prologo Mythol. *Inveniebat animus quibus inter mala adridere, nisi me etiam exinde bellis crudelior Galeni curia exclusisset, quæ*

κινεῖσθαι ὁμιλίαν καὶ συνουσίαν, ὡς δή τι τοῦ διδασκάλου πλέον λέγειν δυνάμενος. Καί μου τῆς δεξιᾶς λα- A dextram tenens abducit ad Musarum templum : quo poetæ, rhetores, grammatici ventitantes, præbent

pene cunctis Alexandriæ ita est inserta angiportis, quo chirurgicæ carnificinæ laniola pluriora..... habitaculis numerentur. Qui idem omnium *dogmatum*, ut loquitur, *imbutamentis* crebram eam urbem' ibidem facit. Principes medicorum, qui ejus civitatis doctoribus laudati. Et sic laudat Zenonem suum Julianus Parabates, epist. 45 : Πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα σοι μαρτυρεῖ καὶ τῆς ἰατρικῆς τέχνης εἰς τὰ πρῶτα ἀνήκειν, καὶ ἤθους καὶ ἐπιεικείας καὶ βίου σωφροσύνης συμφώνως πρὸς τὴν τέχνην ἔχειν· νῦν δὲ προσῆλθε τὸ κεφάλαιον τῆς μαρτυρίας· τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων πόλιν ἀπὼν ἐπιστρέφεις εἰς σεαυτόν· τοσοῦτον αὐτῇ κέντρον καταλέλοιπας. Et alioquin Ægyptii medicinæ laudibus celebres.Vopiscus in Saturnino : *Sunt Ægyptii liberi, novarum rerum usque cupientes, versificatores, epigrammatarii, mathematici, aruspices, medici.* Ita ut omnes pene essent medici. Diogenes Laertius, lib. III, de Euripide : Ὅθεν καὶ εἰπεῖν· Θάλασσα κλύζει πάντα τἀνθρώπων κακά· ἀλλὰ καὶ καθ' Ὅμηρον φάναι πάντας ἀνθρώπους Αἰγυπτίους ἰατροὺς εἶναι. Itaque habebantur cum transferrentur ægrotantes pueruli per singulas domos. Rufinus, *Hist. eccles.* lib. I, cap. 10 : *Moris apud Ægyptios esse dicitur, ut, si puerulus ægrotet, circumferatur a matre per singulas domos, quo, si quis aliquid experti remedii noverit, conferat id laboranti.* Fuisse priscis Ægyptiis ad singula membra humana singulares medicos testatur Herodotus lib. II, qui plura de his, ut et Diodorus Siculus. Situm urbis Alexandrinæ opportunissimum celebrat Philo Legatione ad Caium, § 43, de eo : Ἄλεκτος γάρ τις αὐτὸν ἔρως κατεῖχε τῆς Ἀλεξανδρείας, εἰς ἣν ἐπόθει σπουδῇ πάσῃ παραγενέσθαι, νομίζων ταῖς ἄλλαις παράδειγμα γεγενῆσθαι τοῦ σεβασμοῦ, μεγίστην τε οὖσαν καὶ ἐν καλῷ τῆς οἰκουμένης : aerem salubritate eximium Strabo libro V, ubi de Ravenna, cui perpetuæ paludes eamdem non demunt. Ob amplitudinem dixi Romæ compositam. Proxima illi ante Constantinopolim conditam habebatur. Aristides Encomio Romæ : Ὁ δὲ καὶ μόνον ἄξιον τῆς ἑαυτοῦ φύσεως ἔργον καὶ μνημεῖον κατέλιπε πρὸς Αἰγύπτῳ τὴν ἐπώνυμον πόλιν, ταύτην εὖ ποιῶν ὑμῖν ᾤκισεν, ὅπως ἔχοιτε καὶ τῆς μεγίστης μετὰ τὴν ὑμετέραν κρατοίητε. Neque alia mente isti jungitur a Nemesio : Τόπος γάρ ἐστι πέρας τοῦ περιέχοντος, καθ' ὃ περιέχει τὸ περιεχόμενον· εἰ δέ τις λέγοι, « Οὐκοῦν καὶ ἐν Ἀλεξανδρείᾳ καὶ ἐν Ῥώμῃ ἐστὶ καὶ πανταχοῦ ἡ ἐμὴ ψυχή », λανθάνει ἑαυτὸν πάλιν τόπον λέγων. Dixi κατ' ἐξοχὴν πόλιν dictam. Idem tradit Eustathius in Dionysium commentario, ubi et lectu digna de ea alia non pauca : Λέγεται δὲ καὶ πόλις ποτὲ κληθῆναι κατ' ἐξοχήν, ὡς νῦν ἡ Κωνσταντίνου πόλις, καὶ ὡς αἱ Ἀθῆναι ποτε ἄστυ. Etiam secundæ sedis a Roma honorem episcopus olim habebat. Leo Magnus epistola 53 : *Tanquam opportune se tibi tempus obtulerit, quo secundi honoris privilegium sedes Alexandrina perdiderit et Antiochena Ecclesia proprietatem tertiæ dignitatis amiserit.* Quæ verba repetit Facundus Hermianensis, Pro concilio Chalcedonico, lib. V, cap. 4. Idem ex canonica ordinatione tradit Petrus Damianus libro II, epist. 16. Peculiaribus non raro verbis utebantur Alexandrini, ut videre est apud Hesychium in voce Βαΐων, et alibi; adeo ut Attici sermonem eorum gratia rejecerint. Phrynichus. Τεθεληκέναι. Ἀλεξανδρεωτικὸν τοὔνομα· διὸ ἀφετέον Ἀλεξανδρεῦσιν καὶ Αἰγυπτίοις αὐτό· ἡμῖν δὲ ῥητέον †θεληκέναι. Idem ἐπιχειμάζεις σαυτόν, Μένανδρος εἴρηκεν ἐπὶ τοῦ λυπεῖν, καὶ Ἀλεξανδρεῖς ὁμοίως· πειστέον δὲ τοῖς δοκίμοις τοῖς μηδ' εἰδόσι τοὔνομα. Sermo erat delicatus, ut proverbio locum etiam fecerit. Quintilianus lib. I, cap. 2 : *Gaudemus si quid licentius (pueri) dixerint.*

B *Verba nec Alexandrinis quidem permittenda deliciis risu et osculo excipimus.* Præcipuum urbis decus templum Serapidis, quod, cum demolitum videre, laudant et describunt Rufinus aliique ecclesiastici historici. Idem laudat et barbaro-romanus chorographus : *Et dii coluntur eminenter, et templum Serapis ibi est; unum est solum spectaculum novum in omni mundo. Nusquam enim terræ aut ædificium, aut dispositio templi aut religionis invenitur. Undique autem musium ei reddire videatur.* Emaculandum existimo; nam barbarum mire læsit barbarior librariorum stupor : *Et dii tibi coluntur, et eminenter templum Serapidis. Id est unum et solum spectaculum novum in omni mundo. Nusquam enim terræ aut ædificium aut dispositio templi aut religio similis invenitur. Undique autem Musium ei reddi rite videatur.* De *Musio* doctissimus editor, amicus noster. Commendabant Alexandriam ultra Pharus illa nobilis, et totam civitatem innoxio flumine subterfluens Nilus. Utrumque celebrat geographus Arabs, nuper Latinitate donatus : *Nilus*, inquit *ab occidentali ipsius parte excurrens transit sub fornicibus omnium ipsius domorum, quarum quidem fundamenta sunt invicem connexa. Et urbs nihilominus est non modo clara atque luminosa, verum etiam firmiter structa.* De Pharo copiosius idem quem lege, ut et Benjaminum Tudelensem, qui de speculo Alexandri intrepide nugatur...] Ultra hæc charta etiam ditabat et celebrabat hanc urbem; papyrus tamen potius, cujus ubertatem modo dictus barbarus chorographus laudat : *Possidet*, inquit, *cum omnibus, quibus habet bonis, et unam rem, quæ nusquam nisi in Alexandria et regione ejus fit, sine qua neque judicia neque privata negotia regi possunt, sed pene per ipsam rem omnis hominum natura stare videtur. Et quid est, quod sic a nobis laudatur? carta; quod ipsa faciens et omni mundo emittens, utilem speciem omnibus ostendit. Sola hoc supra omnes civitatesque et provincias possidens, sed sine invidia præstans suorum bonorum.* Suo ævo quam aromatum specierumque mercatura fuerit frequentata, adeo ut plurimæ gentes suos ibi negotiatores ordinarios, fora peculiaria conditoria et curias habuerint, quæ nunc etiam maximam partem florent, multis tradit, quem modo nominavi, Benjamin Tudelensis, commemorans etiam domum extra urbem studiis litterarum dicatam, quam olim Aristotelem coluisse fabulatur; certum tamen est inde a Romano ævo eam iis usibus inservisse. *Extra urbem*, inquit, *ædificium visitur magnum et speciosum, quod gymnasium fuisse dicitur Aristotelis, Alexandri præceptoris, in quo viginti ipsæ scholæ sunt, totius orbis olim hominibus frequentatæ, qui eo conveniebant Aristotelis philosophiam discendi causa, et inter singulas marmoreæ erant columnæ.* Porro maximum nomen hujus civitatis fuit florente Ægypto, adeo ut tanti regni principes reges Alexandrini perhibeantur. Cicero *Pro domo sua* : *Qui cum lege nefaria Ptolemæum regem Cypri, fratrem regis Alexandrini, causa incognita publicasses, bello gerendo M. Catonem præfecisti.* Curius Fortunatianus, lib. II Rhetor schol. : *In hypophoris quæ cavenda sunt? ne plene et copiose ponantur, quod tamen aliquando facimus duabus ex causis aut irridendi adversarii gratia, si hoc augeat, de quo nulla quæstio est, ut pro Cornelio majestatis aut si discrepans aliquid ostendatur, ut de rege Alexandrino.* Aristeas suo ævo scribit omnium fuisse urbium opulentissimam et amplissimam, adjiciens tantam incolarum fuisse civilitatem, ut agriculturam præ cultu neglexerint hospitalitatis; reges coactos edicto sanxisse ne quis exterus ultra unde 20 dies intra urbem commoraretur, utque res

suorum ingeniorum specimina. Hunc autem sermonem orsus est.

δόμενος, ἀπάγει παρὰ τὸ τέμενος τῶν Μουσῶν (58)· ἔνθα ποιηταὶ καὶ ῥήτορες καὶ τῶν γραμματιστῶν οἱ παῖδες φοιτῶντες, ποιοῦνται τὰς ἐπιδείξεις. Ἄρχεται δὲ τοῦ λόγου ἐνθένδε

litigiosæ intra sextum diem componerentur : Τῶν δὲ πόλεων ὅσαι μέγεθος ἔχουσι καὶ τὴν ἀκόλουθον εὐδαιμονίαν, ταύταις συμβέβηκεν εὐανδρεῖν, ἀμελεῖσθαι δὲ τὰς χώρας, πάντων ἐπὶ τὸ κατὰ ψυχὴν ἱλαροῦσθαι νενευκότων, καὶ τῇ κατασκευῇ πάντας ἀνθρώπους ἐπὶ τὰς ἡδονὰς εὐκαταφόρους εἶναι· τοῦτο δὲ ἐγένετο ἐπὶ τὴν Ἀλεξάνδρειαν, ὑπερβάλλουσαν πάσας τῷ μεγέθει καὶ εὐδαιμονίᾳ τὰς πόλεις· οἱ γὰρ ἀπὸ τῆς χώρας εἰς αὐτὴν ἐπιξενούμενοι, καταμένοντες ἐφ' ἱκανὸν, εἰς ἐλάττωσιν ἦγον τὰ τῆς ἐργασίας· ὅθεν ὁ βασιλεὺς, ἵνα μὴ καταμένωσι, προσέταξε μὴ πλέον εἴκοσι ἡμερῶν παρεπιδημεῖν, καὶ τοῖς ἐπὶ τῶν χρειῶν ὁμοίως δι' ἐγγράπτων διαστολὰς ἔδωκεν, ἐὰν ἀναγκαῖον ᾖ κατακαλέσαι, διακρίνειν ἐν ἡμέραις πέντε. Inde dicebatur μεγαλόπολις etiam florente utraque Roma, altera certe. Auctor Catenæ in B. Joannem : Καὶ τοῦτο δὲ οὐκ αὐτονόμως ἐποίησα, ἀλλ' ἀκολουθήσας τῷ ἁγιωτάτῳ ἡμῶν Πατρὶ, τῷ τῆς Ἀλεξάνδρου φιλοχρίστου μεγαλοπόλεως ἀρχιεπισκόπῳ Κυρίλλῳ, φήσαντι ἐν τῇ πρὸς Εὐλόγιον ἐπιστολῇ, etc. Magnitudinem Romanæ proximam ascribit Josephus lib. IV Halos. c. 11 : Εἰς δὲ τὴν Ἀλεξάνδρειαν ἀφιγμένῳ τῷ Οὐεσπασιανῷ τὰ ἀπὸ τῆς Ῥώμης εὐαγγέλια ἧκε, καὶ πρέσβεις ἐκ πάσης τῆς ἰδίας οἰκουμένης συνηδόμενοι· μεγίστη δὲ οὖσα μετὰ τὴν Ῥώμην ἡ πόλις στενωτέρα τοῦ πλήθους ἠλέγχετο. Idem lib. II, c. 16 ejusdem operis tradit in longitudinem fecisse stadia 30, in latitudinem 10 : Αἴγυπτος τὴν Ῥωμαίων ἡγεμονίαν οὐκ ἀδοξεῖ, καίτοι πηλίκον ἀποστάσεως κέντρον ἔχουσα τὴν Ἀλεξάνδρειαν, πλήθους γε ἀνδρῶν ἕνεκα καὶ πλούτου, πρὸς δὲ καὶ μεγέθους μῆκος μέν γε αὐτῆς τριάκοντα σταδίων, εὖρος δὲ οὐκ ἔλαττον δέκα. Ubi memorabilem rem adjicit, tantum per mensem vectigalium inferre Romanis, quantum vix toto anno possit Judæa, et quatuor præterea mensium Romæ annonam sufficere : Τοῦ δὲ ἐνιαυσίου παρ' ὑμῶν φόρου καθ' ἕνα μῆνα πλέον Ῥωμαίοις παρέχει, καὶ, τῶν χρημάτων ἔξωθεν, τῇ Ῥώμῃ σῖτον μηνῶν τεσσάρων. De spatio paulo aliter Plinius lib. V, cap. 10. De salubritate Alexandrini aeris, de geminis portubus, de mercibus pluribus ex quam importatis, figura situs ad chlamydem accedente, vicis duobus jugeris singulis amplitudine patentibus, fanis et basilicis tertiam urbis partem occupantibus, de Museo reditibus locupletibus ditato, de Antirrhodo, theatro, aliisque in tanta memorabilibus, legendus oculatus summæque et fidei et doctrinæ testis Strabo lib. XVII. Memorabilis etiam Necropolis, peculiare mortuorum habitaculum; memorabile Panium, Sarapium, oppidum Augusti victoriæ monumentum, Nicopolis; item emporium μέγιστον τῆς οἰκουμένης, celebrante eodem Strabone. Νῦν, inquit idem, καὶ στόλοι μεγάλοι στέλλονται μέχρι τῆς Ἰνδικῆς καὶ τῶν ἄκρων τῶν Αἰθιοπικῶν, ἐξ ὧν ὁ πολυτιμότατος κομίζεται φόρτος εἰς τὴν Αἴγυπτον, κἀντεῦθεν πάλιν εἰς τοὺς ἄλλους ἐκπέμπεται τόπους, etc. Unde apparet etiam ampliorem quam nunc est negotiationem Romano imperio florente in hac urbe viguisse, quæ qualis nostro ævo sit admodum diligenter describitur a Joanne Helfrico Lipsiensi, libello Germanica lingua in alias educi non indigno. Notatum supra de medicinæ studiis florentibus : de legum Romanarum exemplo suo testis est Agathias libro II, ubi de terræ motu, alioquin Ægypto incomperto : Ἅπαντες δὴ οὖν οἱ ἐπιχώριοι καὶ μάλιστα οἱ σφόδρα γεγηρακότες ἐν θαύματι μεγάλῳ τὸ ξυνενεχθὲν ἐποιοῦντο, ὡς οὔπω πρότερον γεγενημένον, ἔμενέ τε οἴκοι ὅστις οὐδείς· ἀλλ' ἀνὰ τὰς λεωφόρους τὰ πλήθη ξυνέῤῥει τῷ ἀπροσδοκήτῳ δήπου καὶ παραδόξῳ τοῦ μετοίου καταπεπληγμένοι· ἐμοὶ δέ γε καὶ αὐτῷ (ἐτύγχανον γὰρ αὐτοῦ διατρίβων παιδείας ἕνεκα τῆς πρὸ τῶν νόμων) δεδιέναι προσῄει, καὶ ταῦτα ἐπὶ λίαν σμικρᾷ τῇ κινήσει λογιζομένῳ ὅτι δὴ αὐτοῖς αἱ οἰκοδομίαι οὐκ ἰσχυραὶ, οὐδὲ εὐρεῖαι τυγχάνουσιν οὖσαι, οὐδὲ οἷαι καὶ πρὸς βραχὺ ἀνασχέσθαι δοκούμεναι, ἀλλ' ἰσχναὶ ἄγαν καὶ ἀσθενεῖς· ἐφ' ἑνὶ γὰρ ὑφαίνονται λίθῳ. Quæ postrema inscite sane traduxit doctus aliarum rerum interpres *de simplici latere*, cum mens sit Agathiæ uno solo lapide niti ædificia Alexandrina ; hoc est, fundamentum lapideum habere, sed minime altum, unius tantum lapidis subjectione, cui de vili materia habitationes reliquas esse inædificatas, quas textas, non compactas dici. Arcem Alexandrinam stupendi operis ita describit, ut contemplandam pene proponat Aphthonius in Progymnasmatis, licet interiorem is culmum non attigerit. Vitia Alexandrinis inuruntur a scriptoribus, inconstantiæ, seditionum. Ausonius, *De* [*claris*

A atque effecta sint, existimantur: et quod possit in puncto temporis, et momento individuo omnia ad ortum adducere. Possidet enim simul ingenitam et coævam beatæ (suæ) naturæ voluntatem erga ea quæ et producenda sunt, et beneficiis cumulanda. Cæterum produxit cum profuturum iis quæ producta sunt, vidit, atque ratio et ordo postulabat. Sic circa res Dei voluntas et beneficentia æterna est, non ut earum natura in tempore. Nihilque eorum quæ **280** procreata sunt, videbitur aliquando sibi ipsi rapere et attrahere dignitatem unius summi opificis, quæ in eo semper cohærendo posita est. Id vero est semper esse. Quomodo autem conveniret aut ambobus, et simul exstantibus, et semper, Deo dico et mundo, illi ut sit opifex, huic, ut opificium; aut quæ attri- B butio duorum, quorum unum agit, alterum patitur? Quænam autem ratio, ne contrarium existimemus, quod quidem etiam cogitare non possumus, si quidem ambo coævi sunt, et nisi Deus semper exstiterit, vacaveritque origine, mundus autem cœperit, nec semper fuerit? Nam hic est ordo opificis et opificii, ut cognoscamus ipsi et nobiscum natura alia rationis particeps si qua sit, quid sit opifex et effector, quid opificia et effectiones: quidque perfectissima sibi ipsi sufficientissima, et omnium præcipua natura et dominatio; quid vero quæ effecta sunt, et quæ pendent e summi Opificis potestate atque arbitrio, ab ipso continentur, ipso solo egent, ipsi famulantur. Si enim simul cum Opifice, et sem- C per universa consistant, ubi jam est præstantia Opificis? quatenus omnia simul cum eo semperque exsistunt. Jam vero quo pacto erit opifex eorum quæ simul semper exsistunt, et cum ipso nata sunt? quomodo autem pari honore digna censebuntur in eo, ut simul sint et semper dominatio et servitus, Deique suprema majestas et dignitas? Sic igitur Deus semper est opifex, et beneficus; opificia autem non semper. Sic Deus eorum quæ nondum exstabant, Deus erat, ut quæ in ipso etiam ante ortum exsisterent. Universa enim complexus est vi prænoscendi quæ ad ortum adducenda erant. Cæterum unumquodque ut vult, et quando consentaneum est, et ut optimum factum est, sapientia quadam et arte atque potestate effectrice producit; estque opifex non D ex iis quæ sigillatim fiunt, sed ex sese. An non vocas benefactorem et conservatorem ipsius ægrotantis et medicum, cum cogitat et deliberat ægrotanti opem ferre, etiamsi nondum in opus perduxerit suam voluntatem, quod paulo post sit cogitationi adjuncturus opus?

ΙΑΤΡ. Πᾶσα ἀνάγκη.

ΧΡΙΣΤ. Οὕτω τοίνυν· ἀλλ' ὅσον εὐσεβὲς τοῦ παρα-

MED. Omnino necesse est.

CHRIST. Sic igitur, si quod religiosum et san-

(84) CC. P. εὐεργετηθησομένων.

(85) *Τίς ἡ ἀποκλήρωσις*. Quæ sit distantia, inquit, inter facturam et factorem, si non hic æternus, illa temporalis habeatur. Ἀποκλήρωσις, distinctio, velut cum hæreditas aliqua in duas partes distinguitur; disterminatio, determinatio. Ba.

(86) *Τίς δὲ ὁ λόγος*. Et hic rationem et exitum quæro. Tar. Ubi manet ratio, inquit, si hæc confundamus, et mundum Deo parem vel [coæternum] suspicemur? Locus est corruptus. Scribendum suspiceris: Τίς δὲ ὁ λόγος τὸ μὲν ἐναντίον ὑποτοπάζειν, ὅπερ καὶ ἔμπαλιν διανοεῖσθαι οὐ θέμις; quæ ratio ferat aut suadeat contrarium suspicari, cum tale quid nefas sit vel cogitare? Facile persuadear esse intrusum hic aliunde aliquid, vel et interlocutionem medici obliteratam. Codice manuscripto opus. Ba.

(87) Lege meo periculo, κατὰ τὸ ἅμα. Tar.

(88) Τῶν καθ' ἕκαστον γινομένων· quæ pro se quoque secundumque speciem suam fiunt. Ba.

ctum est in exemplo sumas, amoveas autem quod dissentaneum; (sic, inquam) Deus benefactor, et opifex, et Deus eorum quæ beneficio affecturus est et procreaturus, non necessario beneficia conferens, aut procreans, neque ut Deus sit in rerum naturam res ipsas producens: habet enim ex seipso id quod est, sed ut bonus et Deus. Mihi autem istud considera.

MED. Quidnam?

CHRIST. Num tacentem hominem sermonis compotem dicis ex eo quod sermone uti possit?

MED. Sit istud sane.

CHRIST. Quid autem Pythagoras, et discipuli ipsius, quique olim in Italia philosophabantur, sermonis compotes et rationis videbantur, quando cum aliis in silentio philosophabantur?

MED. Quidni?

CHRIST. Igitur, mi medice, Deus etiam, ni apud vos deteriore sit conditione quam Pythagoras et cæteri homines, Deus etiam et opifex, et beneficus, etiamsi reipsa aliquando non efficiat, ex eo quod possit semper efficere, et habeat erga illa quæ beneficiis afficit et procreat, voluntatem et propensionem origine carentem. Porro vos mihi videmini, dum vultis incommodum vestra opinione exiguum effugere, magno malo implicari. Ut enim sane Deum nunquam in otio fuisse versatum, sed benefecisse ab æterno pronuntietis; voluntatis expertem rerum causam, et non prudentem eum facitis, et conservam effectionem insurgere facitis in effectorem, et coæterna suo opifici comminiscimini opificia, in deos illa referentes, et magnum nomen et rem, quibus vultis attribuitis, **281** tanquam aliquid aliarum et communium rerum: non concedentes solum Deum ipsum unum, et bonum, per omnia in omnibus primas ferre, et unum esse, et solum, idque singulari modo. Nam si coæternus Deo hic mundus est, quidnam est secundum quod est Deus melior hoc mundo? Istud erit quod ab æterno sit: et quomodo omnibus rebus in omnibus excellere dicemus? Ac si simul Deus, simul mundus, semper autem Deus, et simul cum effectore nata esse oportet effecta; ubi est ipsa unitas beata Dei, et libertas ab omni habitudine et essentia extra

A δειγματος (89) λαβὼν, τὸ ἀπεμφαῖνον ἀποπέμπου, εὐεργέτης ἔσται καὶ δημιουργὸς ὁ Θεός· καὶ Θεὸς τῶν μελλόντων εὐεργετεῖσθαι καὶ δημιουργεῖσθαι· οὐκ ἀνάγκῃ εὐεργετῶν ἢ δημιουργῶν, οὐδ' ἵνα ᾖ Θεὸς παράγων πρὸς γένεσιν τὰ ὄντα· ἔχει γὰρ ἐξ ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ὅ ἐστιν· ἀλλ' ὡς ἀγαθὸς καὶ Θεός. Ἄθρει δέ μοι καὶ τοῦτο (90).

ΙΑΤΡ. Τὸ ποῖον δή;

ΧΡΙΣΤ. Οὐ φῂς τὸν σιωπῶντα ἄνθρωπον λογικὸν, τῷ δύνασθαι λόγῳ κεχρῆσθαι;

ΙΑΤΡ. Πάνυ γε.

ΧΡΙΣΤ. Τί δὲ Πυθαγόρας καὶ οἱ ἐς αὐτοῦ φοιτήσαντες καὶ κατὰ τὴν Ἰταλίαν πάλαι φιλοσοφήσαντες, ἆρά σοι λογικοὶ ἐδόκουν εἶναι, ἡνίκα μετὰ τῶν
B ἄλλων τὴν σιωπὴν ἐφιλοσόφουν (91);

ΙΑΤΡ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΧΡΙΣΤ. Οὐκοῦν, ὦ ἑταῖρε, καὶ ὁ Θεὸς, εἰ μὴ χείρων ἐστὶ παρ' ὑμῖν Πυθαγόρου καὶ τῶν ἄλλων ἀνθρώπων, καὶ Θεὸς ἂν εἴη καὶ δημιουργὸς καὶ εὐεργέτης, κἂν ἐνεργείᾳ ποτὲ μὴ δημιουργῇ· τῷ δύνασθαι δημιουργεῖν ἀεί· καὶ τῷ ἄναρχον ἔχειν τὴν περὶ τὰ εὐεργετούμενα καὶ θεούμενα (92) βούλησίν τε καὶ προθυμίαν. Ὑμεῖς δέ μοι δοκεῖτε, μικρὸν δοκοῦν ἄτοπον ἀποφυγγάνειν ἐθέλοντες, μεγάλῳ κακῷ περιπείρεσθαι. Ἵνα γὰρ δῆθεν τὸν Θεὸν μὴ ἐν ἀργίᾳ ποτὲ καθῆσθαι, ἀλλὰ γὰρ εὐεργετεῖν ἐξ ἀϊδίου φήσητε, ἀβούλητον τῶν ὄντων αἰτίαν, καὶ οὐκ ἔμφρονα τοῦτον εἰσάγετε (93), καὶ τὴν ὁμόδουλον ποίησιν ἐπ-
C ανίστατε τῷ ποιητῇ (94) καὶ συναΐδια τῷ πεποιηκότι φαντάζεσθε τὰ ποιήματα, εἰς θεοὺς ἀναβιβάζοντες· ταῦτα, καὶ τὸ μέγα ὄνομά τε καὶ πρᾶγμα οἷς βούλεσθε, διανέμετε, ὥσπερ τι τῶν ἄλλων χρημάτων μὴ συγχωροῦντες τὸν μόνον Θεὸν αὐτὸ τὸ ἓν, καὶ τἀγαθὸν, κατὰ πάντων ἐν πᾶσι τὰ πρωτεῖα φέρειν· καὶ ἓν εἶναι, καὶ μόνον, καὶ μόνως (95). Εἰ γὰρ συναΐδιος τῷ Θεῷ ὅδε ὁ κόσμος ἐστὶ, τί καθ' ὅ ἐστιν ὁ Θεὸς ἀμείνων τοῦδε τοῦ κόσμου; Τοῦτο δ' ἂν εἴη, τὸ ἀϊδίως εἶναι (96). Καὶ πῶς πάντων αὐτῶν (97) ἐν πᾶσι διαφέρειν φήσομεν; Καὶ εἰ ἅμα ὁ Θεὸς, ἅμα κόσμος, ἀεὶ δὲ ὁ Θεὸς, καὶ συμπεφυκέναι δεῖ τῷ ποιητῇ τὰ ποιήματα· ποῦ τὸ ἓν τοῦ μακαρίου Θεοῦ, καὶ τὸ πάσης ἐλεύθερον σχέσεως (98), καὶ τῆς σωματικῆς ἐκτὸς εἶναι φύσεως; Τὰ γὰρ ἅμα, τῶν πρὸς

(89) *Τοῦ παραδείγματος*. Exemplum dicit quod supra proposuit Christiano paganus. BA.

(90) *Ἄθρει δέ μοι καὶ τοῦτο*. Cogitabundus hic subsistere et considerare aliquid homo imaginandus est; præcipue cum de silente homine sermo sit futurus. BA.

(91) *Σιωπὴν ἐφιλοσόφουν*: cum taciturnitatem sive silentium certi temporis pro parte aliqua philosophiæ facesserent et præciperent. BA.

(92) Genebrardus ediderat: *Erga illa quæ beneficiis afficit et divinitate voluntatem et propensionem.* Anglus quidam pro θεούμενα legit ex conjectura δημιουργούμενα. Montacutius vero θεωρούμενα, *prævisa* scilicet ab æterno. Conjunxit antea Zacharias hæc duo εὐεργετεῖσθαι et δημιουργεῖσθαι. περὶ τῶν εὐεργετησομένων καὶ δημιουργεῖσθαι μελλόντων. Et rursus: καὶ δημιουργὸς καὶ εὐεργέτης. DUC.

D (93) *Εἰσάγετε*. Introducitis velut in scenam personam de qua statuere vobis liberum sit quidquid volueritis. Ita Deum circumagebant philosophi, nullo ipsius metu aut respectu. BA.

(94) *Τὴν ὁμόδουλον ποίησιν ἐπανίστατε τῷ ποιητῇ*. Insurgere facitis. Recte ita Genebrardus, non de more ubique suo. BA.

(95) *Καὶ ἓν εἶναι καὶ μόνον καὶ μόνως*. Et unum esse et solum et nullius socii patientem. BA.

(96) *Τοῦτο δ' ἂν εἴη τὸ ἀϊδίως εἶναι*. Nempe cum hoc, quod omnibus antecellat, in eo consistat quod solus sit æternus. BA.

(97) Scribendum αὐτόν. BA.

(98) *Πάσης ἐλεύθερον σχέσεως*. Liberum ab omni quod haberi potest, qualitate, quantitate, omnique prædicabili. Habitum, habitudinem interpretatur Cyrillus, et sic uterque interpres. BA.

τι· τὰ δὲ πρός τι, τῇ σωματικῇ συνέζευκται (99) φύσει. Ὁ δὲ Θεὸς ἀσώματόν τι χρῆμα καὶ νοερόν (1). Οὐκ ἄρα ἅμα Θεὸς, ἅμα κόσμος. Ἐπεὶ μήτε σῶμα ὁ Θεὸς ᾧ τὰ πρός τι συνέζευκται. Μόνος δὲ ἀγένητος καὶ ἀΐδιος· ὡς ἓν καὶ Θεός. Οὐ συνορῶ δὲ ὅπως εἰς ἐναντιώματα δοξασμάτων, ὥσπερ οἱ μεθύοντες (2), πυκνὰ περιστρέφεσθε. Εἰ γὰρ τὴν ὕλην ἣν δεξαμενὴν (3) καὶ τιθήνην ὀνομάζειν ὑμῖν φίλον, ἀνείδεον καὶ ἀσχημάτιστον, πεφυρμένην τε αὖ καὶ πλημμελῶς κινουμένην σὺν ἀταξίᾳ ἄρα λαβεῖν τὸν δημιουργὸν, καὶ εἰς τάξιν ἀγαγεῖν, καὶ ἡσυχίαν ἀντὶ τῆς ταραχῆς ἐνθεῖναι, ποιῆσαί τε καὶ μορφῶσαι καὶ τῆς προτέρας ἀμορφίας ἀπαλλάξαι, φησὶ μὲν ὁ Πλάτων τὸν *Τίμαιον* συντιθεὶς, πείθεσθε δὲ (4)· ὑμεῖς ἄρα ἦν (5) ὅτε ἦν ἀκοσμία ἐν τῷ παντὶ, κατὰ τὸν Πλάτωνα, καὶ οὐκ ἦν ὅδε ὁ κόσμος, καὶ ἡ νῦν ἁρμονία. Εἰ δὲ τοῦτο, ἡ μὲν ὕλη ἔσται συναΐδιος τῷ Θεῷ, κατά γε τὸν Πλάτωνα· ὁ δὲ κόσμος οὐκέτι. Ὅπερ εἰ οὕτως ἔχει, χρόνῳ ἄρα δεδημιουργῆσθαι τὰ ὄντα καὶ ὑμεῖς συνομολογεῖτε, καὶ εὐεργετεῖν τὸν Θεὸν οὐδαμῶς ἐξ ἀϊδίου φατέ· ὅπερ ἄνω καὶ κάτω θρυλλεῖτε καὶ περιφέρετε, μορμολύττοντες τοὺς ἁπλουστέρους. Καὶ ἡ μὲν ἀταξία (6) τῆς ὕλης καὶ ἡ ἐσχάτη ἀμορφία τῷ Θεῷ συνάναρχος ἔσται καὶ συναΐδιος καὶ ὁμότιμος· τοῦτό γε, τῶν αὐτῶν πρεσβείων καὶ τῆς αὐτῆς προεδρίας τῷ Θεῷ τῷ σοφῷ καὶ παγκάλῳ (7) ἀξιουμένη ὡς ἀγένητος. Τὸ δὲ σχῆμα, καὶ τὸ εἶδος καὶ ὁ κόσμος, ὕστερόν ποτε ἐπιτεθέντα τῇ ὕλῃ φανήσεται· ᾧ ἀκολουθήσει τό ποτε παυθήσεσθαι ταύτης, καὶ χωρισθῆναι τὸ σχῆμα καὶ τὸ εἶδος, καὶ τὴν ὕλην ἐπανελθεῖν εἰς τὴν προτέραν ἀταξίαν καὶ ἀμορφίαν. Τὰ γὰρ χρόνῳ ἀρχόμενα, χρόνῳ καὶ παύεσθαι πέφυκεν (8). Ὁρᾷς, ὅσος λῆρος καὶ ὅση ἀβελτερία παραπέπηγε τοῖς ὑμετέροις δοξάσμασι, μὴ βουλομένοις τὸν Θεὸν οὐσιῶν εἶναι ποιητὴν, ἀλλὰ γὰρ μόνων σχημάτων, δίκην τεκτόνων τε καὶ ζωγράφων καὶ οἰκοδόμων· οἷς εἰ μὴ ἐτύγχανεν οὖσα ἡ ὕλη, οὐκ ἂν τὴν ἑαυτῶν ἀπεδείξαντο τέχνην (9). Οὕτως οὖν ἄρα καὶ τῷ Θεῷ εἰ μὴ ὑπῆρξεν ἡ ὕλη, οὐκ ἂν τόνδε τὸν κόσμον ἐτεκτήνατο, οὕτε εἶχε, καθ' ὑμᾶς (10), ποῦ τοὺς παγκάλους αὐτοῦ λόγους ἐνθείη τῆς εἰδοποιοῦ δυνάμεως. Τάχα δὲ καὶ ἐνδείᾳ ὕλης ἐλάττονα ἤπερ ἐβού-

A naturam corpoream? Nam quæ simul sunt, ponuntur in relatis. Relata autem annexa sunt naturæ corporatæ. Deus autem res est incorporea et intelligens. Itaque Deus et mundus non sunt simul, quandoquidem Deus corpus non est, cui relata adhærescunt. Solus autem increatus et sempiternus, ut unum, et Deus. Cæterum, non video quo pacto in contrarias opiniones, ebriorum more, frequenter circumagamini. Si enim materiam quam receptaculum et nutricem soletis appellare, formæ et figuræ expertem, permistam rursum, et sese moventem sine ordine, temere opificem sane accepisse et ad ordinem adduxisse, tranquillitatem loco perturbationis indidisse, et conformasse, atque pristina deformitate liberasse, inquit Plato in suo *Timæo*,
B et vos creditis: erat igitur aliquando deformitas in universo ex Platonis sententia, et non erat hic mundus, et quæ nunc est apta compages. Hoc autem posito, materia quidem erat Deo æternitate par juxta eumdem Platonem; non item mundus. Quod si verum est, etiam vos tempore res fuisse productas confitemini, et nequaquam benefacere Deum ab æterno dicitis: quod tamen sursum deorsum in vulgus spargitis, et circumfertis, terrentes imperitiores. Ac materiæ quidem inordinatio, et extrema deformitas æque ac Deus expers erit principii, eique coæterna et honore par, et iisdem honoribus et privilegiis donata quibus Deus sapiens et peritus et pulcher, tanquam increata: figura autem et
C forma, et mundus post adjecta materiæ videbuntur, ex quo consequetur tandem ab illa recessura et separanda esse figuram et formam, redituramque materiam in suam pristinam inordinationem et deformitatem. Nam quæ tempore incipiunt, tempore etiam desinere natura solent. Cernis quantum delirium, quantaque amentia annexa sit vestris persuasionibus, dum non vultis Deum substantiarum esse effectorem, sed solus figurarum, instar fabrorum, et pictorum, et structorum, qui sine præsenti materia suam artem demonstrare nequeant. Sic igitur etiam Deus nisi habuisset in procinctu materiam, hunc mundum non fabricatus esset, absque ordine et informitas extrema, pariter ut Deus, absque principio erit, simulque æternæ et
D ejusdem dignitatis. Nempe in eo quod æqualis vetustate, ejusdem primæ sedis cum Deo illo sapientissimo et supra omnia pulcherrimo par censeatur; quippe ingenita et ipsa. Non possunt hic Græca Latinis æquari. Ba.

(99) *Συνέζευκται*. Cohærescunt, conjugantur. Ba.

(1) *Ἀσώματόν τι χρῆμα καὶ νοερόν*. Incorporeum quid et intellectu constans. *Intellectuale* minus est quam res poscat. *Intellectus* obscurus; quod placuit tamen Tarino. Genebrardus vertit *intelligens*; quod non ex dignitate rei est, cum et alii sint spiritus intelligentes. Ba.

(2) Ὥσπερ οἱ μεθύοντες. Proverbii locum habet. Ba.

(3) *Δεξαμενήν*. Δεξαμενὴν Nereidum unam fingit Homerus. *Iliad*. Σ, διὰ τὸ οἷον δεξαμενὴν εἶναι τὴν θάλασσαν ait Eustathius. Tar.

(4) Πείθεσθε δὲ rescribendum fuit pro πίθος δέ. Tar.

(5) *Ἄρα ἦν ὅτε ἦν*. Erat igitur cum esset. Non nominatur tempus, quod nondum fuisse fingitur. Sic blasphemia Ariana de Dei Filio loquebatur: *Erat dum non erat*. Genebrardus non attendit hoc, et obscuravit Tarinus. Pariter loquitur infra, p. 128. Ba.

(6) *Ἡ μὲν ἀταξία*. Et sic illa confusio materiæ

(7) Legendum autem πανσόφῳ καὶ παγκάλῳ. Utrumque enim Dei solius est, et vindicavit sibi ejus æmulatione dæmon in oraculo. Nam cum interrogaretur quomodo sibi supplicari vellet, ita respondit: Πάνσοφε, παντοδίδακτ', ἐνολοίστροφε, κέκλυθι, δαῖμον. Lactantius lib. I, c. 7. De tota re inepta non sunt quæ collegit Mutius Pansa in *Conjunctione humanæ cum divina sapientia*, c. 63. Ba.

(8) *Παύεσθαι πέφυκεν*. Cessare etiam in sua natura habent; id est naturaliter coguntur. Ba.

(9) Artem demonstrassent. Ba.

(10) Nec habuisset secundum vestram doctrinam, in quæ collocaret rationes illas excellentissimas creandarum formarum. Ba.

neque habuisset, secundum vos, ubi perpulchras rationes suas potestatis formarum effectricis poneret. Quin et fortasse inopia materiæ minorem quam optasset hunc mundum fecit; aut si suffecit ipsius voluntati materia, totam suam scientiam et efficiendi rationes exprompsit. Præterea potestatem ordinate et incondite sese moventem adæquatis et opponitis magnæ atque immensæ Dei potestati, ut quæ potuerit cunctas ejus rationes suscipere, et tanta esse, quantam ipse voluit. Sic omni ex parte eam esse Deo parem honore, orationis consequentia deprehendit; quo quid esse possit ad impietatem majus, cum deformis sic specie et figura materia æquatur Deo, non tantum in eo quod semper exsistat, sed etiam quod eamdem propemodum obtineat potestatem?

MED. Sola ratione hanc comprehendi posse dicunt, et docendi gratia simpliciter, ut in hypothesi hæc docuisse Platonem.

282 CHRIST. Igitur si sola ratione hanc percipimus, quemadmodum tragelaphum animo fingimus, erit certe ejusmodi ut nec exsistat, nec subsistat. Quod si verum est, non igitur ex materia antegressa Deus hoc universum fabricavit, sed ex eo quod nihilum omnino erat. Hunc enim mundum esse factum, demonstratum est et confessum, habereque ordinem et aptam compagem, quæ ab aliquo concinnante efficiantur. Non enim fortuito neque casu exsistunt. Verum hæc materiæ fabula, et insulsitas sententiæ a plerisque nostrorum non ignobilium, jamdudum refutata est. Unde in præsenti a disputatione desistimus

MED. Apte tua oratio, amice, id quod quærebas demonstravit. Item adverte qui persuadeant mundum carere principio et fine.

CHRIST. Narra.

MED. Perfectissimam figuram globosam esse geometria docet, ut quæ neque principium habeat neque finem. Eam autem hunc mundum sortiri aspectus ostendit. Oportebat enim præstantissimam figuram et perfectissimam præstantissimæ rei et absolutissimæ attribui. Videsis igitur quo pacto per hanc figuram hujusce mundi æternitas a parte utriusque extremi demonstratur. Siquidem globosa figura, neque principium habet, neque finem.

CHRIST. Sed, o fortunate, mihi et tibi principium hujusce figuræ incomprehensum est: omnes tamen circuli principium et finem habent. Quandoquidem accedat geometra, et describat figuram

A λετο (11) τόνδε τὸν κόσμον πεποίηκεν· ἢ εἰ ἐξήρκεσεν ἡ ὕλη πρὸς τὴν αὐτοῦ βούλησιν, καὶ πᾶσαν αὐτοῦ τὴν ἐπιστήμην ὑπεδείξατο, καὶ τοὺς δημιουργικοὺς λόγους. Αὖθις τὴν ἀτάκτως καὶ πλημμελῶς κινουμένην ἐξισοῦτε καὶ ἀντιπαρεξάγετε τῇ μεγάλῃ καὶ ἀμετρήτῳ τοῦ Θεου δυνάμει· ἥπερ ἐδυνήθη πάντας αὐτοῦ τοὺς λόγους ὑποδέξασθαι, καὶ τοσαύτη εἶναι ὅσηνπερ αὐτὸς ἐβούλετο (12). Οὕτως πανταχόθεν τὸ εἶναι αὐτὴν ὁμότιμον τῷ Θεῷ ἡ τοῦ λόγου ἀκολουθία ἐφώρασεν· οὗ τί ἂν γένοιτο πρὸς ἀσέβειαν μεῖζον, τοῦ τὴν ἄμορφον καὶ ἀνείδεον καὶ ἀσχημάτιστον, ἐξισοῦν τῷ Θεῷ, οὐ μόνον κατὰ τὸ ἀεὶ εἶναι, ἀλλὰ γὰρ καὶ κατ' αὐτὴν, ὡς εἰπεῖν, τὴν δύναμιν (13);

B ΙΑΤΡ. Μόνῳ τῷ λογισμῷ (14) ταύτην εἶναι ληπτὴν φασιν εἶδος (15), καὶ διδασκαλίας ἁπλῶς χάριν (16), ὡς ἐν ὑποθέσει ταῦτα διεξεληλυθέναι τὸν Πλάτωνα.

ΧΡΙΣΤ. Οὐκοῦν, ἦν δ' ἐγὼ, εἰ μόνῳ λογισμῷ ταύτην λαμβάνομεν, καθάπερ τὸν τραγέλαφον (17) ἀναπλαττόμεθα, ἔσται ἄρα καὶ ἀνύπαρκτος καὶ ἀνυπόστατος. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκ ἄρα ἐξ ὕλης ὁ Θεὸς τόδε τὸ πᾶν ἐτεκτήνατο προϋποκειμένης, ἀλλ' ἐκ μηδαμοῦ μηδαμῶς ὄντος· γενητὸς γὰρ ὅδε ὁ κόσμος ἐφάνη τε καὶ ὡμολόγηται, τάξιν ἔχων καὶ ἁρμονίαν, αἳ ὑπό τινος γίνονται τοῦ ἁρμόζοντος. Οὐ γὰρ ἀπὸ τύχης οὐδὲ αὐτομάτως. Ἀλλ' οὗτος μὲν ὁ μῦθος τῆς ὕλης καὶ ἡ πλημμέλεια (18) τοῦ δοξάσματος, πολλοῖς τῶν ἡμετέρων οὐκ ἀγεννῶς πάλαι διελήλεγκται. Ὅθεν ἐς τὸ παρὸν καταπαύομεν (19) τὸν λόγον.

C

ΙΑΤΡ. Καλῶς μὲν ὁ λόγος, ὦ φιλότης, τὸ σπουδαζόμενον ἀπέδειξεν. Ὅρα δὲ ὅπως κατακομψεύονται τὸν κόσμον ἄναρχον εἶναι καὶ ἀτελεύτητον.

ΧΡΙΣΤ. Φάθι.

ΙΑΤΡ. Τελειότατον σχημάτων, τὸ σφαιρικὸν εἶναι γεωμετρία φησὶν, ὡς μήτε ἀρχὴν ἔχον μηδ' αὖ τελευτήν. Τούτου δὲ τόνδε τὸν κόσμον μεταλαγχάνειν, ἡ ὄψις δείκνυσιν. Ἔδει γὰρ τὸ ἄριστον καὶ τελειότατον σχημάτων, τῷ ἀρίστῳ τῶν γεγονότων καὶ τελείῳ περιτεθῆναι. Ὅρα οὖν ὅπως καὶ διὰ τοῦ σχήματός φασι τὸ ἄναρχον καὶ ἀτελεύτητον τοῦδε τοῦ κόσμου διαφαίνεται. Εἴπερ τὸ σφαιρικὸν σχῆμα, οὔτε ἀρχὴν ἔχει, οὐδ' αὖ τελευτήν.

D ΧΡΙΣΤ. Ἀλλ', ὦ μακάριε, ἦν δ' ἐγὼ, ἐμοὶ καὶ σοὶ ἡ ἀρχὴ τοῦδε τοῦ σχήματος ἄληπτος. Πᾶς μέντοι κύκλος, ἀρχὴν ἔχει καὶ τελευτήν. Ἐπεὶ παρίτω γεωμέτρης, καὶ καταγραφέτω τόδε τὸ σχῆμα ἐπί-

(11) CC. P. ἠβούλετο.

(12) *Ὅσηνπερ αὐτὸς ἐβούλετο*. Ut nimirum meliorem et digniorem ipse Deus optare non posset aut vellet. BA.

(13) *Κατ' αὐτὴν τὴν δύναμιν*. Quoad ipsam etiam potentiam. BA.

(14) *Νόθῳ λογισμῷ*. Νόθῳ νόθον esse puto, et plane legendum μόνῳ. Nam quæ spuria illa ratio? Ita ridiculæ lectioni acquiescere ridiculum est. TAR.

(15) Legendum ἧ δ' ὅς.

(16) *Διδασκαλίας ἁπλῶς χάριν*. Solum doctrinæ gratia, in hypothesi nempe. De cujus usu vide Sextum *Contra mathematicos* principio libri tertii. BA.

(17) C, καὶ καθάπερ τὸν τραγέλαφον. Quasi tale aliquod animal in rerum natura vere unquam fuerit. Circa unum amnem Phasin exstare scribit Plinius lib. VIII, c. 33. Dudum notarunt alii. BA.

(18) Πλημμέλεια σημαίνει τὸ ἐκ δευτέρου τὰ αὐτὰ φροντίζειν τοῦ λέγειν ἢ ἐπαναλαμβάνειν· auctor Etymologici magni. Cyrillus in Glossario: Πλημμέλημα· *peccatum, delictum, reatum, commissum*; πλημμελῶ· *delinquo, pecco, admitto*. BA.

(19) *Καταπαύομεν*. Sistimus. BA.

πεδον. Ἆρ' οὖν ἀπ' ἀρχῆς τινος ἄρχεται, ἥ φησι A Βασίλειος ὁ σοφὸς, κέντρῳ τινὶ καὶ διαστήματι περιγράφων αὐτό;

ΙΑΤΡ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΧΡΙΣΤ. Οὕτω δὴ ὅδε ὁ κόσμος, κἂν σχῆμα σφαιρικὸν ἔχειν ὑποτοπάζοιτο, ἀπ' ἀρχῆς τινος ἤρξατο χρονικῆς· καὶ πρὸ τοῦ δημιουργηθῆναι, οὐκ ἦν· καὶ τέλος ἕξει, ὅταν τῷ Δημιουργῷ δοκοίη συμπέρασμα τῇ φύσει ἐπιθεῖναι τῇ τούτου. Οὕτως ἡ μακρὰ καὶ διωλύγιος (20) ὑμῶν ἀβελτερία δόξειεν εἶναι οὐδὲν, πρὸς τοῦ λόγου, καὶ ἀποδείξεως φωραθεῖσα καὶ διελεγχομένη. Ὅτι γὰρ γενητὸς καὶ φθαρτὸς ὅδε ὁ κόσμος, συμπροθυμήθητι παρακολουθῆσαι τῷ λόγῳ, καὶ φανερώτερόν σοι τουτὶ τὸ δόξασμα τῆς ἀληθείας γενήσεται (21).

B ΙΑΤΡ. Συνέπομαι.

ΧΡΙΣΤ. Εἴ τι ἀγένητόν ἐστι καὶ φθαρτὸν (22), ἢ οὔ;

ΙΑΤΡ. Φαίνεται.

ΧΡΙΣΤ. Καὶ εἴ τι ἄφθαρτον, ἀγένητον;

ΙΑΤΡ. Ἀνάγκη.

ΧΡΙΣΤ. Καὶ μέντοι τοὔμπαλιν, εἴ τι γενητὸν, ἐκεῖνο καὶ φθαρτὸν, καὶ εἴ τι φθαρτὸν, ἐκεῖνο γενητόν;

ΙΑΤΡ. Καλῶς λέγεις.

ΧΡΙΣΤ. Φθαρτὸς δὲ ὁ κόσμος, ὡς δείκνυσι τὰ μέρη, ἄρα καὶ γενητὸς ἐφάνη. Ἔτι δ' αὖ εἰ τὸ ἄφθαρτον, ἀγένητον ἐλέγομεν, καὶ τὸ ἀγένητον ἄφθαρτον· γενητὸς δὲ ὅδε ὁ κόσμος, ἐπεὶ πᾶν σῶμα γενητόν· καὶ φθαρτὸς ἄρα ὁ κόσμος. Καὶ πάλιν εἰ οὐδὲν τοῦ C ἀφθάρτου πέρι γράμματα (23) λέγεται, καὶ σκάφος ἐν Λιβύῃ (24) πρῶτον ναυπηγηθῆναί φασι, καὶ οὐδεὶς πόνος, τὸ τῶν ἐτῶν ἐξ ὅσου πέφηνεν ἕκαστος τούτου γενεαλογεῖν καὶ διαριθμεῖν. Εἰ τοίνυν μήτε τὰ κοῖλα τῆς γῆς συμπεπλήρωται, μήτε τὸ ἁλμυρὸν τῆς θαλάττης ἐπικεκράτηται, μήτε ἄφθαρτόν ἐστιν οὗ τὰ μέρη φθαρτά· μήτε ἄπαυστον καὶ ἄναρχον τὸ ὡρισμένην ἔχον τὴν φύσιν· μήτε ἀΐδιον, ἐν ᾧ τέχναι καὶ ἄνθρωποι ἀπ' ἀρχῆς χρόνου συνέστησαν· μήτε πρόνοια τῷ μὴ παρ' ἑαυτοῦ τὸ εἶναι ἔχοντι· γέγονεν ἄρα ὁ κόσμος. Εἰ δὲ τοῦτο, καὶ φθαρήσεται· ἄμφω τῇ φύσει συγκεκληρωμένα ἔχων, τὸ γίνεσθαι καὶ τὸ φθείρεσθαι. Τοιαύτη τις ἦν ἡ πρὸς τὸν αὐχοῦντα τὴν ἰατρικὴν τέχνην διάλεξις· ὃς ἐπὶ σοφίᾳ πάσῃ D βρενθύεται (25) καὶ γανύσκεται (26) παρὰ πάντας τοὺς οἰκοῦντας τὸν Νεῖλον (26*).

hanc in plano. Nonne ab aliquo principio incipit, quemadmodum inquit sapiens ille Basilius, centro aliquo et intervallo ipsum circumscribens?

MED. Quidni?

CHRIST. Sic sane hic mundus etiamsi figuram globosam habere existimetur, a principio quodam temporali cœpit, et antequam conderetur, non erat: et finem habebit, cum Opifici videbitur extremum naturæ ipsius imponere. Sic summa et extrema vestra dementia nihili facienda videbitur, ratione et demonstratione deprehensa et confutata. Quod enim hic mundus factus sit, et interitui obnoxius considera, et rationi attentius inhære, tum tibi doctrina ista veritatis clarius apparebit.

MED. Attendo.

CHRIST. Age, quod increatum est, incorruptibile est, an non?

MED. Apparet.

CHRIST. Et quod incorruptibile est, increatum est?

MED. Necessario.

CHRIST. Et contra, quod est creatum, illudne corruptibile? et quod corruptibile, nonne illud est creatum?

MED. Pulchre.

CHRIST. Corruptibilis autem mundus, ut ostendunt partes: igitur etiam creatus demonstratus est. Præterea, si quod incorruptum est, increatum dicebamus, et increatum incorruptum; mundus autem sit creatus, quandoquidem omne corpus creatum est: mundus igitur erit corruptibilis. Et rursum: si litteræ nihil de incorrupto loquuntur, et navigium in Libya primum compactum esse aiunt, nullusque sit labor quo quisque amicorum tempore apparuit, recensere per stirpes et enumerare. Si ergo nec concavitates terræ oppletæ sunt, neque salsugo maris victa est, neque incorruptum est cujus partes corruptibiles, neque expers cessationis seu interitus et principii, quod definitam habet naturam, neque sempiternum, in quo artes et homines a temporis principio constituti sunt, neque providentia ei qui non habet ex seipso, ut sit: igitur mundus effectus est. Si ita est, etiam corrumpetur, utrumque natura attributum habens, effici scilicet et interire. De hujusmodi fuit disputatio contra eum qui gloriabatur arte medica, qui sapientiæ omnis generis nomine tumebat et clarebat apud eos qui Nilum accolunt.

(20) *Διωλύγιος*. Hesychius: διωλύγιον, ἠχοῦν ἐπὶ πολὺ, μέγα καὶ σφοδρόν. BA.

(21) *Φανερώτερόν σοι τουτὶ τὸ δόξασμα τῆς ἀληθείας γενήσεται*. Proverbialis locutio. Sæpe in aliis rebus similiter loquitur Plautus. BA. Tum tibi doctrina ista veritatis clarius apparebit. DUC.

(22) Legendum ἄφθαρτον. TAR. Recte doctiss. Tarinus ἄφθαρτον. BA.

(23) Inter ἀφθάρτου et γράμματα multa desiderari liquet ex contextu.

(24) *Σκάφος ἐν Λιβύῃ*. Ad illud est quod Clemens lib. I *Strom.*: Καρχηδόνιοι πρῶτοι τετρήρη κατεσκεύασαν. TAR. Exempli gratia. Sed valde ἀπροσδιόνυσα sunt hoc loco ista. Neque quadrat istud pro exemplo in mediis alienis rebus. Clementis locum Tarinus producit, ubi paria traduntur. Ejus emendationes ad finem usque hujus libri probamus. BA.

(25) Βρενθύεται, μεγαλοφρονεῖ, ὑπερηφανεύεται, ἐπαίρεται· βρενθύεσθαι, θυμοῦσθαι, ὀργίζεσθαι· δυσχεραίνεσθαι· βρενθυόμενοι, ἐναβρυνόμενοι, τρυφῶντες· Hesychius.

(26) *Γανύσκεται*. Vide eumdem et Etymologum. Intelligitur hilaris quædam aliorum irrisio. BA.

(26*) *Τοὺς οἰκοῦντας τὸν Νεῖλον*. Alexandrinos omnesque alios Ægyptios sapientes dicit. BA.

283 Cæterum ut te convivio exceptum et satiatum perfecte dimittam, et nihil prætermittam eorum quæ conferunt ad quæstionem, alterum tibi congressum quem habui cum philosopho, exponam. Altera enim die, cum ipsi adesset frequens discipulorum cœtus, nobis exponebat aliud Aristotelis opus, quod de virtutibus moralibus ille conscripserat. Ac me de more interrogante, et prompte audiente ea quæ dicebantur, sermo de ideis insperato incidit. Dicebam autem ego Aristotelem non congruere cum ipsius sermone, sed de hoc cum Platone pugnare, quemadmodum et de aliis plurimis sententiis. Neque utrumque philosophum convenire in his maxime sententiis quæ præcipuæ sunt, et maxime omnium universæ : et commemorabam id quod a Stagirita dictum est : Valeant ideæ, sunt enim nugæ. Ille autem conabatur tegere pugnam. Atque hinc nescio quo pacto ad eumdem sermonem de universo revoluti relatique sumus. Affirmabat igitur philosophus, quasi pridie de eo nulla mota fuisset disputatio, mundum Deo esse coæternum. Ego vero in ipsum vehementius et acrius, atque adeo acutius intuens, et velut in lucrum insperatum incidens in sermonem, audacius me ei opponebam, et jam istiusmodi propositionem conficiebam.

CHRIST. Ain' tu Deum primam causam, et solam omnibus excellere, esseque quovis modo citra comparationem præstabiliorem?

AMM. Aio. Quis enim his contradixerit?

CHRIST. Omnium autem unam æternitatem esse dicis.

AMM. Quidni?

CHRIST. Si igitur libenter hæc profiteris circa hanc confessionem, et omnibus excellere simpliciter Deum, primam causam etiam ipse confiteris, præterea omnium unam esse æternitatem. Igitur etiam illius ratione præcellere, et præstantiorem esse Deum hoc universo necesse est.

A Ἵνα δέ σε τελείως ἑστιάσας (27) ἀπέλθω, καὶ μηδὲν παραλίπω τῶν συντεινόντων πρὸς τὸ θεώρημα, ἑτέραν σοι συνουσίαν ἐμήν τε καὶ τοῦ φιλοσόφου διηγήσομαι. Ἐν ἑτέρᾳ γὰρ ἡμέρᾳ παρόντος αὐτῷ τοῦ χοροῦ τῶν φοιτητῶν, ἐτύγχανεν ἡμῖν ἑτέραν Ἀριστοτέλους ἐξηγούμενος πραγματείαν, ἣν ἠθικῶν ἀρετῶν πέρι ἐκεῖνος συνέγραψε. Καί μου συνήθως πυνθανομένου καὶ προθύμως ἐπαΐοντος τῶν λεγομένων, ὁ περὶ τῶν ἰδεῶν λόγος ἐξαπιναίως παρεῤῥύη. Ἔλεγον δὲ ἐγὼ τὸν Ἀριστοτέλη μὴ τίθεσθαι τῷ λόγῳ· ἀλλὰ καὶ πρὸς Πλάτωνα τούτου πέρι διαμάχεσθαι· καθάπερ καὶ ἑτέρων πλείστων περὶ δοξασμάτων. Μὴ γὰρ δὴ συμφέρεσθαι ἄμφω τὼ ἄνδρε, περὶ αὐτὰ μάλιστα τὰ κυριώτατα καὶ συνεκτικώτατα τῶν δοξασμάτων· καὶ τοῦ, « Ἐῤῥέτωσαν ἰδέαι· τερετίσματα (28) B γάρ ἐστιν, » ἐμεμνήμην, πρὸς τοῦ Σταγειρίτου ῥηθέντος. Ὁ δὲ ἐπειρᾶτο συγκαλύπτειν τὴν μάχην. Κἀντεῦθεν οὐκ οἶδ' ὅπως ὁ περὶ τοῦ παντὸς αὖθις ἀνενεοῦτο λόγος ἡμῖν καὶ ἀνελίττετο. Διεβεβαιοῦτο γοῦν τὸν κόσμον ὁ φιλόσοφος, ὡς δὴ μηδενὸς κινηθέντος λόγου τούτου πέρι τῇ προτεραίᾳ, συναΐδιον εἶναι τῷ Θεῷ. Ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτὸν ὀξύτερον καὶ προθυμότερον, ἤδη δὲ καὶ δριμύτερον (29) ἀποβλέψας, καὶ ὥσπερ ἑρμαίῳ (30) τῷ λόγῳ περιτυχὼν, νεανικώτερον ἀντελαμβανόμην τούτου, καὶ ἤδη τοιαύτην τινὰ πρότασιν ἐποιούμην.

ΧΡΙΣΤ. Φῂς τὸν Θεὸν, ἦν δ' ἐγὼ, τὴν πρώτην αἰτίαν καὶ μόνην τῶν ὄντων ἁπάντων προὔχειν καὶ εἶναι κρείττονα διαφοραῖς ἀσυγκρίτοις κατὰ πᾶν ὁτιοῦν;

C ΑΜΜ. Καὶ τίς τούτοις ἀντερεῖ; ἦ δ' ὅς.

ΧΡΙΣΤ. Ἓν δὲ τῶν πάντων φῂς καὶ τὸ ἀϊδίως εἶναι.

ΑΜΜ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΧΡΙΣΤ. Εἰ τοίνυν οὐκ ἀσχάλλεις, ἦν δ' ἐγὼ, περὶ τὸ ὁμολόγημα, πάντων δὲ διαφέρειν ἐν πᾶσι τὸν Θεὸν τὴν πρώτην αἰτίαν καὶ μόνην καὶ αὐτὸς συνομολογεῖς· ἓν δὲ τῶν πάντων φῂς εἶναι τὸ ἀϊδίως εἶναι, ἄρα καὶ κατὰ τοῦτο αὐτὸ προὔχειν, καὶ κρείττονα εἶναι τὸν Θεὸν τοῦδε τοῦ παντὸς ἀνάγκη.

(27) *Ἑστιάσας*. Idem Hesychius: Ἑστιάτωρ, ὁ δειπνίζων, ὁ εἰς εὐφροσύνην καὶ εὐωχίαν καλῶν, ἤγουν τροφεύς. Cyrillus : ἑστιῶ, *alo*, *pasco*. Bʟ.

(28) *Ἐῤῥέτωσαν ἰδέαι· τερετίσματα*... In Analyt. Tᴀʀ. Valeant ideæ : sunt enim nugæ. Duc. — Antea legebatur : *Valeant ideæ, sunt enim portenta.* Quasi legisset interpres τέρατα, non τερετίσματα. Locus est lib. I *Analytic. Poster.* c. 22 : Τὰ γὰρ εἴδη χαιρέτω· τερετίσματα γάρ ἐστι, καὶ, εἰ ἔστιν, οὐδὲν πρὸς τὸν λόγον ἐστίν. *Valeant enim ideæ, quæ sunt nugæ et inanes cantiones, et, si revera sunt, nihil tamen ad hunc sermonem pertinent.* Argyropylus vertit : *Fidium enim sunt attrectationes.* Hesychius : Τερετίσματα, ᾠδαὶ ἀπατηλαὶ, τὰ τῆς κιθάρας κρούματα καὶ τὰ τῶν τεττίγων ᾄσματα. Suidas : Τερετίσματα, ᾠδαὶ ἀπατηλαὶ ἢ ᾄσματα ἔκλυτα ἀπὸ μεταφορᾶς τῆς τέττιγος καὶ τῆς χελιδόνος. Julius Pollux lib. V, c. 13, scribit, τέττιγας τερετίζειν, μελίττας βομβεῖν, *cicadas fritinnire, apes bombilare.* Et lib. IV, c. 10 : Μέλη αὐλημάτων, τερετίσματα· *Modi tibiarum, cantus ac fremitus.* Theodoretus, lib. IV *De curat. Græcarum affect.* : Ὀρνίθων ᾀδόντων καὶ τεττίγων κιθαριζόντων. Emendandum, ut D in man. legitur, τερετιζόντων. Canoras aves cantus emodulari dicit, et cicadas tremulos evibrare concentus. Clemens Alex. lib. III *Pædag.*, c. 11, § 80 : Ἔξωθεν δὲ ἄρα μετὰ τῶν ἀθέων ἀλύουσι κρουμάτων καὶ τερετισμάτων ἐρωτικῶν· *Foris autem impiis modis et amatoriis canticis se oblectant?* Proprie igitur cicadarum cantus sunt τερετίσματα, sed et præcantus inarticulati citharœdorum et pro nugis sumuntur et rebus nihili. Duc. Multa loca Aristotelis huc pertinentia produci possint. Hodie legebamus lib. XII. *Metaphys.* c. 8, ubi paria exstant. Adde Sextum *Contra mathematicos* ; alios. Bʟ.

(29) *Δριμύτερον*. Infixis acrius in hominem oculis. Δριμύτατα acrimonium vocasse veteres docet, qui talia multa, non vulgata, Cyrillus glossographus : δριμύτης, *acrimonium*, *acerbitas*. Bʟ.

(30) *Ὥσπερ ἑρμαίῳ*. Etymologus : Ἕρμαιον, τὸ ἀπροσδόκητον κέρδος· ἀπὸ τῶν ἐν ταῖς ὁδοῖς τιθεμένων ἀπαρχῶν, ἃς οἱ ὁδοιπόροι κατεσθίουσιν· ἢ ἀπὸ τοῦ ἐν ἔθει λεγομένου, κοινὸς Ἑρμῆς, ἐπὶ τῶν εὑρισκόντων τι, οἷον κοινὸν τὸ εὕρημα. Vide Suidam. — Quæ hic sequuntur illustrantur ex superioribus. Inficete Genebrardus. Bʟ.

A AMM. Πάνυ γε, ἦ δ' ὅς. Ὁ μὲν γὰρ Θεὸς ποιητικόν ἐστιν ἀΐδιον· ὁ δὲ κόσμος ἀϊδίως γενόμενος· τοσαύτη τοίνυν ἔσται ἀμφοῖν ἡ διαφορὰ, ὅση μεταξὺ ποιοῦντος καὶ γινομένου, καὶ δημιουργοῦντος καὶ κτιζομένου.

ΧΡΙΣΤ. Ἀλλ' οὐχ ᾗ μὲν ποιεῖ, ᾗ δὲ γίνεται, ἦν δ' ἐγὼ, διαφέρειν φαμὲν τὸν Θεὸν τοῦ παντός· οὐδὲ τοῦτο ὁ λόγος κατασκευάζειν ἐσπούδακε. Τοῦτο γὰρ δὴ πᾶσι καὶ ὡμολόγηται· τὸ δὲ κοινὸν ἁπάντων ὁμολόγημα ἀνασκευάζειν (31), μὴ καὶ λίαν ἀβέλτερον ᾖ, καὶ οὐκ ἐπιστήμονος ἀνδρὸς καὶ φιλοσόφου (32); Οὐ κατὰ τὸ ποιεῖν τοίνυν καὶ πάσχειν πρόκειται νῦν ἡμῖν ἀνιχνεύειν, καὶ θηρᾶσθαι τὴν διαφορὰν τοῦ Θεοῦ πρὸς τὸν κόσμον· καὶ τὸ ἀσυγκρίτως ὑπερέχον τοῦ Θεοῦ· ἀλλ' εἰ μόνος (33) ἀΐδιός ἐστι, καὶ κοινωνίαν οὐδεμίαν ἔχει πρὸς τοῦτον κατά γε τὸ ἀεὶ εἶναι. B Εἰ δὲ τοῦτο, ἐπανέρομαι καὶ ἐς αὖθις, οὐκ ἀΐδιον φῂς εἶναι τὸ ἀεὶ ὄν;

AMM. Ναί.

ΧΡΙΣΤ. Ὁ δὲ Θεὸς ἀΐδιος ὤν, ἀεὶ ὤν;

AMM. Οὕτω φημί.

ΧΡΙΣΤ. Καὶ ὁ κόσμος δὲ ἀΐδιος ὤν, κατὰ σὲ ἀεὶ ὤν ἐστιν;

AMM. Πάνυ γε.

ΧΡΙΣΤ. Εἰ τοίνυν ἀΐδιον φῂς εἶναι τὸ ἀεὶ ὄν, τοῦτο δὲ οὐ μόνου Θεοῦ κατὰ τὸ ὑμέτερον δόξασμα, ἀλλὰ καὶ τοῦ κόσμου, ποῦ τὸ ὑπέρτερον τοῦ Θεοῦ, καὶ τὸ χωρὶς συγκρίσεως ἁπάσης ὑπεραναβεβηκέναι τοῦτον τοῦ παντὸς κατὰ τὸ ἀεὶ εἶναι, ὅπερ ἐστὶν ἀϊδίως C εἶναι, εἴπερ μὴ μόνος αὐτὸς ἔχει τοῦτο, ἀλλὰ καὶ ὁ κόσμος αὐτῷ τὸ τοῦ ἀΐδιος εἶναι ἀξίωμα συνεμερίσατο, τῶν αὐτῶν πρεσβείων ἀξιούμενος, καθ' ὑμᾶς; Οὐ διανοῇ δὲ καὶ τοῦτο, ὡς οὐ χρεὼν τὸν τῆς φιλοσοφίας μεταποιούμενον παρὰ πολὺ σοφιστικῶς διαλέγεσθαί τε καὶ ἐριστικῶς, καὶ Καδμείαν νίκην γλίχεσθαι νικᾷν (34); Ταῦτα ἔφην μὲν ἐγὼ, ἐσιώπησε δ' ἐκεῖνος λίθων τε καὶ ἰχθύων ἀφωνότερος (35) γεγονώς. Ἑώρα γὰρ τοὺς περιεστῶτας θαυμάζοντας τὰ ἡμέτερα, καὶ τὰς Χριστιανῶν ἀποδείξεις ἀγαμένους, καὶ ψιθυρίζοντας (36) πρὸς ἀλλήλους ὡς μάλα εἶεν νεανικαί (37) τε καὶ ἰσχυραί. Ὅτε δὴ καί τινας οὓς ἔτυχεν ἐμπλήσας πάλαι τῆς αὐτοῦ ἀδολεσχίας καὶ ἀβελτερίας, ἐκέλευεν ἔξω γίνεσθαι καὶ μὴ ἐπαΐειν D τῶν λεγομένων, ὡς ἂν οἶμαι, μή τι πάθοιεν ὑπὸ τοῦ λόγου καὶ τῆς ἀποδείξεως, καὶ Χριστιανίζειν αὖθις

AMM. Maxime. Nam Deus est efficiens sempiternum; mundus autem sempiternum effectum. Ac tanta utriusque differentia, quanta inter efficientem et effectum, condentem et rem conditam.

CHRIST. Atqui non quatenus efficit, et quatenus efficitur, differre diximus Deum ab universitate, neque sermo istud astruere studuit. Istud enim etiam omnibus in confesso est: cæterum communem omnium sententiam destruere, nonne dementissimum fuerit, et non hominis scientis et philosophi? Non igitur ratione efficiendi et patiendi, propositum nunc est vestigare et venari differentiam inter Deum et mundum, et incomparabilem Dei præstantiam: sed an solus sempiternus sit, et nullam communionem habeat cum mundo, ratione sempiternitatis. Quod si ita est, rursum quæro num sempiternum affirmes id quod semper est?

AMM. Certe.

CHRIST. Deus autem sempiternus cum sit, nonne semper est?

AMM. Sic sentio.

CHRIST. Ac mundus qui tua opinione sempiternus est, semper exsistit?

AMM. Semper.

CHRIST. Si igitur sempiternum dicis esse id quod semper exsistit: hoc autem non solius est Dei vestra sententia, sed etiam mundi: ubi est Dei eminentia, in qua citra comparationem ullam excedit universitatem ratione sempiternitatis, siquidem non ipse solus illud obtinet, sed etiam mundus cum ipso sempiternitatis dignitatem communem habet, eadem prærogativa dignus habitus, vestra opinione? Nunquid consideras, non oportere eum qui philosophiam sibi vindicat, captiose et contentiose multum disceptare, et Cadmeam victoriam appetere? Hæc quidem ego dicebam, ille autem silebat, magis mutus effectus, quam aut lapis **284** aut piscis. Cernebat enim, eos qui intererant, nostra admirari, et Christianorum demonstrationes suspicere, et inter se murmurabant eas valde esse efficaces et firmas. Ille igitur quosdam quos olim imbuerat sua dementia et fatuitate, jussit foras abscedere, neque audire quæ dicebantur, ne, ut opinor, aliquo modo afficerentur hac disputatione et demonstratione, et Christiana sapere persuade-

(31) Fere omnes *κατασκευάζειν* recte.

(32-33) Videntur quædam hic excidisse. Et fortasse aliqua Ammonii interlocutio post istam interrogationem deperiit. Est enim solito prolixior hæc unius sermocinatio. Bᴀ.

(34) *Καδμείαν νίκην*. Vide ad Thebaidem Papinii. Bᴀ.

(35) *Λίθων τε καὶ ἰχθύων ἀφωνότερος*. Notissimum proverbium aliorum notationibus. Adjiciendum istud, et infra quod ait: Πεπήγασι καὶ ἰχθύων καὶ λίθων ἀφωνότεροι γίνονται. Joannes Euchaita in silentem quemdam monachum carm. 101: Καὶ γὰρ ἐξ ἐπωνύμου Ἄφωνος ἰχθὺς καὶ δοκεῖς καὶ τυγχάνεις. Non dubito autem vere sic ista accidisse, non Πλατωνικῶς fingi. Serio enim Christianus homo et cordatus veritatis doctor erubescat talia de successibus suis gloriari fictis personis rebusque. Et ipse paulo inferius ait gloriam se minime omnium sectari, p. 131, 10: Τούτους γ' ἔα χαίρειν τοὺς λόγους· οὐ γὰρ ἐπαίνων ἕνεκα καὶ ἐπιδείξεως ταυτὶ διεξεληλύθαμεν, ἀλλὰ τῆς σῆς εὐεξίας καὶ ὑγείας μεταποιούμενοι. Bᴀ.

(36) *Ψιθυρίζοντας*. Vide scholiasten Theocriti initio Idyllii primi, et scholiasten Aristophanis *Nubibus*. Bᴀ.

(37) *Νεανικαί*. Strenuæ, robustæ, firmæ. Pollux lib. I, c. 10. Bᴀ.

rentur. Ego vero disputationi insistens, dicebam ei : Et vero istud, philosophe, mihi responde.

AMM. Quidnam?

CHRIST. Ain' tu singulis rebus propriam esse notam, quæ soli conveniat et semper, veluti homini risus, equo hinnitus capacitas?

AMM. Quidni?

CHRIST. Nonne igitur necessarium investigare quænam sit Dei maxime propria notatio, quæ soli et singulariter ipsi conveniat et semper? Jam vero quænam fuerit dignior admiratione, et aptior beatæ naturæ, quam existimare eam ab æterno exsistere, et solam immutabilem, nullius egentem eorum quæ suffecta sunt, quod ipsa perfecta sit et per se efficiens, sempiterneque eodem modo se habentem simpliciter, et uniformiter, et neque principium ullum habentem neque finem, eam autem propter solam bonitatem condere, si condat : cætera vero genita esse et mutabilia, temporarium habere principium ; ita ut solius Dei sit sempiternitas, annexumque ipsi sit uniformiter semper esse, et solum, et immutabiliter. Nullum igitur Græcorum, o philosophia (impellor enim eam velut animatam affari) quæ natura obnoxia sunt mutationibus et varietatibus, et omni motui et statui, Deo coæternum arbitreris. Sic enim quod solum ipsius est proprium, et singulariter, et semper, summam ejus divinitatem non tollemus, fingentes communicare eum ipso aliquid eorum quæ natura mutabilia sunt, neque revera exsistunt. Verum, ut tibi, o admirabilis, ex tuis familiaribus et amicis demonstrationes afferam, interrogabo etiam istud, si mihi ad quæsitum respondeas.

AMM. Istud certe faciam.

CHRIST. Tibine videntur quæ simul sunt, alia ex aliis causam habere posse effectricem?

AMM. Nequaquam.

CHRIST. Dicis autem coæterna esse, de iis quæ sunt simul?

AMM. Dico.

CHRIST. Coæternum autem Deo esse mundum?

AMM. Maxime.

CHRIST. Et effectorem mundi Deum?

AMM. Quidni?

CHRIST. Considera igitur omnino quid sit quod colligitur. Nam si mundus coæternus est Deo, coæterna autem sunt simul ; quæ autem simul sunt, ex se invicem causam habere nequeunt effectricem :

A ἀναπεισθεῖεν (38). Ἐγὼ δὲ τοῦ λόγου ἐχόμενος, ἔφην πρὸς αὐτόν· Καὶ τόδε μοι ἀπόκριναι, ὦ μακάριε.

ΑΜΜ. Τὸ ποῖον δή;

ΧΡΙΣΤ. Φῂς ἑκάστῳ τῶν ὄντων ἴδιον εἶναί τι χαρακτηριστικὸν, ὃ μόνον (39) πρόσεστι καὶ ἀεί; οἷον, ἀνθρώπῳ μὲν τὸ γελαστικὸν, ἵππῳ δὲ, τὸ χρεμετιστικόν;

ΑΜΜ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΧΡΙΣΤ. Οὐκοῦν ἀνάγκη ζητεῖν, τί ἂν εἴη Θεοῦ ἰδιώτατον (40) γνώρισμα, ὃ μόνῳ καὶ μόνως αὐτῷ πρόσεστι, καὶ ἀεί; Τί δ' ἂν εἴη ἀξιάγαστον καὶ πρέπον τῇ μακαρίᾳ φύσει, ἢ τὸ ἀϊδίως δοξάζειν αὐτὴν εἶναι καὶ μόνην ἐν ἀτρεψίᾳ οὐδενὸς δεομένην τῶν γεγενημένων, διὰ τὸ τελείαν εἶναι καὶ αὐτάρκη, ἀεί τε ὡσαύτως ἔχειν, ἁπλῶς καὶ ἑνοειδῶς· καὶ μήτε B ἀρχὴν ἔχειν οὐδεμίαν, μηδὲ αὖ τελευτήν· δημιουργοῦσαν δὲ, δι' ἀγαθότητα μόνην δημιουργεῖν· τἄλλα δὲ γενητὰ καὶ τρεπτὰ, χρονικὴν ἔχοντα τὴν ἀρχὴν καταφάσκειν· ἵν' ᾖ μόνου Θεοῦ τὸ ἀΐδιον, συμπλεκομένου περὶ αὐτὸν ἑνοειδῶς, τοῦ ἀεί τε αὐτὸν εἶναι, καὶ μόνον, καὶ ἀτρέπτως εἶναι. Μηδὲν οὖν τῶν Ἑλλήνων, ὦ φιλοσοφία (ἐξάγομαι (41) γὰρ ὡς ἐμψύχῳ ταύτῃ διαλέγεσθαι), τῶν πεφυκότων τρέπεσθαι καὶ μεταβάλλεσθαι, καὶ ὅλως κινεῖσθαι καὶ ἠρεμεῖν, τῷ Θεῷ συναΐδιον ὑποτοπήσῃς. Οὕτω γὰρ ἂν, τὸ μόνον ἴδιον αὐτοῦ, καὶ μόνως καὶ ἀεὶ, κολοφῶνα ὄντα τῶν ἀξιωμάτων τῶν αὐτοῦ, οὐ περιαιρήσομεν, κοινωνὸν αὐτοσχεδιάζοντες αὐτῷ τῶν πεφυκότων τρέπεσθαι, καὶ μὴ ὄντως ὄντων. Ἀλλ' ἵνα σοι, ὦ θαυμάσιε, καὶ C ἐκ τῶν ὑμῖν συνήθων καὶ φίλων τὰς ἀποδείξεις ποιήσωμαι, ἐρωτήσω καὶ τοῦτο, εἴ μοι τὸ ἐρωτώμενον ἀποκρίνῃ.

ΑΜΜ. Ἀλλὰ τοῦτο ποιήσω, ἦ δ' ὅς.

ΧΡΙΣΤ. Ἆρά σοι δοκεῖ τὰ ἅμα ὄντα ἐξ ἀλλήλων αἰτίαν (42) ἔχειν δύνασθαι ποιητικήν;

ΑΜΜ. Οὐδαμῶς.

ΧΡΙΣΤ. Φῂς δὲ τῶν ἅμα, εἶναι τὰ συναΐδια;

ΑΜΜ. Ἀνάγκη.

ΧΡΙΣΤ. Συναΐδιον δὲ τῷ Θεῷ τὸν κόσμον;

ΑΜΜ. Πάνυ γε.

ΧΡΙΣΤ. Καὶ ποιητὴν τοῦ κόσμου τὸν Θεόν;

D ΑΜΜ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΧΡΙΣΤ. Ἄθρει οὖν ὅλως τε τί συναγόμενον. Εἰ γὰρ συναΐδιος ὁ κόσμος τῷ Θεῷ, τὰ δὲ συναΐδια τῶν ἅμα ἐστί· τὰ δὲ ἅμα ὄντα ἐξ ἀλλήλων αἰτίαν ἔχειν οὐ δύναται ποιητικήν· ὁ ἄρα κόσμος, ἐκ Θεοῦ ἔχειν αἰ-

(38) CC. P. et Duc. ἀναπειθεῖεν.

(39) Legendum μόνῳ. Et sic legit uterque interpretum. Bι.

(40) Alii ἰδιαίτατον.

(41) Corrigunt Angli quidam, referente Montacutio, Μηδὲν οὖν, ὦ τῶν Ἑλλήνων θεὰ, φιλοσοφία. Ipse vero legi mavult : Μηδὲν οὖν τῶν ἄλλων, ὦ φιλοσοφία : *Tu nullam aliam rem, o philosophia, inter eas quæ natura sua verti et moveri possunt et quiescere, cum Deo coæternam putes.* Judicet lector, et receptam Græcæ lectionis interpretationem expendat. Duc. *Ἑλλήνων*. Idololatrarum. Ita infra : Πλῆθος ἄλογον καὶ Ἑλληνικὸν θεῶν. Origenes philocalia c. 18 : ὁποῖα διδάσκει ἡ παρ' Ἕλλησι πανοῦργος σοφιστεία πολλὴν ἔχουσα τὴν πιθανότητα καὶ τὴν ὀξύτητα. Auctor Chronici Alexandrini de Athenaide, Heracliti philosophi filia : Ἐποίησε αὐτὴν Χριστιανὴν (ἦν γὰρ Ἑλληνίς), καὶ μετωνόμασεν αὐτὴν Εὐδοκίαν. Et quid communius? Bι.

(42) *Αἰτίαν... ποιητικήν*. Causam ex sese mutuo habere posse efficientem. Bι.

τίαν οὐ δύναται ποιητικήν· εἰ μέλλοι τὸ γινόμενον, A μὴ σκιά τις (43) εἶναι· μηδὲ εἰς τὸν τοῦ εἶναι λόγον· καὶ ὡς συμπληρωτικὸν τῆς οὐσίας, τὸ αἰτιατὸν τῷ αἰτίῳ παραλαμβάνεσθαι· καθάπερ ἐπὶ τοῦ ἡλίου καὶ τοῦ ἀπαυγάσματος· ἢ ὡς ὁμοούσιον αὐτῷ ὃς ἐπὶ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ (44), ἀλλ' ἡ αἰτία ποιητική τις εἶναι καὶ ἔμφρων καὶ προαιρετικὴ καὶ οὐσίας παρηλλαγμένης ποιητική. Ποῦ τοίνυν χώραν ἕξει, ὦ δαιμόνιε, τὸν Θεὸν τοῦ κόσμου τοῦ καθ' ὑμᾶς αὐτῷ συναϊδίου ποιητικήν τε καὶ ὑποστατικὴν αἰτίαν καταφάσκειν, τῆς τοῦ κόσμου ἑτέρας οὔσης παρ' αὐτὸν οὐσίας; ἢ ἅμα εἶναι τὸν Θεὸν καὶ τὸν κόσμον ἐξ ἀϊδίου λέγειν· εἴπερ τὰ συναΐδια καλῶς λέγομεν τῶν ἅμα εἶναι· τὰ δὲ ἅμα ὄντα ἐξ ἀλλήλων ποιητικὴν αἰτίαν ἔχειν μὴ δύνασθαι; Δυοῖν γὰρ ἀνάγκη θάτερον, ὡς τὰ κοινὰ ὁμολογήματα, καὶ ἡ διαλεκτικὴ ἀπόφα- B σις καὶ κατάφασις ἔδειξαν· ἢ ποιητὴν λέγοντας τῆς τοῦ κόσμου οὐσίας τὸν Θεόν, μὴ συναΐδιον εἶναι τῷ Θεῷ λέγειν τὴν αἰσθητὴν οὐσίαν, ἢ τοῦτο δεχομένους, τὴν ποιητικὴν αἰτίαν τοῦ παντὸς ἀπαρνεῖσθαι. Ἢ οὐ φαίνεται;

ΑΜΜ. Κινδυνεύεις ἀληθῆ λέγειν.

ΧΡΙΣΤ. Οὐκοῦν τὸν αὐτὸν αὖθις γυμνάσωμεν λόγον, Λακωνικὴν βραχυλογίαν (44*) ὡς οἷόν τε μιμησάμενοι· τὰ γὰρ καλά, τῇ συνεχεῖ γυμνασίᾳ καὶ συνασκήσει πέφυκε βεβαιότερα γίνεσθαι τοῖς ζητοῦσι. Ποιητὴν καὶ αἴτιον τοῦ κόσμου τὸν Θεὸν συνομολογοῦμεν.

ΑΜΜ. Ναί.

C ΧΡΙΣΤ. Συναΐδιον τῷ Θεῷ τὸν κόσμον εἶναι ὑποτοπάζετε,

ΑΜΜ. Πάνυ γε.

ΧΡΙΣΤ. Τὰ συναΐδια, τῶν ἅμα ἐστί.

ΑΜΜ. Πῶς γὰρ οὔ;

ΧΡΙΣΤ. Τὰ ἅμα ὄντα, ἐξ ἀλλήλων ἔχειν αἰτίαν οὐ δύναται ποιητικήν;

ΑΜΜ. Οὔ.

ΧΡΙΣΤ. Ὁ ἄρα κόσμος συναΐδιος ὢν τῷ Θεῷ, καθ' ὑμᾶς, ἐκ Θεοῦ ἔχειν ποιητικὴν αἰτίαν οὐ δύναται· ἀλλὰ μὴν ποιητικὸν (45) τὸν Θεὸν τοῦ κόσμου ἐλέγχομεν.

ΑΜΜ. Ναί.

D ΧΡΙΣΤ. Οὐκ ἄρα συναΐδιος ἔσται τῷ Θεῷ ὁ κόσμος. Πᾶν γὰρ ποίημα τοῦ ποιήσαντος δευτερεύει αἰτίᾳ καὶ χρόνῳ.

ΑΜΜ. Ἀλλ' εἰ τοῦτο, ἦ δ' ὅς, φήσομεν, ἄθρει εἰς οἵαν ἀτοπίαν ἐμπεσούμεθα.

ΧΡΙΣΤ. Λέγε· ἡδέως γὰρ ἂν ἀκούσαιμι.

ergo mundus ex Deo habere causam non potest effectricem; si modo id quod fit, non sit quædam umbra, neque id quod e causa oritur, causæ in rationem subsistendi et velut complementum essentiæ accedat; quemadmodum fit in sole et splendore, et ut consubstantiale, exempli gratia, in Patre et Filio; sed causa sit effectrix, et consilii electionisque compos, atque essentiæ alternatæ seu commutatæ procreatrix. Ubi igitur locum habebit, vir egregie, Deum mundi, qui ipsi secundum vos coæternus est, effectricem et hypostaticam causam affirmare, cum mundi essentia diversa sit ab ipso? aut simul esse Deum et mundum ab æterno dicere, si quidem coæterna recte dicimus simul esse; quæ autem sunt simul, ex se invicem effectricem causam habere non posse? Duorum enim alterum necessarium est, ut communes sententiæ et dialectica affirmatio et negatio ostenderunt, aut effectorem essentiæ mundi Deum dicentes, asserere non coæternam esse Deo sub sensum cadentem essentiam, aut si istud admittamus, inficiari effectricem universi eum esse causam. Quid videtur?

AMM. Videris vera dicere.

CHRIST. Eumdem igitur sermonem recolamus, Laconicam brevitatem, quoad fieri poterit, æmulati: quæ **285** enim pulchra sunt, continua exercitatione et opera solent quærentibus effici firmiora. Effectorem, et causam mundi Deum pariter confitemur.

AMM. Sane.

CHRIST. Coæternum Deo mundum esse suspicamini?

AMM. Maxime.

CHRIST. Coæterna sunt de eorum genere quæ sunt simul.

AMM. Quidni?

CHRIST. Quæ sunt simul, alia ex aliis causam habere effectricem non queunt.

AMM. Non.

CHRIST. Mundus igitur coæternus cum sit Deo, vestro suffragio, ex Deo habere effectricem causam non potest. Atqui effectorem Deum mundi dicebamus.

AMM. Certe.

CHRIST. Non igitur coæternus erit Deo mundus. Omne enim effectum effectore posterius est causa et tempore.

AMM. At si istud asseruerimus, perspice in quod absurdum incidamus.

CHRIST. Doce, libens enim auscultaverim.

(43) *Σκιά τις*. Simulacrum, non res ipsa. Vide ad Epigrammata Claudiani. Bᴀ.

(44) Ut consubstantiale, exempli gratia, in Patre et in Filio Gᴇɴᴇʙ. Ut ejusdem substantiæ in eo qui est in Patre et Filio. Tᴀʀ.

(44*) *Λακωνικὴν βραχυλογίαν*. Chilon apud Ausonium: *Brevitate nota qua Lacones utimur.* Vide Plutarchum in Lycurgo, ubi ait: Ἐδίδασκον δὲ τοὺς παῖδας καὶ λόγῳ χρῆσθαι πικρίαν ἔχοντι μεμιγμένην χάριτι καὶ πολλὴν ἀπὸ βραχείας λέξεως ἀναθεώρησιν. Plura vide in Nic. Gragii non inepto commentario, lib. III, tab. 8, c. 6. Bᴀ.

(45) *Ποιητικόν*. Rectius in man. Anglico: ποιητὴν τ. θ. τ. κ. ἐλέγομεν. Editio Tarini: ποιητικήν... Et vertit: *Deum mundi effectricem causam esse ostendimus.* Corrector noster typographicus edidit ποιητικόν. Dixerat antea Zacharias eodem modo: ποιητὴν καὶ αἴτιον τοῦ κόσμου τὸν Θεὸν συνομολογοῦμεν. Dᴜᴄ.

AMM. Nisi res coæternas Deo diximus, Deus sane eas nolebat exstare : atque ita fuit cum voluntatem de rebus non haberet, ex tempore autem cum voluerit et constituerit, necessario aliquando etiam consilium mutabit. Quo posito, non jam a nobis de Deo consentanea opinio servabitur. Nam in tempore deliberare, et deliberationem mutare, mutabilem inducit eum qui hujusmodi affectionibus obnoxius est.

CHRIST. Verumenimvero, mi philosophe, non necesse est dicere Deum in tempore consilium cepisse de rebus procreandis : si earum natura igitur ei coæterna, et principii similiter expers, sed habuit de iis voluntatem carentem principio, tanquam bonus et Deus, in actum autem perduxit cum commodum futurum erat rebus quæ factæ sunt. Deinde deliberare, sive consilium capere, in hominibus quidem dum usurpatur, in cogitationem inducit mutationis et alterationis consilii. At in Deo deliberare non humanam habet intelligentiam, siquidem Deus homo non est : accommodate igitur ad naturas subjectas verbum istud intelligendum est.

AMM. Pulchre dicis.

CHRIST. Fuit nobis aliquando, o amice, etiam de principali et beata Trinitate sermo : et vero philosophus postulabat scire, quo pacto eamdem et Trinitatem et unitatem esse dixeramus : hæc enim non esse ullo modo consentanea pronuntiabat. Ego autem ad ipsum : Trinitatem dicimus esse, mi Christiane, in unitate, et unitatem in Trinitate, propterea quod hypostases quidem tres sunt, unica autem essentia. Nam principium rerum fecundissima est natura, invidiæ expers bonitas, fons vitæ, intelligens lumen, ipsum summum bonum et unum, prima causa ipse qui est, quodque vere est, quodque semper se eodem modo habet : sane velut mens, et Pater Verbum generans non pronuntiabile, neque rursum internum, sed substantiale et in se consistens, ejusdemque cum ipso substantiæ : ab æterno et coæternum, quippe ejusdem cum ipso deitatis, non quidem hypostasi, sed substantia : et aliam hypostasin ab æterno producens sibi ipsi, et Verbo consubstantialem : quem sane Spiritum sanctum divina vocant oracula, simul una cum Verbi et Filii atque Sapientiæ generatione, absque ullo fluxu et sectione et exinanitione. (Hæc enim sunt corporum affectiones.) Supra ævum, et tempus et omne spatium quod animo agitari valeat, unus est cum Verbo et Opifice, et Sapientia, et divino Spi-

A AMM. Εἰ μὴ συναΐδια, ἦ δ' ὅς, τῷ Θεῷ τὰ ὄντα φήσομεν, ὁ Θεὸς ἄρα οὐκ (46) ἠβουλήθη ὑποστῆναι τὰ ὄντα· καὶ ἦν ὅτε τὴν περὶ τῶν ὄντων βούλησιν οὐκ εἶχε· χρόνῳ δὲ βουλευσάμενος, ἐξ ἀνάγκης ποτὲ καὶ μεταβουλεύσεται. Εἰ δὲ τοῦτο, οὐκέτ' ἂν ἡμῖν ἡ περὶ Θεοῦ πρέπουσα ὑπόληψις διασωθήσεται. Τὸ γὰρ χρόνῳ βουλεύεσθαι καὶ μεταβουλεύεσθαι, τρεπτὸν εἰσάγει τὸν τοῖς τοιούτοις παθήμασιν ὑποκείμενον.

ΧΡΙΣΤ. Μάλιστα μὲν οὖν, ὦ τᾶν, ἦν δ' ἐγὼ, οὐκ ἀνάγκη χρόνῳ βουλεύσασθαι περὶ τῆς τῶν γεγονότων συστάσεως λέγειν τὸν Θεόν. Εἰ δὴ οὖν συνάναρχος (47) τῷ Θεῷ λέγοιτο καὶ συναΐδιος τούτων ἡ φύσις, ἀλλ' εἶχε μὲν τὴν περὶ τούτων βούλησιν ἄναρχον ὡς ἀγαθὸς καὶ Θεός· ὑπεστήσατο δὲ, ὅτε συνοίσειν ἔμελλε B τοῖς γινομένοις. Ἔπειτα δὲ τὸ βουλεύεσθαι, ἐπὶ μὲν ἀνθρώπων λεγόμενον, τροπήν τε καὶ τὸ μεταβουλεύεσθαι, παρέχει νοεῖν· ἐπὶ δὲ Θεοῦ τὸ βουλεύεσθαι οὐκ ἀνθρώπων, ἐπειδὴ μὴ ἄνθρωπος ὁ Θεός· καταλλήλως οὖν ταῖς ὑποκειμέναις φύσεσι τὸ βουλεύεσθαι νοητέον.

AMM. Καλῶς λέγεις.

ΧΡΙΣΤ. Γέγονεν ἡμῖν ποτε, ὦ ἑταῖρε, καὶ περὶ τῆς ἀρχικῆς καὶ μακαρίας Τριάδος λόγος· καὶ ἠξίου μανθάνειν ὁ φιλόσοφος, ὅπως τὴν αὐτὴν, καὶ Τριάδα φαμὲν εἶναι καὶ μονάδα· ἀξύμβατα γάρ πως ἔλεγεν εἶναι ταῦτα. Ἐγὼ δὲ πρὸς αὐτόν· Τριάδα φαμὲν εἶναι, ὦ φίλος, ἐν μονάδι, καὶ μονάδα ἐν τριάδι· τῷ C τὰς μὲν ὑποστάσεις τρεῖς εἶναι, τὴν δὲ οὐσίαν μόνην. Ἡ γὰρ ἀρχὴ τῶν ὄντων ἡ γονιμωτάτη φύσις (48), ἡ ἄφθονος ἀγαθότης, ἡ πηγὴ τῆς ζωῆς, τὸ νοερὸν φῶς, αὐτὸ τἀγαθὸν καὶ ἕν, ἡ πρώτη αἰτία, ὁ ὢν, καὶ τὸ ὄντως ὂν, καὶ ἀεὶ ὡσαύτως ἔχον, οἷα δὴ νοῦς, καὶ Πατὴρ Λόγον γεννήσας, οὐ προφορικὸν, οὐδ' αὖ ἐνδιάθετον, ἀλλ' οὐσιώδη τε καὶ ἐνυπόστατον, καὶ τῆς αὐτῆς οὐσίας αὐτῷ· ἐξ ἀϊδίου τε καὶ συναΐδιος οἷα τῆς αὐτῆς ὄντα θεότητος αὐτῷ, οὐ τῇ ὑποστάσει, τῇ οὐσίᾳ δὲ, καὶ ἑτέραν ὑπόστασιν ἐξ ἀϊδίου προβαλλόμενος, ὁμοούσιον αὐτῷ τε καὶ τῷ Λόγῳ· ὃ δὴ Πνεῦμα ἅγιον τὰ θεῖα καλεῖ λόγια, ἅμα τῇ τοῦ Λόγου καὶ Υἱοῦ καὶ τῆς Σοφίας γεννήσει, χωρίς τινος ῥεύσεως, καὶ τομῆς, καὶ κενώσεως. D Ταῦτα γὰρ σωμάτων παθήματα· ὑπὲρ αἰῶνά τε καὶ χρόνον, καὶ πᾶν διάστημα νοεῖσθαι δυνάμενον, εἷς ἐστι μετὰ τοῦ Λόγου καὶ Δημιουργοῦ καὶ τῆς Σοφίας καὶ τοῦ θείου Πνεύματος, ὡς εἰς αἴτιον αὐτὸν ἀναφερομένων· τοῦ μὲν γεννητικῶς, τοῦ δὲ προοδικῶς (49), εἴτουν ἐκπορευτικῶς. Εἴπερ Σοφία τε

(46) Οὐκ interposuimus. Tar.

Ἑλλήνων νοούμενα ὡς συνάναρχα λόγος ἐστὶ μάταιος καὶ ἀνίσχυρος· ὅσα γὰρ πλάττουσι μορφώματα σεπτὰ, τιμώμενα παρ' αὐτῶν ὡς θεοὶ, οὐκ ἦσαν, ἀλλ' ἐγένοντο, θελήσαντος τοῦ μεγάλου Θεοῦ. Is doctissimus et disertissimus Theologi liber jungendus lectione et consideratione huic Zachariæ disputationi, cum suis commentariis. Bᴀ.

(9) *Αἰτίαν τῆς λύσεως*. Causam ut anima et corpus a se discedere cogerentur et cogantur. Bᴀ.

(10) *Προλαβών*. Deus præsciens hæc sic successura. Est sane dignus vindice hic nodus. Quærit enim hic discipulus, cum per contemptum legis mundus esset futurus dissolubilis et contemptum illum præscierit Deus, [cur] mundum tamen corruptibilem condiderit : superfluum enim hoc esse videbatur. Bᴀ.

(11) *Αὐταγαθότης*. Ipsa in se suaque natura principalis bonitas; cujus esse ipsum sit sua genuina bonitas, ut nequaquam alius fons sit nativæ bonitatis. Bᴀ.

(12) Legendum συνεπομένων. Tᴀʀ. Ita recte correxit doctiss. Tarinus. Sed tamen neque alterum illud συνεπομένην contemnendum, approbatumque Genebrardo. Bᴀ.

(13) *Τὸ καλὸν ἡμέτερον*. Quod sane nostrum non D esset, si cogeremur alieno arbitrio obtinere, nec nostrum in id esset dominium. Quod acquiramus quodammodo malum spernentes et summa vi volentes, mutabili, nec mutanda tamen, mente. Bᴀ.

(14) Non satis hæc cohærent. Scribe si placet : οὐ γὰρ δὴ τοῦ δεσμοῦ τῆς φύσεως ἕνεκεν, ἀλλ' ἵνα τὴν ἀρ. Bᴀ.

(14') *Γεωργούμενον*. Gregorio ut pleraque, orat. 1 : Καὶ τοῦτο δὲ ἦν ἄρα τῆς ἄκρας ἀγαθότητος, ποιῆσαι τὸ ἀγαθὸν καὶ ἡμέτερον, οὐ φύσει μόνον κατασπειρόμενον, ἀλλὰ καὶ προαιρέσει γεωργούμενον καὶ τοῖς ἄμφω τοῦ αὐτεξουσίου κινήμασιν. Tᴀʀ.

(15) *Μαστιγίαν*. Comici hanc vocem Latio donarunt, non inventa qua commode interpretarentur. Cyrillus tamen, more suo, id conatus est : μαστιγίας, *verberosus*, *flagellosus*; cui scilicet verbera et flagella velut natura aut fato conveniant. Verberonem ab usu et patientia quotidiana dicunt. Bᴀ.

que adversum ea quæ ipsi imperantur, aggreditur, A sed prompte cum animi voluptate famulatur?

291 B. Plane posterius amplector ac recipio.

A. Quidni igitur Creator posteriori insistat, illudque amplectatur, solam nostram bene agendi rationem expetens, ac istam solam e nobis voluptatem capiens, ut salvemur, quemadmodum ait insignis ille et divinus Clemens? Itaque qui tollunt liberum arbitrium, et incusant Creatorem quod non fecerit nos consilii et electionis expertes, nihil aliud quam brutum impetum et naturam præferunt rationis participi, involuntariam motionem præponentes voluntariæ motioni et virtuti ratione et consilio præditæ et instructæ, ac propemodum ægre B ferentes quod non pecora et simiæ, cameli et asini nati sunt.

B. Heus, o beate, me asinum certe et simiam et camelum, et brutæ naturæ notas propter hujusmodi quæstionem fecisti.

A. Jocaris, bone vir: ego vero existimabam non esse prudentis virique intelligentis in tam magnis ludere.

B. Urbanitatem affectans istud dicebam, non jocans. Nam ea quæ dicebantur, sat intelligo, ac gratiam habeo summo Opifici quod rationis participem meique arbitrii procreaverit. Incusabo autem non ipsum quidem: quid enim homo incusaverit sapientem, penitusque bonum et probum? sed hominum amentiam, quod voluptatem præfe- C rant virtuti, illecti et inscientes: ut si quis optet pruritu vexari, et voluptate deceptus totum corpus unguibus laceret, non cogitans et expendens secuturam impetiginem.

A. Recte se habet similitudo, et valde convenit. Si quid vero habes aliud, interroga.

B. Hæc mihi sola restat dubitatio. Qui hominum corpora in mille partes et sectiones, si ita contigerit, divisa, et a feris bestiis tam terrestribus quam aquatilibus sæpe depasta, sæpe etiam penitus absumpta, dicimus revictura et resurrectionem adeptura?

A. Ego ubi tibi vulgatam hanc quæstionem diluero, finem imponam dialogo, nisi aliqua alia du- D bitatio animum tuum conturbet.

B. Hoc unum insidet animo meo, et inhærescit. Nam, mihi crede, magna quæstionum importunitate, et errore animum meum expurgasti.

τῶν τῆς δουλείας ἔργων, μηδὲ κατόπιν ἴοι τῶν σῶν προσταγμάτων· ἀλλὰ προθυμίας ὑποδουλεύοι σὺν ἡδονῇ;

B. Δῆλον, ὦ 'γαθὲ, ὡς τὸ δεύτερον ἄγαμαί τε καὶ ἀσπάζομαι (16).

A. Οὐκοῦν, ὦ μακάριε, καὶ ὁ Δημιουργὸς τῷ δευτέρῳ τίθεται, καὶ τουτὶ ἀσπάζεται, μόνης τῆς ἡμετέρας εὐπραξίας γλιχόμενος· καὶ τοῦτο μόνον ἀπολαύων ἡμῶν ᾧ σωζόμεθα· ὥς φησι Κλήμης ὁ κλεινὸς καὶ θεσπέσιος. Οἱ τοίνυν τὸ αὐτεξούσιον ἀναιροῦντες, καὶ ὅτι μὴ γεγόνασιν ἀπροαίρετοι, τὸν Δημιουργὸν καταιτιώμενοι, οὐδὲν ἕτερον ἢ τὴν ἄλογον ὁρμήν τε καὶ φύσιν προτιμῶσι τῆς λογικῆς, τὴν ἀκούσιον φορὰν προτιθέντες τοῦ ἑκουσίου κινήματος καὶ τῆς λογικῆς ἀρετῆς· καὶ μονονουχὶ χαλεπαίνοντες ὅτι μὴ θρέμματα καὶ πίθηκοι κάμηλοί τε καὶ ὄνοι γεγόνασιν.

B. Ἰοὺ, ὦ μακάριε (17), ὡς ὄνον με καὶ πίθηκον καὶ κάμηλον καὶ τὰ τῆς ἀλογίας γνωρίσματα, διὰ τὴν ἀπορίαν πεποίηκας!

A. Παίζεις, ὦ 'γαθέ· ἐγὼ δὲ ᾤμην μὴ πρὸς φρονίμου εἶναι καὶ ἀνδρὸς συνετοῦ, τὰ οὕτω μεγάλα διαπαίζειν.

B. Χαριεντιζόμενος (18) ἔφην, ὦ μακάριε· οὐ γὰρ δὴ παίζων. Ἐγὼ γὰρ ξυνίημι τῶν λεγομένων, καὶ χάριν οἶδα τῷ Δημιουργῷ, ὅτι με λογικὸν καὶ αὐτεξούσιον εἶναι πεποίηκε. Νεμεσήσω δὲ οὐκ αὐτῷ· τί γὰρ καὶ νεμεσήσειεν ἄνθρωπος τῷ σοφῷ καὶ παγκάλῳ (19) καὶ ἀγαθῷ; ἀλλὰ γὰρ τῇ τῶν ἀνθρώπων ἀβουλίᾳ, ὅτι τὸ ἡδὺ προτιμῶσι τῆς ἀρετῆς, δελεαζόμενοι (20) καὶ ἀμαθαίνοντες· ὥσπερ ἂν εἴ τις ἀγάσαιτο τὸ κνήθεσθαι (21), καὶ ὑπὸ τῆς ἡδονῆς ἀπατώμενος (22), ὅλον διαξέσαι τὸ σῶμα τοῖς ὄνυξι, τὰς ἑπομένας μὴ διανοούμενος ψώρας.

A. Καλῶς λέγεις, καὶ ἁρμονίως ἔχει τὸ τῆς εἰκόνος. Εἴ τι δὲ ἕτερον ἔχεις, πυνθάνου.

B. Τουτὶ μόνον μοι τὸ ἀπόρημα περιλείπεται. Πῶς τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα εἰς μυρίας μοίρας καὶ τομὰς, εἰ τύχοι, διαιρεθέντα, ὑπό τε θηρίων πολλάκις καὶ τῶν ἐν γῇ τε καὶ θαλάττῃ λυμαινομένων αὐτὰ, πολλάκις δὲ καὶ πάμπαν ἀναλωθέντα καὶ ἀπολωλότα λέγομεν ἀναβιώσεσθαι καὶ ἀναστάσεως τυγχάνειν;

A. Ἐγώ σοι τὸ πολυθρύλλητον τουτὶ ζήτημα διαλύσας, πέρας ἐπιθήσω τῷ διαλόγῳ, εἰ μή τι ἕτερον ἀπόρημά σου τὴν ψυχὴν διαταράττει.

B. Τοῦτο μόνον ἐφεδρεύει τῇ ψυχῇ καὶ ἐγκάθηται. Ὡς εὖ ἴσθι (23) πολλῆς ἀδολεσχίας ἀπορημάτων καὶ πλάνης τὴν ἐμὴν ψυχὴν ἐξεκάθαρας.

(16) Verissime imo, ut ego secundum amo et amplector. Tar. — Clarum, o bone, amare et amplecti me posteriorem. Mirum cur hic tenebras offuderit doctiss. Tarinus. Ba.

(17) Vah! o beate! Cyrillus *heu* interpretatur. Urit vero discipulum sapientiam venditantem magister, velut in stabulum compactum. Et magister, uri vicissim illius joco videri vult. Ba.

(18) *Χαριεντιζόμενος*. Adblandiri tibi volens, non illudere aut jocari præter rem volens. Ba. Imo, facete aliquid dicere gestiens, non illudere.

(19) *Τῷ σοφῷ καὶ παγκάλῳ*. Trajiciendæ voces ut τὸ πᾶν ad omnes spectare possit: τῷ παγκάλῳ καὶ σοφῷ. Ba.

(20) *Δελεαζόμενοι καὶ ἀμαθαίνοντες*. Illecebris decepti et mente moti. Ba.

(21) *Κνήθεσθαι*. Scalpi. Quam rem alibi docuimus multis in deliciis quandoque fuisse. Ba.

(22) *Ἀπατώμενος*. Per voluptatem deceptus. Ba.

(23) *Μὴ διανοούμενος*. Non animadvertens. Ba.

A. Αὐτῷ τῷ Δημιουργῷ χάρις, ὦ 'γαθὲ, τῷ ταῦτα A λέγειν δεδωκότι. Προθυμήθητι οὖν καὶ τὸ δυνατὸν, καὶ τὸ εὔλογον (24) τῆς ἀναστάσεως τῶν σωμάτων πυθέσθαι.

B. Λέγε· ἡδέως γὰρ ἂν ἀκούσαιμι.

A. Τὰ τῶν ἀνθρώπων σώματα, ὦ 'γαθὲ, πρὸς βραχὺ γὰρ φυσιολογεῖν ἀναγκαῖον, ἐκ τίνων συγκεῖσθαι φήσομεν (25);

B. Ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων, καὶ ὁ τῶν φυσικῶν λόγος φησὶ, καὶ ἡ ἀλήθεια δείκνυσι.

A. Ταῦτα δὲ διαλυόμενα εἰς τί χωρεῖν λέγομεν; Ἆρ' οὐκ εἰς ἐκεῖνα ἐξ ὧν καὶ συνετέθη (26);

B. Πᾶσα ἀνάγκη.

A. Τί τοίνυν θαυμαστὸν φαίνεται ἢ ξένον, εἰ ὁ Δημιουργὸς, καὶ σοφὸς, καὶ δυνατὸς, καὶ πάντων τοὺς λόγους εἰδὼς, εἰς μυρία τμήματα καὶ μοίρας B κατακερματισθέντα (27) τῶν ἀνθρώπων τὰ σώματα, ἐκ τῶν τεσσάρων στοιχείων αὖθις συνάγει πρὸς ἁρμονίαν; Ὁ γὰρ ταῦτα πρότερον συναθροίσας τε καὶ συναρμόσας, καί τινα κρᾶσιν (28) ἀξιάγαστον καὶ ἀξιοθέατον ἐκ τῶν ἐναντίων ἁρμοσάμενος μόνῳ τῷ βουληθῆναι, ὁ αὐτὸς διαλυθεῖσαν τὴν ἁρμονίαν εἰς ἐκεῖνα ἐξ ὧν καὶ συνετέθη, αὖθις καλέσει πρὸς ἀδιάλυτον (29) συμφωνίαν. Ταῦτα δὲ πράξει τῷ μεγάλῳ αὐτοῦ νεύματι (30). Ἢ οὐχὶ πάντα τὰ ὄντα, τά τε ἄνω καὶ κάτω καὶ τὰ ἐν μέσῳ περιδέδρακται ἡ θεία φύσις καὶ περιείληφε, καὶ ἔξω τοῦ παντός (31) ἐστι καὶ ἐν τῷ παντὶ καὶ ὑπὲρ τὸ πᾶν, καὶ οὐδὲν κενὸν τῆς θείας δυνάμεως καὶ τῆς ὑπερουσίου οὐσίας τῆς μόνης ἀπεράντου, καὶ περιορισμὸν οὐκ C ἀνεχομένης; Ἄποσον γάρ τι θεότης καὶ ἀμέγεθες, ὡς ἀσώματον.

B. Πάνυ γε.

A. Εἰ τοίνυν τὰ πάντα πληροῖ, καὶ Πνεῦμα Κυρίου πεπλήρωκε τὴν οἰκουμένην, ᾗ φησι τὰ θεῖα λόγια, καὶ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ τὰ πέρατα τῆς γῆς· ποία δυσχέρεια ἢ ποῖος πόνος τῷ μακαρίῳ, τὰ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ εἰδέναι; Ἢ σὺ ἀγνοεῖς, ἄν τι τῇ χειρὶ περιφέρῃς;

B. Οὐδαμῶς.

A. Οὔτε ὁ Δημιουργὸς ἄρα καὶ σοφὸς τοὺς λόγους τῶν σωμάτων ἀγνοεῖ, ἢ τὴν ἐξ ἑκάστου ληφθεῖσαν μοῖραν, καὶ εἰς αὐτὸ πάλιν ἀναλυθεῖσαν. Οὔτε μὴν

A. Ipsi summo Opifici gratia, qui hæc dicere concessit: stude igitur id quod fieri potest consentaneumque est, corporum resurrectionem cognoscere.

B. Age, libenter istud audierim.

A. Hominum corpora (paucis enim philosophari necesse est) e quibusnam componi dicemus?

B. E quatuor elementis physicorum sermo et veritas ostendit.

A. Hæc autem dissoluta quam in rem abire dicimus? Nonne in ea ex quibus constabant?

B. Omnino necessarium.

A. Quid igitur mirum videatur, quid stupendum, si Opifex et sapiens et potens, qui et omnium rationes tenet, in mille segmenta et partes dissipata hominum corpora e quatuor elementis rursum redigit ad concentum? Qui enim ea prius coagmentavit, congregavit et concinnavit, et aliquam temperationem admiratu spectatuque dignam e contrariis sola voluntate coaptavit; idem dissolutum concentum in illa e quibus constabant, revocabit ad indissolubilem consonantiam et conjunctionem. Hæc autem faciet magno suo nutu. Annon divina natura omnia quæ sunt supera, infera, interjecta, comprehendit et complectitur, estque extra universum et in universo et supra universum, nihilque divina illa potentia, et omnibus superiori essentia vacuum est, quæ sola interminata est, neque patitur circumscriptionem? Nam Deitas quantitatis expers est, et magnitudinis, tanquam incorporea.

B. Maxime.

A. Si igitur omnia replet *, et Spiritus Domini replevit **292** orbem terrarum, ut quidem aiunt divina oracula, et in manu ipsius fines terræ; qualis difficultas aut qualis labor beato illi numini, ea quæ in manu ipsius sunt, cognoscere? Tune ignoras, si quid manu complectare?

B. Minime.

A. Neque igitur opifex et sapiens corporum rationes ignorat, aut partem e quolibet elemento captam et in ipsum denue resolutam. Neque sane

* Sap. I, 7.

(24) *Εὔλογον*. Et bona ratione nitentem et facilem perceptu simul dicit.

(25) Parumper enim ad disquirendam naturam hac in parte venire necessitas postulat; ex quibus compositam esse particulis dicemus. Ba.

(26) Num vero non in ea ex quibus collatis sunt constituta. Ba.

(27) Hesychius: κατακερματίζει· εἰς πολλὰ ἀναλίσκει· διατέμνει ἢ λεπτύνει ἢ μερίζει. Rem ipsam habes pluribus apud Athenagoram Æneam [p. 62], alios. Ba.

(28) *Κρᾶσιν*. Cinnum. Ba.

(29) *Ἀδιάλυτον*. Vitiose legebatur διάλυτον. Tar.

(30) Scribendum puto τῷ μεγαλοδυνάτῳ νεύματι. Ba.

(31) *Ἔξω τοῦ παντός*. Supra, extra et ultra D universum est Deus. Videndi libri Marii Victorini contra Arianos, quos logicis tricis obscuros dixit Hieronymus. Hac autem sententia recepta cadit argumentatio vetustissimorum philosophorum, qui mundum ea ratione incorruptibilem esse sciverunt, quod extra eum nihil sit a quo possit, corrumpi. Ocellus Lucanus. Εἰ δὲ καὶ δοξάζοι τις αὐτὸ φθείρεσθαι, ἤτοι ὑπό τινος τῶν ἔξω τοῦ παντὸς φθαρήσεται δυναστευόμενον, ἢ ὑπό τινος τῶν ἐντός· οὔτε δὲ ὑπό τινος τῶν ἔξωθεν, ἐκτὸς γὰρ τοῦ παντὸς οὐδέν· τὰ γὰρ ἄλλα, πάντα ἐν τῷ παντὶ, καὶ τὸ ὅλον καὶ τὸ πᾶν ὁ κόσμος· οὔτε ὑπὸ τῶν ἐν αὐτῷ· δεήσει γὰρ ταῦτα μείζονά τε καὶ δυναμικώτερα εἶναι τοῦ παντός. Recte quidem ille secundum rationem; at secundum veritatem, id est cognitionem Dei, omnino pessime, ut vel hic liber docuerit. Ba.

præpotens humana corpora dissoluta congregare non poterit. Præterea istud mihi considera.

B. Quid illud porro?

A. Humanum hoc semen quod in mulieris vulva seritur, nonne guttam alicujus humoris esse dicis?

B. Certe.

A. Quis igitur exiguam illam partem humoris et seminis genitalis corpus hominis efficit, et animo colligat, et facit animal rationis compos, mortale et disciplinæ capax? Nonne summus Opifex?

B. Sane.

A. Quid ergo tibi mirum videtur: si etiam hic rationes corporum post dissolutionem cognoscens, et reditum in quatuor elementa, et ipsa eorum semina, velut sapientia et potentia instructus Opifex rursum ea reviviscere jubet? Ac sic quidem sub potestatem cadere resurrectionem perspicuum est. Audi præterea quod etiam consentaneum est. Primum quidem Opifex, ut nihil eorum quæ ab ipso producta sunt, a morte et interitu perpetuo superetur, esse cuncta vult, atque adeo bene et semper esse. Deinde nonne tibi videtur æquum, ut animæ præmia consequantur, quæ præclarum hoc vitæ certamen peregerunt, et in hoc stadio curriculum bene cum corporibus cucurrerunt, cum quibus et vixerunt, et mille sudores virtutis exantlarunt?

B. Æquum sane et consentaneum videtur.

A. Rursus autem ut eæ quæ improbe hanc vitam transegerunt, et laxarunt quidem pennas a virtute, a multitudine autem intemperantiæ et voluptatum superatæ sunt, et sarcinæ ponderi obsecutæ sunt, ac deorsum ab equo malitiæ, et quæ in nobis sunt ludicria impulsæ sunt, oblitæ suæ immortalitatis et

A ὁ δυνατὸς, τὰ ἀνθρώπεια σώματα διαλελυμένα συνάγειν ἀδυνατήσεις (32). Πρὸς δὲ καὶ τοῦτο ἄθρει.

B. Τὸ ποῖον δή;

A. Τουτὶ τὸ σπέρμα τὸ ἀνθρώπινον (33) τὸ ἐν τῇ μήτρᾳ τῆς γυναικὸς καταβαλλόμενον, ἆρα οὐ ῥανίδα τινὸς ὑγρότητος φῄς εἶναι;

B. Ναί.

A. Τίς οὖν, ὦ μακάριε, ὁ τὴν βραχεῖαν ἐκείνην μοῖραν τῆς ὑγρότητος καὶ τοῦ θοροῦ, σῶμα κατεργαζόμενος ἀνθρώπου, καὶ ψυχῇ συνδεσμῶν, καὶ ποιῶν ζῶον λογικὸν θνητὸν, νοῦ καὶ ἐπιστήμης δεκτικὸν, ἆρ' οὐχ ὁ Δημιουργός;

B. Πάνυ γε.

A. Τί τοίνυν θαυμαστόν σοι φαίνεται, εἰ καὶ ἐν- B ταῦθα τοὺς λόγους τῶν σωμάτων καὶ μετὰ διάλυσιν εἰδὼς, καὶ ἐπάνοδον τὴν εἰς τὰ τέσσαρα στοιχεῖα, καὶ αὐτὰ δὲ τούτων τὰ σπέρματα, ὡς σοφὸς καὶ δυνατὸς καὶ Δημιουργὸς, αὖθις ταῦτ' ἀναβιῶναι κελεύει; Καὶ ὧδε μὲν τὸ δυνατὸν τῆς ἀναστάσεως κατεφάνη. Ἄκουε δὴ λοιπὸν καὶ τὸ εὔλογον (34)· πρῶτον μὲν ὁ Δημιουργὸς, ἵνα μηδὲν τῶν πρὸς αὐτοῦ γεγονότων, ὑπὸ θανάτου καὶ φθορᾶς κρατοῖτο διηνεκῶς· εἶναι γὰρ τὰ πάντα βούλεται, καὶ εὖ εἶναι, καὶ ἀεὶ εἶναι. Ἔπειτα δὲ οὐ δίκαιόν σοι καταφαίνεται, τὰς ψυχὰς τῶν ἄθλων τυγχάνειν, τὰς καλῶς τόνδε τὸν ἀγῶνα διανυσάσας, καὶ τόδε τὸ στάδιον εὖ μετὰ τῶν σωμάτων διαδραμούσας, μεθ' ὧν καὶ ἐβίωσαν, καὶ τοὺς μυρίους ἱδρῶτας τῆς ἀρετῆς ὑπέστησαν; C

B. Δίκαιον ἐφάνη καὶ εὔλογον.

A. Πάλιν δ' αὖ τὰς κακῶς τόνδε τὸν βίον διακυβερνώσας, καὶ πτεῤῥορυησάσας (35) μὲν ἐξ ἀρετῆς, ὑπὸ δὲ τοῦ ἐσμοῦ (36) τῆς ἀκολασίας καὶ τῶν ἡδονῶν κινηθείσας καὶ τῷ βάρει τοῦ ἐφολκίου συνεπομένας (37), καὶ κάτω που ὑπὸ τοῦ τῆς κάκης ἵππου καὶ τῶν ἐν ἡμῖν παιδιῶν φερομένα; (38), ἐκλαθομένας

(32) Obscura nonnihil hæc sunt ob omissum verbum. Scribe: Οὔτε μὴν ὁ δυνατὸς τὰ ἀνθρώπινα σώματα συνάπτειν, διαλελυμένα συνάγειν ἀδυνατήσεις. Vel, pro τῷ συνάπτειν, scribas δημιουργεῖν, κτίζειν, ποιεῖν, etc. Quæ omnia de creatore Deo dicuntur. Ba.

(33) *Σπέρμα τὸ ἀνθρώπινον*. Utriusque hominis intellige. Nullatenus enim dubitandum sæpe et mulierem conceptioni suum semen conferre; dicerem semper, nisi id aliquando tam latenter fieri arbitrarer, ut neque ipsamet sentiat. De qua re multis alibi. Ba.

(34) *Τὸ εὔλογον*. Ἄλογον εὔλογον loco suo ejecerat. Tar. Et hic cæcutiit Tarinus. Est εὔλογον in codicibus. Τὸ εὔλογον· quod rationabile sit et rationi comprehensibile atque demonstrabile. Sequentia eadem et iisdem verbis leguntur apud Æneam. Ba.

(35) *Πτεροῤῥυησάσας*. Aristophanea quidem vox sed nuda Platonis oratio in *Phædone* et *Phædro*. Tar.

(36) *Ἐσμοῦ*. Examine quodam, denso agmine. Tarinus idem vomitu vertit. Quomodo eum aberrasse supra, n. 436, etiam ostendimus. Ba.

(37) *Τῷ βάρει τοῦ ἐφολκίου συνεπομένας*. Pondere, gravitate annexæ velut navis abstractæ. Ba.

(38) *Κάτω που ὑπὸ τοῦ τῆς κάκης ἵππου καὶ τῶν ἐν ἡμῖν παιδιῶν φερομένας*. Ἵππου. Vecturæ maritimæ vim equi abstrahentis commode conjungit. Alludi quædam videntur ex Tabula illa celeberrima Cebetis nostri. Ba. Genebrardus verterat: *Et gravitatem carinæ consecutæ sunt, ac deorsum a pravo equo et quæ in nobis sunt puerilibus impulsæ sunt*. In apographo Anglico legebatur non παιδιῶν, D sed πήδων: unde annotabat Montacutius legendum ἐπιθυμιῶν vel θηρίων, *cupiditatibus* vel *bestiis*, et pro κάκης substituebat κακίας. Alii malunt σαρκός. Sed non animadverterunt esse locum ex Platonis *Phædro* expressum, p. 34. Βρίθει γὰρ ὁ τῆς κάκης ἵππος μετέχων, ἐπὶ γῆν ῥέπων τε καὶ βαρύνων, ᾗν μὴ καλῶς ᾖ τεθραμμένος ὑπὸ τῶν ἡνιόχων· *gravatur enim pravitatis particeps equus ad terram vergens atque trahens cuicunque fuerit equus ab aurigis non bene enutritus*. Postremo illud πτεροῤῥυήσασαι ἐξ ἀρετῆς, *quæ a virtute veluti pennis defluxerunt*, ex eodem est Platonis loco. Ἡ δὲ πτεροῤῥυήσασα φέρεται, ἕως ἂν στερεοῦ τινος ἀντιλάβηται· *cui vero alæ defluxerint, fertur quoad solidum aliquid apprehenderit*. Sed in eodem Zachariæ loco fortasse commodius pro πήδων legeretur πεδῶν, ut apud Clementem Alex. II *Pædagog*., c. 12, πέδας περισφυρίου, *talares, compedes*, legimus, et apud Gregorium Naz. δεσμίους σαρκός, *carne præpeditos* et quasi compedibus carnis vinctos. Duc.

A τε τῆς οἰκείας ἀθανασίας καὶ τῆς ἄνωθεν συγγενείας, καὶ τῆς εἰκόνος ἐκείνης καὶ πρώτης καὶ ἀθολώτου (39), μετὰ τῶν σωμάτων εἰς τὸ τῆς τίσεως ἱερὸν δεσμωτήριον ἰέναι (40), μεθ' ὧν καὶ κακῶς διεφθάρησαν, καὶ τοὺς Πυριφλεγέθοντας οὓς ὁ Πλάτων (41) φησὶ, καὶ τὸν Κωκυτὸν διανήξασθαι· ἃ δὴ καὶ τὰ θεῖα λόγια ποταμὸν πυρὸς καὶ ἀκοίμητον σκώληκα καὶ γέενναν, καὶ αἰσχύνην αἰώνιον, καὶ φυλακὴν, καὶ κόλασιν, καὶ τὰ τοιαῦτα προσαγορεύει;

B. Δίκαιον ἐφάνη καὶ τοῦτο.

A. Εἶεν, ὦ μακάριε· πεπλήρωται ἡμῖν τὰ τῆς διαλέξεως. Νῦν δὴ καιρὸς εἰς εὐχὴν τὸν νοῦν τρέψαντας, ὑμνεῖν τὸν τοῦδε τοῦ παντὸς Ποιητὴν καὶ Δημιουργόν (42).

B Ὦ Δέσποτα καὶ Δημιουργὲ τοῦδε τοῦ παντὸς, ὦ Πάτερ, καὶ Λόγε, καὶ Πνεῦμα ἅγιον, ὦ θεία Τριὰς, καὶ τρισσὴ καὶ ἁγία μονὰς. Πάτερ ἄναρχε καὶ ἀγέννητε, Υἱὲ ἀνάρχως γεγεννημένε (43), Πνεῦμα θεῖον, προελθὸν ἀνάρχως ἐκ Πατρὸς, Τριὰς ἀῤῥήτως εἰς μονάδα ἀνακεφαλαιουμένη, μονὰς ἀνεκφράστως ἐν Τριάδι προσκυνουμένη, καὶ μὴ καταλαμβανομένη, Τριὰς ἄκτιστε, ἀΐδιε καὶ ὁμοούσιε, ἡ πρώτη καὶ μακαρία φύσις, καὶ τῶν ὄντων ἀρχὴ, ἡ ἄφθονος ἀγαθότης καὶ τὸ ὄντως Ὂν, δοίης ἡμῖν καθᾶραι (44) τὸν νοῦν, καὶ ἄξιον ποιῆσαι τῆς σῆς ἐλλάμψεως (45) καὶ θεωρίας, ἵνα καθαρῶς ὡς οἷόν τε, σοῦ τοῦ καθαρωτάτου ἐφαπτώμεθα, εἰ θέμις ἐστί· καὶ τοὺς κακοὺς χαρακτῆρας καὶ τύπους τῆς ψυχῆς (46), ἐξελάσαι, δεῖξαί τε τὴν εἰκόνα τὴν πρώτην ἀθόλωτον, C καὶ μὴ εἰς μάτην ἡμῖν γενέσθαι τὴν μεγάλην σου τοῦ τῆς Τριάδος ἑνὸς Θεοῦ καὶ Λόγου ἐπιδημίαν καὶ παρουσίαν, καὶ τὰ σωτήρια καὶ ὑπερφυῆ παθήματα, δι' ὧν τῆς ἁμαρτίας λελύμεθα. Ποιήσειας δὲ τὰς ἡμετέρας ψυχὰς, μὴ ἀμελετήτως ἔχειν πρὸς ἀρετήν· ἀλλὰ γὰρ μελετῆσαι τὴν λύσιν, πρὸ τῆς λύσεως τῶν σωμάτων· ὡς ἂν μὴ ταραχθείημεν (47) λυομένων ἡμῖν τῶν δεσμῶν, καὶ πυκνὰ στρεφώμεθα πρὸς τὰ ὧδε, δυσχεραίνοντες τὴν διάζευξιν. Δοίης δέ γε διαφυγεῖν τὸν κατάλογον τῶν κολάσεων (48), καὶ μὴ πειραθῆναι πικρᾶς τῆς ἐκδημίας, ἀλλ' εἰς τὰς ἄνω μονὰς συνάπτοις καὶ συντάττοις, ἡνίκα σοι φίλον ᾖ, καὶ ἡμῖν ἔχοι διὰ τῆς μελέτης καλῶς, καὶ τοῦ

A supernæ cognationis, et imaginis illius primæ et incontaminatæ, cum corporibus in supplicii sacrum ergastulum pergant, cum quibus prave corruptæ sunt, et fluvios igne ardentes quos Plato commemorat, et Cocytum trajiciant: quæ sacra oracula appellant fluvium ignis [5], et vermem insomnem et gehennam et ignominiam perpetuam [6], et custodiam, et supplicium, et cætera id genus?

B. Etiam istud consentaneum videtur.

A. Expleta sunt quæ nobis in disputationem venerant. Proinde nunc tempus est ut mentem ad precem convertamus, et celebremus hujus universitatis Conditorem atque Opificem.

B Domine et Opifex hujus universi, Pater, Verbum et Spiritus sancte, divina Trinitas, et trina atque sancta Unitas: Pater principii expers et ingenite, Fili sine principio genite, divine Spiritus procedens citra principium a Patre, Trinitas ineffabiliter in unitatem relata, Unitas inenarrabiliter in Trinitate adorata neque comprehensa, Trinitas increata, sempiterna et consubstantialis, prima beataque natura, et rerum principium, ab invidia alienissima bonitas et verum Ens, tribue nobis, ut purgata simus mente, et dignam eam reddamus tua cœlesti illustratione et contemplatione, quo pure, quoad fieri poterit, te purissimum attingamus, si quidem fas est, et pravas notas et typos ex animo expella-C mus, ostendamusque imaginem primam incontaminatam, neque supervacaneus nobis sit magnus tuus, o Trias, unius Dei et Verbi adventus atque præsentia, et salutares et supra vires naturæ passiones, quarum gratia peccato soluti sumus. Sic præterea ne animæ negligenter se habeant erga virtutem, **292** sed meditentur dissolutionem, ante quam dissolvantur corpora, nec conturbemur dum resolventur nostri nexus et vincula, et crebro ad ista caduca convertamur, moleste ferentes disjunctionem. Præterea concede, ut vitemus numerum suppliciorum, neve experiamur acerbum vitæ exitum, sed in superas mansiones coaptes et conscribas, cum tibi gratum erit, seque præclare habeant nobis

[5] Dan. VII, 19. [6] Dan. XII, 2.

(39) Hesychius: Ἀθόλωτον, *καθαρόν*. BA.

(40) *Εἰς τὸ τῆς τίσεως ἱερὸν δεσμωτήριον ἰέναι.* Sacrum pœnæ carcerem. Quo epitheto horrenda omnia venire alibi centum ipsis exemplis demonstratum est. BA.

(41) De inferorum diris fluviis Plato, Theodoretus, aliique christiani gentilesque philosophi, ut item alibi notatum. BA.

(42) Precationem sequentem si quis dignis modis illustrare velit, omnes thesauros veteris recentisque theologiæ hauriat et isthuc comportet. BA.

(43) Scripsi γεγεννημένε, more Patrum ὁμοδόξων. TAR.

(44) *Καθᾶραι*. Ab omni humanarum rerum et operum et cogitationum consortio. In tali enim expurgatione summam philosophiæ ponebant phi-D losophi, præcipue Pythagorici, ut multis ostendit Hierоclis in Aurea Carmina aureus commentarius. BA.

(45) *Ἐλλάμψεως*. Interna illuminatione. BA.

(46) *Χαρακτῆρας καὶ τύπους τῆς ψυχῆς*. Platonicum. Et de characteribus notisque istis multis locis suoque præcipue commentario, alibi. BA.

(47) *Μὴ ταραχθείημεν*. Conturbemur toti. Quod necesse est accidere iis, quibus repens ex hac vita recessus incubuerit. Merito igitur vovet εὐθανασίαν. BA.

(48) *Κολάσεων*. Æternarum pœnarum perennitas ultimum monitum accipiendæ doctrinæ cœlestis et vitiorum relinquendorum. Pulchre Theophilus noster fine lib. I ad Autolycum suum; etc. BA.

quæ pertinent ad hanc exercitationem et vitam quæ cum corporibus fragilibus et infirmis geritur, in sinu Abraham, Isaac et Jacob. Ita Deus sat a nobis exoratus est. Discedamus igitur.

A μετὰ τῶν σωμάτων βίου τῶν ἐπικήρων (49), εἰς κόλπους Ἀβραὰμ καὶ Ἰσαὰκ καὶ Ἰακώβ. Ἱκανῶς ἡμῖν ηὔκται. Ἀλλ' ἴωμεν (50).

(49) Ἐπικήρων. Ἐπίκηρα, ἐπιθανάτια· κὴρ γὰρ ὁ θάνατος· auctor Magni Etymologici. Vide in utraque voce plura apud Hesychium. Bo.

(50) Ultima verba eadem sunt apud Æneam nostrum; et memini alibi me suspicatum de uno utriusque libelli auctore, non tamen ut perfendam. Bo.

EJUSDEM ZACHARIÆ

DISPUTATIO

CONTRA EA QUÆ DE DUOBUS PRINCIPIIS A MANICHÆO QUODAM SCRIPTA ET PROJECTA IN VIAM PUBLICAM REPERIT, JUSTINIANO IMPERATORE.

Si sunt in omnibus contraria principia quæ ponis, B unum bonum quod vocas, et alterum malum; necesse est, si bonum substantiam esse dicis, malum non esse substantiam. Si bonum dicis principium esse, malum non esse principium: Si bonum esse ingenitum et æternum, malum non esse sic. Si enim hæc communia habent omnia, quomodo sunt contraria? Præterea: Contraria non quatenus substantia sunt, dicuntur esse contraria; substantiæ enim nihil est contrarium, sed aut quatenus sunt ad aliquid, aut secundum qualitatem et accidens, aut secundum habitum et privationem: ex quo fit, ut primo et soli bono, cum nihil horum habeat, nihil sit contrarium; quia secundum substantiam est bonum, substantiæ vero nihil est contrarium: contraria enim C dicuntur sursum et deorsum, non quatenus substantia sunt, sed quatenus ad aliquid. Quæ autem sunt ad aliquid, cum natura corporea adnexa sunt: non igitur in natura incorporea, et quæ omnibus antecellit et quæ intelligitur comprehendi non posse, locum habent sursum et deorsum.

Et timor contrarius dicitur fortitudini, non tanquam substantia aliqua, sed tanquam qualitas et accidens, quod sæpe adest, et abest: fortitudo enim et timor in anima spectantur non tanquam substantiæ, sed tanquam qualitates. Quocirca non dicuntur animæ, sed circa animam considerantur; fortitudo tanquam habitus animæ, timor tanquam privatio habitus. Sicut sanitas et morbus in corpore: unde necesse est priores esse habitus privationibus. Summæ D igitur amentiæ esset cogitare hoc in Deo: distinctio enim boni a malo non habet locum in Deo, sed in bono et malo actionum humanarum: bono quidem in creaturam Dei ingrediente secundum habitum; malo vero secundum privationem habitus ex motu liberæ voluntatis accedente sæpe: bonum enim in anima, et vivere secundum virtutem tanquam optimus quidam habitus, sicut dictum est, advenit homini: hujus vero ignavia ex voluntate et ex prava consuetudine, ac conversatione mala proficiscente, malum tanquam privatio habitus sæpe accidit.

Rude igitur est et valde ineruditum dicere contrarium bono secundum substantiam et per se bono, malum, sicut contraria sunt sursum et deorsum; aut esse omnino aliquid contrarium bono secundum substantiam, quod est solus Deus: nemo enim bonus, nisi unus Deus, quia ipsius bonum tantum est immutabile, tanquam primum bonus, et secundum substantiam bonus; qua ratione nihil est ei contrarium. Quare malum non est secundum substantiam: ei enim quod est, opponitur dividendo, quod non est; unde non est substantia, quod non est. Si autem quod non est, non est substantia, et opponitur substantiæ, dividendo, ut ais, bono, quod est substantia, malum: malum igitur non est substantia. Si autem hæc sic habent, et aliter bonum quod est in Deo, consideratur, qui est bonum e seipso motus, et secundum substantiam bonum, et quod primum bonum intelligitur; aliter vero consideratur in hominibus, quod sæpe privationem habitus proprii voluntariam recipit, et veritas est cum iis quæ sic intelliguntur et dicuntur: annon est barbara et stulta et ex omni parte repugnans fabula de duobus principiis, quæ communes notiones non probant? Quomodo enim esse poterit ἀρχὴ, quæ non in omnibus principatum tenet: si autem necesse est, ut in omnibus principatum teneat ἡ ἀρχὴ, unus solus erit princeps, quod principium vocamus. Igitur malum non est substantia; sed divinæ legis transgressio, quæ ex solo motu liberæ voluntatis ignavis ratiocinatoribus accidit, et in sola actione non obtemperantium legi Dei cernitur: unde in ea inest, ut possit desinere, cum pœnitet sæpenumero eos, qui maleficium faciunt, et ad virtutem motu voluntatis redeunt; quod quidem documento est, non esse mala secundum naturam. Quæ enim secundum naturam sunt, vinci non possunt. Si autem mala non sunt natura, et naturarum fabricator Deus est; unum igitur et solum principium erit: quod quia incircumscriptum est, et ubique esse intelligitur, nullum locum dat nequitiæ quæ non est.

ZACHARIÆ FRAGMENTA HISTORICA.

EX ANG. MAI PRÆFATIONE.

(Script. Vet. tom. X, p xi.)

De Zachariæ fragmentis historiæ ecclesiasticæ.

Codicum orientalium utilitatem rursus nobis demonstrat Zacharias historicus in sua Græca lingua deperditus (locis iis exceptis quos citat Evagrius), sed in Syriaca (*) partim conservatus, in quam olim nescio quo interprete translatus fuit. Notitiam ejus tradit Assemanus in B. O. t. II, p. 53, unde cognoscimus vixisse ipsum sub magno Justiniano circa annum 540 et ultra; rhetorem professione fuisse, et deinde Melitinensem in Armenia minore ad Euphratem episcopum (1), quam sedem numerat inter Jacobiticas idem Assemanus eodem tomo in dissert. de Monophysitis. Igitur Guillelmus Cavæus errat, qui hunc historicum ad annum 491 refert, ejusque in loco ad annum 536 Zachariam Scholasticum ponit; vel potius duos ex uno homine facit. Ego vero cum inter editas a me Procopii Gazæi epistolas (Class. AA. t. IV), nonnullas videam ad eruditum quemdam Zachariam missas, prætereaque inter ineditas Joannis Gazæi grammatici odas unam esse sciam in qua philologus Zacharias laudatur (qui duo, Procopius, inquam, atque Joannes, æquales Zachariæ historici fuerunt), mihi propemodum persuasi hunc eumdem esse historicum et episcopum, qui antea rhetor in celebri Gazæ urbis schola fuisset. Zachariæ historia ecclesiastica, ut observat Assemanus, a Constantini Magni imperio usque ad annum Justiniani saltem vicesimum, Christi 546, decurrebat; eaque in tres partes distributa erat; quarum in prima Socratem, in secunda Theodoretum expilabat Zacharias; in tertia denique ipse marte suo loquebatur; sed tamen hujus pretiosioris partis nihil aliud in Syriaco codice Vat. 146 superest, quam illa novemdecim capitula, quæ nos Syriace Latineque vulgamus. Ex his duodecimum breve de Marino Apamensi Assemanus t. II, B. O. dederat; itemque illud prælongum et præstantissimum de Homeritarum martyrio, t. I, cap. 29, ubi de Simeone ab an. 510 ad 525, episcopo Betharsamensi scribit, a quo illam præclaram Historiam sumpsit ipsis verbis Zacharias. Erat autem Simeon orthodoxus episcopus, ut demonstrat Assemanus; quare et hi admirabiles Homeritæ pro fidei catholicæ confessione tale tantumque certamen anno Christi 524 sustinuerunt, quod meo judicio Machabæorum et Romanæ matronæ Felicitatis ejusque liberorum gloriam exæquat. Jam vero integra Zachariæ historia certe in quadam Byzantina bibliotheca erat, ut legebam partim in codice Vat. reginæ Sueciæ, et partim in codice Mediolanensi, in quibus hi deperditi apud nos libri recensentur. 1. Zachariæ rhetoris Historia ecclesiastica. 2. Cyrilli monachi Epitome et explicatio legum imperialium. 3. Joannis Ecclesiæ Romanæ lectoris Historia Constantini Magni. 4. Joannis papæ Romani explicatio in Evangelia Dominicalia totius anni. 5. Procli patriarchæ Constantinopolitani Historia Græcæ theologiæ. 6. Sabini monachi Epitome omnium synodorum. 7. Symmachi Hebræi interpretatio in Psalterium, itemque in omnia bibliorum volumina. 8. Dionis Historia, desideratis tantummodo quatuor foliis. (Alter codex dicit initio, alter in medio.) 9. Menandri Comœdiæ integræ XXIV, explicatæ a Michaele Psello. 10. Philemonis Comœdiæ. 11. Euripides totus. 12. Aristophanis omnia. 13. Sophoclis omnia. 14. Euclides totus. 15. Lexicon Justiniani magni. 16. Lexicon Polydori. Salivam me commovere philologis scio; cæteroquin et hos eventus Deus moderabitur.

Prætermissa quædam in Zachariæ editione.

Locum de Romæ excidio a Gothis sub Justiniano prætermiseram in editione, quia initium tantum narrationis erat ab ovo repetitum, ideoque nullius usus. Descriptionem item Romanæ urbis sine interpretatione reliqueram, quia vocabula quædam in Syriaco textu tam corrupta sunt, ut sensus nullus inde extricari posse videatur. Nunc tamen antiquitatum Romanarum studiosos hoc orientali subsidio fraudare nolo; ita tamen ut in vocabulis desperatis conjecturas meas proponam, meliores deinde exspectans a peritioribus. Opto autem ut conferatur otiosius hæc descriptio cum regionum urbanarum scriptoribus, et præsertim cum Vaticano apud Muratorium Inscript. p. 2126 seqq. edito, ejusque Breviario, p. 2134

(*) Versionem Syriacam ad Patrologiam orientalem remittimus.

(1) Melitenen e magnis urbibus unam (præsertim post Justiniani incrementa, Zachariæ nostri ævo) Christiano populo frequentissimam, cum sacris ædibus LVI, et ingenti sacerdotum numero, dicit biographus quidam apud Assemanum B. O. T. II, p. 149. De eadem sermo est in descriptione episcopatuum Jacobiticorum; præter dicta a geographis. Regio ejus primum Cappadocia fuit, deinde minor Armenia. Ibidem erat, teste Eusebio *Hist. eccl.*, V, 5, illa legio Christiana, quæ pluviam a Deo exercitui Romano impetravit sub M. Aurelio imp.

CAP. XIX. — *De Romæ excidio, quæ sub Justiniano Augusto expugnata a Barbaris ac deleta fuit.*

« Tertio post Ilium captum anno (2), sacerdotium gerentibus Eli ac Simeone Hierosolymæ, Romæ reges cœperunt emergere, quæ antea dicebatur Italia : regesque qui in ea regnabant, proxime accedebant ad primitivos homines. Joatham autem et Achaz (3) apud Judæos imperantibus, Romulus Romæ imperavit, eamque nobilibus ædificiis construxit, dictaque fuit ab ejusdem nomine Roma : civium autem ejus imperium, dictum fuit Romanorum, Ezeciæ regis temporibus. »

De urbis Romæ ornamentis.

« Ornamentorum Romanæ urbis hæc brevis historia est : in primis rerum copia atque tranquillitas, qua ejus cives fruuntur, permagna ac multiplex est. Deliciæ ejusdem et commoditates superbæ atque magnificæ, quales nimirum admirabilem urbem decent. Porro ornatuum ejus præstantia (præter ea quæ in interioribus ædibus sunt, puta columnarum in atriis domesticis elegantiam ambitumque earum et excelsitatem) talis tantaque est, ut civitati quaquaversus admirabili prorsus congruat. Sunt in ea apostolorum ecclesiæ XXIV; basilicæ duæ magnificæ, in quibus imperator habitat, conveniuntque coram eo senatores quotidie ; Viæ magnæ atque spatiosæ CCCXXIV ; capitolia duo ; signa aurea deorum magna LXXX ; eburnea item deorum LXVI ; domus quadraginta sex mille sexcentæ et tres ; palatia MDCCLXXXXVII ; fontes aquam eructantes MCCCLII. Pistores CCLXXIV, qui panem civibus suppeditant, præter eos qui eumdem panem vendentes urbem circumeunt (4) ; sepulcra VM, in quibus congesta sepeliuntur cadavera ; bases magnæ marmoreæ XXXI ; signa ænea MMMDCCLXXXV imperatorum aliorumque ducum ; similiter alia ænea XXV, referentia Abrahamum, Saram, regesque de stirpe Davidis, quæ Vespasianus imperator Romam detulit, post deletam Hierosolymam, cum ejusdem urbis portis aliisque monumentis ; colossi duo ; columnæ cochlides duæ ; circi duo ; theatra XXXI ; ædificia obstetricibus destinata duo ; parturientibus autem, quatuor ; amphitheatra XI ; equi ænei grandes atque magnifici XXII ; balinea DCCCCXXVI. *Arvilicon* (Arcus? ἀκροστόλια, rostra? bibliothecæ? obelisci?), IV ; *tinon ankaphtrion* (σίτων ἀποθῆκαι, horrea? pistrina? τῶν ὠνίων ἀγοραί, fora rerum venalium?), XIV ; *phrenmapoli* (τέθριππα, quadrigæ?) equorum peregrini æris duo ; xysti XLV ; officinæ aromatariæ MMCCC ; carceres CCLXXXXI ; prope loca ludis publicis destinata latrinæ CCLIV ; *amprochi* (ἄγρυπνοι, vigiles? στενώπαρχοι, vicomagistri? ἀγορανόμοι, ædiles?) ob urbis custodiam, DCLXXIII, quos inter præsident septem ; portæ urbis XXXVII ; ambitus urbis XXIMDCXXXVI pedes, quæ sunt quadraginta passuum millia. Latitudo vero ab ortu ad occasum millia passuum XII, a septentrione ad meridiem millia passuum XIII. Utinam fidelis Deus prosperitatem ejus futuram præterita majorem faciat, quandoquidem urbs hæc universi Romani imperii decus est! »

Zachariæ notitiam curiose ex monumentis conquirens, haud negligendum putavi codicem Vallicellianum, olim Allatii, in quo præter alios Græcos melodos, Joannem quoque Gazæum grammaticum, cum sua inscripta Zachariæ cuidam ode, connumerari cognoveram. Nam de alio quoque simili melodorum Græcorum a me inspecto codice dixi olim in præfatione ad hujus collectionis volumen primum ; atque ut ille abs quovis erudito divulgaretur hortatus sum, quod tamen hactenus nemo attentavit : nunc idem fatum Vallicelliano instare prorsus non judico, quia vir industrius non deerit, a quo tamdiu muta dictorum melodorum cithara pulsetur. Igitur ut Zachariæ mei notitiam indagarem, prædictum Allatii codicem adii, ubi hunc titulum odæ legi : Ἰωάννου γραμματικοῦ Γάζης λόγος εἰς τὸν ὑπερφυέστατον Ζαχαρίαν τὸν δοῦκα τὸν Ἀσκαλωνίτην· ἔχει δέ τινα καὶ εἰς τὸν μεγαλοπρεπέστατον Ζαχαρίαν τὸν Γαζαῖον παρόντα τῇ ἀκροάσει. Duo igitur hic appellantur Zachariæ, quorum primus nobilissimus Ascalonensis *ducas*, id est mille militum dux, ut ait Mauricius apud Cangium τοὺς λεγομένους δούκας, ἤτοι χιλιάρχους. Reapse is in ode dicitur στρατηγός. Sic enim incipit : Ὁ λόγος στρατηγικὴν λαβὼν ἐξουσίαν.... θαῤῥῶν πρόεισι τῷ στρατηγῷ συντρέχων. Alter vero clarissimus Zacharias, patria Gazæus est : et priorem

(2) Ex Eusebii Chronico, cujus vide nostram editionem, t. VIII, p. 311.

(3) Confer rursus Eusebium, p. 329.

(4) Marci Vergilii Eurysacis pistoris redemptoris, ejusque conjugis Atistiæ, sepulcrum grande mirumque Romæ detectum hoc anno est ante portam Prænestinam juxta Claudii aquæductum. Panarium dicitur id monumentum in inscriptione, ejusque revera formam habet ; et in ambiente opere anaglypho pulchra et ampla totius panificii, a molendino usque ad venalem panis distributionem, repræsentatio est. Singulare conjugum horum consilium ! qui cum opes suas pistoriæ arti acceptas referrent, in marmoreo panario sepeliri se jusserunt, apposita utriusque insigni statua. In occidentali latere hæc bonis litteris inscriptio legitur :

EST . HOC . MONIMENTVM . MARCEI . VERGILEI . EVRYSACIS
PISTORIS . REDEMTORIS . APPARET (apparitoris?)

In lapide autem juxta idem monumentum reperto

FVIT . ATISTIA . VXOR . MIHEI
FEMINA . OPITVMA . VEIXSIT
QVOIVS . CORPORIS . RELIQVIAE
QVOD . SVPERANT . SVNT . IN
HOC . PANARIO

quidem Martem vocat poeta, alterum Phœbum, propter ejus scilicet eruditionem.

Πόθεν ἦλθε Φοῖβος ἄνδρες
Κράτος Ἄρεος κεράσσας;

Ὁ δὲ Φοῖβος ἄλλος ἐγγὺς
Πάλιν εἴκελος φαάνθη.

Porro ex his utrum alteruter evaserit historicus atque episcopus Melitinensis, an potius neuter, definire non queo : sed certe uni ex his Procopium Gazæum scripsisse quas ego edidi (5) epistolas, vix est dubitandum.

(5) Classic. AA. t. IV.

ZACHARIÆ RHETORIS

EPISCOPI MELITINENSIS

HISTORIÆ ECCLESIASTICÆ

CAPITA SELECTA

EX CODICE SYRIACO VATICANO (6).

CAPUT PRIMUM.

De Nestorii obitu.

Mortuo fideli principe Theodosio, imperium obtinuit Marcianus, qui instante apud eum uxoremque ejus Pulcheriam Leone Romano, congregari jussit synodum, quæ reapse coacta est Chalcedone, anno Alexandri Macedonis 764, convenientibus ad eam episcopis sexaginta quatuor supra quingentos. Sed tamen Theodoretus Cyri episcopus Leonem antea concitaverat ad scribendum ad Flavianum eam epistolam, quæ dogmatica dicitur, Eutychianæ doctrinæ adversantem. Scribens itaque Leo, Theodoretum Marciano Augusto ejusque conjugi impense commendavit : qui quidem Augustus Nestorii doctrinam hauserat (7), ejusque dogmatibus adhærebat : quare et ipsum ex oaseno exsilio per Joannem tribunum una cum Dorotheo Marciani ipsius populari, Nestorii socio, revocaverat (8). Porro redux Nestorius sanctam Virginem Deiparam cœpit his verbis irridere : quid est Maria? Adhucne Mater Dei vocatur? Moxque ei pœna Dei vindex supervenit, veluti olim Ario, qui in Dei Filium blasphemus fuit : etenim jumento dejectus Nestorius, concisa lingua, atque ore vermibus abroso, in itinere exstinctus est; cum eoque simul Dorotheus socius obiit : quibus auditis, doluit imperator, neque hanc rem sine suspicione et cura transmisit. Interim Joannes tribunus litteras imperatoris Marciani Dioscoro et Juvenali tradidit, quibus ad

A synodum invitabantur, iisque Nestorii et Dorothei obitus significabatur. Porro cum episcopi undique evocati synodum Nicææ, prout primitus indictum fuerat, celebraturi essent, mandavit postea imperator ut Chalcedone potius congregarentur; ne videlicet rebellium conventus Nicææ fieret. Interim Nestorii assecla imperatori persuaserunt, ut synodo præses Theodoretus præficeretur, cujus arbitrio cuncta definirentur.

De Dioscoro.

Apostolicus hic vir (9), apostolorum doctrinæ assecla, ejusque profitendæ ritum ab infantia doctus, sede sua depositus fuit, et in exsilium pulsus, quia personæ unitatem in duabus naturis adorare B renuit, prout a Leone et a concilio Chalcedonensi definitum fuerat; et quia Theodoreti illæque partes sequi noluit, qui ob suas blasphemias ejecti ab Ecclesia olim fuerant. Aiunt Dioscorum, cum Theodoretum haud pro more stantem sed sedentem in concilio loqui vidisset; venia petita, et ceu ipse canonice de gradu sacerdotali depositus esset, thronum suum deseruisse dicentem : *Non sedi cum impiis, neque cum stultis ingressus sum.* Quo viso, Theodoreti fautores ipsum sibimet dignitatem abrogasse exclamaverunt : reliqui contra episcopi vociferabantur fidem pessumdatum iri, si Theodoretus Nestorianus admitteretur, quod perinde esset, ac si nos quoque Cyrillum rejiceremus. *Et paucis interjectis.* Postquam symbolum de duabus naturis

(6) Has nobiles Zachariæ historici partes, Græce ab auctore suo scriptas, deinde ab anonymo factas Syriacas, mihi Latine scribenti interpretabantur ex Syriaco idiomate perdocti duo Maronitæ Matthæus Sciuhan et Franciscus Mehaseb.

(7) Nimirum Eutychiani, quorum in numero fuit Zacharias, orthodoxis catholicis Nestorianismi calumniam affingebant.

(8) Legebat hunc Zachariæ locum Evagrius, *Hist. eccl.* lib. II, 2 : Ζαχαρίας μὲν ἐμπαθῶς ὁ ῥήτωρ καὶ Νεστόριον ἐκ τῆς ὑπερορίας μετάπεμπτον γενέσθαι φησὶ (πρὸς σύνοδον).

(9) Zacharias hæreticus Dioscorum laudat hæreticum.

episcopi receperunt, eique assensum suum præbuerunt, fraudem propriam palam Theodoretus facere cœpit, irridens illos atque subsannans; Hem, inquiens, Nestoriani dogmatis succum eis propinavi, gratumque reddidi. Cæterum confessor Dioscorus Gangra ad habitandum extrusus est. Juvenalis autem, qui secum fuerat, fidem negavit, postpositisque promissionibus, quas coram civibus Hierosolymitanis fecerat, Chalcedonensis synodi decreta amplexus est, uti deinceps patebit.

CAP. II.

De Proterio in locum Dioscori Alexandriæ ordinato.

Dioscoro in Alexandrina sede Proterius sufficitur, qui presbyter cum eo fuerat. Hic primum quidem vehementer synodo adversabatur; verum postea ut thronum sibi usurparet, factus est, veluti Judas magistri, et veluti parentis Absalon, proditor. Mox rapacis ritu leonis in grege suo semet ostendit: etenim cœpit multos injuriis afficere atque opprimere, ut inviti in sententiam suam irent, eosque exsilio et bonorum proscriptione multabat per civiles præfectos qui ei de mandato Cæsaris obnoxii erant. Quamobrem presbyteri ac monachi populique pars maxima religionem corruptam reputantes, et iniquam Dioscori depositionem, Proteriique audaciam et improbitatem, consensu inter se inito ab eo secesserunt; cœperuntque Dioscorum proclamare, ejusque nomen tanquam probi fidelisque Dei sacerdotis libro vitæ inscripserunt. Quod indigne admodum ferens Proterius, munera Romanis obtulit, eorumque arma contra populum commovit, interemptorum sanguine manus suas cruentans: vim enim publicam intulit, nec sine multorum cæde pugnatum est apud altaria et baptisterium, ad quæ supplices confugerant (10).

CAP. III.

De Juvenali atque Theodosio.

Paria, imo graviora, scelera in Palæstina acciderunt, quorum causa hæc. Quo tempore Juvenalis Chalcedonem evocatus est, cum e Joanne tribuno, imperatoris voluntatem Nestoriumque ab exsilio revocatum obiisse cognovisset; satis præterea exploratum habens quam turpis doctrina in dogmatica epistola contineretur, quippe quæ Nestorio prorsus favebat; clero, monachis, populoque advocato, fraudem ejusmodi doctrinæ aperuit, eamque anathematizavit, animosque plurimorum in vera fide firmavit: insuperque mandavit, ut si ipsemet sententiam in synodo aliquando mutasset, nunquam se deinceps ad communionem admitterent. Reapse

A illuc cum Dioscoro socio progressus, diu pro fide certavit: postremo tamen, urgentibus imperii necessitatibus, imperatore ipso mire adulante atque blandiente, quippe qui episcopis manu propria ministrabat ad mensam, aliaque edebat demissi reverentisque animi indicia; accepta demum ab eo promissione de subjiciendis tribus Palæstinæ sedibus honori cathedræ Hierosolymitanæ; mentis oculos sibi obstruxit, solum destituit in certamine Dioscorum, et adversariorum in partes transiit, spretoque Dei jurejurando, cum cæteris episcopis subscribere passus est. Re cognita Theodosius monachus ejusque socii, qui acta synodi studiose observabant, confestim in Palæstinam reversi proditam fidem Hierosolymæ nuntiaverunt, coactosque

B monachos de re tota certiores fecerunt.

Proinde omnes consilio inito redeunti Juvenali occurrentes, de promissis factis et postea fractis admonuerunt, ab eoque ut res gestas anathemate improbaret, expostularunt: quibus ipse velut alter Pilatus ait: *Quod scripsi scripsi* [1]: quo audito monachi, se minime eum recepturos, quandoquidem jusjurandum promissionesque fregisset protestati sunt. Sic ergo ipse quidem ad imperatorem regreditur; hi vero Hierosolymam reversi populum et suarum partium episcopos convocaverunt capiendi consilii causa, atque alium episcopum Juvenali substituendum decreverunt: habitaque primum deliberatione circa duos verecundos monachos Ro-

C manum atque Marcianum, aliosque claros virtute homines, suffragia tandem ad Theodosium contulerunt, præditum zelo virum, et pro fide jamdiu decertantem. Hunc igitur ad episcopatum vi pertraxerunt, rejectis precibus ejus atque adjurationibus, quibus orabat ut se ministrum potius alterius eligendi esse sinerent; consecratumque in sede collocaverunt. Hac accepta notitia, aliæ Palæstinæ urbes offerebant ei candidatos ad sacerdotii officium consecrandos, quia videlicet hominis virtutem veritatisque zelum compertum habebant.

CAP. IV.

De Petro Ibero.

In his novi episcopi admiratoribus Petrus Iberus

D erat, toto orbe clarus, vir consiliosus, Theodosio olim obses datus, eique et conjugi ipsius charissimus propter actam recte vitam; namque in aula regia educatus fuerat, et magistri equitum dignitatem in imperio assecutus erat. Is deinde relicta aula, Christianam professionem amplexus est cum fideli patrino suo, a quo de fonte spiritali levatus fuerat: ambo itaque in viam virtutis valde proveeti sunt, ita ut miracula etiam Deus Constantino-

[1] Joan. XIX, 22.

(10) Evagrius, *Hist. eccl.* II, 8: Τῷ μέντοιγε Ζαχαρίᾳ τὰ περὶ τούτων διηγουμένῳ δοκεῖ πεπράχθαι μὲν τὰ τούτων πλείω, ἐξ αἰτίας δὲ Προτερίου, μεγίστας ταραχὰς τῇ Ἀλεξάνδρου ἐμποιήσαντος· οὐχ ἐκ τοῦ δήμου ταῦτα τετολμῆσθαι, ἀλλ' ἔκ τινων στρατιωτικῶν, ἐξ Ἐπιστολῆς Τιμοθέου πιστούμενος πρὸς Λέοντα γεγενημένης.

poli per illos ediderit; qua ex urbe fugientes ad Palæstinæ deserta se contulerant, ubi monasticam vitam studiose coluerunt; quantoque magis semet celare nitebantur, tanto de ipsis vehementior fama crescebat: etenim prodigia quoque non secus atque olim apostoli patraverunt. Denique dum varias stationes mutant, Gazam atque Majumam devenerunt: quibus omnis generis conditionisque viri atque feminæ obviam facti, Petrum vi correptum Hierosolymam ad Theodosium perduxerunt, orantes ut eum sibi episcopum daret. Et Petrus quidem multis causis in medium adductis resistebat; verumtamen Theodosius, cui candidatus satis erat cognitus, reluctantem imposita manu consecravit: qui in his angustiis positus cœpit se hæreticum dicere; quo audito parumper subsistens Theodosius: De me, inquit, et de te pariter tribunal Christi judicabit: quo audito, verbum suum Petrus correxit, seque non hæreticum sed peccatorem esse ait. Cæterum Theodosius, cui viri mores satis cogniti erant, Gazensibus episcopum eum ordinavit. Aliæ etiam viri hujus in scriptis feruntur laudes, quas nos brevitatis causa prætermittimus.

CAP. V.

De Theodosii expulsione.

Dum hæc Theodosius prospere gereret, audita rerum notitia imperator Marcianus, Juvenalem cum Dorotheo comite exercituque misit, ut in vincula Theodosium conjicerent, episcopos ab eo auctoritate propria ordinatos sedibus pellerent, monachos populumque punirent atque vexarent, propterea quod Theodosium temere et audacter episcopum Hierosolymæ fecissent; uno excepto Petro Ibero, pro quo Augusta intercesserat, licet is cum universitate episcoporum communicare negaret. Adveniens igitur Juvenalis multos invenit animo simplici monachos, vera tantummodo fide rectisque operibus armatos: quibus initio quidem blandiens ut secum communicarent orabat; verum hi dicta ejus prorsus aversabantur, nisi ipse ea quæ violenter apud Chalcedonem acta fuerant anathematizaret: quibus cum imperatoris voluntatem opponeret, nihilominus hi recusabant. Tunc demum mandato ejus Romani ac Samaritani cœperunt monachos fustibus cædere atque enecare qui cantantes aiebant: *Deus, venerunt gentes in hæreditatem tuam, polluerunt templum tuum, posuerunt Jerusalem desolatam* [a]. Sane nonnulli Romanorum misericordia tacti flebant; alii tamen conjuncta opera cum Samaritanis permultos monachos interfecerunt, ita ut horum sanguine terra redundaret.

Quidam autem Samaritanus cæcus ducem suum fefellit dicens: Quoniam oculis nequeo Christianorum occisorum sanguinem cernere, eoque lætari, oro te ut ibi memet admoveas quatenus tangam: quem ubi dux admovit, is tacto sanguine manus oblinivit, humique pronus flens orabat ut eorum martyrii particeps fieret. Moxque surgens oculos suos eo cruore perunxit, sublatisque in cœlum manibus, oculos sibi aperiri sensit ac vidit, et salutari baptismo donatus est: quam rem quotquot audierunt, admiratione tacti fidem susceperunt. Cæterum mandatorum regiorum ministri, quoscunque vivos dimiserant, finibus imperii extorres fecerunt. Aiunt autem, quod cum Petrus ille, de quo supra dictum est, tranquille ageret, nemine scilicet, ob imperatoris mandatum et Augustæ patrocinium, ei molestiam exhibente, Dominum nostrum per visum conspexerit subirato vultu sibi dicentem: Ergone, Petre, ego in fidelibus meis persecutionem patior, tu vero quietem sequeris? Cui mox Petrus quietis suæ pœnitens obsecutus est, relictaque Gaza, cum agmine patientium demigravit.

CAP. VI.

De Salomone monacho.

Postquam Juvenalis Romano exercitu fideles ac monachos, qui in pagis degebant, persecutus fuit, Hierosolymam venit, sedemque suam occupavit, promissorum suorum, cædium patratarum, perjuriorumque, quæ ingressum ejus comitata fuerant, prorsus oblitus. Tunc quidam monachus, nomine Salomon, verecundiæ typus venerabilis, zelo commotus, benedictionem ab archiepiscopo postulare se simulavit; sportamque cinere ac pulvere plenam brachio gestans, Juvenali appropinquavit, quem hic conspicatus ad se accedere jussit: cui Salomon: Adsum inquit, Domine, ut a te benedicar; Romanisque accessum ad personam concedentibus, ille sportam pulvere onustam in caput Juvenalis effudit, his verbis utens: *Pudore et ignominia suffusus est mendax et persecutor:* quem cum Romani verberaturi essent, non sivit Juvenalis; neque excanduit, sed eo facto attonitus, pulverem capite excussit. Interim monachum apparitores e conspectu Juvenalis removerunt, quem is viatico attributo discedere jussit; sed enim monachus repudiata pecunia abiit.

CAP. VII.

De Zenonis obitu et de Anastasii exaltatione.

Exactis Zeno in imperio annis 17, sicuti in libri sexti capitulis dictum fuit, obiit olympiade 317, anno Græcorum 802 indictione 14, hebdomadæ majoris feria quarta. Huic successit Anastasius, qui decurio silentiarius fuerat, urbe Dyrrachio ortus; specioso corpore, animo integerrimo, fideique dogmate præditus vir (11): qui apud Ariadnem augu-

[a] Psal. LXXVIII, 1.

(11) Hinc etiam Samuel Armenius a me editus, de cujus monophysismo jam non dubito, scribit in Chronico: *Zeno et Anastasius orthodoxi habentur.*

stam stipendia faciens, gratia ejus pollebat, donec A ad imperium voluntate ejusdem assumptus est.

CAP. VIII.

De visione Joannis scholastici Amidensis, Donati cujusdam fratris, circa Anastasii imperium.

Paucis antequam Anastasius purpuram sumeret diebus, Joannes quidam, cognomento scholasticus, Donati frater, Amidensis, vir illibata justitia, Dei reverens, vitio omni alienus, et in suo scholastici Ecclesiæ officio sponte ac libere perseverans, cum ob patriæ suæ negotia Constantinopoli versaretur, bis per visum cognovit fore ut Anastasius silentiarius regnaret: quem ad se vocatum ita allocutus est: Te quantocius regnaturum vaticinor: cura igitur ut pro tua excellente animi virtute sanctæ B Dei voluntati acquiescas: pacificum te, tranquillum, humilem, cunctis dotibus exornatum exhibe, et erga omnes mitem et comem, et tui generis omnibus fave. Neque hæc aio, quia tui sim indigus, vel ut tibi blandiar. Jam vero quia hic Joannes satis erat clarus, multisque ob actæ vitæ rationem bene cognitus, fidem ei Anastasius sine dubitatione adhibuit, atque apud eum in Ecclesiæ vigiliis erat assiduus. Contigit autem ut ad regium fastigium evectus gratiam rependere amico suo Anastasius satageret, iis videlicet rebus, quas mortales potissimum appetere solent; sed enim Joannes nihil omnino ab Augusto accipere passus est; cito insuper ex urbe regia in patriam suam discessit; hoc uno contentus, quod ab Anastasio impetrasset, ut C ea, quæ Zeno pro Christianis constituerat, firma manerent.

CAP. IX.

De Amida a Persis expugnata.

Regnante apud Persas Pheroze, anno Anastasii XIII, Hunni viis locisque montanis, quos Persæ custodiebant, superatis in Persidem incurrerunt: quorum terrore Pherozes coacto exercitu obviam illis se obtulit, ut causam motus eorum atque incursionis in Persidem exploraret: cui responderunt illi, haud sibi ea stipendia sufficere quæ tanquam Barbaris Persæ pendebant: Nos enim, aiebant, sub dio ritu ferarum vivimus in septentrionalibus, quæ D ad occasum vergunt partibus; arcu et gladio victum quærimus, atque omni carnium genere vescimur. Præterea Romanorum imperator duplex nobis stipendium per legatos suos promisit, si certe nostram vobiscum, o Persæ, societatem diremerimus. Hæc igitur causa est, cur accincti huc venerimus: quamobrem vel nobis, quantum Romani, oportet detis; vel si minus, bellum parate.

His auditis Hunnorum molitionibus Pherozes, quanquam eos minore numero quam suas copias esse videret, nihilominus fallaci eos promissione decipere maluit. Interim Hunnorum duces cum quadringentis armatis processerunt, quibuscum erat Eustathius quidam Apameensis mercator et magus, cujus Hunni consilio utebantur. Vicissim processit cum quadringentis viris Pherozes, simulque omnes conscenso monte, fœdus inierunt, et communicato convivio, mutuam sublatis in cœlum manibus fidem jurarunt. Exin discedentibus ad suam regionem Hunnis, præter aliquot duces, qui cum quadringentis illis exigendi stipendii causa remanserant; Pherozes post decem dierum curriculum fidem fregit, bellumque adversus Hunnos instruxit: qui sane cum illis quadringentis, suisque ducibus, pedem jam referebant; nisi Eustathius Hunnorum animos instaurasset, quominus etsi minore numero extimescerent: interim vero, eodem suadente Eustathio, thus et muscum in quo loco juratum fuerat, Deo incenderunt, ut perjuros ulcisceretur. Deinde Pherozem bello aggressi cum ejus universo exercitu occidione occiderunt, et Persidem depopulati, in suas terras sese receperunt. Porro Pherozis cadaver (quem in regione sua cognomento mendacem appellabant) nusquam apparuit.

Qui autem huic successit in imperio Cavades ejusque proceres infensis adversus Romanos animis erant, eosque incusabant de Hunnorum incursu et de patriæ suæ vastitate atque pernicie. Contractis itaque copiis Cavades Theodosiopolim in Armenia aggressus expugnavit; attamen ejus civibus clementem se præbuit, quia nulla eum contumelia læserant. Cæterum Constantinum urbis præfectum secum abduxit, et mense Octobri ante Amidam constitit Mesopotamiæ urbem, eamque magno impetu sagittis verberare cœpit atque arietibus, quibus mœnia prosternere nitebatur. Pellibus enim, tanquam tecto, machinas Persæ protegentes, urbi admovebant, eductoque excelso aggere, mœniis coæquabant: nihilominus quotidie pugnantes, urbem haud expugnabant, miles autem varia opera et prœliis magnopere atterebatur. Per id tempus magna vi conviciorum et derisionum Cavadis aures ab iis qui in mœniis consistebant verberabantur: quibus ille summopere dolens, valde etiam animo angebatur, propterea quod et rigida ingruebat hiems, et Persæ laxis vestibus implicati languidiores videbantur, et eorum arcus humido aere enerves fiebant, frontes denique arietum mœnia in cassum ferientes nullo his detrimento erant, neque ullam ruinam efficiebant: etenim defensores, juncorum fascibus inter se connexis, ferientium arietum vim obtundebant, vel a recto cursu, quominus mœnia diffinderent, dimovebant.

Jam ubi machina consistebat, cives urbis murum ab interiore parte perforantes, materiamque effossam foras projicientes, loci cavitatem sarmentis desub oppleverunt. Quo facto, quum in machinam quingenti circiter viri e Persis delecti cum armis inscendissent, jamque trabes in mœnia protenderent, ut per eas insilirent (rege ipso astante cum exercitu, et clamoribus animos addente, armis insuper et sagittis opem ferente, et præsentia aspectuque suo eos stimulante) defensores ervum cum

stacte coetum trabibus e mœnibus superjaciebant, bubulas quoque pelles aquis cum ervo decoctis, ut lubricas redderent, perfundebant; ignem denique sarmentis, quæ machinæ supposuerant, injiciebant: quamobrem continuato per sex horas prœlio, dum Persas ab urbis aditu defensores repellerent; ignis sarmenta corripuit, statimque materia reliqua flammis exarsit, atque ita consumpta machina corruit, Persis qui in ipsa erant ambustis atque contritis, lapidum quoque grandine ab iis qui in muro erant percussis: ita ut rex pudibundus mœstusque recederet; præsertim quia ab audacibus superbisque civibus magnopere maledictis proscissus irridebatur.

Quippe non aderat in urbe episcopus, qui eos ab illa temeritate compesceret: nam paucis ante diebus mortem cum vita commutaverat Joannes episcopus, vir frugi et castus, et sanctis moribus præditus. Hic e monasterio Cartaminensi ad episcopatum assumptus, nihil de jejunio, abstinentia priscisque moribus immutaverat, sed diu noctuque in monasterio perstabat: opulentes autem civitatis, famis tempore et incursionis Arabum atque pestilentiæ graviter admonuerat, ne frumentum in annonæ charitate supprimerent, sed potius venderent indigentibusque concederent, ne forte ipsum venturis hostibus reservarent, ut ait Scriptura, cujus vaticinium verax evasit. Huic palam conspiciendum se dedit in altaris latere angelus, hostiumque adventum prænuntiavit; et præterea quod ipse, justitiæ suæ causa, antea ad Deum colligendus esset, quam hostes urbem invaderent: quæ omnia ipse universo civitatis populo revelavit, ut pœnitentiam agerent, et imminentem pœnam vitarent.

Jam vero victus cum suo exercitu post repetita adversus urbem certamina Cavades, multisque suorum amissis, animo fractus petiit ut sibi tenuis argenti summa appenderetur, qua accepta, ab urbis obsidione discederet. Verum Leontius Bar-Paphi, nobilitatis princeps, et Cyrus præfectus, et Paulus œconomus, Cavadi responderunt velle se, ut ipse potius segetis omnis pretium solveret, quam ejus exercitus consumpserat, prætereaque tritici ac vini, quod e pagis ad se vehendum curaverat. Dum ergo his omnibus angustiis pressus ac perturbatus discessum rex moliretur, Christus ei per visum nocturnum apparuit (ut idem postea narravit) promittens se intra triduum urbem et cum civibus traditurum, qui scelera adversus se commiserant. Res autem isthoc modo peracta est. Turris quædam in parte urbis occidentali commissa fuerat custodiæ monachorum qui monasterium Joannis Iberi incolebant, quorum abbas gente Persa erat. E regione turris hujus vigilibus monachis creditæ, castra posuerat dux quidam Cancrakus Haghirus dictus, qui non solum noctu diligenter advigilabat, verum etiam omne studium et artificium jamdiu adhibebat, ut stratagema aliquod ad capiendam urbem excogitaret.

A Erat autem quidam in urbe cui nomen vulgo Cutricus, vir turbulentus et rapax, qui omne genus audaciæ adversus Persas expromens, plurimam ex eis prædam agebat: atque hunc ipsi Persæ, prout ab iis qui mœnia tuebantur audiebant, Cutricum appellabant. Interim Cancrakus prope turrim per aquæductus exeuntem ipsum ad prædam regredientemque observabat: quin adeo quandoque Persæ liberam ei prædandi potestatem permittebant, intentis in eum oculis, moxque eum persequebantur, atque ita exitus reditusque locum comperiebant. Ea vero nox, quæ urbis suprema evasit, obscura admodum et pluvialis fuit, contigitque ut civis quidam monachis amicalem cœnam instrueret vino ad multam noctem propinato: quare ipsi, occupante B somno, excubias pro more solito non tenuerunt. Cum igitur Cancrakus cum paucis suis, Cutricum persequens, ad mœnia accessisset, neque clamorem sustulerunt monachi, neque lapides jecerunt: ex quo intelligens Cancrakus monachos somno indulgere, statim scalas militesque accivit; atque illico qui cum eo erant per aquædectus ingressi in monachorum turrim evaserunt, iisque interfectis turri potiti sunt, moxque applicitis ad mœnia scalis nuntios ad regem miserunt. Eo casu intellecto qui proximam turrim custodiebant, clamore edito suppetias exstinctis monachis ferre conati sunt; sed frustra; imo ex eis nonnulli sagittis Persarum icti perierunt. Tum Cyrus præfectus rei certior factus, C cum lampadibus accensis accurrebat, atque ita facile Persarum telis patuit, qui in obscuro degentes ab hostium jaculis tuti erant. Sic Cyrus vulneratus discessit.

Diluculo autem rege cum copiis superveniente, scalæ in mœnia directæ sunt, et miles conscendere jussus. Tum multi ex iis qui conscenderant, lapidibus telisque percussi, lanceisque repulsi, peribant: qui autem timore victi scalis desiliebant, eos rex ceu pavidos fugitivosque occidi jubebat. Quamobrem resumptis animis Persæ, gloriam potius ex victoria et pugna, vel certe mortem pugnando partam adipisci decreverunt, quam a proprio rege contemni et occidi, qui certaminis spectator astabat. Et cives quidem conati sunt turrim quam tenebant Persæ D subruere, jamque ejus trabes dissolvebant; sed interim altera turris occupata fuit, et mox alia, mœniumque defensores occisi. Petrus autem quidam, patria Hamcarensis, ingenti corpore vir, partem aggeris civitatisque solus defendendam sibi vindicavit, ferreo thorace munitus, missilia spargens, Persas propulsans, quemvis aditu egressuve prohibens, gigantis instar firmus atque inconcussus; cumque in aliis Amidæ partibus multa hominum millia periissent, in cuniculis, puteis, templisque, quinque jam turribus expugnatis, ipse incolumis, nullo vulnere accepto, fuga se subduxit. Persæ vero ulterius progressi cunctis mœnibus potiti sunt, repulsis occisisque continenter per duas noctes unamque diem custodibus: ac tum demum descensione

facta portas reserarunt, atque universus irrupit exercitus cum mandato regis, ut tribus diebus totidemque noctibus cujusque gradus dignitatisve viros ac feminas interimerent. Exitium evasit una ecclesia, quam Magnam appellabant, XL martyribus dicata, regulo quodam Christiano, ex Aran regione, apud regem intercedente, qui eam plenam hominibus servari indulsit.

Triduo demum exacto, vastitatem rex inhibuit, deputatique fuere custodes spoliorum ædium sacrarum atque palatiorum, ut quidquid coacervatum fuerat, regi servarent : qui etiam mandavit, ut occisorum conquisita cadavera extra occidentalem portam efferrentur, ut ipse postea per meridionalem ingrederetur. Concervata itaque sunt et inter efferendum numerata cadaverum octoginta millia, præter illa quæ vel mersa cuniculis, vel in puteos projecta, vel in atriis relicta fuerunt. Deinde rex ecclesiam ingressus, cum ibi Domini nostri Jesu Christi qui Galilæi habitu depictus erat, imaginem aspexisset, cujusnam ea esset percontatus est; respondentibus autem qui aderant, Dei Nazarenorum esse imaginem, inclinato rex ante illam capite : Hic, inquit, mihi dixit : Remane; urbemque a me tibi tradendam propter civium scelera, cape.

Sic igitur Dei nutu tradita Persis urbe, Cavades ingens argenti pondus sacrorumque vasorum aureorum, aliamque pretiosam supellectilem cepit, quæ ante paucos annos legata fuerat ecclesiæ ab Isaaco Barai filio, consulari viro et inter cives valde opulento. Reperit etiam magnam optimi vini vim, ad fæcem usque exsiccati, quod moris erat in sole per septennium collocari, atque ita aridum solidumque fieri. Hoc in pulverem redactum solebant œconomi in itineribus secum ferre, lineis sacculis pure repositum, ejusque tenuem partem potioni admiscebant, id quod vini saporem gustumque reddebat, ignaris autem *hana* id esse, crocum videlicet, persuadebant. Id vini genus magnopere admiratus est rex, secumque abstulit; verum ex eo tempore ars hujusmodi gastrimargica inter Christianos oblivione deleta est. Aurum deinde argentumque et omnis pretiosa vestis ex ædibus optimatum collecta præfectis ærarii regii tradita fuit : statuæ quoque depositæ sunt, et horologia (*solaria*) et publica marmora, et æs omne, et quidquid libitum fuit, tumultuariis scaphis impositum per Tigrim, qui partem urbis orientalem præterfluit, in Persidem deferebatur.

Conquiri deinde rex jussit urbis magistratus et gubernatores, eique oblati sunt Leontius et Cyrus præfectus, qui tolo vulneratus fuerat, reliquique duces. Nam œconomum quidem Paulum Bar-Zainab Persæ trucidaverant, ne is forte regi vim magnam auri renuntiaret, quæ apud ipsum comperta fuerat. Leontium deinde et Cyrum veste sordida indutos, fune suillo collis illigato, porcasque femellas eis imponentes, trahentesque infamiæ causa clamabant : Hoc opprobrio digni sunt præfecti illi qui malo urbem suam rexerunt, neque ejus populum ab irri-

A dendo rege *nostro* cohibuerunt. Postremo catenis vincti, cum omnium artificum turba, regio servitio seu captivitati addicti in Persidem a militum manu deducebantur. Post hæc nonnulli de exercitu regem adeuntes sic eum affati sunt : Cognati nostri fratresque ab hujus urbis civibus in prælio percussi perierunt; postulamus igitur, ut decimus quisque civis ulciscendi gratia nobis tradatur. Reapse instituto calculo, is numerus e civium cœtu concessus fuit, quos exquisitis cruciatibus necaverunt. Rex autem in balneo Barzajnabi lavit, et hieme exacta urbe digrediebatur, relicto ad eam regendam Eglone tribuno militum cum aliis duobus ducibus, tribusque militum millibus ad præsidium, nec non Joanne Bar-Balba optimate, et Sergio Bar-Zabduni, qui militiæ
B præessent.

Proxima vero æstate advenerunt Amidam Romani, ducentibus exercitum Patricio supremo duce, provectæ ætatis viro, et recto ac fideli, sed consilii inope, cum Hypatio, Celere magistro, et Areobindo : quibuscum erat etiam Justinus comes, qui post Anastasium purpuram induit. Hi collatis viribus urbem quatere bello cœperunt, turribus ligneis, machinis, cuniculis; portæque ipsi, cui nomen Mar-Zoane, ignem injecerunt : verum ingressu prohibiti a Persis sunt, qui portam denuo clauserunt; quare frustra fuere Romani, neque urbem marte obtinere potuerunt. Jam quanta fuerit populi angustia famis causa, quæ in dies sæviebat, adeo ut cives invicem
C devorarent; quamque tetra et lacrymabilis sit hæc narratio, in sequenti capitulo palam fiet, ubi belli Amidensis historiam persequor.

CAP. X.

De redemptione Amidæ.

Cavades rex, cum ab urbe Amida, uti supra dictum est, cum exercitu discederet, reliquit illi Eglonem ducem, duosque præfectos, et tria circiter militum millia præsidii causa, cum duobus tribusve optimatibus aliisque ejusdem urbis hominibus. Cum autem prædicti Romanorum duces Amidam expugnare nequaquam potuissent, Patricius tandem in Persarum terras descendit, captivosque fecit, et munita castella obtinuit : Areobindus vero et Hypa-
D tius Nisibin aggressi sunt, quanquam ejus munitiones occupare frustra conati sunt, civibus licet Romanos desiderantibus, ideoque languidius resistentibus. Re intellecta Cavades cum exercitu contra Romanos profectus est, qui se fugæ commiserunt, Areobindus quidem ex agro Arzanenorum, Patricius vero et Hypatius e Siphrin castello, relictis castris impedimentisque suis, ac multis equis (præter illos quibus ipsi insidebant) qui se rupibus præcipites dederunt, et vel graviter vulnerati sunt vel distracti perierunt. Unus inter hos Pharazmenes feliciter sæpe pugnavit, suumque nomen jamdiu notum formidandumque Persis reddiderat, quos variis aggressionibus carptim minuebat consumebatque, ita ut timidi ante ipsum corruerent. Hic demum

cum quingentis equitibus Amidam accessit, cœpitque insidias struere Persis, qui pabulatum in pagos exibant, quos partim occidebat, partim gregibus equisque spoliabat.

Per id tempus Pharazmenem adiit vir callidus cui nomen Gadanas, e pago Achedorum, quem ego ipse de facie novi, cepitque cum eo consilium dandi operam astu aliquo et fraude ut Eglon Persarum dux cum trecentis vel quadringentis equitibus ex urbe prodiret. Clarus venator erat Gadanas silvestrium ferarum, perdicum et columbarum, eratque ei liber accessus ad Eglonem, cui de suo venatu partes offerebat, mensæ quoque ejusdem adhibitus; a quo vicissim urbana officia haud certe minoris pretii impetrabat. Hic tandem Egloni dixit, Romanos pedites vix æquare centenarium numerum, cum quingentis equitibus, septemque circiter passuum millibus ab urbe abesse in loco dicto *Habeto Rohes*; quare amice ei suadebat, ut ad prædanda armenta, occidendos Romanos, gloriamque sibi conciliandam prodiret. Misit tamen Eglon exploratores, qui regressi paucos Romanos equosque se vidisse dixerunt. Tum accinctus Eglon cum quadringentis equitibus exiit, ipsum Gadanam mulo impositum ducens, a quo in mediis Romanorum insidiis constitutus fuit: atque ita Persas Romani occisione occiderunt, caputque Eglonis in castellum tulerunt.

Hæc cædes filio Eglonis magnum mœrorem iramque injecit; præfecti autem cautiores redditi, civibus obsessis haud deinceps copiam faciebant exeundi ad nundinas, quæ prope mœnia fiebant, quo rustici vinum, triticum aliaque id genus e pagis deferebant, ut Persis æque ac civibus venderent: nam delecti equites obviam facti, rusticos excipiebant, atque in urbem deducebant: nemoque, juxta laudabilem Persarum legem (12), pagorum incolis quidquam eripere audebat; sed hi pro libito res suas pretio vendebant, vicissimque in urbanis nundinis quæ sibi opus erant coemebant. Veruntamen ob Eglonis ejusque armatorum cædem, hæ nundinæ desierunt, et qui reliqui erant in urbe optimates, et hominum ferme decem millia in stadium quoddam detrusi fuerunt a militibus custoditum: qui alimonia destituti mori cœperunt, postquam sua calceamenta et stercora comederant, atque urinam biberant, postremo inter se mutuo sævire cœperant, donec prope omnes consumpti sunt: qui autem in stadio vivi superfuerant, tanquam mortui e sepulcris prodeuntes ex urbe dimissi sunt. Feminæ quoque fame efferatæ viros passim fraude callida artificiisque circumventos occidebant eisque vescebantur; ita ut viri ultra quingentos a feminis vorati sint: tantaque fuit in hac urbe famis calamitas ut Samariæ ac Hierosolymæ excidium, de quo in sua Historia Josephus, superaverit.

Ad extremum Pharazmenes ad urbem progressus, A conditiones Persis jam debilitatis obtulit: quamobrem sedentibus in urbis porta Romanorum Persarumque ducibus, exibant sine armis Persæ quidquid poterant secum ferentes: qui autem e civibus eos sequebantur, optio eis nominatim fiebat, ut si quidem manere vellent, liceret; secus libere cum Persis abirent: atque ita ex urbe migratum fuit. Cavadi tamen centum supra mille auri pondo data sunt per Celerem magistrum, redemptæ urbis pacisque pretium. Fœderis conscriptæ tabulæ regi ad subscribendum oblatæ fuerunt; qui interposito somno, per visum admonitus est ne pacem componeret; quare experrectus scriptum conscidit, et in Persidem, auro secum ablato, recessit. Porro Pharazmenes urbi et B incolis administrandis remansit, qui tributo immunes decreto Cæsaris per septennium fuerunt; eosque benigne tractabat, et qui e captivitate redibant beneficiis ornabat, cunctosque pro singulorum gradu pacifice excipiebat: quamobrem civitas quiete et tranquillitate frui cœpit, atque ædificia in mœnibus augeri: ad eamque missus est episcopus Thomas monachus, vir pacificus, comis atque misericors. Insuper Dei providentia illuc adduxit de monasterio Cataræorum Samuelem quemdam, virum justum, et miraculorum operatorem, nodis (dæmonum) expediendis idoneum, qui suis precibus urbem conservarit, et quamlibet civibus opem præstitit.

CAP. XI.

De urbe Dara condita.

C Graviter admodum increpuit Anastasius Cæsar Romanos milites eorumque duces, qui ad imperii metropolim post bellum Persicum pervenerant, quia scilicet haud ex ejus sententia, quam Deo placuisse sperabat, bellum prospere cum Persis gessissent, neque eos armis, sed auro a se misso, Amida expulissent. Illi contra se purgabant dicentes arduum fuisse bellum cum rege gerere, quem licet Assyrium et hostem, Deus tamen in Romanam ditionem immiserat peccatorum causa puniendorum, ut ipsemet Deus affirmaverat; præter quam quod exercitu etiam valde numeroso stipatus erat. Ad Nisibin quod attinet, eam prorsus expugnari non potuisse, absente licet rege, deficientibus D idoneis machinis, nullo quieti nocturnæ asylo, Romanis castellis longe dissitis, et exercitui continendo ineptis, præter annonæ et aquæ penuriam. Hinc imperatorem rogabant ut urbem aliquam prope montem fabricari mandaret, quæ exercitui perfugium esset et statio, armorum officina, et regionis Arabicæ præsidium adversus Persas latrones atque Ismaelitas: porro alii Daram, alii Ammodiam ædificandam muniendamve suadebant.

Ergo imperator Thomæ Amidæ episcopo misit epistolam cum architectis: qui cum urbis futuræ graphide venit ad Cæsarem, cui placuit cum pro-

(12) De hac militari Persarum lege confer sis fragmenta politica Petri magistri a me edita in Collect. Vat. t. II, p. 594, ubi sermo est de ipso rege Pheroze Cavadis decessore.

cerum consilio ut Dara ædificaretur. Præfectus eo tempore erat Philæsimus, vir fortis et sapiens, pecuniæ minime cupidus, sed æquus, et erga operas pauperesque benevolus. Dum itaque imperator bellum cum Tamaritis aliisque hostibus gereret, certam auri summam Thomæ episcopo dedit, pagi (*Daræ*) pretium qui Ecclesiæ patrimonium erat; eoque empto cunctos advenas ibi degentes dimisit liberos, domibus singulorum areisquè coemptis: ad urbis vero ædificium multa centena auri pondò suppeditavit, juratamque fidem dedit se liberaliter quidquid episcopus expendisset compensaturum, et neminem mercede fraudatum iri: denique amplum edictum proposuit de urbe ad nutum episcopi ædificanda, et de augendis artificibus atque operis, et de materia ædificii undique convehenda. Misit insuper scalptores multos atque artis murariæ opifices, et lege cavit ut nemo laboris sui præmio careret: his quippe conditionibus urbem quantocius in imperii finibus ædificatum iri intelligebat.

Porro episcopus, cum Dei ope urbis ædificandæ initium fecisset, præsides incorruptos operi præposuit Cyrum, Adamum, atque Eutychianum presbyteros, diaconos autem Paphnutium, Sergium, et Joannem, aliosque ex Amidæ clero: ipseque episcopus sæpe loco aderat, eosque invisebat, atque abunde pecunia artificibus atque omnis operæ hominibus sine ulla fraude dabatur; ita ut singuli in diem perciperent unum danek (quæ est sexta pars drachmæ); et qui jumentum habebant, duos danek. Ex hac urbis ædificatione multi divitias compararunt; cumque operis et mercedis æquæ fama percrebuisset, certatim ex oriente atque occasu murariæ artis opifices concurrebant, nec non operum præfecti, qui suas crumenas cuncti impleverunt; merito et favore episcopi, liberalis hominis, comis atque benigni, qui Cæsaris justi promissis confisus erat: quare intra biennium trienniumve consummato opere, urbs in imperii finibus veluti germen quoddam, subito apparuit.

Ubi rei notitiam accepit Cavades, urbem evertere nisus est; sed frustra, validis enim muris valiata erat ad incolarum propugnaculum. Regium quoque balneum et speciosa horrea ædificata fuerunt, cum aquæductu qui ad radices montis decurrit; intra urbem autem piscinæ mirabiles ad aquæ receptaculum. Operum vero exactores ac præsides præclaram de episcopo famam ad Cæsarem perferendam curàbant, videlicet de ejus rectitudine ac justitia: quare hoc homine Augustus mirifice delectabatur, eique quantamcunque auri summam petenti mittebat. Postremo calculus initus est pecuniæ universæ quæ missa fuerat; responditque Cæsari episcopus, testem Deum invocans, omnem eam pecuniam in ædificium fuisse insumptam, nihilque vel in manu sua vel ecclesiæ suæ devolutum remansisse: simulque accuratas et firmas rationes perscripsit, quibus demonstrabat universum aurum ad se missum in pago ad urbis formam dignitatemque redigendo consumpsisse. Dara autem ab imperatoris nomine Anastasiopolis dicta fuit.

Deinde Thomas Eutychianum presbyterum urbis primum episcopum consecravit, vigilantem virum, et gerendarum rerum peritum, eique pronomiam, id est ab Amidensi jurisdictione exemptionem, attribuit. Huic assiduus socius erat Joannes quidam, Amidæ nutritus, quanquam gente Romanus, cui tonsuram contulit Eutychianus atque presbyteratum; fecitque syndicum, et comitem itineris ad imperii metropolim secum duxit. Cæsare autem convento, dotem ab eo ecclesiæ suæ reportavit. Insuper Abrahamus quidam Bar-Chili Telebranensis, eo tempore notarius comite assumpto Ephræmo quodam Telensi, secutus est Eutychianum episcopum, a quo presbyter ordinatus, missus fuit curator ædificii balneorum regiorum, et denique œconomatum Ecclesiæ obtinuit. Cæsar autem Eutychiano dona contulit, sacram nimirum supellectilem, et auri vim ad ingentis Ecclesiæ ædificium, eumque ex aula dimisit. Cæteroquin parum fuit superstes hic episcopus; eique successit Thomas Resinensis, Abdiæ filius, ortu Romanus, qui Amidæ erat œconomus. Hic navus vir erat, et negotiorum gerendorum gnarus, charumque habebat magnopere Joannem syndicum, propter ejus æquitatem ac verecundiam. Cum autem sede sua ob fidei zelum pulsus fuit, secutus est eum fideliter hic Joannes, quem etiam corepiscopum fecit. Exsulavit autem Thomas annis circiter 17, in fide sua constans, mortuusque est indictione tertia, quo tempore Cosroes Antiochiam cepit (anno Christi 540), sepultusque est in monasterio Tirensi, ubi semel cum monachis congregaverat, qui Merdino ab hostium conspectu fugerant; et juxta episcopum ejus monasterii, qui ibi pariter quiescebat, depositus est.

CAP. XII.

De Marino Apameensi (1).

Post Macedonium Timotheus Constantinopolis episcopus factus est, vir orthodoxus (impius scilicet Eutychianus), cujus nomini opera consentiunt: honorans enim Deum interpretatur. Ejus diebus Marinus quidam Apameensis exstitit, vir vigilans, dexter, operibus sagax, sapiens et doctus. Hic orthodoxam etiam fidem colebat, et imperatoris amicus, a secretis et consiliis erat: qui cum per vicos urbis incederet, aut alicubi sederet, quidquid observatu dignum in mentem ipsi succurrebat, litteris mandari jubebat. Præterea atramentarium ad lectulum, appensum tenebat, accensa juxta pulvinar lucerna, ut cogitationes suas in charta describere posset, quas orto sole imperatori significabat,

(1) Capituli hujus Latinam interpretationem sumo ex Assemani *Biblistheca Orient*. t. II, p. 59-60.

eamdem admonens, ut eas executioni mandaret. Et quoniam ex Antiochiæ provincia oriundus erat, quæ ab Eusthatii episcopi temporibus dictionem *qui crucifixus est pro nobis*, primum prædicare tentavit, ipse etiam omni studio Anastasium imperatorem ad hoc idem peragendum sollicitabat. Quos hominis conatus cum hæretici quidam cognovissent, ipsum catervatim adorti; cur, inquiunt, terrenos homines inducere vis, ut faciant præter sanctum hymnum, quem angeli Trinitati offerunt, dicentes: Sanctus, sanctus, sanctus Dominus fortis, cujus laudibus pleni sunt cœli et terra? Ad hæc Deus Verbum, qui pro nobis hominibus crucifixus est, in ore ejus apologiam hujusmodi statim præparavit: angeli quidem hymnum confessionis suæ recte ad adorandam et consubstantialem Trinitatem dirigunt, eumque pro ipsis crucifixum nequaquam prædicant; nos vero in hymno confessionis nostræ crucifixum pro nobis hominibus illum juste dicimus: ex nobis enim, non ex angelis corpus assumpsit. Atque ita illis quidem os obturavit; imperatori vero sensum patefecit, qui particulam illam, *qui crucifixus es pro nobis*, sicut in Antiochena provincia, sic et urbe regia prædicari jussit.

CAP. XIII.
De eclipsi solis.

Hoc eodem tempore prodigium accidit, *simile illi* quod olim prudentibus ostendit Christi divinitatem in carne crucifixi Hierosolymæ, nempe defectus solis, qui ab hora sexta ad nonam obscuratus est.

CAP. XIV.
De Ariadne Augusta.

Ariadne Augusta post viri sui Zenonis obitum, nuptias cum Anastasio celebravit, eumque regni socium assumpsit, mortuaque est anno Græcorum 824, post administratum imperium annis 40. Vir ejus jam ætate provectus, sancte recteque vixit, remque publicam vigilanter rexit.

CAP. XV.
De obitu Anastasii Augusti.

Exactis in episcopatu Timotheus annis sex vel septem, obiit, indictione nona, eique successit Joannes. Quo anno mortuus est Anastasius, multi Ægyptii, Alexandrini, accolæ trans Jordaneum, Idumæi, et Arabes, qui Hierosolymam venerant ob festum Exaltatæ Crucis pridie Idus Septembris, a dæmonibus obsessi fuere; et canum more adversus crucem latrantes, deinde taciti exibant. Prodigium hoc dolorem atque tristitiam prudentibus injecit: quanquam ne ipsi quidem rei causam intellexerunt, nisi postquam factis innotuit: portendebantur videlicet contentiones et scandala quæ deinde fidei acciderunt, quæque Deus mature prædixit; ut venturam tentationem accurate perpenderemus, atque ita eam immota fide perferentes, gaudium illud consequeremur, de quo Jacobus apostolus ait: *Omne gaudium vobis sit, fratres mei, cum in tentationes multas et varias incideritis; scientes quod probatio fidei patientiam vobis acquirit; huic patientiæ autem erit opus perfectum; ut sitis perfecti et integri, in nullo deficientes* [a]. Et Anastasius quidem quinta Idus Julii obiit, eique successit Justinus, qui in exercitu versabatur quo tempore Cavades Persarum rex Amidam venit. Erat is ætate matura, formoso aspectu, prolixo canoque capillo; religionem autem Romanorum profitebatur quia indidem erat, ortus in castello Bederiana, cujus aquæ pessima natura sunt, nam decoctæ vertuntur in cruorem.

CAP. XVI.
De sanctorum confessorum Homeritarum martyrio (14).

Epistola quam scripsit Simeon Christianorum in Persido episcopus anno Justini sexto ad Simeonem abbatem Gabulitanum ita se habebat.

Dilectioni tuæ significamus die vicesima Januarii præsentis anni Græcorum octingentesimi tricesimi quinti ex ditione Naamanis discessisse nos, una cum Abrahamo presbytero Euphrasii filio, qui a Justiniano imperatore ad Monderum Arabum regem pro pace concilianda allegatus est: sicuti de ipso in priore nostra epistola scripsimus, gratias eidem agentes cum nos, tum fideles omnes, quod partes nostras foveat; et ipse perspecta habet quæ olim scripsimus, et quæ modo scribimus. Per desertum igitur diebus decem consumptis, austrum, atque orientem versus pergentes pervenimus ad Monderum contra montes *arenæ* nuncupatos, quos Arabes *Ramle* appellant. Monderi autem castra ingredientibus nobis, occurrunt Arabes ethnici, et Maadeni; et, quid amplius agendum vobis restat, inquiunt, cum Christus vester ex Romanorum, Persarum, et Homeritarum finibus expulsus sit? Hoc nobis Arabes exprobrabant; at nos ingenti dolore tabescebamus: maxime cum juxta adesset legatus ab Homeritarum rege ad regem Monderum missus, qui plenam arrogantiæ epistolam exhibuit, in hæc verba

Noveris, frater mi Mondere rex, regem illum, quem Æthiopes regioni nostræ præfecerant, e vivis jam excessisse. Adventante autem hieme, cum in nostram regionem Æthiopes contendere nequirent, ut Christianum regem de more constituerent, totum ego Homeritanum regnum occupavi: ac primum quidem cunctos Christianos, qui in Christum credebant, cepi, mortem ipsis comminatus, nisi

[a] Jac. I, 1-4.

(14) Hujus quoque capituli interpretationem sumo ex Assemano, *Biblioth. Orient.* t. I, p. 364.

Judæi nobis similes fierent. Occidi autem, quos reperi, bis centum et octoginta sacerdotes : Æthiopes quoque, qui ecclesiam custodiebant, una cum ipsis e medio sustuli ; eorum vero ecclesiam in synagogam nostram converti. Tunc demum cum centum ac viginti millibus hominum ad Nagran regiam eorum urbem castra movi : quam cum diebus aliquot frustra oppugnassem, interposito jurejurando incolumitatem pollicitus sum : animo tamen datam Christianis hostibus meis fidem non observandi. Quare deditione facta præcepi, ut aurum, argentum, et omnes opes suas proferrent. Prolatas sustuli. Mox Paulum eorum episcopum quæsivi : quem cum illi e vivis jam excessisse affirmassent, haudquaquam ipsis fidem adhibui, donec tumulum ejus mihi ostenderunt : ego vero ossa inde extracta cremavi. Ecclesiam quoque eorum, et sacerdotes, et quotquot ad ecclesiam confugisse deprehendi, flammis absumpsi. Reliquos vero cogebam Christum crucemque ejurare. Quod tamen illi se commissuros negarunt : illumque Deum esse, et Filium Benedicti testabantur ; et mortem hanc ob causam oppetitam vitæ anteponendam affirmabant. Sed et ipsorum princeps multa effutiens, contumeliis probrisque me incessere non verebatur. Omnes itaque eorum proceres duci ad supplicium jussi sunt. Interea feminas ut maritorum exitum animo reputantes resipiscerent hortabamur, si sibi suisque liberis consultum vellent. Sed illæ adeo nostris adhortationibus commotæ non fuerunt, ut a virginibus, quas neci addixeramus, in eo præventas se fuisse conquererentur, et ultro in medium illarum agmen irrumperent, atque a suis maritis se divulsas dolerent.

Iis ergo ultimo supplicio affectis, Rumam regis designati uxorem, datis ex nostro exercitu custodibus, dimittendam putavimus, si forte filiarum commiseratione capta, religionem Christianam repudiaret, et Judaicam amplecteretur, filias, opes, fortunas omnes receptura. At illa ut a nostro sese conspectu proripuit, nudat caput, et aperto vultu prodit in publicum, mirante populo : siquidem ejus faciem ex quo facta erat grandiuscula nemo in foro conspexisset : atque per vicos urbis et compita discurrens clamare ac vociferari hunc in modum cœpit. Mulieres Nagranenses, quotquot adestis sodales, Christianæ, Judææ et gentiles, audite. Christianam me esse, et genus et proavos meos nostis, et ingentem auri argentique copiam, patrimonium quoque luculentum, et servorum catervas præsto mihi esse ; et si modo, quoniam pro Christo maritus interiit, novas nuptias optare libeat, non defuturam dotem LX millium aureorum, et præter opes ab illo mihi relictas, mundum prope infinitum monilium, gemmarum, et pretiosissimarum vestium : perspectumque vobis est, non falso ista a me jactari, sed nec illud vos latere scio, nullam feminæ diem optabiliorem esse die nuptiarum : huic autem succedere ærumnas, partuum dolores, et in funere A liberorum intolerabiles luctus. Mihi ergo deliberatum est, his omnibus finem dare. Priorum itaque nuptiarum dies lætissimos exegi : et nunc pari cum animi mei lætitia filias virgines quinque Christo despondi. Huc ergo ferte oculos, sociæ ; intuemini sodalem vestram, vestrum in conspectum en secundo prodeuntem. Quandoquidem in priori illa mearum nuptiarum pompa, vobis omnibus spectantibus, sponsi prioris domum traducta sum : et nunc aperto similiter vultu ad Christum Deum, et meum filiarumque mearum Dominum propero, quemadmodum, et ipse Christus ob suam in nos charitatem ad nos descendit, et pro salute nostra passus est.

Meis ergo insistere vestigiis, vos etiam atque B etiam rogo, neve caduca oris forma transversum vos agi sinatis : nec enim ego vobis minus formosa sum : sed et ipsam hanc qualemcunque formam integram, et Judaicæ perfidiæ immunem ad Christum deferam, ut ipsa oris species Domino meo fidem faciat, me ab illa in infidelitatis crimen abduci nequaquam potuisse : et aurum, et argentum, et ingentes opes ostendent, nihil ipso mihi charius fuisse. Rex namque perduellis salutem incolumitatemque, si Christum ejurarem, promisit. Sed hoc avertat Deus, sodales ; avertat, inquam, ne Christum Deum, in quem credidi, nunc deseram : sed quando ego, et filiæ in nomine Trinitatis baptizatæ fuimus, Christi crucem adorare, et pro eo C mortem cum vita commutare, una cum illis est ratum mihi : siquidem et Christus pro nobis cruciatus, et mortem in sua carne perpessus est. Quare res hasce caducas, quamvis modo oculos alliciant, corporique blandiantur quandoque tamen casuras, sponte resigno, perennes et perpetuo mansuras opes a Domino acceptura. O vos beatas, sodales, si dictis aures dederitis meis, et veritati manus, Christumque Deum dilexeritis, pro quo ego et filiæ morimur ! Nunc autem pacem, et tranquilla tempora populo Dei precor : fratrum et sororum in hac urbe pro Christo interemptarum cruor ipsi murus fiat, si tamen Domino suo Christo perpetuo adhæserit. En fidenter urbe excedo, in qua velut in temporario quodam diversorio hacte- D nus versatæ sumus ego et filiæ meæ, illam civitatem æternam cogitantes, in qua Sponsum, cui ipsas tradidi, sunt inventuræ. Orate pro me, sodales, ut Dominus meus Christus me suscipiat, et ignoscat mihi, quandoquidem triduum marito superstes vixi.

Gliscentibus ergo ex urbe clamoribus conciti, percontabamur reduces, quos eo legaveramus nuntios, quænam tandem insoliti illius ejulatus causa esset. Isti, quæ mox narrabamus, renuntiarunt : Rumam videlicet, feminarum vulgus ad eos clamores concitasse : custodum nempe segnitia socordiaque factum fuerat, ut tantum feminæ liceret. Et in eos quidem ultimo supplicio animadvertere ratum erat, nisi in mitiorem sententiam quorumdam preces nos postea flexissent.

Ecce autem ab urbe femina revertitur, bacchanti similis, nudoque capite, et filias secum trahens eleganter concinneque ornatas, quasi ad thalamum concessuras, erecta fronte petit conspectum nostrum : mox solutis plicatisque in manus crinibus, nudam cervicem porrigit, inclamans : Christianæ sumus ; pro Christo morimur. Abscinde caput, et ad fratres, ac sorores, mearumque filiarum parentem ocius transmitte. Ego vero post tantam mulieris amentiam, ut Christo renuntiaret, adhuc suadebam : sin minus, tantum ne diceret eum Deum esse. At non persuasi; quin etiam ejus filiarum altera nos objurgabat, qui ista suggereremus. Cum ergo persuasum haberem, nulla vi, nullove ingenio mulierem adductum iri, ut Christum ejuraret : cæteris Christianis metus incutiendi causa eam humi prosterni jussi; filias vero statim jugulari pone matrem, adeo ut dissectis e cervicibus erumpens cruor in os ejus influeret : mox ipsam pari supplicio necari. Deum Adonai juro, incredibili mœrore affectus sum, cogitans ipsius, filiarumque pulchritudinem.

Quoniam vero pontificibus, mihique videbatur scelus esse, si peccantibus parentibus insontes liberi pœnas darent (id enim etiam leges nostræ vetant), idcirco lege lata edixi, ut impuberes a nostris militibus alantur, ut cum ad pubertatis annos pervenerint, aut Judaicam religionem suscipiant, aut si Christianam profiteri malint, pereant. Hoc tibi, rex, eo perscribenda putavi, ut simul te admonerem, ne quemquam Christianum in tuo regno vivere patiaris, nisi forte, qui suam cum tua religione commutare voluerit. Judæos vero fratres meos ea, qua soles, benignitate fovere perge, frater. Gratias pro hac tua in eos benevolentia ego rependam : quoscunque tibi charissimos fore tuis litteris ipse me feceris certiorem.

Hæc rex profanus Judæus Mondero. Cum autem nos eo pervenissemus, Monderus convocato ad concionem exercitu, regis litteras publice recitari jussit : remque ita se habere præsens ipsius regis legatus attestabatur, attexens alia quædam de Christianorum cæde, eorumque ex Homeritide fuga. Tum vero Monderus ad Christianos, quos sub signis habebat plures conversus : Audistis, inquit, quæ adversus vestræ sectæ homines decreta actaque fuerint? Quin ergo vos Christum modo non ejuratis? Neque enim regibus, qui Christianos expellendos judicarunt, sum ipse melior. Ad hæc miles quidam Christianus, qui in Monderi castris merebatur, divino zelo excitus prompte confidenterque : Haud tua, rex, inquit, ætate Christiani nos facti sumus, ut modo Christum ejurare debeamus. Cui Monderus subiratus : Tune, inquit, me præsente hæc effutire audes? At ille : Pro pietate locuturus, neminem metuere soleo, nec modo hominum metus, ut in ea causa taceam, unquam efficiet. Neque vero mihi gladius brevior est gladio cæterorum, paratus experiri sum. Tacuit Monde- A rus, reveritus nobilissimi viri genus, et quod idem inter regni proceres esset clarissimus, et in armis strenuus.

Inde profecti Naamanis terras Sabbato primo jejunii tenuimus, ibique legatus extincti regis Homeritarum occurrit, qui cum cædem a tyranno Judæorum commissam a nobis didicisset, Naamanitam quemdam pacta mercede jubet in urbem Nagram quantocius proficisci, omniaque ibidem gesta quam diligentissime explorare. Is itaque post dies aliquot legato Christiano, nobis audientibus, narravit quæ supra memoravimus, subjecitque, cæsos eadem occasione trecentos et quadraginta proceres, qui in urbe tyranno occurrerant. Præterea addidit, Judæum Arethæ filio Caleb illorum principi, et B Rumæ marito, insultasse in hæc verba : Viden' quo tua te in Christum fiducia adduxerit, bellum adversus me molientem? Jam resipisce, miser, et ejurato Christo, senectuti tuæ consulere sero disce, ne te, quæ socios tuos, involvat pœna. Cui Arethas : De istis, inquit, merito jam queror, ut qui me bene monentem obaudire noluerint : aiebam siquidem, nullam tuis dictis habendam esse fidem, sed in urbe manendum : et inde armis rem esse transigendam, non verbis : daturum scilicet Christum, quem optabamus, bello finem : nec urbem unquam expugnatum iri, in tanta præsertim rerum omnium copia. Sic illi nimirum statuerunt, tuis capti artibus. Quamobrem regio te nomine indignum puto : C impostorem potius dixero. Enimvero reges, quos vidi multos, pacta conventa servant, et a dolis fraudibusque abhorrent. Quod summum est, datam Christo Deo meo fidem non muto, nec Judæus tui similis apostata fiam. Et vivere quidem, mortemque evadere, meo nunc stare arbitrio sat scio. Attamen diu jam vixi, et liberorum, nepotumque, atque cognatorum magnam catervam relinquo : rebus insuper belli domique gestis non modicam, Christo favente, collegi famam. Quod in posterum spectat, non dubia, sed certa mihi spes manet, fore ut, quemadmodum vitis resectis superfluis sarmentis uvis exuberat, sic populus noster Christianus sit futurus, et Ecclesia, quam incendisti, magnificentius propediem instauretur : insuper et D Christiana religio resumptis viribus regnet, regibusque imperet; Judæorum autem secta tenebris obruatur, tuum regnum concidat, et potestas intereat. Pone ergo fastum, neve aliquid præclarum te gessisse putes : cum enim clarueris, repente occides.

Hæc aiebat magnus ac venerabilis senex Arethas. Mox Christianos qui frequentes latus ejus stipaverant hunc in modum interpellat : Audistis, fratres, quid isti Judæo testatus sum? Cui illi : Utique, Pater. Arethas : Vera sunt illa, necne? Cum respondissent vera esse, subdidit : Si quis ergo metu mortis concussus, datam Christo fidem mutare cogitat, quantocius abscedat. Hic sublato clamore omnes dixerunt : Propitius sit nobis Deus, ne ti-

mecmus, Pater : omnibus quippe tecum mori pro Christo est ratum, nec unquam a tuo avelli latere. Post hæc Arethas ad circumstantem Christianorum, Judæorum, et Paganorum turbam conversus : Audite, inquit, quotquot adestis omnes. Si quis forte ex genere meo, aut affinibus meis, aut cognatione mea a Christo defecerit, et isti Judæo adhæserit, hunc meum esse abnego, et hæredem abnuo, bonaque mea in sumptus construendæ ecclesiæ cedere volo. Si quis autem meorum Christo fidem servaverit, mihique superstes vixerit, hunc in jus facultatum mearum succedere jubeo, et hæredem dico meum : ecclesia vero quemcunque ex tribus agris patrimonii mei elegerit, habeat sibi ad fabricæ expensas.

Mox iterum conversa ad regem oratione, Te, inquit, et quoscunque Christum abdicastis, abdico, abjuro, abnuo. En adsumus, arbitrii jurisque tui facti. His porro Arethæ verbis reliqui Christiani inflammati : En Abraham princeps Patrum, aiebant, te, nosque tecum præstolatur, venientes excepturus. Quicunque a te defecerit, et Christum negaverit, hunc nos omnes abnegamus.

Hæc illi. Quibus vehementissime commotus tyrannus, lata in omnes capitis sententia, ad supplicium duci jussit, ubi influit torrens (*Vadi* incolæ vocant), ibique jugulari, et cadavera in profluentem projici. Interea *Arethas* sublatis in cœlum manibus orabat in hæc verba : Christe Deus, adesto nobis, et confirma nos, animasque nostras suscipe : placeat tibi effusus pro te servorum tuorum cruor, nosque tuo dignos effice conspectu : confitere nos coram Patre tuo, sicut pollicitus es, et fac ut Ecclesia ædificetur, et famulo tuo Paulo, cujus ossa flamma dudum consumpsit, alter episcopus sufficiatur.

Ita demum postquam se invicem pacis osculo salutassent, signoque crucis Arethas senex eis benedixisset, cervicem lictori sponte porrexit, et ictum excepit. Mox socii conglobati accurrebant tanto cum animi ardore ut se invicem comprimerent, interfectique nuper Arethæ sanguine aspergerentur. Ita demum martyrio omnes coronati sunt.

Puer erat triennis, quem mater cum ad supplicium raperetur, manu trahebat. Hic regem sedentem, et regio cultu amictum forte conspicatus, e matris latere dilapsus, ad illum accurrit, ejusque genua osculatur. Ea pueri simplicitate delectatus rex, parvulum, ut fit, amplexari cœpit : postremo sic affatur. Quid tibi, mi puelle, mavis? morine una cum matre, an mecum una vivere? Cui puer : Per Dominum nostrum, malo cum mea matre mori; propiereaque cum matre pergo; dixit enim mihi : Veni, fili, moriamur pro Christo. Sed dimitte, oro, me, ut ad matrem meam properem, ne forte non videam morientem ; significavit enim mihi, regem Judæorum edixisse ut qui Christum abdicare noluerint, interficiantur : ego autem Christum abdicare nolo. Cui rex : Undenam tandem Christum nosti? Tum puer : Quotidie ad ecclesiam ventitans cum matre, ibi illum video. Subdit rex : Mene amas, an matrem? Puer : Per Dominum nostrum, matrem. Cui rursus rex : Mene amas, an Christum? puer : Magis Christum quam te. Quorsum ergo, subdit rex, huc modo procurrens, genua mea osculatus es? Putabam, respondit puer, te esse regem Christianum, quem in Ecclesia videbam, nec huc usque noveram te Judæum esse. Rex : Dabo tibi nuces, et amygdala, et ficus. Puer : Nequaquam per Christum; non comedam nuces Judæorum. Sed sine me, quæso, ad matrem ire. Rex : Mecum potius hic maneto, et fias mihi filius. Puer : Neutiquam per Christum non manebo, quia fœtes, et non bene oles, sicut mater mea. Tum vero rex ad pone stantes : An vero animadvertistis, ait, pessimam hanc stirpem, quam ab ineunte ætate seduxit Christus, ut illam perderet? Interim quidam procerum ordine puerum sic interpellat : Veni mecum, et ducam te, ut reginæ filius fias. Respondit puer : O colaphis dignum os, regina potior mihi est mater, quæ me ad Ecclesiam ducit. Postquam vero se usque teneri invitum sensit, regis femur dentibus impetit, inclamans hæc : Judæe nequissime, dimitte me, ut ad matrem pergam, et una cum ipsa moriar. Postremo rex parvulum cuidam ex procerum suorum numero traditum, jubet diligenter educari, donec adultus, aut Christum ejuraret, et sic supplicium evaderet, aut si contra in Christi fide usque perseveraret, necaretur. Cumque puer a servo ejus abduceretur, luctabatur pro viribus, pedes quatiens, et matrem appellans : Succurre, mater, aiebat, et tolle me, et ad ecclesiam deducito. Cui mater : Ast nunc perge, fili, cogita te Christo commendatum, et noli flere, sed præstolare me in ecclesia apud Christum quantocius ad te redituram. Hæc fata, cervicem porrigit, decollatur.

Hæc ubi tum hisce litteris, tum propagata multis rumoribus fama innotuere, omnes Christiani in his locis commorantes indoluerunt : eaque nos quoque vobis perscribenda duximus, ut sancti et fideles antistites cognita rerum in Homeritide gestarum serie, sanctorum martyrum commemorationem peragant. Quod reliquum est, vestram charitatem etiam atque etiam obtestamur, ut quamprimum monasteriorum præfectis, et episcopis, in primis vero Alexandrino ista significentur, ut regem Æthiopum ad ferendam Homeritis opem suis litteris cohortetur : simulque curetis ut pontifices Judæorum Tiberiade commorantes adigantur scribere ad istum regem Judæum, qui modo apparuit, ut a bello et persecutione Homeritarum in posterum abstineat.

Cætera quæ in epistola sequuntur, salutationes continent episcoporum et abbatum illius temporis.

CAP. XVII.

Prologus elegans digni beatorum memoria sancti Maræ Amidæ episcopi in Evangelium et Christi incarnati œconomiam.

Ut unusquisque mente sua et intellectus vi, longi

sermonis sententiam ad pauca capitula redigere A valeat, rei normam ipse proponam: nempe dabo operam ut conscripto Breviario quodam, possint hinc lectores theoriam universi operis, cum gradatim ab iis legetur, statim animo complecti. Reapse qui Evangeliorum scripturam ad compendium conferre voluerit, cognoscet ex ea Deum carnem assumpsisse, in ejusque potestate res humanas esse atque divinas, ab eo fundamenta mundi dissolutum iri, id quod in secundo adventu palam demonstrabit. Quisquis hæc quaquaversus considerabit, sensum in primis narrationis intelliget, quæ incarnationem præcedit; itemque Joannis Baptistæ nativitatem, qui Deo Israelis testimonium daturus erat, conformem fuisse iis quæ ante nuntiaverat angelus. Cognoscet insuper Christi nativitatem supernaturalem ex Virgine Maria; eamque ceu hominem terrenum ex ea sumpsisse principium; verumtamen quidquid non est terrenum, id Jesum de cœlo detulisse. Testimonia autem incarnationis ejus in Evangelii libro relata, ea sunt quæ Elisabeth inspirata dixit, quæque angelus Virgini atque Josepho, et denique angelorum verba ad pastores: item Zachariæ vaticinium, stellæ apparitio quæ Filii Dei nuper nati regnum sempiternum esse portendebat: denique sacerdotis Simeonis atque Annæ prophetia, quod videlicet Christus ob mundi et Israelis salutem advenisset: quibus accedit prædicatio Baptistæ testantis se quidem de terra ortum, sed Salvatorem nostrum de cœlo.

Præterea cognoscet lector ex Evangeliorum libro divinam Domini nostri œconomiam incomprehensibili sapientia fuisse patratam, non autem librorum doctrina neque scientiarum studio: potentiam ejus intelliget prodigiorum effectricem, dicta ejus admiranda, omnium rerum scientiam, et eum nulli unquam peccato fuisse obnoxium: in ejus quoque potestate et arbitrio fuisse pati suo tempore, et extra id tempus minime pati; item abolere passiones hominum per suas in corpore voluntarias passiones, mortem resurrectione perimere, et in cœlum denique ascendere. Rursus docet hic liber, Jesum de Virgine carnem sumpsisse animatam atque intellectu præditam, conceptum ejus humanum novem mensibus consummatum, nativitatem naturalem simul et supernaturalem, fasciis esse obvolutum, lactem suxisse, ritu legali circumcisum, in Ægyptum ab Herodis minis matre gestante fugisse, illinc postea reversum ad Israelis instaurationem. Crevit deinde ejusdem ætas dum matri ejusque conjugi Josepho subesset; et in aquis abs Joanne baptizatus fuit, ut humani generis renovationem, quod in baptismo reapse figurate renovatur, significaret: quia tunc reapse baptismus sanctam nobis nativitatem de Spiritu comparavit. Tentatus a diabolo ut homo fuit; sed utpote Deus facile vicit tum in certamine, tum etiam in quæstione tentatorem; eique angeli ministrarunt; ac nostro generi quietem per reditum nostrum in paradisum concessit.

Cum discipulis humano more versatus est, longe interdum a persecutoribus discessit, famem, sitim laboremque perpessus est. Cæteroquin demonstravit nihil horum violenter aut necessario se passum, quasi Deus non esset; dicitur enim, quod diebus quadraginta tolerato jejunio, postea esuriit. Pari dicitur ratione dormisse. Cum autem solitarius in monte esset, vigili orationi vacavit, humano scilicet more Patrem pro hominibus exoravit. In navi sæviente procella dormivit, ob discipulorum eruditionem, nempe ut crederent se dominari tempestatibus maris et sono fluctuum ejus. Sic etiam quando eum B Judæi de vertice montis dejicere conati sunt, frustra fuerunt; quanquam enim ab his circumsessus esset, attamen pertransiens in medio eorum discessit: in cruce autem lancea confixus, haud violenter ejus animo excessit, sed ipse inclinato capite emisit spiritum. Ergo in ipso quaquaversus divina humanaque idiomata conspiciuntur. Jam remedia quæ Christus mundo contulit hæc fere sunt: diaboli increpatio, dæmones ejecti, maligni spiritus de corporibus pulsi, graves morbi sanati, mortui ad vitam revocati, tentationum communiumque passionum depulsio, qua videlicet futurum sæculum præfigurabat omni malorum genere expers, quod nos cum spe, charitate ac fide exspectamus. Porro Redemptoris nostri doctrina homines arcet a pecuniæ, C gloriæ, voluptatumque cupiditate, eosque ad Deo famulandum recta cum voluntate sublevat.

Exstat in codice evangelico ejusdem sancti Maræ episcopi, sectione octogesima nona, caput singulare Evangelii Joannis [a], quod in aliis exemplaribus desideratur. Est vero id caput hujusmodi. Contigit quadam die, ut docenti Jesu mulierem sisterent, quæ ex adulterio concepisse deprehensa fuerat, ipsique rem gestam narrarent. Jesus autem, cui utpote Deo notæ erant turpes illorum passiones atque opera: Quid, inquit, a lege præcipitur? Responderunt illi: Ut, si duo testes vel tres affirment, lapidibus necetur. Tum Jesus ex ejusdem Mosaicæ legis norma, Si quis, ait, ab hujus peccati passione mundus liberque est, neque prorsus ejusmodi culpæ D reus, testimonium suum adversus hanc mulierem dicat, et primus lapidem jaciat, eaque lapidibus icta pereat. Sed enim illi, cum se fragiles admodum et culpabiles circa hujusmodi peccati passionem scirent, sigillatim ab eo dilapsi sunt, relicta illic muliere. Post quorum discessum Jesus in terram intuens et in pulvere scribens, ait mulieri: Ergone qui te huc adduxerunt, et contra te testimonium dicturi erant, reputantes ea quæ a me dicta audisti, te omissa, abierunt? Recede nunc et tu, neque ulterius peccare velis.

[a] Joan. VIII, 3-11.

CAP. XVIII.

De rebus sub Justiniano Augusto gestis.

Justiniano regnante, Hunni magno numero Persarum stipendiarii incursionem subitam in Romanam ditionem fecerunt, agros vastarunt, agricolas multos occiderunt, pagos eorumque ecclesias inflammarunt, transmissoque Euphrate Antiochiam usque nemine obsistente aut carpente venerunt. Attamen Bosius quidam dux Maiferactensis in eorum a cæde reditu, manipulum ipsorum aggressus, quingentos circiter equos eripuit, magnaque præda potitus est. Sic etiam apud Citrisiam dux idem victor quadringentos ferme homines prostravit, eorumque armenta sibi vindicavit.

Cavadi successit in regno filius Cosroes: cujus B mater, vivente adhuc Cavade conjuge, maligno spiritu excruciabatur, quin ullum ei remedium attulissent magi, arioli atque astrologi, ab ejusdem viro Cavade, a quo plurimum diligebatur, invocati: quin ipsi potius malignos spiritus spiritibus addiderunt. Hæc igitur missa fuit indictione quarta sub Liberio duce ad beatum Moysen, qui in monasterio duobus fere stadiis ab urbe Dara dissito morabatur: et sui nominis famam longe lateque diffuderat: cumque apud eum paucis diebus mansisset, curata est, et in regionem suam rediit. Accepit autem ab hoc sancto Moyse ex monasterio Tarmel nuncupato benedictionem (reliquias) ex ossibus Cyriaci martyris, quibus custodita atque protecta, ab immundi spiritus incursione libera esset: quæ secreto ædificavit C in regione sua oratorium, ubi martyr colitur. Memor autem beneficii ab hoc beato Moyse Tarmelensi accepti Romanos pro re nata, quam infra commemorabimus, adjuvit.

Etenim Justinianus res gestas in Mesopotamia, quæ intra fines imperii est, reputans, suumque exercitum a Persis non semel cæsum, agricolas passim deletos vel in servitutem ab Hunnis abductos, pagos denique in ea late regione inflammatos; ægre admodum adducebatur ut de novo mittendo exercitu, et de bello cum Cosroe, qui post Cavadem regnabat, gerendo cogitaret: præsertim quia Cosroes Rufini amicus erat, propterea quod Cavadi Rufinus suaserat ut Cosroem regni hæredem faceret. Rufinus igitur hæc Cæsari narrans spem injiciebat, spondebatque, si quidem ipse regem adiret, fore ut quiquid juste circa pacem ab Augu to optatam postularet, protinus impetraret. Itaque missus fuit Rufinus, comitante Hermogene magistro indictione *decima* cum litteris ad Cosroem, quocum diu collocuti sunt. Et quoniam hic Rufinus notus ibi erat, utpote qui sæpe ad Cavadem legatus ierat, ejusque amorem sibi conciliaverat, et regni optimates multis muneribus affecerat; regina vero Cosrois mater summo eumdem amore prosequebatur, quia consilium Cavadi dedisset, ut filio suo regnum traderet; gratiam insuper curationis suæ post A Deum beato Moysi Tarmelensi debebat; idcirco filium suum ut pacem concederet enixe rogavit: qui cum auri summam a Justiniano Augusto per Rufinum et Hermogenem legatos sibi missam accepisset, pax facta est, et scriptis obsignatisque libellis confirmata: visaque sunt in cœlo sidera ipsa ob novitatem rei exsultantia. Erat autem æstas indictionis, mansitque hæc pax annis sex vel septem usque ad tertiam indictionem.

CAP. XIX.

Ex epistola Juliani ad Severum.

Ego qui semper Patrum propositum secutus sum, hos existimo neque sibi ipsis contraria, neque invicem unquam scripsisse. Veluti Paulus dicens: *Non ex operibus sed ex fide justificatus est* [a]; haud contradicit Jacobo dicenti: *Fides sine operibus mortua est* [b]. Nequaquam, inquam, inter se adversantes, sed cum vera concordia id dixerunt.

Ex epistola Severi ad Julianum.

Bene et convenienter dixisti, doctores nequaquam sibi invicem contradicere, sicuti ne Paulus quidem atque Jacobus; cum ille dicat: *Ex fide justificatur homo;* hic autem scribat: *Fides sine operibus mortua est.* Etenim Paulus de fide locutus est baptismum præcedente, quæ cum confessione ex corde puro conjuncta sit: quin tamen antea quidquam bonorum operum in mundana vita homo præ se tulerit: quippe hujusmodi homo credendo, confitendo, suscipiendoque baptismum justificatur. Jacobus vero fidem baptismo posteriorem dicit mortuam si operibus careat; videlicet nisi eam homo rectis operibus confirmet, quandoquidem baptismus bonæ vitæ arrha est. Ecce enim ipse Dominus, qui exemplar nostrum est, sanctificatis per baptismum ministerio Joannis susceptum aquis, facteque baptismi initio, montem conscendit, tentatoris certamini obviam ivit, ejusque vim omnem fregit; scilicet nobis significans, oportere ut post divinam oblationem certamen nostrum operibus expromamus, legitimeque cum hoste luctemur, quo virtutes nostræ inclarescant.

Sed enim adversabitur aliquis dicens: Atqui Paulus Abrahamo utitur tanquam argumento, ut probet hominem fide justificari sine operibus; ait enim: D Igitur qui in fide, benedicentur cum fideli Abrahamo. — Ei vero qui non operatur, credenti tamen in eum qui potest justificare peccatores, reputatur fides ejus ad justitiam. Jacobus vero in eodem Abrahamo demonstravit, non justificari hominem ex fide tantum, sed etiam ex operibus fide confirmatis. Quidni igitur hæc inter se pugnant, siquidem unus idemque Abrahamus exemplar est eorum qui haud operati sunt, sed tantummodo crediderunt; itemque eorum qui fidem operibus comprobarunt? Quæstionem ex sacris Litteris solvam,

[a] Galat. II, 16. [b] Jac. II, 20.

Qui Abrahami tempora attente consideret (qui utriusque rei exemplar est), sane deprehendet quod fidem ante baptismum cum salute profitetur homo in Christum credens: illa autem, quæ baptismum subsequitur, operibus conjuncta, antiquæ in carne circumcisionis repræsentatio est, quæ præputii infidelitatem destruit, neque ad adoptionem filiorum Dei perducit. Nam etiam Moyses Pharaoni dicere jussus fuit: *Tu autem loquere Pharaoni, filius meus primogenitus Israel*[7]. Propter quod scripsit Paulus ad Colossenses his verbis: *Et in ipso circumcisi estis circumcisione sine manibus, cum exuistis carnem peccatorum per circumcisionem Christi, et sepulti estis cum eo per baptismum*[8]. Ait igitur Abrahamum justificatum fuisse ex fide sine operibus, dum adhuc in præputio ante circumcisionem versaretur: atque ita confessionem ante baptismum sine operibus demonstravit. Scribit enim ad Romanos: *Reputata est illi fides ejus ad justitiam*[9]. Quomodo? non in circumcisione, sed in præputio. Quippe non negavit testimonium Moysis, qui Deum Abrahamo dicentem inducit: *Suspice cœlum et numera stellas, si certe potes eas numerare.* Aitque ipsi: *Sic erit semen tuum. Credidit Abraham Deo, et reputatum est illi ad justitiam*[10].

Jacobus pariter eodem Abrahamo utitur, jam circumciso, non autem retinenti præputium, ut demonstrat fidem post baptismum non sine operum copulatam salvare. Idque ex ejus scripto cognoscere possumus, quod ita se habet: *Vis autem scire, o homo, quod fides absque operibus mortua est? Pater noster Abraham ex operibus justificatus est, offerens Isaac filium suum in holocaustum. Vidisti fidem adjumento fuisse ipsius operibus, atque in operibus perfectam fuisse: et impleta est Scriptura quæ dicit: Credidit Abraham Deo, et adnumeratum est illi ad justitiam, et amicus ejus vocatus est*[11]. Legenti libros Mosaicos pronum est intelligere ex Genesi, Abrahamum post circumcisionem obtulisse Isaaci holocaustum, Deique mandatum exsecutum, seque operibus justificasse; atque ita nobis fidei figuram baptismo posterioris exhibuisse, quæ est circumcisio quædam rationalis, operibus hominem justificans. Etenim scriptum est: *Circumcisus est Abraham et Ismael filius ejus, et omnes viri domus illius, tam vernaculi ejus, quam empti argento ipsius ex gentibus alienigenis*[12]. Post hæc autem Deus Abrahamum tentans ait: *Tolle filium tuum, quem diligis, Isaac, et vade in regionem excelsam, ibique offeres eum holocaustum*[13]. Ergo demonstratum est, nequaquam sibi contradicere neque apostolorum verba, neque illa quæ in Vetere Testamento scripta leguntur: sed contra potius, unam eamdemque esse sententiam, ab uno spiritu prolatam: primo quidem de fide baptismum præcedente, quæ una ac brevi confessione contenta sine opere eum justificat qui ad lavacrum venit: namque ipse baptismus satis est ad salutem, si quis illico e mundo demigret; secundo autem de alia fide, quæ baptismum subsequitur, quæque bonorum operum ostensionem postulat, atque hominem ad excelsum perfectionis dignitatisque gradum evehit.

Quod autem apud Ezechielem prophetam dicitur: *Omnia genua manabunt aquis*[14]; id in Græco exemplari sic habetur: *Omnia femora polluentur humore;* et de pestilentia dicitur (15). Aptissime igitur de hac postrema dixit Jacobus: *Ex operibus fides perficitur;* nam sapiens quoque Paulus eadem alibi docet, quod nempe fides ex operibus perficiatur. Galatæ suscepto baptismo, et per Spiritum inter filios Dei numerati ad Judaismum semel converterunt ascita circumcisione, vana spe ducti, fore ut de Christo melius mererentur si præputiorum circumcisionem fecissent. Quod in ipsis reprehendens Apostolus, ita scripsit: *Nam in Christo Jesu neque circumcisio neque præputium prodest quidquam; sed fides quæ charitate perficitur*[15]. Ex his igitur verbis rursus constat fidem baptismo posteriorem utilem esse, hominique salutem afferre, qui eam cum charitatem conjungat, eique operibus obsecundet. Quæ sint autem charitatis opera, idem Paulus subjungit: *Charitas longanimis est, benigna est, charitas non invidet, non est turbulenta, pudibunda est, non superbit, non quærit quæ sua sunt, non irascitur, neque cogitat malum: non delectatur violentia, sed gaudet veritate: omnia sperat, omnia excipit, charitas non excidit subito*[16]. Atque hæc ad dirigendam operam, laborem, sudoremque hominum dicuntur, ut hæreditatem adipiscantur, et salvi fiant, si fidei firmiter adhæreant. Quis vero hæc spernat, quandoquidem Dominus ipse noster ait: *Si diligitis me, mandata mea servate*[17]. Ac veluti sacræ Litteræ Patresque nostri concordem semper doctrinam nobis tradiderunt; sic etiam hanc quæstionem eadem prorsus concordia nos docuerunt, nisi forte aliqui erroneo modo legunt, et imprudenter intelligunt. Hactenus ego dilectioni tuæ, prout officium Christianorum est, prudenter scripsi.

Africæ provincia (Romana) protenditur in latum parasangas circiter quinquaginta, in eaque sunt urbes plus 130; sedes autem regni Carthago (16).

[7] Exod. IV, 22. [8] Coloss. II, 11, 12. [9] Rom. IV, 3. [10] Gen. XV, 5, 6. [11] Jac. II, 20-23. [12] Gen. XVII, 26, 27. [13] Gen. XXII, 2. [14] Ezech. VII, 17. [15] Galat. VI, 15. [16] I Cor. XIII, 4-8. [17] Joan. XIV, 15.

(15) Hæc pericopa aliena sine dubio a Severi proposito est, atque aliquo errore obtrusa; et quidem in alio codice Syriaco relegatur ad marginem.

(16) Hæc tantum pericopa legitur in codice. Sequuntur autem ibidem, in miscello scilicet codice, alia quædam de Romæ originibus et ædificiis, quæ Syriace quidem edidimus, sed Latina non fecimus (a), quia Zachariæ fetum non existimavimus. Cæteroquin multa alia deperditæ Zachariæ nostri historiæ fragmenta apud Evagrium, lib. II et III, Græce leguntur.

(a) Vide supra col. 1147.

ANNO DOMINI CDL

GELASIUS CYZICENUS.

—

NOTITIA.

(Fabric., *Bibl. Græc.*, ed. Harles, IX, 291.)

—

Gelasius, presbyteri Cyziceni filius, qui testatur ad se pervenisse Acta synodi Nicænæ ἐν βίβλῳ ἀρχαιοτάτῃ ἐγγεγραμμένα ἐν μεμβράναις, *in codice antiquissimo scripta in membranis*, quæ antea fuerint Dalmatii, archiepiscopi Cyziceni. Nihilominus tamen non hæc, qualia in illo codice reperit, acta vulgasse se integra solaque, sed ex scriptis etiam Eusebii ac Rufini (quem tamen falso scribit concilio Nicæno interfuisse), aliorumque collecta in tres libros, sive τρία συντάγματα (*a*), digessisse se profitetur, pag. 2 : *Cujus synodi acta omnia*, τὰ πεπραγμένα πάντα, *cum, ut supra dixi, cognovissem prius et perquisivissem, vix tamen invenire poteram, quæ illis tractata et conscripta sunt, apud plures viros, litterarum studiosos, tam aperte expressa, quam apud Joannem quemdam*, Ἰωάννῃ μέν τινι πρεσβυτέρῳ ἀνδρὶ παλαιῷ ἄγαν γραφικῷ ἐν τετραδίοις παλαιοῖς λίαν, *presbyterum, virum senem et scribendi admodum peritum, in quaternionibus valde antiquis : neque tamen omnia inde habui, sed ex aliis etiam scriptoribus variis, ut ex Eusebio Pamphili, episcopo Cæsareæ, et Rufino, presbytero Romano*, τῶν καὶ τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ κοινωνησάντων συνόδῳ, *qui etiam sanctæ illi synodo interfuerunt, aliisque plurimis. Neque vero totius harmoniæ consequentiam inveni in sacro illo codice, in quem, ut supra dixi, prius incideram. Solus admirandus Eusebius* ἀτρεπτὶ τῇ λεωφόρῳ τῆς ἀληθείας *constanter publicam veritatis viam ab adventu Domini usque ad magni Constantini tempora ingressus est. Sed neque omnia invenire potui, attamen, quæ nota mihi et veritati consentanea, in libro, quem antea legeram, reperi, collecta ex utrisque necessarium existimavi in hunc librum descripta conferre ad communem utilitatem, confirmationemque eorum qui in hæc inciderint.* Tertius liber (*b*) non integer videtur ad nos pervenisse ; nam et brevior est cæteris, unaque et altera Constantini epistola absolvitur, et nihil habet de baptismo Constantini M., quod tamen in eo legisse se Photius profitetur cod. LXXXIX, ubi hoc opus quemadmodum et cod. LXXXVIII, refert ad Gelasium, Cæsareensem, duos vel tres Gelasios, Cæsareenses episcopos, reperisse se testatus : cum in codice XV ejusdem Bibliothecæ laudetur sub simplici nomine Gelasii : Πρακτικὸν τῆς πρώτης συνόδου ἐν τρισὶ τόμοις. Γελασίου δὲ ἔφερε τὸ βιβλίον ἐπιγραφήν. Neque Cæsareæ, neque Cyzici, sed in Bithynia (*c*) scripsisse se post a. C. 475, testatur auctor ipse in Præf. his verbis : Μετὰ δὲ καιρούς τινας φθάσας ἐνταῦθα, τῇ τῶν Βιθυνῶν ἐπαρχίᾳ λέγω, κατ' εὐδοκίαν Θεοῦ· *Non multo tempore post, cum huc, in provinciam dico Bithynorum, volente Deo pervenissem, et commotio atque inquisitio plurima fieret sub impii Basilisci tyrannide adversus catholicam et apostolicam Dei Ecclesiam, et fidem apostolicam in ea constitutam, succendente potissimum atque commovente imperatoris aulam eorum factione, qui hæretico, Eutychi, consentiebant, qui nobis subdole proponebant, ut fidem Patrum, Nicænam, inquam, retineremus. Sed convincebantur a nobis illius fidei hostes*, etc. Prodiit primum hoc opus cum Rob. Balforei Scoti versione, Paris. 1599, 8, adjunctum habens librum Theodori, in Rhaitensi monasterio presbyteri, quem utraque lingua ante Balforeum vulgaverat Beza. Hinc cum Actis synodi Ephesinæ et Synopsi synodorum œcumenicarum apud Commelin. 1604, fol. (*d*) Postea in editione conciliorum generalium Romana, quam curavit Sirmondus,

(*a*) Tertii συντάγματος meminit pag. 54 edit. Commelinianæ.

(*b*) Vossius II, 21 *De hist. Græcis*, pag. 264 : *Videtur tertius liber omissus, quia non omnibus probarentur, quæ scripsisset de baptizato Constantino paulo ante mortem, idque ab episcopo orthodoxo.* Confer D. Ittigii Historiam concilii Nicæni, pag. 4.

(*c*) Nota tamen, quod fuit quoque Cæsarea quædam Bithyniæ.

(*d*) *Gelasii* σύνταγμα τῶν κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ ἁγίαν σύνοδον πραχθέντων. Τὰ πρακτικὰ τῆς οἰκουμενικῆς τρίτης συνόδου τῆς ἐν Ἐφέσῳ συγκροτηθείσης. Σύνοψις τῶν ἁγίων καὶ οἰκουμενικῶν συνόδων, ποῦ, καὶ πότε, καὶ κατὰ τίνων ἑκάστη αὐτῶν συν-

1608, fol., et in conciliis Binii Colon. 1618; Labbei, Paris. 1672, II, p. 105; et Harduini 1716, fol. p. 345, 423 [etiam Mansi Coll. ampl. tom. II, atque Excerpta inde in Fuchs. *Bibl. conc.* tom. I, p. 416 sq.]. Hos Gelasii libros et alia quædam, ad Nicænam synodum et Arii causam pertinentia, cum versione Francisci Junii soceri sui, propriisque notis editurum se promisit Vossius, pag. 264 *De hist. Græcis*. Sed nunquam lucem vidit ille Gelasius Junio Vossianus, neque quo devenerit, constat, cum nec in catalogo mss. Isaaci Vossii, quæ jam accesserunt bibliothecæ publicæ Leidensi, illius fiat mentio. Errores Gelasii persequitur J. Launoius, VIII, 1 epist. p. 697. Non adeo esse contemnendum tamen ostendunt B. doctores, Balthasar Bebelius in *Antiquitatibus sæculi* IV, parte I, p. 65 seq. et J. Georgius Dorscheus in Διατυπώσει concilii Nicæni, p. 85 seq.

INDEX SCRIPTORUM, EPISCOPORUM, HÆRETICORUM, ETC.

QUI IN GELASII CYZICENI ACTIS SYNODI NICÆNÆ MEMORANTUR.

(FABRIC. *Bibl. Græc.*, XII, 590.)

ἤχθη. 1604, fol. Separatim additæ sunt versiones Balforei, Theodori Peltani et Abrahami Sculteti. v. Hambergeri Zuverl. Nachr. III, p. 228 seq., qui præterea laudat G. Cavei *Hist. litt. SS. Eccl.* I, p. 454 seq. (qui vero existimat, pluribusque ostendere studet, copiosas istas disputat. ex ipsius Gelasii, saltem antiquissimi codicis ab eo usurpati, auctoris cerebro profluxisse), L. Ell. du Pin *Nouv. bibl.* tom. IV, p. 280; et R. Ceillier, *Hist. gen. des AA. Eccles.* tom. XV, p. 359; in primis Fabric. nostrum infra, vol. XI, pag. 357 seqq. vet. ed., ubi etiam codd. mss. memorantur, et vol. IX, p. 402 seq. vet. ed. Schroeckh, *Hist. Eccl. Christ.* V, p. 335, etc. — *Paris.* in bibl. publ. codd. CDXIII et CDXIV, Gelasii Historia concilii Nicæni, ac prior descriptus dicitur a. 1561, e vetusto exemplari bibl. Grimanianæ, in posteriore autem tria priora capp. desiderantur. — *Vindobon.* in cod. cæs. LVI, n. 2, ex Gelasii libro secundo Actor. concilii Nic. primi fragmentum valde notabile a cap. 12 usque ad cap. 23. *V.* Lambec. comm. VIII, p. 1027 seq. — *Taurini* in bibl. regia cod. X, Gelasii Syntagma actor. concilii Nic. *V.* cat. codd. Gr. Taur. p. 75. — *Venetiis* in bibl. cujusdam archiepiscopi, cod. rec. Gelasii Historia, teste Montfauc. in *Diario ital.* p. 46. HARL.

ΓΕΛΑΣΙΟΥ ΤΟΥ ΚΥΖΙΚΗΝΟΥ
ΤΩΝ ΚΑΤΑ ΤΗΝ ΕΝ ΝΙΚΑΙΑ ΣΥΝΟΔΟΝ ΠΡΑΧΘΕΝΤΩΝ ΣΥΝΤΑΓΜΑ.

GELASII CYZICENI
ACTORUM CONCILII NICÆNI [a]
COMMENTARIUS.

ADMONITIO AD LECTOREM

EX ROMANA EDITIONE.

(Mansi, *Ampl. collect. Conc. gen.*, t. II, p. 755.)

Pene consilium fuerat hanc synodi Nicænæ Historiam (quæ alioqui suo loco inter cætera ejusdem synodi collectanea reponi debuisset), penitus omittere: quod etsi in Urbe non deerant varia ejus exemplaria, ut Vaticanum, ex quo magnam Nicæni concilii sui partem excerpsit Alphonsus Pisanus, et Sfortianum, quod olim fuit Bessarionis cardinalis, atque alia in aliis bibliothecis; omnia tamen auctoris nomine carebant, et incerti auctoris opus in lucem dare non placebat. Illud quoque accedebat, quod non pauca in hac Historia leguntur, quæ meliorum scriptorum sententiis cum repugnent, illam falsitatis coarguere videantur. Initio enim operis auctor affirmat, Arianos concilii Nicæni tempore non solum contra Filium Dei, sed etiam contra Spiritum sanctum blasphemasse: et in libro C secundo introducit disputationes de divinitate Spiritus sancti in eodem concilio cum philosophis habitas. At id repugnare videtur verbis Epiphanii hæresi septuagesimæ quartæ, quæ est Pneumatomachorum, qui in fine sic ait: *Non fuit nunc* (id est, tempore Nicæni concilii) *de Spiritu sancto quæstio:* item verbis sancti Basilii in epistola septuagesima octava, quæ fidei Nicænæ confessionem continet: *Spiritus sancti ratio*, inquit, *in transcursu posita est*, *nulla diligentia digna judicata*, *propterea quod nondum mota esset hæc quæstio*, *sed sententia de ipso in animis credentium nullas adhuc insidias sustinuisset.* Præterea idem Historiæ hujus auctor libro secundo, capite primo, Eusebium Cæsariensem ab Arianismi suspicione diligenter purgare nititur, cum tamen sanctus Athanasius librum integrum scripserit de decretis Nicænæ synodi adversus Eusebium Cæsariensem Arianum, et sanctus Hieronymus libro secundo Apologiæ adversus Ruffinum, eumdem Eusebium modo non catholicum, modo Arianum, aliquando etiam principem Arianorum nominaverit. Denique (ut alia leviora sileantur) hic ipse auctor libri secundi capite tricesimo secundo scribit synodum Nicænam prohibere voluisse ne episcopi, presbyteri, diaconi et subdiaconi cum uxoribus, quas antea cum laici essent, duxissent, consuetudinem habere pos-

(a) Confer cum his alia acta apud Nicæam, seu verius compendiosam narrationem rerum gestarum in causa Arii, sed suspectam viris eruditis, quam Combefisius Græce edidit tom. II *Bibl.* p. 574 ex Photio in *Bibl.* cod. 256. Hard.

sent : obsistente autem Paphnutio, nihil de hac re decretum fuisse, et uniuscujusque arbitrio relictum, si ab eis abstinere vellent. Sed hoc esse manifestum figmentum, a veritate prorsus alienum, facile deprehenditur ex sancto Epiphanio, qui paulo, post celebratum Nicænum concilium scribens, disertis verbis affirmavit hæresi quinquagesima nona, quæ est Catharorum, sacris canonibus adversari quod episcopus, presbyter, aut diaconus, ex uxore liberos gignat. Sanctus etiam Ambrosius et sanctus Hieronymus Epiphanii æquales (ille in libro primo *De officiis* capite ultimo, iste in libro *Adversus Vigilantium*) scribunt non licere in Occidente, neque in Oriente ad sacrum ministerium assumi nisi virgines, aut continentes, aut qui, si uxores habeant, mariti esse desistant. Quod idem in conciliis paulo post Nicænum celebratis, ut in Arelatensi secundo canone secundo, et in secundo Carthaginensi canone secundo, confirmatum legimus. Quid, quod in ipsa Nicæna synodo exstat canon tertius, quo cavetur, ne ulli episcopo, vel presbytero, vel diacono liceat feminam aliquam domi retinere, præter matrem, sororem, vel amitam ? quo canone satis aperte excluditur uxor, quæ primo loco nominanda fuerat, si vera essent quæ in hoc libro dicuntur. Sed nimirum auctor, non in Actis concilii hanc Historiam reperit, sed a Socrate libro primo capite octavo, vel a Sozomeno libro primo capite vicesimo secundo, qui primi eam tradiderunt, desumptam, in hac sua collectione inseruit. Quemadmodum autem nonnulla in ea legimus a concilio Nicæno aliena, si veteribus Patribus credimus, sic etiam contra multa desunt, quæ ex eorumdem Patrum sententia in actis ejusdem exstare deberent. Testantur enim sanctus Athanasius in Oratione prima adversus Arianos, et Theodoretus libro primo Historiarum capite octavo, Arii scripta et epistolam Eusebii Nicomediensis lecta fuisse in synodo Nicæna. Testatur quoque Julius pontifex Romanus in epistola quæ exstat apud Athanasium in apologia secunda, in concilio Nicæno examinata fuisse acta synodi Alexandrinæ. At horum omnium in hac Historia nulla mentio habetur. Nihilominus tamen, cum ex Photii testimonio, cujus Bibliotheca paulo ante in lucem prodiit, satis constet hujus operis auctorem fuisse Gelasium Cyzicenum, et ejus etiam nomine Græce et Latine jam editum sit (*b*), atque in eo nonnulla habeantur, quæ multis rebus usui esse possunt, ac præterea veteres scriptores (quorum verba mox subjicientur) illius mentionem faciant tanquam actorum concilii Nicæni : ne a quopiam fortasse desideretur, in hoc tomo adjiciendum censuimus (*c*).

Veterum aliquot scriptorum de his libris et eorum auctore testimonia.

Φώτιος πατριάρχης Κ. Π. ἐν Βιβλιοθήκῃ.

Ἀνεγνώσθη καὶ πρακτικὸν τῆς πρώτης συνόδου ἐν τρισὶ τόμοις. Γελασίου δὲ ἔφερε τὸ βιβλίον ἐπιγραφήν· οὐ μᾶλλον ὑπάρχον πρακτικὸν, ἢ ἱστορικόν. Εὐτελὴς δὲ καὶ ταπεινὸς τὴν φράσιν· πλήν γε λεπτομερῶς διέξεισι τὰ ἐν τῇ συνόδῳ.

Ἀνεγνώσθη βιβλίον, ὡς ἐν ἱστορίας τύπῳ, τὰ κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον πραχθέντα· τόμοι δὲ τοῦ βιβλίου τρεῖς. Λέγει δὲ τὸν μὲν Ὅσιον τὸν Κουρδούβης, καὶ Βίτωνα καὶ Βικέντιον Ῥωμαϊκοὺς ἱερέας, ἐκ προσώπου Σιλβέστρου τοῦ Ῥώμης παρεῖναι· Εὐστάθιον δὲ τὸν Ἀντιοχείας, αὐτὸν ἐκεῖνον· Ἀλέξανδρον δὲ, ὃς τοῦ πρεσβυτέρου ἀξίωμα εἶχεν, εἰς πρόσωπον αὐτοῦ τοῦ Κωνσταντινουπόλεως Μητροφάνους παρεῖναι. Ἐκεῖνος γὰρ ἐκωλύετο βαθυτάτῳ γήρᾳ· ἐν ἄλλῳ μέν τοι ἔχοντι τὰ αὐτὰ, « Γελασίου τοῦ ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς Παλαιστίνης, » εὗρον τὸ βιβλίον ἐπιγραφόμενον, καὶ ἀπάρχεται δὲ οὕτω· « Τὰ κατὰ τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν τῶν ἐπισκόπων συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐκ πασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν τοῦ Ῥωμαίου κόσμου ἐπαρχιῶν, καὶ Περσίδος. » Φησὶ δὲ αὐτὸν ὁ συγγραφεὺς οὗτος ἐπὶ Βασιλίσκου, ὃς ἐκβαλὼν Ζήνωνα ἐτυράννησεν, ἀκμάζειν.

Photius patriarcha CP. in Bibliotheca

[1] Lecta sunt primæ synodi acta, tribus comprehensa libris. Gelasii titulum opus præfert; nec tam acta sunt, quam historia. Sermo simplex et humilis : cæterum minima quæque in synodo gesta narrat.

[2] Legimus historiæ forma res in Nicæna synodo gestas : liber autem divisus est in tres partes. Refert auctor [3] Osium Cordubæ episcopum, et Bitonem atque Vincentium Romanos sacerdotes Silvestri Romani pontificis legatos adfuisse. Eustathium autem Antiochenum patriarcham per seipsum : Alexandrum vero presbyterum, Metrophanis Constantinopolitani legatum. Neque enim hic ætate confectus adesse poterat. In alio tamen exemplari, quo eadem prorsus continebantur, hunc titulum libro inscriptum reperi : « Gelasii Cæsareæ Palæstinæ episcopi. » Operis autem ipsius principium ejusmodi est : « Quæ in prima et magna et universali episcoporum synodo ex omnibus, ut sic dicam, Romani orbis provinciis, ipsaque adeo Perside congregata, » etc. Affirmat hic scriptor [4] se sub Basilisco, qui Zenone pulso tyrannidem occupavit, vixisse.

Νικήτας Χωνιάτης ἐν πανοπλίᾳ δογματικῇ.

Εὐσέβιος δὲ ὁ Παμφίλου ἐν τῷ τρίτῳ λόγῳ τῶν εἰς τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον, ἀπεῖναί φησι τὸν Κωνσταντινουπόλεως διὰ γῆρας· οὐ δηλοῖ δὲ καὶ τὸ τούτου ὄνομα· ἀντ' αὐτοῦ δὲ παρεῖναι πρεσβυτέρους. Τὰ δέ γε πρακτικὰ τῆς συνόδου διαλαμβάνουσι Μητροφάνη μὲν εἶναι Κωνσταντινουπόλεως ἐπίσκοπον, διὰ δὲ βαθὺ γῆρας μὴ συνεδρεῦσαι τῇ συνόδῳ, ἀλλὰ πληρῶσαι ἐκείνου τόπον Ἀλέξανδρον. Ὃς πρεσβύτερος ὢν, καὶ τοῖς συνοδικοῖς τότε πρὸς τὰ τῆς Εὐρώπης μέρη διηκονήσατο γράμμασι.

[1] Cap. 15. [2] Cap. 88. [3] Lib. II, cap. 5. [4] In Præfat.

(*b*) A Roberto Balforeo Scoto Parisiis, an. 1600, in octavo, typis Frederici Morelli, et an. 1604, in folio, in Commeliniano bibliopolio.

(*c*) De editione Romana G.-L. anni 1608, intellige.

Nicetas Choniates de orthodoxa fide, lib. v, c. 6.

Eusebius Pamphili lib. III de Vita Constantini imperatoris, Constantinopolitanum quidem pontificem a synodo Nicæna abfuisse scribit propter senium; at nomen ejus supprimit : cujus loco presbyteri quidam comparuerint. At vero ex synodi actis [5] constat Metrophanem Constantinopoleos id temporis episcopum fuisse, qui decrepitam ob ætatem in synodo considere non potuerit : cujus tamen vicem Alexander suppleverit presbyter, cujus ministerio synodicæ litteræ in Europam transmittebantur.

Ἰωάννης ὁ Κυπαρισσιώτης δεκάδος γ', κεφ. δ'.

Ἐν τῇ ἁγίᾳ πρώτῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ, ἀπὸ τῆς δι' Εὐσεβίου τῶν Πατέρων ἀποκρίσεως πρὸς τὸν φιλόσοφον, φασί· Νοητέον οὖν, ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Κύριος, ὁ κτίσας τὴν λογιστικὴν σοφίαν εἰς ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, ἣν ηὐτρέπισε τῷ κατ' εἰκόνα ἀνθρώπῳ αὐτοῦ.

Joannes Cyparissiota decadis 3, cap. 4.

In prima et œcumenica synodo, ex responsione Patrum ad philosophum, quam Eusebius reddidit. Advertendum, inquiunt [6], est hunc esse dominum, qui sapientiam ratiocinantem creavit principium viarum suarum, quam præparavit homini ad imaginem suam a se creato.

Ὁ αὐτὸς δεκάδος ι'. κεφ. β'.

Ἀπὸ τῆς πρὸς Φαίδωνα τὸν φιλόσοφον διαλέξεως, ἐκ τῆς πρώτης συνόδου. Ἡ δὲ καθολικὴ πίστις μίαν μόνην οἶδε θεότητα, καὶ ταύτην πρεσβεύει, Πατρὸς, Υἱοῦ, καὶ ἁγίου Πνεύματος· παρ' ἣν οὐ λογισθήσεται ἑτέρα.

Idem decadis 10, cap. 2.

Ex disputatione contra Phædonem philosophum, quæ est in prima synodo. Fides, inquit [7], catholica unam solam divinitatem novit, et hanc colit, Patris, Filii, et Spiritus sancti. Præter hanc non reputabitur altera.

—

De tempore [8] *quo celebratum fuit concilium Nicænum.*

Concilium Nicænum sub papa Silvestro celebratum fuisse, et Latinæ sudscriptiones canonum et omnium veterum [9], qui de ea re scripserunt, monumenta vel affirmant, vel significant, uno excepto Sozomeni [10] depravato loco, quem Cassiodorus, Historiæ tripartitæ concinnator, et alii recentiores secuti sunt. Inde orta est de tempore concilii Nicæni ingens apud posteros controversia, aliis calculum subscriptionum Latinarum et auctoritatem Eusebii, Hieronymi, Socratis, Theodoreti et Gelasii Cyziceni, qui omnes illud vel diserte vel tacite ad Silvestri ætatem referunt, proponentibus ; aliis Sozomenum, qui contra omnium vel majorum vel æqualium suorum fidem, ipsum ad Julii pontificatum mendose deprimit, opponentibus. Photius [11] ut utramque partem conciliet, et Sozomenum cum Gelasio Cyziceno in concordiam reducat, sub Silvestro inceptum, sub Julio absolutum statuit. Hæretici nostri sæculi (quorum in omnibus studium est officere Romanæ Ecclesiæ, quæ ut antiquiorem, ita saniorem sententiam tuetur) Sozomeni corruptum locum abripiunt, et sub Julio celebratum fuisse importune contendunt. Quod falso fundamento niti, mendumque manifestum in Sozomeni scriptione esse, vel ex marginali adnotatione, quæ in textum irrepserit, vel ex voce, πολιὸς, id est senex, canus, venerandus, quæ vitio scribæ in Ἰούλιος evaserit, sic ex Sozomeno ipso demonstratur. Primum, causa quam prætexit Sozomenus, cur concilio Nicæno interfuerit Romanus pontifex, decrepitam scilicet senectutem, in Julium cadere nullo modo potest, qui juxta Socratem et Sozomenum ipsum usque ad triginta fere annos post concilium Nicænum ætatem produxit. Tradit enim Socrates [12], atque ex ipso Sozomenus [13], Constantium post tyrannos Magnentium, Silvanum et Gallum cæsos, Sirmio Romam ad triumphandum profectum, ac eodem tempore concilium in Italia convocasse, dumque ad illud episcopi iter pararent, Julium episcopum Romanum e vivis excessisse. Magnentius autem cæsus fuit, juxta Sozomenum [14], sub sexto consulatu Constantii, et secundo Galli, qui annus a concilio Nicæno 28 numeratur : Gallus vero, juxta eumdem Sozomenum [15], sub septimo consulatu Constantii, et tertio sui ipsius, qui annus est 29 a concilio : et Silvanus, teste Ammiano Marcellino [16], post Gallum. Qui ergo fieri potuit, ut qui Ecclesiam Romanam, secundum Sozomenum, tricesimo fere post concilium Nicænum anno regebat, ob graviorem ætatem concilio Nicæno adesse nequiverit? Præterea, Julii pontificatum fuisse viginti quinque annorum scribit Sozomenus [17], idque etiam mendose, ι in κ verso, ut constat ex Socrate [18], unde Sozomenus illa omnia fere de verbo ad verbum expressit, qui solos quindecim annos Julio tribuit. Sed concedamus Julium annis viginti quinque Ecclesiam rexisse : quomodo potuit qui viginti quinque annis in sede vixit, et obiit tricesimo fere post concilium Nicænum anno, tempore concilii Nicæni pontificatum tenuisse? Adde Sozomeni [12] ἐποχὴν qui in prolegomenis concilii Nicæni, ut exordium Historiæ suæ temporis nota signaret, sic prælocutus est : Crispo et Constantino Cæsaribus consulibus, Romanæ Ecclesiæ antistes fuit Silvester. Fuisse autem tum consulatum Crispi et Constantini tertium, idem Sozomenus ita in Præfatione operis sui attestatur : *Sum vero historiam exorsus a Crispo et Constantino*

[5] Lib. III, cap. 5. [6] Lib. II, cap. 18. [7] Lib. II, cap. 22. [8] Ex eadem Romana editione anni 1608. [9] Euseb. in chron. ubi pro 22 Maii scriptum est 2. Hieron. in Chron.; Socr. lib. II, cap. 27; Theod. *Hist. Eccl.* lib. I, cap. 3; Gelas. Cyzic. lib. I. [10] *Hist. Eccl.* lib. I, cap. 16. [11] Epist. ad Mich. Bulg. [12] *Hist. Eccl.*, lib. II, cap. 27. [13] *Hist. Eccl.* lib. IV, cap. 7. [14] Ibid. cap. 6. [15] Ibid. [16] Lib. XV. [17] Loc. cit. [18] Loc. cit. [19] Lib. I, c. 2.

Cæsaribus jam tertium consulibus. Atqui tertius con- A sulatus Crispi et Constantini, qui annus Christi 324 fuit, immediate præcessit consulatum Paulini et Juliani, id est, annum Christi 325, sub quo celebrata est synodus Nicæna, auctore Socrate [20], et Sozomeno [21] ipso, qui exitum concilii in principium vicennalium Constantini incidisse affirmat. Quomodo ergo dici potest legatos Ecclesiæ Romanæ in synodo Nicæna missos fuisse a Julio, quos ob locorum intervalla multo ante concilium destinatos oportuit, cum finis consulatus Crispi et Constantini vix quatuor mensibus concilium Nicænum mense Maio anni sequentis celebratum anteverterit [22], et Marcus Romanus pontifex, eodem Sozomeno, ut mox videbitur, teste, inter Silvestrum et Julium medius intercesserit? Accedit etiam querela Julii, ut Sozomenus ipse B refert [23], apud episcopos Orientales, quod eum ad synodum Antiochenam non vocassent. Hoc autem ut stare potest cum excusatione senectutis, ob quam non adfuit concilio Nicæno, quod sedecim annis Antiocheno illo antiquius fuit? Imo quare Julio senectutis causam prætexuit Sozomenus, cur a concilio Nicæno abfuerit, non autem eam multo magis attulit, cur ad concilium Sardicense, quod duobus et viginti annis posterius Nicæno fuit, non profectus sit, sed tantum per legatos ei interfuerit? Sed quid argumentis opus est, cum exstet apud Sozomenum ipsum locus expressus, qui uno ictu hanc difficultatem evacuat, disertisque verbis profitetur, Julium longo post concilium Nicænum intervallo, et circa tempora conciliabuli Antiocheni adversus Eustathium (qui in C concilio Nicæno episcopus Antiochenus fuerat) celebrati, in pontificem Romanum electum fuisse, atque ideo nunquam Sozomeno in mentem venire potuisse ut concilium Nicænum sub Julio collocaret? Ipse enim Sozomenus, qui lib. I, cap. 16, asserit Romanum pontificem ob pondus ætatis concilio Nicæno non adfuisse, quique ultimo capite ejusdem primi libri universam concilii Nicæni historiam omnino absolvit, præfixa fronti secundi libri hac clausula : *Hactenus finem habuere quæ in Nicæa gesta sunt :* ac deinde toto secundo libro ad ea descendit narranda, quæ sub reliquo Constantini imperio contigerunt; is, inquam, ipse Sozomenus, postquam rebus concilii Nicæni finem imposuit, per integra priora secundi libri septemdecim capita percurrit ea, quæ inter concilium Nicænum et Antiochenum in causa Eustathii celebratum, intercesserunt; et demum capite 18, Antiocheni concilii celebrationem, Eustathii abdicationem, et Euphronii subrogationem descripsit : tandem deveniens ad 19 libri secundi caput, affirmat sub id tempus, Sylvestro mortuo, ac in ejus locum ad breve spatium, id est secundum Hieronymum [24], menses octo, suffecto Marco, Julium in sedem Romanam evectum fuisse. Verba ejus sunt : *Per id tempus cum Marcus post Silvestrum ad exiguum tempus episcopatum Romanum gessisset, Julius in illam sedem successit : in sedem autem Hierosolymitanam post Macarium, Maximus* [25]. Hæc non advertisse Bedam et cæteros Latinos scriptores, qui pene Cassiodori vestigiis institerunt, minor culpa est : non enim exstabat apud eos integrum Sozomeni exemplar, ubi hic locus habetur, sed tantum tesserulæ quædam in illo Historiæ tripartitæ vermiculato opere insertæ. At novos istos censores et integro Sozomeni exemplari fretos, et adeo oculatos, ut sibi nihil non videre videantur, quis excusare poterit? Sed de his hactenus.

[20] Lib. I. [21] Lib. I, cap. 25. [22] Socr. lib. I, cap. 9. [23] Lib. III, cap. 9. [24] In *Chron.* [25] Sozom. lib. II, cap. 19.

ΛΟΓΟΣ ΠΡΩΤΟΣ.

LIBER PRIMUS.

Quæ in sancta (1), magna et universali episcoporum synodo ex omnibus, ut sic dicam, Romani orbis provinciis, et ex Perside, Dei gratia, et pii ac Deo chari imperatoris nostri Constantini edicto, Nicææ congregata, pro apostolica et orthodoxa fide, contra perversa et impia impii Arii dogmata : omnia, inquam, quæ in præclara illa et sancta sy-

D Τὰ κατα τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην καὶ οἰκουμενικὴν τῶν ἐπισκόπων συναθροισθεῖσαν σύνοδον ἐν τῇ Νικαέων, ἐκ πασῶν, ὡς ἔπος εἰπεῖν, τῶν τοῦ Ῥωμαίων κόσμου ἐπαρχιῶν, καὶ Περσίδος, ἔκ τε τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος, καὶ θεσπίσματος τοῦ θεοφιλοῦς καὶ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου τοῦ ἡμετέρου, ὑπὲρ τῆς ἀποστολικῆς καὶ [καθολικῆς] ὀρθοδόξου πίστεως,

(1) Roberto Balforeo Scoto interprete post Alfonsi Pisani S. J. ampliorem eorumdem Actorum non solum ex Gelasio, sed et ex aliis veteribus scriptoribus historiam in IV partes distributam, quam exhibuit Binius, secutus hic ut in cæteris Venetam Nicolini editionem. Regius vero collector omnino sustulit ut minus necessariam exemplo Romanorum, qui Gelasium G. et L. loquentem duntaxat publicarunt anno 1608.

κατὰ τῶν μοχθηρῶν καὶ ἀσεβῶν δογμάτων τοῦ θεομάχου Ἀρείου· πάντα τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἐναρέτῳ καὶ ἁγίᾳ συνόδῳ λεχθέντα τε καὶ πραχθέντα καὶ διατυπωθέντα πάλαι τε καὶ πρόπαλαι ἀναγνοὺς ἔτι ἐν τῇ πατρῴᾳ οἰκίᾳ διάγων, εὑρηκὼς αὐτὰ ἐν βίβλῳ ἀρχαιοτάτῃ ἐγγεγραμμένα ἐν μεμβράναις ἅπαντα ἀπαραλείπτως ἐχούσαις· γενομένης μὲν τοῦ θείου καὶ ἀοιδίμου Δαλματίου τοῦ ἀρχιεπισκόπου γενομένου τῆς ἁγίας καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας τῆς τῶν Κυζικηνῶν λαμπρᾶς μητροπόλεως, περιελθούσης δὲ εἰς τὸν τοῦ ποτε ἡμετέρου οἴκου δεσπότην, λέγω δὴ τὸν κατὰ σάρκα πατέρα ἐμὸν, τῆς αὐτῆς ἁγιωτάτης Ἐκκλησίας πρεσβυτερίου ἠξιωμένον. Ἥτινι ἱερᾷ βίβλῳ ἐντυχὼν, καὶ σχολὴν πολλὴν ἐν αὐτῇ ποιησάμενος, ἐπὶ μνήμης μὲν φέρειν πάντα οὐχ οἷός τε ἤμην· οὐδὲ γὰρ ἄν τις ἀνθρώπων τὸ ἄφατον ἐκεῖνο πέλαγος τῶν ἐν αὐτῇ ἐγκειμένων ἐπὶ μνήμης διὰ στόματος φέρειν δυνηθείη· πλεῖστά τε ὅσα ἐπεσημηνάμην, τά τε τῶν ἡμετέρων ἁγίων Πατέρων καὶ ἐπισκόπων τῆς τοῦ ὑγιαίνοντος λόγου διδασκαλίας αὐτῶν δόγματα, τάς τε πρὸς τοὺς Ἀρειομανίτας αὐτῶν ἀντιθέσεις, καὶ τοὺς κατὰ τῆς ἐκείνων βλασφημίας ἐγγράφους ἐλέγχους, ἧς ἐβλασφήμησαν οἱ μιαροὶ Ἀρειομανῖται κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· τάς τε τῶν μισθωτῶν Ἀρείου τῶν φιλοσόφων πρὸς τοὺς ἐπισκόπους ἀντιῤῥήσεις, τάς τε τῶν ἡμετέρων πρὸς ἐκείνους διὰ Γραφικῶν διδαγμάτων κατὰ τῶν αὐτῶν σοφισμάτων ἐναργεῖς ἐπιλύσεις· περί τε τῆς ἀνάρχου καὶ ἀεὶ τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ συνυπαρχούσης τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος προαιωνίου μιᾶς θεότητος, περί τε τῆς αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου ἐπ' ἐσχάτων, τῆς ἡμετέρας ἕνεκα σωτηρίας, ἐκ τῆς θεοτόκου Παρθένου Μαρίας ἀποῤῥήτου σαρκώσεως, καὶ τῶν τῆς Ἐκκλησίας ἀποστολικῶν διατυπώσεων, πᾶσαν ἁπλῶς τὴν ἐκεῖσε γεγενημένην πραγματείαν ἐνιστορήσας ἐν τῇ προῤῥηθείσῃ ἱερᾷ βίβλῳ, πρό γε πάντων τὰς τοῦ πιστοτάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ ἐν τῇ συνόδῳ συνεδρεύσαντος, θείας καὶ ἀληθῶς ἀποστολικὰς ἐννοίας· ἥσθην εἰς τοσοῦτον τοῖς τῇ βίβλῳ ἐκείνῃ τῇ ἱερᾷ περιεχομένοις, ὥστε εἰπεῖν με πρὸς τὸν Κύριον· « Ὡς γλυκέα τῷ λάρυγγί μου τὰ λόγιά σου, ὑπὲρ μέλι τῷ στόματί μου. » Οὕτως ὑπερηγάσθην ἐν τοῖς ἐκεῖ ἀναγεγραμμένοις περὶ τῆς ἀσπίλου καὶ ἀμωμήτου, ὀρθοδόξου καὶ ἀποστολικῆς πίστεως. Μετὰ δὲ καιρούς τινας φθάσας ἐνταῦθα, τῇ τῶν Βιθυνῶν ἐπαρχίᾳ λέγω, κατ' εὐδοκίαν τοῦ Θεοῦ, κινήσεώς τε καὶ συζητήσεως πλείστης οὔσης, γεγενημένης ἐπὶ τῆς ἀνταρσίας τοῦ ἀνοσίου Βασιλίσκου κατὰ τῆς ἀποστολικῆς καὶ καθολικῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ καὶ τῆς ἐν αὐτῇ πολιτευομένης ἀποστολικῆς πίστεως, ὑπεκκαιόντων μάλιστα καὶ κινούντων τὰ βασίλεια τῶν τῆς τοῦ αἱρετικοῦ Εὐτυχοῦς ὁμοφρόνων συμμορίας, προβαλλομένων ἡμῖν ὑπούλως, τὴν ἐν Νικαίᾳ

A nodo dicta, facta et constituta fuerant, jampridem, cum adhuc in paterna domo vitam degerem, legi, cum illa invenissem in antiquissimo libro in membranis plane integris descripta, qui fuit divini et celebris Dalmatii, in illustri Cyzicenorum metropoli sanctæ atque catholicæ Ecclesiæ archiepiscopi; quique tandem ad familiæ nostræ dominum devenit, patrem dico meum secundum carnem, dignum habitum qui in ordinem presbyterorum ejusdem Ecclesiæ cooptaretur. In quem sacrum librum cum incidissem, multumque in eo posuissem studii, nec potuissem memoria omnia retinere (nemo enim hominum immensum illud mare omnia quæ in eo recondebantur, memoriter in ore habere poterit [1]), plurima annotavi sanctorum nostrorum Patrum, B sanæ doctrinæ episcoporum dogmata, quæque iidem adversus Ariomanitas objecerunt: et scriptas redargutiones adversus illorum blasphemiam, qua scelesti non solum contra Filium, verum etiam contra Spiritum sanctum blasphemabant, et mercenariorum Arii philosophorum adversus episcopos contradictiones, et nostrorum adversus illorum sophismata per doctrinam e Scriptura petitam firmas et apertas solutiones: et de una divinitate Filii et Spiritus sancti, quæ ante sæcula exstitit, quæque principium non habet, sed semper cum Deo et Patre subsistit: et de ejusdem Filii Dei Verbi in novissimis temporibus pro salute nostra ex Deipara Virgine Maria ineffabili incarnatione, et de apostoli- C cis Ecclesiæ constitutionibus, omnem omnino tractationem illic habitam cum in sacro illo libro legissem, et omnium maxime fidelissimi imperatoris Constantini, qui in synodo consederat, divinas et vere apostolicas sententias: ita delectatus sum iis quæ in sacro illo libro continebantur, ut subinde ad Dominum dixerim: « Quam dulcia faucibus meis eloquia tua, super mel ori meo [2]. » Sic supra modum admiratus sum quæ illic scripta erant de pura, irreprehensa, orthodoxa et apostolica fide. Post aliquot annos cum huc, in provinciam dico Bithynorum, volente Deo pervenissem, et commotio atque inquisitio plurima fieret sub impii Basilisci (2) tyrannide adversus catholicam et apostolicam Dei Ecclesiam, et fidem apostolicam in ea vigentem, D succendente potissimum atque commovente regis aulam eorum factione qui hæretico Eutychi consentiebant: qui nobis subdole aiebant, se fidem Patrum, Nicænam, inquam, tenere. Sed convincebantur a nobis illius fidei hostes. Neque enim noverant quæ dicerent, aut de quibus affirmarent. Nam cum proferrem quæ in sacra illa corona orthodoxorum Dei sacerdotum in Spiritu sancto de Domino per eos fuerant explicata, resiliebant a nobis miseri, pejorem Ariana blasphemiam lingua

[1] Socrat., lib. VII, cap. 28. [2] Psal. CXVIII, 103.

(2) Zenonem solio dejecit Basiliscus anno æræ Christianæ 475, et cum Marco filio orthodoxos insectatus est.

sua proferentes contra ea quæ illic definita sunt, et anathema jacientes adversus eos qui ita sentiunt. Propter hæc aliaque multa quæ movebantur contra fidem antiquam, primum a sanctis apostolis, deinde et a sanctis Patribus nostris Nicææ congregatis, in Dei Ecclesia matre nostra vigentem, plurimam omnino et ubique diligentiam adhibui, et, quod dici solet, omnem rudentem movi, ut pervestigarem quæ in sancta illa synodo acta sunt pro sanctæ et apostolicæ fidei determinatione, quam Dei Ecclesia non ab hominibus, neque per homines accepit, verum ab ipso omnium nostrum Salvatore ac Deo Jesu Christo, Dei viventis Filio, qui post adventus sui in carnem œconomiam, « magnum certe pietatis mysterium, sicut scriptum est, manifestatus in carne, et angelis visus [3] : » neque enim vel angelis visibilis est Unigenitus in suæ divinitatis essentia, nisi carnem assumpsisset : postquam omnia quæ ad œconomiam incarnationis suæ spectabant complevisset, voluntariam pro nobis passionem, sepulturam et resurrectionem in illa sancta et peccato non obnoxia carne sua, per quam genus nostrum a morte liberavit, secedens hinc, et in cœlum ascendens, hujus sanctæ et irreprehensæ fidei divinam et adorandam formam per seipsum stabilivit, et magnum intonuit, sicut scriptum est : « Dominus in cœlos ascendit, et intonuit [4], » et alibi : « Et intonuit de cœlo Dominus, et Altissimus dedit vocem suam [5]. » Et quid intonuit ? quam vocem dedit Altissimus ? « Euntes, inquit, ad apostolos loquens, docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti [6]. » Quamvis enim propter suam erga homines charitatem, nostram carnem cum anima et mente ex veneranda plane et sancta Virgine Maria suscepit, illa tamen carnis susceptione, nulla ad Trinitatem Patris, Filii, et Spiritus sancti facta est accessio, sed Trinitas manet Trinitas. « Euntes igitur docete omnes gentes, baptizantes eos in nomine Patris, et Filii, et Spiritus sancti. » Hanc sanctam et adorandam sanctæ et irreprehensæ fidei regulam cum sancti apostoli ab ipso Domino accepissent, in universa sub cœlo Dei Ecclesia eam prædicaverunt : ut ita propheticum oraculum impleretur, quo dicitur : « In omnem terram exivit sonus eorum, et in fines orbis terræ verba eorum [7]. » Post quam fidei summam, et adorandum istud donum nobis per sanctos apostolos a Dei Filio concessum, cum plures jam annos Ecclesiæ persecutio cessasset, nostræ salutis hostis iterum per Arium contra sanctam et irreprehensam fidem armatur, inusitata quædam blasphema verba contra Salvatorem nostrum introducens, quibus Dei Ecclesiam in toto orbe terrarum conturbavit. Quam ob causam fidelissimus imperator Constantinus numerosam illam in urbe Nicæa synodum congregavit.

A φημὶ, ὑπὸ τῶν Πατέρων κρατεῖν πίστιν· οἳ διηλέγχοντο πρὸς ἡμῶν πολέμιοι ἐκείνοις ὑπάρχοντες. Οὐ γὰρ ᾔδεισαν τί λέγουσιν, ἢ περὶ τίνων διαβεβαιοῦνται. Προφέροντος γάρ μου τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἁγίᾳ χορείᾳ τῶν ὀρθοδόξων τοῦ Θεοῦ ἱερέων ἐν Πνεύματι ἁγίῳ τὰ [Ἴσ. περὶ] τοῦ Κυρίου δι' αὐτῶν ἐκφωνηθέντα, ἀπεπήδων ἀφ' ἡμῶν, χείρονα τῶν τοῦ Ἀρείου βλασφημιῶν κατὰ τῶν ἐκεῖσε ὁρισθέντων διὰ γλώττης προσφέροντες [Ἴσ. προφέροντες], καὶ ἀναθεματισμὸν ῥίπτοντες κατὰ τῶν ταῦτα οὕτως φρονούντων οἱ ἄθλιοι. Διὰ ταῦτα καὶ δι' ἄλλα κινηθέντα κατὰ τῆς ἁγίας καὶ ὀρθοδόξου πίστεως ἡμῶν, τῆς ἀνέκαθεν ἔκ τε τῶν ἁγίων ἀποστόλων καὶ τῶν προῤῥηθέντων ἁγίων ἡμῶν Πατέρων τῶν ἐν τῇ Νικαέων συνειλεγμένων, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ τῇ μητρὶ ἡμῶν B πολιτευομένης, πλείστην ὅσην ἔρευναν ἐποιησάμην πάντῃ τε καὶ πανταχοῦ, τὸ δὴ λεγόμενον, πάντα κάλων κινήσας, ἀνερευνῆσαι τὰ ἐν ἐκείνῃ τῇ ἱερᾷ συνόδῳ πεπραγμένα ὑπὲρ τοῦ τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ ἀποστολικῆς πίστεως ὅρου, ἣν οὐκ ἀπ' ἀνθρώπων, οὔτε δι' ἀνθρώπων ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία παρείληφεν, ἀλλ' ἀπ' αὐτοῦ τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος καὶ Θεοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ τοῦ ζῶντος· ὃς μετὰ τὴν τῆς ἐνσάρκου αὐτοῦ παρουσίας οἰκονομίαν, « τὸ μέγα ἀληθῶς τῆς εὐσεβείας μυστήριον, » καθὼς γέγραπται, « φανερωθεὶς τε σαρκὶ, καὶ ἀγγέλοις ὀφθείς. » Οὔτε γὰρ ἀγγέλοις θεατὸς ὁ Μονογενὴς κατὰ τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν, εἰ μὴ ἐσαρκώθη· τὰ πάντα πληρώσας τὰ κατὰ τὴν οἰκονομίαν, τό τε C ὑπὲρ ἡμῶν ἑκούσιον πάθος, καὶ τὴν ταφὴν, καὶ τὴν ἀνάστασιν τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ καὶ ἀναμαρτήτῳ σαρκὶ αὐτοῦ [αὐτῆς] παραχωρήσας, δι' ἧς τὸ ἡμέτερον ἀπεθανάτισε γένος, ἀναβαίνων εἰς τοὺς οὐρανοὺς, ταύτης τῆς ἁγίας καὶ ἀμωμήτου πίστεως τὸν θεῖον καὶ προσκυνητὸν ὅρον δι' ἑαυτοῦ ἔπηξε, καὶ μέγα βροντήσας κατὰ τὸ γεγραμμένον· « Κύριος ἀνέβη εἰς οὐρανοὺς, καὶ ἐβρόντησε. » Καὶ ἐν ἑτέρῳ· « Ἐβρόντησεν ἐξ οὐρανοῦ ὁ Κύριος, καὶ ὁ Ὕψιστος ἔδωκε φωνὴν αὐτοῦ. » Καὶ τί ἐβρόντησεν; ποίαν δὲ φωνὴν ἔδωκεν ὁ Ὕψιστος; « Πορευθέντες, φησὶ, πρὸς τοὺς ἀποστόλους λέγων, μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Εἰ γὰρ φιλανθρωπίαν, τὴν ἡμῶν σάρκα ἔμψυχον καὶ ἔννουν ἐκ τῆς παν- D σέμνου καὶ ἁγίας Παρθένου Μαρίας προσείληφεν, ἀλλ' ἡ τῆς σαρκὸς πρόσληψις προσθήκην τῇ τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος Τριάδι οὐκ ἐποίησεν, ἀλλὰ μένει ἡ Τριάς. « Πορευθέντες οὖν μαθητεύσατε πάντα τὰ ἔθνη, βαπτίζοντες αὐτοὺς εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. » Τοῦτον τὸν ἅγιον καὶ προσκυνητὸν ὅρον τῆς ὀρθῆς καὶ ἀμωμήτου πίστεως παρὰ τοῦ Κυρίου λαβόντες οἱ ἱεροὶ ἀπόστολοι, πάσῃ τῇ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ ἐκήρυξαν· ὡς πληρωθῆναι ἐπ' αὐτοῦ [Ἴσ. αὐτῶν] τὸ προφητικὸν λόγιον, τὸ φάσκον· « Εἰς πᾶσαν τὴν γῆν ἐξῆλθεν ὁ φθόγγος αὐτῶν, καὶ εἰς τὰ

[3] I Tim. III, 16. [4] Psal. LXVII, 34. [5] Psal. XVII, 14. [6] Matth. XXVIII, 19, 20. [7] Psal. XVIII, 5; Rom. X, 18.

πέρατα τῆς οἰκουμένης τὰ ῥήματα αὐτῶν. » Ὅν-τινα [Μεθ' ὅντινα] ὅρον καὶ τὴν προσκυνητὴν ταύτην δωρεὰν, τὴν εἰς ἡμᾶς διὰ τῶν θείων ἀποστόλων παρὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ δεδομένην, μετὰ πλείστους δσους [πλείστους] καιροὺς παυσαμένου τοῦ κατὰ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ διωγμοῦ, δι' Ἀρείου πάλιν ὁ ἐχθρὸς τῆς ἡμετέρας σωτηρίας κατὰ τῆς αὐτῆς ἁγίας καὶ ἀμωμήτου ὁπλίζεται πίστεως, ξένα τινὰ παρεισφέρων κατὰ τοῦ Σωτῆρος βλάσφημα ῥήματα, δι' ὧν τὴν εἰς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαν τοῦ Κυρίου ἐτάραξεν. Οὗ χάριν καὶ τὴν πολυάνθρωπον ἐκείνην ἐπὶ τὴν τῶν Νικαέων πόλιν ὁ πιστότατος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος συνήγαγε σύνοδον, ἧς τὰ πεπραγμένα πάντα προεγνωκὼς, ὡς ἀνωτέρω ἔφην, καὶ διερευνησάμενος, μόλις ἐδυνήθην εὑρεῖν φανερὰ τῶν ἐκεῖσε ἐσκεμμένων καὶ ἐγγραφέντων παρά τισι διαφόροις φιλομαθέσιν ἀνδράσιν, Ἰωάννῃ μέν τινι πρεσβυτέρῳ ἀνδρὶ παλαιῷ, ἄγαν γραφικῷ, ἐν τετραδίοις παλαιοῖς λίαν, οὐ μὴν δλα. Καὶ ἐξ ἄλλων δὲ συγγραφέων, Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐπισκόπου Καισαρείας, καὶ Ῥουφίνου πρεσβυτέρου Ῥώμης, τῶν καὶ [καὶ τῶν] τῇ ἁγίᾳ ἐκείνῃ κοινωνησάντων συνόδῳ, καὶ ἄλλων πλείστων δσων. Οὐ μὴν τὴν ἀκολουθίαν τῆς ὅλης ἁρμονίας εὗρον κατὰ τὴν ἱερὰν ἐκείνην βίβλον, ᾗ προ[σ]ενέτυχον, ὡς ἀνωτέρω μοι εἴρηται. Μόνος γαρ Εὐσέβιος ὁ θαυμάσιος ὁ Παμφίλου ἀτρεπτὶ τῇ λεωφόρῳ τῆς ἀληθείας ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας ἕως τῶν τοῦ μεγάλου Κωνσταντίνου χρόνων διώδευσεν. Ἀλλ' οὐδὲ τὰ ὅλα εὑρεῖν ἠδυνήθην, πλὴν δσα γνώριμά μοι καὶ τῆς ἀληθείας ἴδια, κατὰ τὴν προαναγνωσθεῖσάν μοι βίβλον, εὗρον. Καὶ ἐξ ἑκατέρων ἀναλεξάμενος, ἀναγκαῖον ᾠήθην ἐγγράψαι τῷδε τῷ βιβλίῳ πρὸς ὠφέλειαν κοινὴν, καὶ στήριγμα τῶν ἐντευξομένων τῷδε τῷ γράμματι. Ἄρξεται δή μοι λοιπὸν ὁ λόγος, προοδοποιοῦντός μοι καὶ ποδηγοῦντος τοῦ ἀεὶ ζῶντος Θεοῦ Λόγου, ἀπὸ τῶν χρόνων τῆς βασιλείας τοῦ εὐσεβεστάτου καὶ Χριστοφόρου βασιλέως Κωνσταντίνου, τοῦ καὶ τὴν σύνοδον τῶν ἐπισκόπων ἐν τῇ Νικαέων συναθροισθῆναι προστάξαντος πόλει. Ἐν ἑτέρῳ γὰρ, εἰ τῷ Θεῷ φίλον, τὰ τῆς γενέσεως αὐτοῦ, καὶ τῶν χρόνων τῆς τοῦ πατρὸς αὐτοῦ Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου [*lσ.* Κωνσταντίνου] βασιλείας τὴν διαγωγὴν ἐντάξω συγγράμματι.

A Cujus acta omnia cum, ut supra dixi, cognovissem prius, perquisivi : vix tamen invenire potui nonnulla ex iis quæ illic tractata et conscripta erant, apud plures viros litterarum studiosos, ut apud Joannem quemdam presbyterum, antiquum virum et scribendi admodum peritum, in quaternionibus valde antiquis : neque tamen omnia inde habui, sed ex aliis etiam scriptoribus variis, ut ex Eusebio Pamphili episcopo Cæsareæ, et Ruffino (3) presbytero Romano (4), qui etiam sanctæ illi synodo interfuerunt, aliisque plurimis. Neque tamen totius harmoniæ consequentiam inveni, ut in sacro illo codice, in quem, ut supra dixi, prius incideram. Solus namque admirandus ille Eusebius Pamphili constanter publicam veritati viam ab adventu Domini usque ad magni Constantini tempora ingressus B est. Sed neque omnia invenire potui, præter nota mihi et veritatis propria, ex eo libro quem prius ego legeram. Cum autem ex utrisque aliqua collegissem, necessarium existimavi illa in hoc libro describere ad communem utilitatem, atque confirmationem eorum qui in hæc scripta inciderint. Exordiemur deinceps sermonem nostrum (præeunte atque ducente nos Deo Verbo semper vivente) a temporibus regni religiosissimi et christigeri regis Constantini, qui synodum episcoporum in civitate Nicæa congregari jussit. In alio commentario, si Deo placet, nativitatem ipsius Deo charissimi Constantini, ac statum temporum quibus pater ejus regnavit, referam.

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

« Μετὰ τὴν ἀπόθεσιν τῆς βασιλικῆς ἁλουργίδος τῆς τῶν τυράννων Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ, τὸν ἰδιωτικὸν ἀπειληφότων αὐτῶν βίον, καθά φησιν Εὐσέβιος, χρόνου οὐ πλείστου μεταξὺ γενομένου, βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, (τὸν πάντα βίον πραότατος), καὶ τοῖς ὑπηκόοις εὐνοϊκώτατος, τῷ τε θείῳ λόγῳ προσφιλέστατον ἑαυτὸν διαθέμενος, παῖδα γνήσιον Κωνσταντῖνον αὐτοκράτορα καὶ σεβαστὸν ἀνθ' ἑαυτοῦ καταλιπὼν, κοινῷ φύσεως νόμῳ τελευτᾷ τὸν βίον. Ἁπάσης μετὰ θάνατον, δση βασιλεῖ τις ἂν ὠφείλετο, τιμῆς ἠξιωμένος, χρηστότατος, καὶ ἠπιώτατος βασιλεὺς γεγονώς· ὃς δὴ καὶ μόνος τῶν καθ' ἡμᾶς ἐπαξίως τῆς ἡγεμονίας τὸν πάντα τῆς ἀρχῆς διατελέσας χρόνον, καὶ τὰ ἄλλα τοῖς πᾶσι δεξιώτα

C

CAPUT PRIMUM.

« Non multo post tempore (ut inquit Eusebius[a]) quam tyranni Diocletianus et Maximianus deposita regali purpura, privatam vitam elegerunt, imperator Constantius (tota vita clementissimus) subjectis benevolentissimus, et erga divinum Verbum amicissime affectus, cum germanum filium suum Constantinum imperatorem et Augustum pro se reliquisset, communi naturæ lege finem vivendi fecit. Post mortem dignus habitus omni honore qui imperatori debebatur, quippe vir et optimus et mansuetissimus fuit, quique solus inter imperatores nostræ memoriæ, totum regni sui tempus, ut imperii dignitas postulat, exegit : et cum in aliis omnibus humanissimum et beneficentissimum sese

[a] *Hist.* lib. I, 26.

(3) Ruffinus tamen laudatur ab Hieronymo in *Chronico* ad an. 377, longe post concilium Nicænum. Vide caput sequens. HARD.

(4) *Et ex aliis, qui*, etc., habet Alfonsi Pisani versio, quam identidem interpolavit Balforeus substituitque *ex iis qui sancta illi*, etc. Romani vero editores illis sublatis et substituta particula *etiam* ut melius responderet Græco textui, rem omnem obscurarunt, dum Ruffinum non secus atque Eusebium concilio Nicæno præsentem insinuant.

præberet, laudabilem admodum et beatum vitæ exitum consecutus est. Solus ex imperatoribus ob filium ingenuum, quem post se in imperio successorem reliquit, principem in omnibus modestissimum et sanctissimum, prospere ac gloriose excessit e vita. Hujus filius Constantinus, statim a principio imperator summus et Augustus cum ab exercitibus, tum multo ante ab ipso Deo summo omnium imperatore declaratus, paternæ pietatis erga religionem nostram æmulum sese et imitatorem præstitit. » Et post aliqua[9] : « Cum sic Constantinus (quem imperatorem ex imperatore, religiosum ex religiosissimo patre et omnino modestissimo natum diximus) prudentia et pietate ornatus, Dei imperatoris omnium et Salvatoris instinctu, contra impiissimos tyrannos excitatus esset : Romæ quidem, Deo opem ferente, Maxentius præter omnium opinionem ab ipso devictus cadit : qui vero in Oriente erat tyrannus, non multo tempore illi superstes, a Licinio nondum insaniente (quem religiosissimus imperator Constantinus eo contra illum miserat) superatus, turpissima morte vitam finiit. Constantinus autem honore et imperii gradu summus, prior ipse eorum qui Romæ tyrannide opprimebantur, antea misertus, postquam Deum cœli, Verbumque ejus Jesum Christum Salvatorem omnium, adjutorem sibi precibus invocasset, Romam cum omnibus copiis proficiscitur, ut Romanis pristinam libertatem, quam a majoribus acceperunt, restitueret. » Hæc Eusebius. Ruffinus vero licet non ordine rerum omnem consequentiam, et veritatis harmoniam secutus, illustris illius Eusebii Pamphili historiam exposuerit : tamen ego quæcunque affinia Eusebianæ historiæ invenero, cum in Ruffino, tum in scriptoribus aliis, colligens, ut supra dixi, huic operi inseram. Ille vero sic ait (5) : « Postquam Diocletianus et Maximianus regni insignia deposuissent, ac Constantius excessisset e vita, reliqui Romani imperii reges qui simul imperabant, hi erant. Constantinus in partem patris sui successit, quæ ab ea quæ vocatur Europa incipiens, ad Danubium usque protenditur, utramque Scythiam, Celtas omnes, Illyrios, Sarmatas, et omnem Barbarorum terram quæ ad Rhenum fluvium porrigitur, atque Macedoniam, et vicinum mare complexa, Thessaliam, et Achaiam, et quæcunque ad occidentem solem vergentia, Ionio terminantur mari. Maximinus Diocletiani filius (ut ait Eusebius) omnes ad Orientem gentes; Maxentius vero Romam, et quæ ab Italia ad Oceanum protenduntur, administrabant. »

CAP. II.

Postquam Constantinus patri legitime parentas-

τον καὶ εὐεργετικώτατον παρασχὼν ἑαυτὸν, τέλος εὐδόκιμον καὶ τρισμακάριον ἀπείληφε τοῦ βίου, μόνος, ἐπὶ [*Ισ παρέλκει τὸ, ἐπὶ*] τῆς αὐτοῦ βασιλείας εὐμενῶς καὶ ἐπιδόξως ἐπὶ διαδόχῳ γνησίῳ παιδὶ, τὰ πάντα σωφρονεστάτῳ τε καὶ εὐσεβεστάτῳ, τελευτήσας. Τούτου παῖς Κωνσταντῖνος εὐθὺς ἀρχόμενος, βασιλεὺς τελειότατος καὶ σεβαστὸς πρὸς τῶν στρατοπέδων, καὶ ἔτι πολὺ τούτων πρότερον παρ' αὐτοῦ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ ἀναγορευθεὶς, ζηλωτὴν ἑαυτὸν τῆς πατρικῆς περὶ τὸν ἡμέτερον λόγον εὐσεβείας κατεστήσατο. » Καὶ μεθ' ἕτερα· « Οὕτω δὴ Κωνσταντίνου, ὃν βασιλέα ἐκ βασιλέως, εὐσεβῆ τε ἐξ εὐσεβεστάτου καὶ τὰ πάντα σωφρονεστάτου γεγονέναι εἰρήκαμεν, συνέσει τε καὶ εὐσεβείᾳ τετιμημένου, παρὰ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ τῶν ὅλων καὶ Σωτῆρος κατὰ τῶν δυσσεβεστάτων τυράννων ἀνεγηγερμένου, Θεοῦ συμμαχοῦντος αὐτῷ, παραδοξότατα πίπτει μὲν ἐπὶ Ῥώμης ὑπὸ Κωνσταντίνου Μαξέντιος. Ὁ δ' ἐπ' ἀνατολῆς οὐ πολὺν ἐπιζήσας ἐκείνῳ χρόνον, αἰσχίστῳ καὶ αὐτὸς θανάτῳ ὑπὸ Λικινίου, οὔπω τότε μανέντος, πεμφθησομένου [*Ισ.* πεμφθέντος] κατ' αὐτοῦ ὑπὸ Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως, καταστρέφει τὸν βίον. Πρότερός γε μὴν ὁ καὶ τιμῇ καὶ τάξει τῆς βασιλείας πρῶτος Κωνσταντῖνος τῶν ἐπὶ Ῥώμης κατατυραννουμένων φειδὼ λαβὼν, Θεὸν τὸν οὐράνιον, τόν τε τούτου Λόγον, αὐτὸν δὴ τὸν πάντων Σωτῆρα Ἰησοῦν Χριστὸν σύμμαχον δι' εὐχῶν ἐπικαλεσάμενος, πρόεισι πανστρατιᾷ τὰ τῆς ἐκ προγόνων ἐλευθερίας Ῥωμαίοις προμνώμενος. » Ταῦτα ὁ Εὐσέβιος. Ὁ δὲ Ῥουφῖνος, εἰ καὶ μὴ κατὰ τάξιν τὴν ἀκολουθίαν καὶ τὴν τῆς ἀληθείας ἁρμονίαν Εὐσεβίου τοῦ πάνυ τοῦ Παμφίλου τὴν ἱστορίαν ἐνέθηκεν, ἀλλ' ὅμως ὅσα συγγενῆ τῆς Εὐσεβίου πραγματείας εὕροιμι, ἐκ τοῦ αὐτοῦ Ῥουφίνου καὶ τῶν ἄλλων συγγραφέων ἀναλεξάμενος ἐνθήσω, καθὰ ἀνωτέρω εἴρηκα, τῷδε τῷ βιβλίῳ. Λέγει δὲ καὶ οὗτος· « Μετὰ γοῦν τοῦ Διοκλητιανοῦ καὶ Μαξιμιανοῦ ἀπόθεσιν, καὶ τὴν τελευτὴν Κωνσταντίνου, ὑπολείπονται τῆς Ῥωμαίων ἀρχῆς ὁμόχρονοι βασιλεῖς οἵδε· Κωνσταντῖνος μὲν τοῦ πατρὸς μοῖραν εἰληφώς· αὕτη δὲ ἦν ἀπό τε τῆς καλουμένης Εὐρώπη ἀρχομένη, ἐπί τε τὸν Ἴστρον διήκουσα, Σκυθίαν τε ἑκατέραν, καὶ Κελτοὺς ἅπαντας, Ἰλλυριούς τε καὶ Σαυρομάτας, καὶ τὴν ἐπὶ τὸν Ῥῆνον ποταμὸν καθήκουσαν τῶν Βαρβάρων γῆν, τήν τε Μακεδονίαν, καὶ τὴν πρὸς αὐτὴν θάλασσαν, Θεσσαλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν, καὶ ὅσα πρὸς ἥλιον δυόμενον ἐπιστρέφοντα, τὸ Ἰόνιον ὁρίζει πέλαγος. Καὶ Μαξιμῖνος δὲ ὁ Διοκλητιανοῦ παῖς, ἅπαντα τὰ κατὰ τὴν Ἀνατολὴν ἔθνη, καθά φησιν ὁ Εὐσέβιος. Μαξέντιός τε τὴν Ῥώμην, καὶ τὰ ἀπὸ τῆς Ἰταλίας εἰς αὐτὸν καθήκοντα τὸν ὠκεανὸν, διεῖπον. »

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Κωνσταντῖνος οὖν μετὰ τὴν τοῦ πατρὸς ἔννομον

[9] Euseb. lib. IX, cap. 8.

(5) Ruffinum hunc alium esse oportet ab eo, et cujus nunc exstat versio *Historiæ ecclesiasticæ* ab Eusebio Græce scriptæ, nam apud istum Latinum scriptorem nihil hujusmodi legitur. HARD.

A κηδείαν, καὶ τὰς νομιζομένας τιμὰς, ζημίαν ἡγήσατο τῆς Ῥωμαίων συμφορᾶς [Ἴσ. ἐπὶ ταῖς Ῥωμ. συμφοραῖς] τὴν ἡσυχίαν. Ἤκουε γὰρ τὴν Ῥωμαίων πόλιν κάμνουσαν τοῖς Μαξεντίου κακοῖς· εἰς γὰρ ὠμότητα τυραννίδος ὁ τῆς βασιλείας αὐτῷ μετεβάλλετο τρόπος. Πολλούς τε γὰρ ἀκρίτως τῶν ἐν τέλει θανάτῳ παραδιδοὺς, ζημίας τε καὶ φυγὰς καὶ τῆς γῆς ἀναδασμὸν, καὶ προτιμήσεις ἀνεξετάστως ἐπέβαλλεν· ἤδη δὲ καὶ γυναικῶν ἀλλοτρίων ἐρῶν, ἢ τοῖς ἐπιτάγμασιν ἐβιάζετο· καὶ λοιπὸν ἀνασφαλὲς ἦν γυναῖκα ἔχειν εὐπρεπῆ· καὶ διὰ σωφροσύνης φυλακὴν πολλή τις ἦν κατὰ τὴν πόλιν μιαιφονία. Ταῦτα καὶ πλεῖστα ἕτερα ἀκούων ὁ θεοφιλέστατος Κωνσταντῖνος, ἃ μὴ τῆς παρούσης ἐστὶ συντάξεως, παρωξύνετο. Ποιεῖ γὰρ οἰκείαν λύπην τοῖς φιλοθέοις ἀνδράσιν ἡ τῶν ἀλλοτρίων πραγμάτων ἀδικία. B

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Περὶ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, ὅπως κατὰ τοῦ τυράννου Μαξεντίου ἐστρατοπεδεύσατο.

Ἐδόκει δὴ αὐτῷ λοιπὸν τῶν ὅπλων ἅπτεσθαι, καὶ τοῖς τοιαῦτα πάσχουσι Ῥωμαίοις ἐπαμῦναι· τὸ γὰρ ἐκείνους τῶν κακῶν ἐξελέσθαι, ἴσον ἦν, εἶπεν, καὶ πάντας ἀνθρώπους διασῶσαι. Βουλὴν δὲ λαμβάνει, πρότερον τὰς ἀποστατούσας πόλεις τῆς Ῥωμαίων ἡγεμονίας ἀνακαλέσασθαι, τὰς μὲν τοῖς λόγοις, τὰς δὲ τοῖς ὅπλοις, τὰς δὲ τῇ τῆς φιλανθρωπίας εὐποιίᾳ. Τούς τε γὰρ φόρους αὐτοῖς κουφοτέρους ἀπέφηνε, καὶ τὴν τῆς ἀκροάσεως ἰσότητα παρεῖχε, τάς τε νεωτεροποιίας καὶ ἀπονοίας συνετῶς διέλυε, σιωπῶν C μᾶλλον ἢ φοβῶν· εἰδὼς τὰ Σαύρων καὶ τὰ Φράγκων καὶ τὰ Γερμανῶν ἔθνη φιλόκαινά τε εἶναι, καὶ πρὸς τὰς τῶν βασιλέων ἐπαναστάσεις εὐρίπιστον ἔχειν ὁρμὴν, καὶ νόμον πολλάκις τὴν γνώμην ποιεῖσθαι. Ὑπηγάγετο δὲ καὶ Σπάνους, καὶ Βρετανοὺς, καὶ τὰς αὐτόθι νήσους, καὶ τὰ λοιπὰ γένη, καὶ ἅπαντας τοὺς τῶν τοῦ ἡλίου δυσμῶν γινομένους μάρτυρας· εἰδέναι (6) φασὶν, εἴτε ἀληθῶς τῷ ὠκεανῷ καταδύεται, εἴτε καὶ περὶ τὸ ὕδωρ φθάσας, πάλιν δι' ἑτέρας ὁδοῦ πρὸς ἡμᾶς ἀνακάμπτει· εἷλε δὲ καὶ τῷ κράτει τῶν ὅπλων τὰ αὐτόθι βάρβαρα φῦλα, παρέργῳ τῆς μάχης πρὸς τὸ ἔργον συγχρησάμενος. Τοὺς μὲν γὰρ ὑποτάξας, τοὺς δὲ μισθοδοτήσας, τοὺς φίλους ἀντὶ πολεμίων, καὶ συνήθεις ἀντὶ παλαιῶν ἐχθρῶν καταστήσας, ἐπανήγαγε πάντας συμμάχους, οὐδένα D λυπήσας, οὐδὲ πολιορκήσας, καὶ ἐπὶ τὴν ἑτέρων σωτηρίαν ἐπειχθείς. Ὅπου γὰρ ὁ Θεὸς συμμαχεῖ, πάντα κατευθύνεται, καὶ τὸν ἀνθρώπινον λογισμὸν ὑπεραίρει. Μετὰ τοιαύτης φιλοθέου γνώμης ὁ πάντα πιστότατος Κωνσταντῖνος τὸν Ῥῆνον ἐπὶ δεξιᾷ διαβὰς, καὶ πολλὰ μὲν ὄρη, πολλοὺς δὲ ποταμοὺς ἀνωνύμους ὀλίγῳ στρατῷ περαιωθεὶς, πολλά τε βάρβαρα ἔθνη χειρωσάμενος, Γάλλων τε, καὶ Φράγκων, καὶ Σπάνων δέκα ἔθνη προσαγόμενος, προσῆγε λοιπὸν τῆς Ἰταλίας ὄρεσι τὸ στράτευμα. Ταῦτα ἀκούσαντι τῷ Μαξεντίῳ, ταραχή τις ἦν ἀδόκητος. Οὐ γὰρ ἄν ποτε τοσαύτην χώραν διαβῆναι προσεδόκα, ὄρεσι,

(6) Forte, οἶ εἰδέναι. Hard.

set, et consuetos persolvisset honores, otium in ea Romanorum calamitate sibi damnum esse duxit. Audivit enim Romam Maxentii improbitate graviter affligi, qui regni moderationem in sævam tyrannidem commutaverat. Multos enim principes viros indicta causa neci dedit : supplicia et exsilia irrogabat, agros et honores sine delectu tribuebat : alienas conjuges, quarum amore capiebatur, aut fraude in stuprum illexit, aut imperiis ad flagitium impulit : nulli tutum erat formosam uxorem habere : pudicitiæ tutandæ causa multa erat in tota urbe cædes. Cum hæc aliaque plurima, quæ hujus instituti non sunt, Constantinus Deo charissimus audivisset, graviter commotus est. Viris enim piis proprium dolorem commovet aliena injuria.

CAP. III.

De rege Constantino, quomodo exercitum contra tyrannum Maxentium duxit.

Placuit ergo Constantino arma capere, et Romanos a talibus injuriis vindicare ; nam illos ex malis eripere perinde esse dicebat, atque omnes homines servare. Primum statuit revocare urbes quæ a Romano imperio desciverant; alias quidem verbis, alias vero armis, nonnullas etiam beneficentiæ et humanitatis officiis. Nam tributa leviora reddidit, in hominibus audiendis admittendisque æquabilem se præbuit : rerum novarum studia et insolentias caute sustulit, silentio magis quam metu : sciens Saurorum, Francorum et Germanorum gentes novitatis studiosas, contra reges motus facile concitare, ac sæpe animi sensum tanquam legem sequi. Adduxit etiam Hispanos, Britannos, et insularum quæ illic sunt incolas, atque nationes reliquas : omnes etiam occasus solis testes, qui se scire gloriantur utrum sol vere Oceano immergatur, sive circum aquas currens, rursum alia via ad nos redeat : barbaras illic gentes vi et armis cepit, hac velut belli accessione ad susceptum opus opportune usus. Ex iis enim populis alios quidem subegit, aliis stipendia solvit, nonnullos etiam ex hostibus amicos, ex veteribus inimicis familiares et conjunctos reddidit : omnes vero futuri belli socios sibi adjunxit, neminem lædens, nec obsidione premens, et ad aliorum salutem magna festinatione properans. Deo enim belli adjutore, omnia recte geruntur, et res supra humana consilia ad meliores provehuntur exitus. Cum hoc igitur tam pium consilium in animo haberet fidelissimus imperator Constantinus, Rhenum flumen ad dextram trajecit ; multos montes, multos etiam sine nomine fluvios cum exiguis primum copiis transmisit : deinde Barbaris multis subactis, Gallorum, Francorum, et Hispanorum decem nationibus sibi adjunctis, reliquum omnem exercitum ad Italiæ montes perduxit. Maxentium tam inopinatæ rei

nuntius magnopere commovit. Nunquam enim putavit fore, ut quispiam exercitum per tam latas regiones trajiceret, easque montibus, fluviis, et multorum barbarorum armis interclusas, atque aliis etiam difficultatibus, quæ in locis desertis sua sponte proveniunt. Regnorum enim præsidium maximum plerumque fit ipsa locorum solitudo. Placuit interim exercitum clam Roma egressum multa cum celeritate adversum ducere, et hostem ab Italia depellere. Ubi vero contra instructæ erant acies, et visa utrinque militaria signa; tum non eadem spe pugnaturi videbantur. Romani enim expositi, et per phalanges effusi, tum multa cessatione et quiete recreati, digni videbantur qui pugnam cum hoste committerent, spiritus magnos gerentes et urbe ipsa dignos. Constantini vero milites in armis stantes instructi, multam quidem terram occupaverant, multa vero spolia et exuvias belli collegerant, cursu magis victoriæ utentes, quam fructum aliquem percipientes ex rebus captis. Cæterum longa defatigatione fracti, nimia laborum assiduitate languentes erant et remissi.

A καὶ ποταμοῖς, καὶ ποικίλοις βαρβάροις πεφραγμένην, καὶ ταῖς αὐτοφυέσι τῆς ἐρημίας δυσχερείαις. Μέγιστον γὰρ γίνεται πολλάκις ἐπιτείχισμα βασιλείας ἡ τῶν τόπων ἐρημία. Καὶ δὴ ἐδόκει, σὺν πολλῷ τάχει τῆς Ῥώμης ὑπεξελθόντα τὸν στρατὸν ἀνθυπεξάγειν, καὶ τῆς Ἰταλίας που προαναχρούσασθαι. Ὡς δὲ ἀντιπαρετάττοντο, καὶ τὰ σημεῖα εἶδον ἀλλήλων, ἐνταῦθα ἡ μάχη λοιπὸν ἄνισον εἶχε τὴν ἐλπίδα. Οἱ μὲν γὰρ ἀπὸ Ῥώμης προεκτεθέντες, καὶ κατὰ φάλαγγας ἐκχεόμενοι, καὶ ἐκ πολλῆς ἐκεχειρίας διαναπαύσεως ὄντες, ἐδόκουν ἀξιόμαχοι καταφαίνεσθαι φρόνημα φέρειν ἄξιον τῆς πόλεως ἐφάμιλλον. Οἱ δὲ μετὰ Κωνσταντίνου παραταττόμενοι πολλὴν μὲν κατειλήφεισαν γῆν, πολλὰ δὲ λάφυρα καὶ σκῦλα τοῦ πολέμου συνήγοντο πόθῳ, δρόμῳ δὲ μᾶλλον τῆς νί- B κης, ἢ ἀπολαύσει τῶν εἰλημμένων χρησάμενοι. Ἤδη δὲ λοιπὸν ἦσαν πρὸς τὸν κάματον ἀπαγορεύοντες, καὶ πρὸς τὴν πυκνότητα τῶν πόνων ἐνδιδόντες.

CAP. IV.

De cruce quæ apparuit Constantino in cœlo.

Cum ad hunc modum pugnare decrevissent, et copiæ viribus pares utrinque starent instructæ, Deus Constantinum cœlitus armat, ostendens ei in cœlo salutare crucis signum ex lucis splendore in cœlo figuratum; litteræ vero visionis vim omnem et sensum explicabant, quibus scribebatur: Hoc vince. Hæc narratio infidelibus fabula et commentum esse videtur in gratiam doctrinæ nostræ: sed vera credere assuetis, certa rei gestæ declaratio. Nam Deus qui signum istud pinxit, reipsa postea ostendit gratiam litteris significatam, minime vanam fuisse. Quod si nondum persuademus quod scribimus (prius enim historiam scribimus, eo quod rem omnem paulo altius arcessentes, colligamus quæ ab illo utiliter gesta sunt in vita), verum iis quæ deinceps sequuntur credere oportet, quæ cum nostra etiam ætate qui sub Constantio Constantini filio militabant, suis vidissent oculis, veterem infidelitatem novis visionibus sanarunt. Si Hebræi his contradixerint, multa ex eorum libris incredibiliora proferri possunt, quæ tamen vera esse creduntur: ut maria pedibus peragrari, aquas velut muros concretas stare et solidas, per pelagus iter fieri, Deum in rubo loqui, flammam leges ferre, tubam sine organo in solitudine personare, angelos ad prælium instrui, principes militiæ Domini pro exercitu pugnare, et lapides velut grandinem cadere, et tela ignea pro consuetis hastis emitti: nihilominus omnes qui recte sapimus, istis citra examen assentimur. Deo enim volente, nihil est quod fieri non possit. Si vero gentiles miraculum istud minus probaverint, multa dicere possumus, quibus nunc censemus esse supersedendum. Quanta Alexandro volenti copias Granicum flumen trajicere et

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

Περὶ τοῦ σταυροῦ τοῦ ὀφθέντος ἐν οὐρανῷ τῷ βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ.

Οὕτω δὲ κεχριμένης τῆς μάχης, καὶ τῆς παρατάξεως ἰσοῤῥόπου οὔσης, οὐρανόθεν ὁ Θεὸς Κωνσταντῖνον ὁπλίζει, δείξας αὐτῷ τὸ σωτήριον τοῦ σταυροῦ σύμβολον φωτοειδῶς ἐν οὐρανῷ· γράμματα δὲ ἐμήνυε τῆς ὄψεως τὴν δύναμιν, λέγοντα· Τούτῳ C νίκα· τοῦτο τὸ διήγημα τοῖς μὲν ἀπίστοις μῦθος εἶναι δοκεῖ καὶ πλάσμα, τοῖς δὲ ἡμετέροις δόγμασι κεχαρισμένον· τοῖς δ' ἀληθῆ πιστεύειν συνειθισμένοις, ἐναργὴς τοῦ πράγματος ἡ ἀπόδειξις. Ὁ γὰρ τοῦ συμβόλου ζωγράφος Θεὸς ἔδειξεν ἔργῳ μετὰ ταῦτα τὴν ἀληθεύσασαν τοῦ γράμματος χάριν. Εἰ δὲ μήπω πείθομεν ἃ γράφομεν· πρότερον γὰρ ἱστορίας γράφομεν, διὰ τὸ μικρὸν ἄνωθεν ἡμᾶς τὰ χρήσιμα συλλέγειν τῶν ἐκείνῳ βεβιωμένων. Ἀλλ' οὐκ ἐν τοῖς ἐφεξῆς ἀπιστεῖν δεῖ, ἃ καὶ ἐπὶ τῆς ἡμετέρας γενεᾶς οἱ Κωνσταντίῳ τῷ Κωνσταντίνου παιδὶ συμπαραταξάμενοι, καὶ αὐτοπτήσαντες, τὴν παλαιὰν ἀπιστίαν νεαραῖς ὄψεσιν ἐθεράπευσαν. Εἴτε γὰρ Ἑβραῖοι εἶεν οἱ τούτοις ἀντιλέγοντες, πολλῷ τούτων ἀπιθανώτερα τὰ ἐν ταῖς ἐκείνων βίβλοις πιστευόμε- D να· θάλασσα πεζευομένη, καὶ ὕδωρ τειχίζον, καὶ πέλαγος ὁδοιπορούμενον, καὶ Θεὸς ἐν βάτῳ φθεγγόμενος, καὶ φλὸξ νομοθετοῦσα, καὶ σάλπιγξ ἄνευ ὀργάνου τὴν ἔρημον συνηχοῦσα, καὶ ἄγγελοι συμπαραταττόμενοι, καὶ ἀρχιστράτηγοι δυνάμεως Κυρίου τῆς φάλαγγος ὑπερμαχοῦντες, καὶ λίθοι χαλάζης, καὶ βέλη πυρὸς ἀντὶ τῶν συνήθων δοράτων βαλλόμενα· καὶ ὅμως ἀνεξετάστως πάντες οἱ εὖ φρονοῦντες συντιθέμεθα. Θεοῦ γὰρ βουλομένου οὐδὲν ἀνήνυτον. Εἴτε Ἕλληνες εἶεν οἱ τὸ θαῦμα μὴ παραδεχόμενοι, πολλὰ ἔχομεν εἰπεῖν, ἃ μὴ βουλόμεθα λέγειν. Πόσα Ἀλεξάνδρῳ μέλλοντι περαιοῦσθαι τὸν ἐπὶ Γρανικῷ πόλεμον, καὶ τὴν ἐπὶ Δαρείου παράταξιν, ἐπεθείασαν οἱ χρησμολόγοι; καίτοι τὰ

ἐκείνων πλάσματα τὴν φαινομένην ἀπόδειξιν οὐκ ἔχει. Πῶς τε Σωκράτει τῷ φιλοσόφῳ δαιμόνιον διὰ φωνῆς προεμήνυε τῶν μὴ πρακτέων τὴν ἔκβασιν, καὶ τὰ περὶ Πυθαγόρου τοῦ Σαμίου ὑπὸ τῶν ἐκείνου μαθητῶν συνταχθέντα; ἐῶ λέγειν καὶ τὰ τῶν ποιητῶν πλάσματα, καὶ πῶς τινες τῶν παρ' αὐτοῖς εὐδοκίμων, καὶ συμπολεμεῖν αὐτοῖς τινας τῶν παρ' αὐτοῖς νομισθέντων θεῶν· ἵνα μή τις τὰ μυθώδη τοῖς ἀληθέσι, καὶ τὰ μηδαμῶς πραχθέντα τοῖς πραχθεῖσιν ἀντεξετάζειν νομίσῃ. Τὴν γὰρ πολυδύναμον τοῦ Θεοῦ [Χριστοῦ] χάριν, ἀφ' οὗπερ εἰς ἀνθρώπους ἤνθησε, καὶ ἐν οὐρανῷ, καὶ ἐπὶ γῆς, καὶ ἐν θαλάσσῃ, καὶ ἐν φυτοῖς, καὶ ἐν ξύλοις, καὶ ἐν ἱματίοις, καὶ ἐν νόσῳ, καὶ ἐν ὑγείᾳ, καὶ ἐν βρωτοῖς, καὶ ἐν ποτοῖς, ἀλεξιφάρμακόν τε γενομένην, καὶ γινομένην καὶ ἐσομένην θεραπείαν, καὶ οἱ πειρασθέντες μὲν ἴσασι, καὶ ἡμεῖς δὲ κατὰ τὸν ἴδιον καιρὸν προϊούσης τῆς ἱστορίας ἐκθησόμεθα,

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Περὶ τοῦ σίγνου οὗ ἐποίησεν ὁ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἀντίτυπον τοῦ ὀφθέντος αὐτῷ σταυροῦ ἐν οὐρανῷ.

Ὁ δ' οὖν Κωνσταντῖνος τὴν τοῦ θαύματος ὄψιν εἰς τροπαίου σχῆμα μεταβαλὼν, καὶ χρυσοκολλήτοις λίθοις συναρμόσας, εἰς δόρατός τε ἀπαρτίσας ὑψηλοτάτου ὄψιν, ἐδίδου φέρειν τοῖς προϊππεῦσι, τὴν τῶν γραμμάτων ὑπόσχεσιν διὰ τῶν ἔργων λοιπὸν ἐπιζητῶν. Καὶ τῆς ἐλπίδος οὐ διήμαρτε, θᾶττον μὲν οἷς τεθέαται πιστεύσας, ταχυτέραν δὲ τῆς ὄψεως τὴν νίκην ὑποδεξάμενος.

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

Περὶ τῆς κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς Μαξεντίου νίκης τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου.

Ὁ μὲν οὖν Κωνσταντῖνος τὸν πολὺν τοῦ πολέμου κάματον τῇ πίστει ὑποτεμνόμενος, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς Ῥώμης στρατὸν οὐχ ὑφορώμενος, γενναίως ἀντιπαρετάττετο. Μαξέντιος δὲ τὴν Κωνσταντίνου ἀλκὴν δείσας, ἔτι τε καὶ τὸ μῖσος Ῥωμαίων ὑφορώμενος· πρὸς γὰρ τοὺς πλείστους διὰ τὴν ἀσωτίαν αὐτοῦ διεβέβλητο· ἐσκέψατο δόλῳ τὴν ἐπιβουλὴν μετελθεῖν· ὁ δὲ δόλος γέφυρα ἦν εἰς μηχανῆς εἶδος ἀπὸ τῶν τοιούτων συμπαγεῖσα. Τὸ μὲν γὰρ φαινόμενον ἄνωθεν, διάβασις ἦν τὸν Κωνσταντῖνον ὑποδεξομένη· τὸ δὲ λανθάνον, παγὶς τῆς πλάνης, τοῖς ἐκείνου βήμασι συντεθεῖσα. Διαβῆναι γὰρ μικρὸν ἔδει, καὶ τὸ μηχάνημα λέλυτο, καὶ ὁ πολέμιος εἴληπτο, τάφον ἀδόκητον τῆς ἀπωλείας τὸν τόπον λαβών· ἀλλ' ὁ μὲν οὕτως ἐσκεύασε τῆς ἐπιβάσεως τὰ θήρατρα· θεία δὲ χάρις τοῖς οἰκείαις σοφίσμασι τὸν τῶν κακῶν τεχνίτην περιβάλλει. Πρὶν γὰρ Κωνσταντῖνον ἁλῶναι, φθάσας αὐτὸς ὑποπίπτει ταῖς οἰκείαις τέχναις ὁ τύραννος, κἀκεῖ τυραννοκτόνος ἑαυτοῦ γεγονὼς, καὶ χρηστὴν ἐπιβουλὴν καθ' ἑαυτοῦ σκευάσας πρὸ τῆς Ῥώμης, περὶ τὴν καλουμένην Μουλαίαν γέφυραν, ὁ προῤῥηθεὶς Μαξέντιος αὐτὸς καταδὺς εἰς τὸν ποταμὸν, ἀποπνιγεὶς

A bellum Dario inferre, vaticinati sunt arioli [10]? atqui hæc eorum commenta nullam evidentem sui demonstrationem habent. Quomodo Socratis philosophi dæmonium voce prænuntiabat illi rerum non agendarum eventus? Quomodo vero quæ de Pythagora Samio ab ipsius discipulis scripta sunt? Poetarum figmenta, ac quo pacto inter illos nonnulli fama celebres, quosdam eorum quos deos esse existimant, una cum ipsis militare et bellare scribant, consulto prætereo, ne quis fabulosa cum veris, et quæ nusquam gesta cum gestis comparare me putet. Præpotentem enim Christi gratiam, ex quo inter homines ea exuberavit et in cœlo, et in terra, et in mari, et in plantis, et in lignis, et in vestibus, et in morbo, et in sanitate, et in cibo, et in B potu, tutissimum præsidium, et malorum tam præsentium quam futurorum remedium esse, experti norunt, et nos etiam in progressu historiæ suo tempore exponemus.

CAP. V.

De vexillo quod fecit Constantinus ad exemplum crucis in cœlo a se visæ.

Constantinus igitur signum quod viderat, in vexillum suum transtulit, idque auro et lapidibus pretiosis intextum: ac in longissimæ hastæ cuspide præfigens, primis equitibus perferendum dedit, litterarum promissa reipsa deinceps explorare cupiens. Nec spe sua frustratus est: cito enim cum C credidisset iis quæ viderat, pene citius victoria potitus est.

CAP. VI.

De victoria quam pius Constantinus ab impio Maxentio reportavit.

Constantinus magnum belli laborem fide præcidens, et Romanum exercitum minime reformidans, suos contra fortiter instruxit. Maxentius vero Constantini vires metuens, et Romanorum in se odium suspectum habens (plurimis enim ob nequitiam suam invisus erat) dolo moliebatur insidias: dolum in ponte parabat, quem hac arte compegit. Quod aperte exstabat et apparebat, Constantinum recipere et transitum præbere posse videbatur: sed latebat occulte deceptionis laqueus, ad illius D pedes irretiendos paratus. Nam progredi solum in eo paulum oportebat hostem, ut soluta machina captus, inopinata morte in eo loco periret. Atque sic ille flumen trajecturis retia posuit. Sed divina gratia malorum artificem suis ipsius technis implicuit. Nam antequam caperetur Constantinus, tyrannus ipse prior progressus in sua incidit retia; et illic sui ipsius tyrannicida factus, non inutiles ipse sibi insidias in conspectu Romæ posuisse visus, ad pontem Milvium dictum, Maxentius ipse demersum in flumen, suffocatus periit [11]; ut merito (quemadmodum inquit Eusebius Pamphili) exclamarit universus populus Romanus: « Cantemus

[10] Plutarch. in Alexand. [11] Lib. IX *Hist. eccles.* cap. 8.

Domino, gloriose enim magnificatus est, equum et ascensorem dejecit in mare : adjutor et protector factus est mihi ad salutem [12]; » et : « Quis similis tibi in diis, Domine? quis similis tibi, gloriosus in sanctis, admirabilis in laudibus, faciens prodigia [13]? » Quibus hæc (addit idem), aliaque insuper his similia et germana Constantinus omnium ducem et victoriæ auctorem Deum et unigenitum ejus Filium Jesum Christum reipsa celebrans, Romam cum triumpho et celebri pompa ingreditur, omnibus confertim, tam qui senatorio ordine, quam qui aliis dignitatum ornamentis illustres erant, cum toto populo Romano, infantibus simul et mulieribus, læto oculorum obtutu et libentibus animis, tanquam liberatorem, servatorem et beneficum patronum suum, cum faustis acclamationibus et insatiabili gaudio illum excipientibus. Ille vero insita in Deum pietate imbutus, applausu illo strepituque populari nullo pacto elatus, sed auxilii a Deo allati sibi probe conscius, statim salutaris passionis tropæum in manu propriæ imaginis poni jubet : et cum statuam ipsius dextra crucis signum tenentem, Romæ in loco populi frequentia maxime celebri collocassent, hanc inscriptionem his ipsis verbis Latino sermone in ea incidi mandavit : Hoc salutari signo, vero fortitudinis indicio, civitatem vestram tyrannidis jugo liberavi, et S. P. Q. R. in libertatem vindicans, pristinæ amplitudini et splendori restitui. Hæc Eusebius [14].

A ὤλετο. Ὥστε τὸν δῆμον ὅλον Ῥωμαίων, καθά φησιν Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, βοῆσαι λέγοντα· « Ἄσωμεν τῷ Κυρίῳ, ἐνδόξως γὰρ δεδόξασται, φησίν· ἵππον καὶ ἀναβάτην ἔῤῥιψεν εἰς θάλασσαν. Βοηθὸς καὶ σκεπαστὴς ἐγένετό μοι εἰς σωτηρίαν. » Καί· « Τίς ὅμοιός σοι ἐν θεοῖς, Κύριε; τίς ὅμοιός σοι, δεδοξασμένος ἐν ἁγίοις, θαυμαστὸς ἐν δόξαις, ποιῶν τέρατα; » Οἷς ἐπιλέγει ὁ αὐτὸς ταῦτα, καὶ ὅσα τούτοις ἀδελφά τε καὶ ἐμφερῆ Κωνσταντῖνος τὸν πανηγεμόνα καὶ τῆς νίκης αἴτιον Θεὸν, καὶ τὸν μονογενῆ αὐτοῦ Υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν αὐτοῖς ἔργοις ἀνυμνήσας, ἐπὶ Ῥώμην μετ' ἐπινικίων εἰσήλαυνε, πάντων ἀθρόως αὐτὸν τῶν τε ἀπὸ τῆς συγκλήτου βουλῆς, καὶ τῶν ἄλλως διασημοτάτων, σὺν παντὶ δήμῳ Ῥωμαίων ἅμα κομιδῇ νηπίοις καὶ γυναιξὶ, φαιδροῖς ὄμμασιν, αὐταῖς B ψυχαῖς, οἷα λυτρωτὴν, σωτῆρά τε καὶ εὐεργέτην μετ' εὐφημιῶν καὶ ἀπλήστου χαρᾶς ὑποδεχομένων. Ὁ δὲ ἔμφυτον τὴν εἰς τὸν Θεὸν εὐσέβειαν κεκτημένος, μηδ' ὅλως ἐπὶ ταῖς βοαῖς παρασαλευόμενος, εὖ μάλα τῆς ἐκ Θεοῦ συναισθόμενος βοηθείας, αὐτίκα τὸ τοῦ σωτηρίου πάθους τρόπαιον ὑπὸ χεῖρα ἰδίας εἰκόνος ἀνατεθῆναι προστάττει. Καὶ δὴ σταυροῦ σημεῖον ἐν τῇ δεξιᾷ κατέχοντα αὐτὸν ἐν τῷ μάλιστα τῶν ἐπὶ Ῥώμης δεδημοσιευμένων τόπῳ στήσαντες, αὐτὴν δὴ ταύτην προγραφὴν ἐνταχθῆναι [ἐγχαράξαι] ῥήμασιν αὐτοῖς ἐγκελεύεται, τῇ Ῥωμαίων φωνῇ· Τούτῳ τῷ σωτηριώδει σημείῳ τῷ ἀληθινῷ ἐλέγχῳ τῆς ἀνδρίας, τὴν πόλιν ὑμῶν ἀπὸ ζυγοῦ τῶν τυράννων διασώσας ἠλευθέρωσα· ἔτι μὴν καὶ τὴν σύγκλητον καὶ τὸν δῆμον Ῥωμαίων τῇ ἀρχαίᾳ ἐπιφανείᾳ καὶ λαμπρότητι ἐλευθερώσας ἀποκατέστησα. Τοσαῦτα Εὐσέβιος.

C

CAP. VII.

De Licinio a Constantino pio misso contra tyrannum qui in Oriente erat.

Ruffinus autem (sive Gelasius) sic ait : Post hæc rogavit senatus Licinium Constantiæ sororis Constantini illius pii maritum, ut una cum Constantino regnaret : hunc statim in Orientem contra tyrannum qui illic erat misit, salutem Christianorum qui illic erant, procurans. Pius enim imperator tantis beneficiis a Deo affectus, bonam gratiam benefico rependere omni studio contendit. Ea erat Christianorum afflictionem quiete aliqua et remissione levare, et alios de exsilio reducere, quosdam e carcere et vinculis emittere, nonnullos cum bonis suis publicatos, in integrum restituere, et ipsorum ecclesias instaurare : omnia vero summa cum animi alacritate fecit, ea quæ Christi sunt sapiens in omnibus. Cum Christianus esset, omnia tanquam Christianus fecit, Dei quidem ecclesias exstruens, et pretiosis ornans donariis; gentilium vero templa dirui jubens et incendi.

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Περὶ Λικινίου πεμπομένου παρὰ τοῦ εὐσεβοῦς Κωνσταντίνου κατὰ τοῦ ἐπ' Ἀνατολῆς τυράννου.

Ὅ γε μὴν Ῥουφῖνος, ἤγουν Γελάσιος, ταῦτα λέγει ὧδε· Μετὰ ταῦτα Λικίνιον γαμβρὸν τυγχάνοντα τοῦ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου ἐπὶ τῇ ἀδελφῇ Κωνσταντίᾳ, συμβασιλεύειν τῷ Κωνσταντίνῳ ἡ Ῥωμαίων ᾐτήσατο σύγκλητος· ὅντινα αὖθις ἐπὶ τὴν ἑῴαν ἐξέπεμψε κατὰ τοῦ ἐκεῖσε τυράννου, τὴν σωτηρίαν τῶν ἐκεῖσε Χριστιανῶν προμηθούμενος. Ἀπολαύσας γὰρ τῶν τηλικούτων εὐεργεσιῶν τοῦ Θεοῦ ὁ εὐσεβὴς Κωνσταντῖνος, εὐχαριστήρια τῷ εὐεργέτῃ προσφέρειν ἐσπούδαζε. Ταῦτα δὲ ἦν τὸ ἀνεῖναι τοὺς Χριστιανοὺς τοῦ διώκεσθαι, καὶ τοὺς ἐν ἐξορίᾳ D ὄντας ἀνακαλεῖσθαι, τοὺς ἐν δεσμωτηρίοις ἀφίεσθαι, καὶ τοῖς δημευθεῖσι τὰς οὐσίας αὐτῶν ἀποκαθίστασθαι, τάς τε Ἐκκλησίας αὐτῶν ἀνορθοῦσθαι· καὶ πάντα ἐποίει σὺν προθυμίᾳ πολλῇ, τὰ τοῦ Χριστοῦ φρονῶν. Τὰ πάντα Χριστιανὸς ὤν, ὡς Χριστιανὸς πάντα ἔπραττεν, ἀνεγείρων τὰς Ἐκκλησίας τοῦ Θεοῦ, καὶ πολυτελέσι τιμῶν ἀναθήμασιν, ἔτι δὲ καὶ τοὺς Ἑλλήνων ναοὺς καθαιρεῖσθαι, καὶ πυρὶ διαφθείρεσθαι προστάττων.

CAP. VIII.

De Maximini Orientis tyranni dementia.

Orientis autem tyrannus Dei Ecclesias interea de-

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Περὶ τῆς τοῦ μετὰ ἀνατολὴν τυράννου Μαξιμίνου ἀπονοίας.

Ὁ μέντοι κατὰ τὴν Ἀνατολὴν τύραννος τὰς τοῦ

[12] Exod. xv, 1. [13] ibid. 11. [14] Loco cit.

Θεοῦ Ἐκκλησίας ἐπόρθει. Ἐκπεριῆλθε δὲ αὐτὸν A τοιαύτη τις αἰτία· Τὸ μέγεθος τῆς οὐ κατ' ἀξίαν αὐτῷ ἐπιτραπείσης ἡγεμονίας μήτε οἷός τε φέρειν ὤν, ἀλλὰ δι' ἀπειρίαν σώφρονος καὶ βασιλικοῦ λογισμοῦ ἀπειροκάλως τοῖς πράγμασιν ἐγχειρῶν, ἐπὶ πᾶσι δὲ ὑπερηφανίας μεγαλαυχίᾳ τὴν ψυχὴν ἀλόγως ἀρθεὶς, ἤδη καὶ κατὰ τῶν τῆς βασιλείας κοινωνῶν, καὶ τοῦ μάλιστα Κωνσταντίνου, τοῦ πάντα αὐτοῦ διαφέροντος, γένει τε καὶ τροφῇ καὶ παιδείᾳ, ἀξιώματί τε καὶ συνέσει, καὶ τόγε πάντων κορυφαιότατον, σωφροσύνῃ, καὶ τῇ περὶ τὸν ἀληθῆ Θεὸν εὐσεβείᾳ διαλάμποντος, τολμᾶν ὥρμητο Μαξιμῖνος θρασύνεσθαι, καὶ πρῶτον ἑαυτὸν ταῖς τιμαῖς ὑπαγορεύειν. Ἐπιτείνας δὲ εἰς ἀπόνοιαν μανίας, τάς τε συνθήκας, ἃς πρὸς Λικίνιον πεποίητο, παρασπονδήσας, πόλεμον ἄσπονδον αἱρεῖται. Εἶτα ἐν βραχεῖ B τὰ πάντα κυκήσας, πᾶσάν τε πόλιν ἐκταράξας, καὶ πᾶν στρατόπεδον μυρίανδρον τὸ πλῆθος συναγαγὼν, ἔξεισιν εἰς μάχην πρὸς Λικίνιον, κατά τε αὐτοῦ καὶ τοῦ αὐτὸν στείλαντος Κωνσταντίνου. Καὶ δὴ συμβαλὼν εἰς χεῖρας, ἔρημος τῆς ἐκ Θεοῦ καθίσταται ἐπισκοπῆς, ἐξ αὐτοῦ τῆς νίκης τοῦ πάντων μόνου Θεοῦ πρυτανευθείσης τῷ τότε κρατοῦντι Κωνσταντίνῳ. Ἀπόλλυσι μὲν πρῶτα τὸ ἐφ' ᾧ ἐπεποίθει ὁπλιτικὸν πλῆθος ὁ ἀλιτήριος· τῶν τε ἀμφ' αὐτὸν δορυφόρων γυμνωθεὶς, καὶ πάντων ἔρημον αὐτὸν καταλελοιπότων, τῷ τε κρατοῦντι προσπεφευγότων, ὑπεκδὺς ὁ δείλαιος ὡς τάχιστα, τὸν οὐ πρέποντα αὐτῷ βασιλικὸν κόσμον δειλῶς καὶ δυσμενῶς καὶ ἀνάνδρως ἀποδὺς, ὑποδύνει τὸ πλῆθος, καὶ ἔπειτα C διαδιδράσκει, κρυπταζόμενός τε ἀνὰ τοὺς ἀγροὺς καὶ τὰς κώμας, μόλις τῶν πολεμιστῶν τὰς χεῖρας διέξεισι, τὰ τῆς σωτηρίας αὐτῷ προμνώμενος. Ἔργοις αὐτοῖς εὖ μάλα πιστοὺς καὶ ἀληθεῖς τοὺς θείους ἀποφῆναι ἔνεστιν ὧδε χρησμοὺς, ἐν οἷς εἴρηται· « Οὐ σώζεται βασιλεὺς διὰ πολλὴν δύναμιν, καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ. Ψευδὴς ἵππος εἰς σωτηρίαν· ἐν δὲ πλήθει δυνάμεως αὐτοῦ οὐ σωθήσεται. Ἰδοὺ οἱ ὀφθαλμοὶ Κυρίου ἐπὶ τοὺς φοβουμένους αὐτὸν, τοὺς ἐλπίζοντας ἐπὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ· ῥύσασθαι ἐκ θανάτου τὰς ψυχὰς αὐτῶν. » Ὁ δὲ δυσσεβὴς ἀθρόᾳ Θεοῦ πληγεὶς μάστιγι, ἐν δευτέρᾳ πολέμου συμβολῇ καταστρέφει τὸν βίον. Γίνεται δὲ αὐτῷ τὰ τῆς καταστροφῆς, οὐχ οἷα στρατηγοῖς πολεμάρχαις ὑπὲρ ἀρετῆς καὶ γνωρίμων πολλάκις D ἀνδριζομένοις ἐν πολέμῳ τὴν εὐκλεῆ τελευτὴν εὐθαρσῶς ὑπομεῖναι συνέβη. Ἀλλὰ γὰρ ἅτε τις δυσσεβὴς καὶ θεομάχος, τῆς παρατάξεως ἔτ' αὐτῷ πρὸ τοῦ πεδίου συνεστώσης, οἴκοι μένων αὐτὸς καὶ κρυπταζόμενος, τὴν προσήκουσαν τιμωρίαν ὑπέχει, ἀθρόως Θεοῦ πληγεὶς μάστιγι· ὡς ἀλγηδόσι δειναῖς καὶ περιωδυνίαις ἐλαυνόμενος, πρὶν ἢ καταπεσεῖν, λιμῷ τε διαφθείρεσθαι, τάς τε σάρκας αὐτοῦ ὅλας ἀοράτῳ καὶ θεηλάτῳ πυρὶ κατατήκεσθαι· ὡς διαρρεῦσαν τὸ μὲν πᾶν εἶδος τῆς παλαιᾶς μορφῆς ἀφανισθῆναι, ξηρὸν δ' αὐτὸν μόνον ὀστέον γεγονέναι, οἷόν τι μακρῷ χρόνῳ κατεσκελετευμένον εἴδωλον

populabatur. Decepit ipsum hujusmodi causa. Magnitudinem imperii, quod ei supra meritum obtigerat, ferre atque sustinere non poterat, sed honesti regiique ingenii expers, inepte et perperam res gerebat. Gravi tandem atque intolerabili arrogantia elatus, etiam contra imperii socios, maxime vero contra Constantinum (qui rebus omnibus illi longe antecellebat, genere, educatione, institutione, dignitate et prudentia; quippe, quod omnium caput est, animi moderatione et vera erga Deum pietate præfulgebat) audere quævis et attentare animum induxit, et in honoribus votisque publicis sese primo loco renuntiare; mox stultitiam in furorem vertens, fœdera cum Licinio pacta rupit; ac bellum atrox concitavit. Postremo cum brevi B omnia miscuisset, omnesque civitates turbasset, atque numerosissimum confecisset exercitum, exit ad pugnam, tam contra Licinium ipsum, quam qui illum miserat, Constantinum. Sed manus conserens, divina ope destituitur, victoria tunc ab ipso uno omnium Deo rerum potienti Constantino subministrata. Primum sceleratus ille eam armatorum militum manum, cui confidebat, amisit: mox satellitum præsidio nudatus, et ab aliis omnibus, qui relicto illo ad victorem confugerant, desertus, clam discessit miser; et regium ornatum, qui parum sane illum decebat, timide simul et iracunde et muliebriter exuens, multitudini sese immiscet; fuga deinde elapsus, et in agris vicisque latitans, vix C hostium manus evitavit, saluti suæ consulens. Atqui inde reipsa ostendere licet, certa admodum veraque esse divina oracula, in quibus dicitur: « Non salvatur rex per multas copias suas, et gigas non salvabitur in multitudine fortitudinis suæ. Fallax equus ad salutem: in abundantia autem virtutis suæ non salvabitur. Ecce oculi Domini super metuentes eum, et in iis qui sperant super misericordia ejus; ut eruat a morte animas eorum [15]. » Porro impius ille [16] repentina Dei plaga percussus, in secunda belli conflictatione occumbit, alium vitæ exitum sortitus, quam qui ducibus bellicosis contingere solet, qui pro virtute et pro amicis fortiter se gerentes, fidenti animo gloriosam mortem oppetunt. Ille vero impius et Dei adversarius, dum adhuc exercitus suus in armis staret, ipse domi D moratus, intra parietes latitans, debitas luit pœnas, inopinato Dei flagello percussus: sic ut gravi dolore, et acerbo cruciatus sensu agitatus, priusquam occideret, dira fame conficeretur; ejus etiam caro universa igni non conspicuo et per Dei iram immisso intabesceret, sic ut diffluens pristinæ formæ effigies tota deleretur, exsiccatusque in nuda ossa ipse redigeretur, et tanquam simulacrum quoddam longinquitate temporis exhaustum attenuatumque relinqueretur: ita ut qui præsto aderant, ejus corpus nihil aliud esse existimarent, quam sepulcrum animæ quæ in eo jam mortuo et plane putrido defossa

[15] Psal. XXXII, 16-19. [16] Euseb. lib. IX *Hist. eccles.* cap. 8.

esset. Æstu porro intimas adhuc medullas vehementius perurente, exsilierunt ei oculi, et e suis sedibus excidentes, cæcum reliquerunt: qui post hæc ægre spiritum ducens, Domino confitetur, mortemque invocat: ad extremum confessus se ista propter amentiam, qua contra Christum usus fuerat, merito perpeti, animam emittit.

A ὑπολειφθῆναι· ὡς μηδὲν ἄλλο τι νομίζειν τοὺς παρόντας, ἢ τάφον αὐτῷ τῆς ψυχῆς γεγονέναι τὸ σῶμα, ἐν ἤδη νεκρῷ καὶ παντελῶς ἀποῤῥεύσαντι κατωρυγμένης· σφοδρότερον δὲ ἔτι μᾶλλον τῆς θέρμης αὐτὸν ἐκ βάθους μυελῶν καταφλεγούσης, προπηδῶσιν δὲ αὐτοῦ τὰ ὄμματα, καὶ τῆς ἰδίας λήξεως ἀποπεσόντα, πηρὸν αὐτὸν ἀφιᾶσιν. Ὁ δὲ ἐπὶ τούτοις ἀναπνέων, ἀνθομολογούμενος τῷ Κυρίῳ, θάνατον ἐπεκαλεῖτο· καὶ τὸ πανύστατον ἐνδίκως ταῦτα τῆς κατὰ τοῦ Χριστοῦ παροινίας ἕνεκα πεπονθέναι ὁμολογήσας, ἀφίησι τὴν ψυχήν.

CAP. IX.

De ecclesiarum instauratione.

Cum ad hunc modum Maximinus, inter reliquos pietatis hostes longe deterrimus, e medio sublatus esset: Ecclesiæ, gratia Dei omnipotentis, ab ipsis fundamentis erigebantur, et Christi verbum ad gloriam Dei rerum omnium moderatoris efflorescens, majori quam antea libertate prædicabatur. Hæc in nono libro ecclesiasticæ Historiæ scripsit optimus ille Eusebius Pamphili: ex illius enim et aliorum laboribus, ut supra dixi, summa capita decerpens, præsentem hunc libellum qua possum brevitate contexo, summo studio festinans sermonem deducere ad summum illum, illustrem, sanctum et divinum montem apostolicæ illius et laudabilis synodi sacerdotum Dei, quæ Nicææ fuit: maxime cum prophetam velut manu prehendentem me et hortantem videam: «Venite, inquit, ascendamus ad montem Domini, et ad domum Dei Jacob: et annuntiabit nobis viam suam, et ambulabimus in ea. Ex Sion enim exibit lex, et verbum Domini ex Jerusalem.» Vere enim Sion et Jerusalem, et mons Domini altissimus, et domus Dei Jacob, est divinus ille orthodoxorum Dei sacerdotum cœtus, qui in Spiritu sancto perscrutati docuerunt per Scripturas propheticas, evangelicas et apostolicas, de verbo vitæ, hoc est, Filio Dei, quod vere increatus sit secundum naturam divinitatis, non creatus, quemadmodum contra illum blasphemavit Dei hostis et impius ille Arius: quod ejusdem naturæ et substantiæ sit cum Patre qui eum ante omnia sæcula genuit: quod denique et Spiritus sanctus ejusdem pariter divinitatis et essentiæ sit cum Patre et Filio, manifestissime ostenderunt. Et vere altus Dei mons, quæ nobis ab initio est, ut antea declaravit sermo, ab ipso Domino per apostolos nobis tradita, et nunc per ipsius sacerdotes Nicææ congregatos Scripturæ testimoniis clare explicata veneranda illa et sancta fidei regula, de qua clarius, juvante Deo, progrediente longius sermone a nobis disseretur. Sed ad propositum ecclesiasticæ historiæ argumentum revertamur, repetentes ea, quibus Deus populo suo subvenerit, et tyrannos e medio sustulerit per dilectum servum suum imperatorem Constantinum: quam per eumdem pacem conciliaverit suis in toto orbe ecclesiis. «Solus magnus Dominus, qui facit mirabilia magna solus[17], et inscrutabilia, quorum

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Περὶ τῆς τῶν ἐκκλησιῶν ἀνανεώσεως.

Οὕτω δῆτα Μαξιμίνου ἐκποδὼν γενομένου, ὃς ἐπιλοίπων τῶν τῆς θεοσεβείας ἐχθρῶν ἁπάντων χεί-
B ριστος ἀναπέφηνε, τὰ μὲν τῆς τῶν Ἐκκλησιῶν ἀνανεώσεως ἐκ θεμελίων χάριτι Θεοῦ τοῦ παντοκράτορος ἠγείρετο· ὅ τε τοῦ Χριστοῦ λόγος εἰς δόξαν τοῦ τῶν ὅλων Θεοῦ διαλάμπων, μείζονα τῆς ἔμπροσθεν ἀπελάμβανε παῤῥησίαν. Ταῦτα ἐν ἐννάτῳ τόμῳ τῆς ἐκκλησιαστικῆς Ἱστορίας ὁ πάντα ἄριστος συντέταχεν ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος· τῶν γὰρ αὐτοῦ πόνων, ὡς ἀνωτέρω μοι εἴρηται, καὶ τῶν ἄλλων τὴν ἀνάλεξιν ποιούμενος, τοῦ βιβλιδίου τούτου διὰ βραχέων ἐγχαράττω τὴν σύνταξιν, πλείστῃ ὅσῃ σπουδῇ τὴν πορείαν τοῦ λόγου ποιούμενος ἐπὶ τὸ ὑψηλὸν καὶ λαμπροφανὲς ἅγιον καὶ θεῖον ὄρος τῆς κατὰ Νίκαιαν ἀποστολικῆς καὶ ἐναρέτου τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων συνόδου· ὁρῶν μάλιστα τὸν προφήτην κρατοῦντά με
C τῆς χειρὸς καὶ προτρέποντα· «Δεῦτε, φησὶν, ἀναβῶμεν εἰς τὸ ὄρος τοῦ Κυρίου, καὶ εἰς τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ Ἰακώβ· καὶ ἀναγγελεῖ ἡμῖν τὴν ὁδὸν αὐτοῦ, καὶ πορευσόμεθα ἐν αὐτῇ. Ἐκ γὰρ Σιὼν ἐξελεύσεται νόμος, καὶ λόγος Κυρίου ἐξ Ἱερουσαλήμ.» Ἀληθῶς γὰρ Σιὼν καὶ Ἱερουσαλὴμ, καὶ ὄρος Κυρίου ὑψηλότατον, καὶ οἶκος τοῦ Θεοῦ Ἰακὼβ, ὁ θεῖος ἐκεῖνος τῶν τοῦ Θεοῦ ὀρθοδόξων ἱερέων ὅμιλος, Πνεύματι ἁγίῳ διασκεψαμένων καὶ παραστησάντων διά τε Γραφῶν προφητικῶν, καὶ εὐαγγελικῶν, καὶ ἀποστολικῶν περὶ τοῦ Λόγου τῆς ζωῆς, τοῦτ' ἔστι Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, ὡς ἀληθῶς ἄκτιστος τῇ τῆς θεότητος φύσει, καὶ οὐ κτίσμα, καθὼς ὁ θεομάχος καὶ ἀσεβέστατος κατ' αὐτοῦ ἐβλασφήμησεν Ἄρειος· καὶ ὅτι τῆς αὐτῆς οὐσίας, ἧς καὶ ὁ γεννήσας αὐτὸν πρὸ τῶν
D αἰώνων ἁπάντων ὑπάρχει Πατὴρ, καὶ τοῦ αὐτοῦ χρήματος· ὁμοίως δὲ καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τῆς αὐτῆς θεότητος καὶ οὐσίας, ἧς ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς, σαφέστατα ἔδειξαν. Καὶ ἀληθῶς ὑψηλὸν ὄρος Θεοῦ, ἄνωθεν ἡμῖν, καθὰ προεδήλωσεν ὁ λόγος παρ' αὐτοῦ τοῦ Κυρίου διὰ τῶν ἀποστόλων δοθεὶς, καὶ νῦν διὰ τῶν αὐτοῦ ἱερέων κατὰ τὴν Νικαέων Γραφικαῖς μαρτυρίαις τρανωθεὶς, ὁ προσκυνητὸς οὗτος καὶ ἅγιος τῆς ἀμωμήτου πίστεως ὅρος· περὶ οὗ σαφέστερος ἡμῖν συνεργίᾳ τῆς τοῦ Θεοῦ χάριτος προϊὼν ἀποδείξει ὁ λόγος. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν προκειμένην ἡμῖν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ὑπόθεσιν ἐπανέλθωμεν, ἐπαναλαβόντες τὰ περὶ τῆς τοῦ βασιλέως Θεοῦ εἰς τὸν αὐτὸν [αὐτοῦ] λαὸν ἀντιλήψεως, καὶ τῆς τῶν τυράν-

[16] Isa. II, 3. [17] Psal. CXXXV, 4.

νων καταστροφῆς διὰ τοῦ θεράποντος αὐτοῦ τοῦ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως· ἣν δι' αὐτοῦ εἰρήνην ἐπρυτάνευσε ταῖς κατὰ τὴν οἰκουμένην αὐτοῦ Ἐκκλησίαις· «Ὁ μόνος μέγας Κύριος, ὁ ποιῶν θαυμάσια μεγάλα μόνος καὶ ἀνεξιχνίαστα, ὧν οὐκ ἔστιν ἀριθμός· ὁ ἀλλοιῶν καιροὺς καὶ χρόνους, μεθιστῶν βασιλεῖς τε καὶ καθιστῶν, ἐγείρων ἀπὸ γῆς πτωχὸν, καὶ ἀπὸ κοπρίας ἀνυψῶν πένητα· καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς· πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν, καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς, καὶ βραχίονας ὑπερηφάνων συνέτριψεν·» ὁ θαυματουργὸς, ὁ μεγαλουργὸς, ὁ τῶν ὅλων Δεσπότης, ὁ τοῦ σύμπαντος κόσμου δημιουργὸς, ὁ παντοκράτωρ, ὁ πανάγαθος, ὁ εἷς καὶ μόνος Θεός· «Ὧ τὸ καινὸν ᾆσμα ἀναπέμπωμεν, προσυπακούοντες τῷ ποιοῦντι θαυμάσια μεγάλα μόνῳ, ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· τῷ πατάξαντι βασιλεῖς μεγάλους, καὶ ἀποκτείναντι βασιλεῖς κραταιούς· ὅτι εἰς τὸν αἰῶνα τὸ ἔλεος αὐτοῦ· ὅτι ἐν τῇ ταπεινώσει ἡμῶν ἐμνήσθη ἡμῶν ὁ Κύριος.» Ἐφ' οἷς ἅπασιν ἀνυμνοῦντες μὴ διαλείψωμεν τὸν τῶν ὅλων Θεὸν, καὶ τὸν τούτου μονογενῆ Υἱὸν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Κύριον ἡμῶν, τὸν σὺν τῷ Πατρὶ πάντων ἡμῖν τῶν ἀγαθῶν αἴτιον, τὸν τῆς θεογνωσίας αὐτοῦ εἰσηγητὴν ἡμῶν, τὸν τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας διδάσκαλον, τὸν τῶν ἀσεβῶν ὀλετῆρα, τὸν τυραννοκτόνον, τὸν τοῦ βίου διορθωτὴν, τὸν τῶν ἀπεγνωσμένων Σωτῆρα Ἰησοῦν ἐν ἑνὶ στόματι καὶ μιᾷ καρδίᾳ πάντες δοξάζωμεν· ὅτι δὴ μόνος, οἷα παναγάθου Πατρὸς μονώτατος ὑπάρχων πανάγαθος Παῖς, ἐν βουλῇ τῆς πατρικῆς, καὶ ἑαυτοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος φιλανθρωπίας, τῶν κάτω που κειμένων ἐν φθορᾷ τὴν σωτηρίαν ἡμῶν προμηθούμενος, εὖ μάλα προθύμως τὴν ἡμετέραν ὑποδὺς φύσιν, καθάπερ τις ἄριστος ἰατρὸς τὰς ἀσθενείας ἡμῶν ἀναλαβὼν, καὶ τὰς νόσους φέρων, καὶ τότε καὶ ἀεὶ σωτηρίαν καὶ ζωὴν τῷ τῶν ἀνθρώπων κατειργάσατο γένει. Ὃς δὴ βασιλεὺς βασιλέων, καὶ τοῦ ἰδίου λαοῦ ἀεὶ προμηθούμενος, τὸν αὐτῷ φίλον καὶ θεράποντα ἴδιον Κωνσταντῖνον τοῖς τῆς εἰς αὐτὸν εὐσεβείας καὶ πίστεως ὅπλοις φράξας, κατὰ τῶν ἀσεβῶν τυράννων. Τοῦ τε κατὰ Ῥώμην Μαξεντίου, καὶ τοῦ μετὰ τὴν Ἀνατολὴν Μαξιμίνου ἀνεγήγερχεν· οὓς δι' αὐτοῦ ἀνελὼν, φαιδρὰν καὶ βαθεῖαν εἰρήνην τῷ οἰκείῳ λαῷ ἀποδέδωκεν.

A non est numerus [18]: qui rerum opportunitates et tempora commutat, qui deponit reges et constituit [19]: Suscitans a terra inopem et de stercore erigens pauperem [20]: deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles a terra: esurientes implevit bonis, et divites dimisit inanes [21], » et brachia superborum contrivit: qui est rerum admirabilium opifex, qui magnarum architectus, qui universorum Dominus, qui totius mundi fabricator, qui omnipotens, totus bonus, unus et solus Deus, cui novum canticum cantemus, illud addentes: « Ei qui facit mirabilia magna solus, quoniam in sæculum misericordia ejus: qui percussit reges magnos, et occidit reges fortes, quoniam in sæculum misericordia ejus: quia in humilitate nostra recordatus est nostri Dominus [22].» B Ob hæc omnia nunquam desinamus celebrare universorum Deum, unigenitum ejus Filium Jesum Christum Dominum nostrum, illum cum Patre omnium bonorum nobis auctorem, divinæ nobis cognitionis doctorem, veræ erga ipsum pietatis magistrum, impiorum eversorem, interfectorem tyrannorum, vitæ nostræ moderatorem, et nostrum omnium, cum rejecti et repudiati essemus, Salvatorem Jesum, uno omnes ore, unoque corde celebremus: quod solus tanquam optimi Patris unus ipse optimus Filius, paterna, sua ipsius et Spiritus etiam sancti clementia, saluti nostræ, cum in peccatorum corruptione et sordibus jaceremus, prospiciens, naturam nostram libenter induerit: et tanquam optimus medicus C infirmitatem nostram suscipiens, et morbos auferens, tunc et semper salutem et vitam nostro generi restituerit. Qui rex regum populi sui curam agens, dilectum servum suum Constantinum pietatis erga se et fidei armis munitum, in impios tyrannos, Maxentium Romæ et Maximinum in Oriente, concitavit: quibus per illum e medio sublatis, summam et tranquillam pacem populo suo reddidit.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ τῆς Λικινίου κακοτροπίας.

Οὐκ ἦν δὲ ἄρα, φησὶν ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος, τῷ μισοκάλῳ φθόνῳ, τῷ τε φιλοπονήρῳ δαίμονι φορητὸς ἡ τῶν ὁρωμένων θέα· ὥσπερ οὖν οὐδὲ Λικινίῳ μεταπραπέντι ἐτύγχανεν αὐτάρκη πρὸς σώφρονα λογισμὸν τὰ τοῖς ἔμπροσθεν δεδηλωμένοις τυράννοις συμβεβηκότα. Ὃς εὖ φερομένης αὐτῷ τῆς ἀρχῆς, τῆς βασιλέως μεγάλου Κωνσταντίνου δευτερεύων τιμῆς, ἐπιγαμβρίας τε καὶ συγγενείᾳ ἠξιωμένος, μιμήσεως μὲν τῆς τῶν καλῶν ἀπελιμπάνετο, τῆς δὲ τῶν ἀσεβῶν τυράννων μοχθηρίας ἐζήλου τὴν κακοτροπίαν· καὶ ὧν τοῦ βίου τὴν καταστροφὴν ἐπεῖδεν αὐτοῖς ὀφθαλμοῖς, τούτων ἕπεσθαι τῇ γνώμῃ μᾶλλον, ἢ τῇ

CAP. X.

De pravis Licinii moribus.

D Verum invidiæ probitatis hosti (inquit Eusebius Pamphili [23]) omnisque impietatis fautori diabolo nequaquam harum rerum spectaculum tolerandum videbatur: neque itidem Licinio velut jam mutato, ea quæ tyrannis prioribus obtigerant, satis exempli ad modestiam et animi moderationem excolendam dederunt. Qui cum imperio prospere frueretur, et secundas in honore post imperatorem Constantinum Magnum obtineret, et conjunctione atque affinitate ejus dignus habitus esset: relicta tamen præclarorum hominum imitatione, perditos impiorum tyrannorum mores æmulatus est: et quorum miserum

[18] Job. v, 9. [19] Euseb. lib. x *Hist. eccles.* cap. 4. [20] Psal. cxii, 7. [21] Luc. i, 52, 53. [22] Psal. cxxxv, 4, 17, 18, 23. [23] Lib. x, cap. 18.

vitæ exitum oculis conspexisset, eorum perditam mentem sequi maluit, quam in præstantioris viri amicitia atque proposito perseverare. Invidia enim contra Constantinum, a quo plurima beneficia accepit, inflammatus, pestiferum et crudele bellum illi infert: non naturæ leges reveritus, non jurisjurandi, non sanguinis, non fœderum recordatus. Constantinus enim tanquam optimus princeps, quo in eum clara veræ benevolentiæ indicia ostenderet, suam ipsius affinitatem illi non invidit, illustres nuptias sororis illi non denegavit. Et post pauca: Sed impius Licinius contraria his ad mittere, omnes machinas quotidie contra præstantiorem excogitare, omnes insidiarum vias investi gare cœpit, ut pro summis beneficiis maleficia rependeret. Quibus hæc insuper addit: Verum Deus huic (Constantino inquiens) amicus fuit, curator ejus et custos, qui insidias in occulto et tenebris ei a tyranno comparatas, in lucem produxit atque patefecit. Tantum sancta pietatis arma ad depulsionem hostium, et ad salutis etiam nostræ propugnationem præsidii habent: quibus sanctissimus imperator noster præclare septus, multiplices et callidas exsecrabilis hostis insidias divino auxilio effugit. Licinius deinde ubi clandestinos conatus suos neutiquam ex animi sententia succedere vidit (Deus enim omnem dolum ac fallaciam pio imperatori aperuerat), nec posset amplius facinus suum celare, bellum palam movet: ac dum cum Constantino bellum suscipere constituit, jam etiam contra universorum Deum Constantini custodem, quemque norat Constantinum colere, aciem instruere instituit: et ab eo tempore pios homines imperio suo subditos misere vexavit. Et post alia quædam: Modus autem et ratio cædis qua eos perdere constituit, peregrina fuit, et antea nunquam ulla sæculorum memoria audita. Nam Amasiam et reliquas Ponti civitates, quantis malis affligi jussit, omnem exsuperantiam crudelitatis superat. Illic ex ecclesiis Dei alias dejecit et solo adæquavit, alias occludi jussit, ne quisquam eorum qui eas frequentare consueverat, eo commearet, neve debitos cultus et vota Deo redderet. Non enim pro se illa fieri existimabat (quomodo enim aliter cogitare potuit qui Deum odit, prava conscientia illud secum ipse reputans?), sed nos pro imperatore pio Constantino omnia agere, et Deum placare persuasum habebat. Hac itaque opinione concitatus, omnem furoris sui impetum in nos intorquere statuit. Et paulo post: Multi episcoporum sine causa abripiebantur ad supplicium, et puniebantur tanquam sicarii, qui nihil mali commiserant; novum mortis genus subibant: corpora eorum primum gladio in multas particulas dissecabantur, deinde post crudele illud et horrendum spectaculum in altos maris gurgites, quo a piscibus devorarentur, abjiciebantur. Ad hæc rursus piorum omnium fugæ, virorum pariter et mulierum atque etiam infantium: et ex Dei servis alii in agros,

A τοῦ κρείττονος φιλίᾳ τε καὶ διαθέσει ἐμμένειν ἠβούλετο. Διαφθονηθεὶς τοιγαροῦν τῷ πανευεργέτῃ, πόλεμον δυσαγῆ καὶ δεινότατον πρὸς αὐτὸν ἐκφέρει, οὐ φύσεως νόμων φεισάμενος, οὐχ ὁρκωμοσιῶν, οὐχ αἵματος, οὐ συνθηκῶν μνήμην ἐν διανοίᾳ λαβών. Ὁ μὲν γὰρ αὐτῷ, οἷα πανάγαθος βασιλεὺς, εὐνοίας παρέχων ἀληθοῦς σύμβολα, συγγενείας τῆς πρὸς αὐτὸν οὐκ ἐφθόνησε, γάμων τε λαμπρῶν ἀδελφῆς μετουσίαν οὐκ ἀπηρνήσατο. Καὶ μεθ' ἕτερα· Ἀλλὰ τούτοις τἀναντία Λικίνιος διεπράττετο, παντοίας ὁσημέραι κατὰ τοῦ κρείττονος μηχανὰς ἐπιτεχνώμενος ὁ μισόθεος, πάντας τε ἐπινοῶν ἐπιβουλῆς τρόπους, ὡς ἂν κακοῖς τὸν εὐεργέτην ἀμείψηται. Οἷς ἐπιλέγει· Τῷ δὲ ἦν ἄρα ὁ Θεὸς φίλος, κηδεμὼν καὶ φύλαξ, τῷ Κωνσταντίνῳ λέγων, B ὃς αὐτῷ τὰς ἐν ἀποῤῥήτῳ καὶ σκότει μηχανωμένας ὑπὸ τοῦ τυράννου ἐπιβουλὰς εἰς φῶς ἄγων διήλεγχε. Τοσοῦτον ἀρετῆς [ἀρετή] τὸ μέγα τῆς θεοσεβείας ὅπλον πρὸς ἄμυναν μὲν ἐχθρῶν, οἰκείας δὲ φυλακὴν σωτηρίας ἰσχύει. Ὧ δὴ πεφραγμένος ὁ θεοφιλέστατος ἡμῶν βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, τῇ ἐκ τοῦ Θεοῦ βοηθείᾳ τὰς τοῦ δυσωνύμου πολυπλόκους ἐπιβουλὰς διεδίδρασκεν. Ὁ δὲ τύραννος τὴν λαθραίαν σκευὴν ὡς οὐδαμῶς ἑώρα κατὰ γνώμην χωροῦσαν· τοῦ Θεοῦ πάντα δόλον τε καὶ ῥᾳδιουργίαν τῷ θεοφιλεῖ βασιλεῖ κατάφωρα ποιοῦντος· οὐκ ἔτι οἷός τε ὢν ἐπικρύπτεσθαι, προφανῆ πόλεμον αἱρεῖται· ὁμόσε δῆτα Κωνσταντίνῳ πολεμεῖν διαγνοὺς, ἤδη καὶ κατὰ τοῦ Θεοῦ τῶν ὅλων ὡς C φρουροῦ Κωνσταντίνου, ὃν ἠπίστατο σέβειν αὐτὸν, παρατάττεσθαι ὥρμηται· κἄπειτα τοὺς ὑπ' αὐτῷ θεοσεβεῖς ἤλαυνε. Καὶ μεθ' ἕτερα· Καὶ ὁ τρόπος δὲ τοῦ κατ' αὐτῶν φόνου ξένος τις ἦν, καὶ οἷος οὐδεπώποτε ἠκούσθη. Τὰς γοῦν ἀμφὶ τὴν Ἀμάσειαν καὶ τὰς λοιπὰς τοῦ Πόντου πόλεις ὅσοις κακοῖς πιέζεσθαι προσέταξε, πᾶσαν ὑπερβολὴν ὠμότητος ὑπερηκόντισεν. Ἔνθα τῶν ἐκκλησιῶν τοῦ Θεοῦ αἱ μὲν ἐξ ὕψους εἰς ἔδαφος αὖθις κατεῤῥίπτοντο, τὰς δὲ ἀποκλείεσθαι ἐκέλευσεν, ὡς ἂν μὴ συνάγοιτό τις τῶν εἰωθότων, μηδὲ τῷ Θεῷ τὰς ὀφειλομένας λατρείας καὶ εὐχὰς ἀποδίδωσι. Συντελεῖσθαι γὰρ οὐχ ἡγεῖτο ὑπὲρ αὐτοῦ ταῦτα· πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν τοῦτο ἐννοεῖν τὸν μισόθεον; φαύλῳ συνειδότι τοῦτο λογιζόμενος, ὑπὲρ δὲ Κωνσταντίνου τοῦ θεοφιλοῦς βασι- D λέως πράττειν ἡμᾶς, καὶ τὸν Θεὸν ἱλεοῦσθαι ἐπέπειστο. Ὅθεν ἐκ τούτου παρορμηθεὶς, τὸν θυμὸν καθ' ἡμῶν ἐπισκήπτει. Καὶ μετὰ βραχέα· Καὶ δὴ ἀπήγοντο πολλοὶ τῶν ἐπισκόπων, καὶ ἐκολάζοντο ἀπροφασίστως, ὁμοίως τοῖς μιαιφόνοις οἱ μηδὲν ἠδικηκότες, καινοτέραν ὑπομένοντες τελευτὴν, ξίφει τὸ σῶμα εἰς πολλὰ τμήματα κατακρεουργούμενοι, καὶ μετὰ τὴν ἀπηνῆ ταύτην καὶ φρικτοτάτην θέαν, τοῖς τῆς θαλάσσης βυθοῖς, τοῖς ἰχθύσιν εἰς βορὰν ἐῤῥίπτοντο. Φυγαὶ δὲ αὖθις ἐπὶ τούτοις τῶν θεοσεβῶν ἁπάντων ὁμόσε ἀνδρῶν καὶ γυναικῶν σὴν κομιδῇ νηπίοις ἐγίνοντο· καὶ πάλιν ἀγροὶ, καὶ πάλιν ἐρημίαι, νάπαι τε καὶ ὄρη τοὺς τοῦ Χριστοῦ θεράποντας ὑπεδέχοντο, κατὰ πάντων ἀνακινήσαντος τοῦ δυσσεβοῦς τὸν πόλεμον.

nonnulli in solitudines, quidam in silvas sese abdiderunt, cum æque omnibus nefarius ille bellum indixisset.

A Καὶ μετὰ βραχέα· Εἰ μὴ τάχιστα τὸ μέλλον ἔσεσθαι προλαβὼν ὁ τῶν οἰκείων ψυχῶν ὑπέρμαχος Θεὸς, ὡς ἐν βαθεῖ σκότῳ καὶ νυκτὶ ζοφωδεστάτῃ φωστῆρα μέγαν ἀθρόως καὶ σωτῆρα τοῖς πᾶσιν ἐξέλαμψε τὸν αὐτοῦ θεράποντα Κωνσταντῖνον, ὑψηλῷ βραχίονι, γενναιοτάτῃ δὲ χειρὶ χειραγωγήσας. Τούτῳ μὲν οὖν ἄνωθεν ἐξ οὐρανῶν καρπὸν εὐσεβείας ἐπάξιον, τρόπαια κατὰ τῶν ἀσεβῶν παρεῖχε νίκης, τὸν δὲ ἀλιτήριον αὐτοῖς συμβούλοις ἅπασι καὶ φίλοις ὑπὸ τοῖς Κωνσταντίνου ποσὶ πρηνῆ κατέβαλεν ὁ Κωνσταντίνου καὶ πάντων ἡμῶν Θεός. Ὡς γὰρ εἰς ἔσχατα μανίας τὰ κατ' αὐτὸν ἤλαυνεν, οὐκ ἔτ' ἀνεκτὸν εἶναι λογισάμενος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ὁ τῷ Θεῷ φίλος, τὸν ἔμφυτον σώφρονα καὶ εὐσεβῆ συναγαγὼν λογισμὸν, καὶ τὸν στεῤῥὸν τοῦ δικαίου τρόπον B φιλανθρωπίᾳ κερασάμενος, ἐπαμῦναι κρίνει τοῖς ὑπὸ τῷ τυράννῳ ταλαιπωρουμένοις· καὶ τό γε πλεῖστον ἀνθρώπων γένος, βραχεῖς λυμεῶνας ἐκποδὼν ποιησάμενος, ἀνασώσασθαι ὁρμᾶται. Μόνῃ γὰρ φιλανθρωπίᾳ χρωμένου τοῦ φιλανθρωποτάτου βασιλέως Κωνσταντίνου τὸν πρὸ τούτου χρόνον, καὶ τὸν οὐ συμπαθείας ἄξιον ἐλεοῦντος, τῷ μὲν δυσσεβεῖ αὐτῷ ἐγίνετο πλέον οὐδὲν, τῆς κακίας οὐκ ἀπαλλαττομένῳ, αὔξοντι δὲ μᾶλλον τὴν κατὰ τῶν ὑποχειρίων ἐθνῶν λύτταν· τοῖς δὲ κακουμένοις οὐδεμία ἦν σωτηρίας ἐλπὶς, ὑπὸ δεινοῦ θηρίου καταπονουμένοις. Διὸ δὴ τῷ φιλανθρώπῳ μίξας τὸ μισοπόνηρον ὁ τῶν ἀγαθῶν χορηγὸς, πρόσεισιν ἅμα παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ φιλανθρωποτάτῳ ἀπὸ τῆς Ἑσπερίων τῆς μεγίστης C Ῥώμης ἐπὶ τὴν Ἑῴαν κατὰ τοῦ τυράννου, σωτηρίας δεξιὰν ἅπασι τοῖς ἀπολλυμένοις ἐκτείνας· παμβασιλεῖ Θεῷ καὶ Παιδὶ Χριστῷ Σωτῆρι ποδηγῷ καὶ συμμάχῳ χρώμενοι, πατὴρ Κωνσταντῖνος βασιλεὺς ἅμα υἱῷ βασιλεῖ Κρίσπῳ, ἄμφω κύκλῳ διελόντες τὴν κατὰ τῶν θεομισῶν παράταξιν, ῥᾳδίαν τὴν νίκην ἀποφέρονται, τῶν κατὰ τὴν συμβολὴν πάντων ἐξευμαρισθέντων αὐτοῖς καὶ κατὰ γνώμην ὑπὸ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ, καθά φησιν ὁ φιλαληθέστατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ πανευφήμου Παμφίλου. Ῥουφῖνος δὲ, φησὶν, εἰ καὶ μηδεμίαν μοῖραν τῶν γεγενημένων ἐπὶ Λικινίου πραγμάτων ἐμνημόνευσεν, ὅμως καὶ αὐτὰ τὰ λεξίδια τοῦ προῤῥηθέντος ἀναλεξάμενος, ἐνθήσω τῇ συγγραφῇ. Φησὶ δὲ οὗτος· Λικίνιος μὲν οὖν ὁ συμβασιλεύων, αὐτῷ δηλονότι τῷ βασιλεῖ Κωνσταν-D τίνῳ, τὰς Ἑλληνικὰς ἔχων δόξας, ἐμίσει Χριστιανούς· καὶ διωγμὸν μὲν προφανῆ κατ' αὐτῶν φόβῳ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου κινεῖν ὑπεστέλλετο, λεληθότως δὲ πολλοὺς ἐσκευωρεῖτο. Προϊὼν δὲ, φανερῶς τὸν κατὰ πάντων διωγμὸν ἀνεκίνει ἐν τοῖς Ἀνατολῆς τόποις, ὡς καὶ πολλοὺς τοῦ Χριστοῦ μάρτυρας ἀναδειχθῆναι ἐν διαφόροις τόποις, ἐκ δὴ τούτου εἰς ἀπέχθειαν τὴν πρὸς αὐτὸν μεγίστην τὸν βασιλέα Κωνσταντῖνον ἐκίνησεν. Ἦσαν δὲ πρὸς ἀλλήλους πολέμιοι. Ταῦτα μὲν οὗτος. Οἱ δὲ λοιποὶ, ὅσοι τῆς Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἀληθείας συνήγοροι, διελόντες, φασὶν, ἄμφω τὴν στρατιὰν, πατὴρ Κωνσταντῖνος βασιλεὺς, καὶ υἱὸς Κρίσπος βασιλεὺς,

Et paucis interjectis : Nisi Deus servorum suorum propugnator celerrime quod futurum erat prævertisset, et Constantinum famulum suum tanquam lucis quoddam splendidum jubar in obscuris tenebris et caliginosa nocte repente ostendisset, et liberatorem excitasset omnibus, et excelso brachio, ac generosa manu duxisset : cui quidem tropæa victoriæ contra impios, quasi fructum ipsius pietati debitum cœlitus largitus est, sacrilegum autem illum una cum consiliariis omnibus et amicis sub Constantini pedibus prostravit, Constantini et nostrum omnium Deus. Nam ubi ejus insania ad extremam progressa est amentiam, imperator Deo charus non amplius ferendum putavit, sed insita sibi et modesta animi ratione piaque rem reputans, atque severam juris regulam cum humanitate et clementia temperans, eos qui tyrannidis jugo opprimebantur, juvandos censet, atque paucis nefariis e medio sublatis, maximam mortalium partem servare properat. Nam cum antea imperator humanissimus sola clementia usus fuisset, et miseratus esset nulla commiseratione dignum, impio quidem illi a pravitate neutiquam decedenti, sed potius rabiem suam contra gentes sibi subjectas augenti, nihil clementia illa profuit : afflictis vero et ab immani illa bellua divexatis, nulla plane fuit salutis spes relicta. Quapropter bonorum ille subministrator Constantinus, nequitiæ odium cum humanitate permiscens, simul cum Crispo filio, principe humanissimo, ab Occidentis urbe maxima Roma in Orientem contra tyrannum proficiscitur, salutarem dextram omnibus pereuntibus porrigens : pater simul ac filius, Deo Patre rerum universarum rectore, et Christo Filio omnium Salvatore, duce et auxiliatore utentes, undique acie contra impios circumjecta et disposita, perfacilem reportant victoriam, cum omnia in eo conflictu ex animi sententia ipsis complanata essent ab omnium imperatore Deo, ut testatur veritatis studiosissimus Eusebius celeberrimi Pamphili. Ruffinus vero licet nullam fere partem rerum a Licinio gestarum commemoraverit, tamen illius voculas velut in unum corpus colligens, huic commentario inseram. Sic inquit ille : Licinius qui una cum Constantino imperatore regnabat, gentilium opinionibus imbutus, odisse cœpit Christianos : sed Constantinum imperatorem veritus, cum aperte eos vexare non auderet, multos occultis insidiis perimebat : deinde progrediente tempore palam omnes in Orientis partibus persequebatur, sic ut plures Christi martyres in diversis locis ostenderentur. Ex eo tempore maximum sui odium Constantino excitavit, factique sunt hostes sibi invicem infensi. Hæc quidem ille. Qui vero Eusebii veritati adhærere malunt, aiunt imperatores ambos, patrem Constantinum et Crispum filium, diviso exercitu contra impium tyrannum profectos, Crispum quidem filium cum copiis

A suis in Asiam iter intendisse, patrem vero cum satellitibus suis per Europam viam confecisse. Impurus vero ille tyrannus, omni impietate pariter et cæde pollutus, ex Oriente exercitum numerosum ducens contra eos, et magna spirans, Nicomediam venit: et cum probe sciret pium principem Constantinum Dei sacerdotes magna observantia colere, et summo in honore habere Eusebium Nicomediæ episcopum, qui jam antea illius partibus adhæserat, contra religiosum imperatorem mercede conducit, existimans per illum et illius socios; Constantinum inexpugnabilibus Dei armis munitum e medio tollere. Societatem ergo cum Licinio init admirandus ille Eusebius, multis promissionibus ab impietatis socio inductus. Atque hæc ita
B se habere, ex ipsius Christi amantis imperatoris epistola, quam ad Nicomedienses misit, compertum esse potest. Sic enim in fine illius epistolæ ait [24]):

κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς τυράννου ὥρμηντο. Ὁ μὲν οὖν υἱὸς Κρίσπος ἐπὶ τὰ κατὰ τὴν Ἀσίαν μέρη σὺν τῇ αὐτοῦ στρατιᾷ τὴν πορείαν ποιούμενος· ὁ δὲ πατὴρ Κωνσταντῖνος κατὰ τῆς Εὐρώπης τοῖς ἀμφ' αὐτὸν δορυφόροις τὴν ὁδὸν διήνυεν. Ὁ δὲ μισόθεος, καὶ πάσης ἀσεβείας καὶ μιαιφονίας ἔμπλεος, ἐξ Ἀνατολῶν μετὰ πλείστου ὅσου στρατοῦ κατ' αὐτῶν παρατάττόμενος, καὶ μεγαλαυχῶν ἤρχετο· φθάσας δὲ ἐν τῇ Νικομηδέων, ἐγνωκὼς καὶ εἰδὼς τὴν τοῦ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου ψυχὴν σέβουσαν τοὺς τοῦ Θεοῦ ἱερεῖς, καὶ ὅτι διὰ πάσης ἄγοι τιμῆς, μισθοδοτεῖ τὸν τῆς Νικομηδέων ἐπίσκοπον Εὐσέβιον, πάλαι πρόσφυγα αὐτοῦ ὄντα, κατὰ τοῦ εὐσεβοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου, οἰόμενος δι' αὐτοῦ καὶ τῶν ἀμφ' αὐτὸν ἀνελεῖν τὸν τοῖς τοῦ Θεοῦ πεφραγμένον ἀκαταμαχήτοις ὅπλοις Κωνσταντῖνον. Συντίθεται οὖν αὐτῷ ὁ θαυμαστὸς Εὐσέβιος, ἐπαγγελίαις λιπαρηθεὶς παρὰ τοῦ συνασεβοῦς αὐτοῦ Λικινίου. Ὅτι ταῦτα οὕτως ἔχει, ἐξ αὐτῆς τοῦ φιλοχρίστου βασιλέως ἐπιστολῆς ἔνεστι πληροφορηθῆναι, ἧς τοῖς Νικομηδεῦσιν ἐπέστειλεν, ὧδέ πως λέγων πρὸς τῷ τέλει τῆς ἐπιστολῆς·

Quis innocentem multitudinem ista docuit? Eusebius videlicet tyrannicæ crudelitatis socius. Nam quod excubaret et omnino vigilaret pro tyranno, ex multis illius rebus gestis facile potest intelligi. Siquidem istud episcoporum, eorumque vere episcoporum cædes testantur; istud crudelissima Christianorum persecutio palam clamat. Neque certe de iis quæ contra me egit, hoc loco verba faciam,
C per quæ adversariorum contra me concursus quantum fieri poterat maxime procurabantur, qui oculis tanquam speculatoribus me observavit: quin etiam ministerio prope militari, quo tyranno opem ferret, perfunctus est. Ac nemo existimet me imparatum, minusque instructum esse etiam ad istas res, si opus fuerit, certissimis argumentis confirmandas; verissime enim ostendi potest, tum presbyteros, tum diaconos a me manifesto deprehensos, qui Eusebium assidue stipabant. Sed hæc non eo dicuntur a me, quod ipse ea graviter et iniquo animo feram, sed quo eos suæ ipsorum pudeat insaniæ. Illud solum metuo, illud animo verso, quod vos video in hujus criminis societatem vocari: nam institutione Eusebii et conversatione,
D conscientia vestra a veritate deflexit. Verum hujus rei expedita est et facilis curatio, si modo episcopum fidelem et integrum nacti, oculos ad Deum denuo converteritis. Quod quidem in præsentia est in vestra situm potestate, quodque etiam dudum vestri arbitrii fuisset, nisi Eusebius ipse, de quo dixi, pravo eorum qui eum juverunt consilio huc præsens ruisset, et rectum eligendi ordinem impudenter conturbasset. Sed quoniam mihi de hoc ipso Eusebio pauca apud vos dicenda sunt, quæso, libenter attendite. Non vos præterit concilium Nicææ celebratum, cui ipse, sicut conscientiæ meæ munus postulabat, interfui: non alio sane animo,

Τίς ἐστιν ὁ ταῦτα διδάξας οὕτως ἄκακον πλῆθος; Εὐσέβιος δηλαδὴ ὁ τῆς τυραννικῆς ὠμότητος συμμύστης. Ὅτι γὰρ πανταχοῦ τοῦ τυράννου γεγένηται προσφύλαξ, πολλαχόθεν ἔστι συνορᾷν. Τοῦτο μὲν αἱ τῶν ἐπισκόπων σφαγαὶ διαμαρτύρονται, ἀλλὰ τῶν ἀληθῶς ἐπισκόπων· τοῦτο δὲ ἡ χαλεπωτάτη τῶν Χριστιανῶν ἐκδίωξις διαῤῥήδην βοᾷ. Οὐδὲν γὰρ τῶν εἰς ἐμὲ γεγενημένων παρ' αὐτοῦ νῦν ἐρῶ, δι' ὧν ὅτι μάλιστα αἱ τῶν ἐναντίων μερῶν καθ' ἡμῶν ἐπραγματεύοντο συνδρομαί· οὗτος καὶ ὀφθαλμοὺς κατασκόπους ἔπεμπε κατ' ἐμοῦ, καὶ μόνον οὐχ ἐνόπλους τῷ τυράννῳ συνεισέφερεν ὑπουργίας. Μηδ' ἐμέ τις οἰέσθω εἶναι πρὸς τὴν τούτων ἀπόδειξιν ἀπαράσκευον· ἔλεγχος γάρ ἐστιν ἀκριβής, ὅτι τοὺς πρεσβυτέρους καὶ τοὺς διακόνους τοὺς Εὐσεβίῳ παραπεμπομένους [παρεπομένους] φανερῶς ὑπ' ἐμοῦ συνειλῆφθαι, συνέστηκεν [παρέστηκεν]. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν παρ' ἡμῶν νῦν οὐκ ἀγανακτήσεως ἕνεκεν, ἀλλ' εἰς αἰσχύνην ἐκείνων προενήνεκται. Ἐκεῖνο μόνον δέδια, ἐκεῖνο διαλογίζομαι, ὅτι ὑμᾶς ὁρῶ πρὸς τὴν τοῦ ἐγκλήματος καλεῖσθαι κοινωνίαν· διὰ γὰρ τῆς Εὐσεβίου διαγωγῆς τε καὶ διαστροφῆς, συνείδησιν κεχωρισμένην τῆς ἀληθείας εἰλήφατε. Ἀλλ' ἔστιν οὐ βραδεῖα θεραπεία, εἴγε ἐπίσκοπον πιστόν τε καὶ ἀκέραιον νῦν γοῦν λαβόντες, πρὸς Θεὸν ἀπίδητε. Ὅπερ ἐπὶ τοῦ παρόντος ἐν ὑμῖν ἐστιν, ὃ καὶ πάλαι ἐχρῆν τῆς ὑμετέρας κρίσεως ἠρτῆσθαι, εἰ μὴ ὁ προειρημένος Εὐσέβιος δεινῇ τῶν τότε συλλαβομένων αὐτῷ προαιρέσει ἐνταῦθα ἐληλύθει, καὶ τὴν τῆς τάξεως ὀρθότητα ἀναισχύντως συνεπεπράχει [ἴσ. συνετεταράχει]. Ἀλλ' ἐπειδὴ περὶ τοῦ αὐτοῦ Εὐσεβίου πρὸς τὴν ὑμετέραν ἀγάπην ὀλίγα προσῆκε φράσαι, μακροθύμως ἀκούσατε. Μέμνηται ἡ ὑμετέρα ἀνεξικακία, ἐπὶ τῆς Νικαέων πόλεως γεγενῆσθαι σύνοδον ἐπισκόπων· ᾗ καὶ αὐτὸς ἐγὼ πρεπόντως τῇ τῆς ἐμῆς συνειδήσεως λατρείᾳ παρήμην, οὐδὲν ἕτερον

[24] Apud Theodor. lib. I *Hist.* cap. 20.

A βουλόμενος, ἢ ὁμόνοιαν ἅπασιν ἐργάσασθαι, καὶ πρὸ πάντων ἐλέγξαι καὶ ἀποσείσασθαι τὸ πρᾶγμα τοῦτο, ὃ τὴν μὲν ἀρχὴν εἰλήφει διὰ τῆς Ἀρείου τοῦ Ἀλεξανδρέως ἀπονοίας, ἰσχυροποιεῖτο δὲ παραχρῆμα διὰ τῆς Εὐσεβίου ἀτόπου τε καὶ ὀλεθρίας σπουδῆς. Ἀλλ' αὐτὸς οὗτος Εὐσέβιος, προσφιλέστατοι καὶ τιμιώτατοι, μεθ' ὅσης νομίζετε συνδρομῆς ἅτε δὴ ὑπὸ τῆς συνειδήσεως αὐτῆς ἡττώμενος, μεθ' ὅσης δὲ αἰσχύνης τῇ πανταχόθεν ἐληλεγμένῃ ψευδολογίᾳ αὐτοῦ συνίστατο, ὑποπέμπων μέν μοι διαφόρους τοὺς ὑπὲρ αὐτοῦ ἀξιοῦντας, ἐξαιτούμενος δὲ παρ' ἐμοῦ συμμαχίαν τινά, ὅπως μὴ ἐπὶ τοσούτῳ ἐλεγχθεὶς πλημμελήματι, τῆς ὑπαρχούσης αὐτῷ ἐκπέσοι τιμῆς; Μάρτυς ἐστί μοι τούτων αὐτὸς ὁ Θεός, ὃς ἐμοί τε καὶ ὑμῖν φιλαγάθως ἐπιμένοι· ὅτι καὶ ἐμὲ αὐτὸς ἐκεῖνος Εὐσέβιος περιέτρεψε, καὶ ἀπρεπῶς ὑφήρπασεν· B ἀλλ' ἡ θεία με πρόνοια ἐπὶ τὴν ἀληθεστάτην αὐτῆς ὁδὸν ἐπανήγαγεν· ὃ καὶ ὑμεῖς ἐπέγνωτε, καὶ ἐπιγνώσεσθε. Πάντα μὲν γὰρ ἐπράχθη παρ' αὐτοῦ τότε, Εὐσεβίου τοῦ ἀνοσίου λέγω, καθὼς αὐτὸς ἐπόθει, πᾶν ὁτιοῦν κακὸν ἐπὶ τῆς αὐτοῦ διανοίας ἀποκρυπτόμενος. Ἀλλὰ πρώην, ἵνα τὰ λοιπὰ τῆς τούτου σκαιότητος παρῶ, τί μάλιστα μετὰ Θεογνίου, ὃν τῆς ἀνοσίας αὐτοῦ προαιρέσεως ἔχει κοινωνὸν διεπράξατο, ἀκούσατε, παρακαλῶ. Ἀλεξανδρέας τινὰς τῆς ἡμετέρας πίστεως ἀναχωρήσαντας, ἐνταῦθα κεκελεύκειν ἀποσταλῆναι, ἐπειδὴ διὰ τῆς τούτων ὑπηρεσίας, διχονοίας ἠγείρετο πυρσός. Ἀλλ' οὗτοι οἱ καλοί τε καὶ ἀγαθοὶ ἐπίσκοποι, οὓς ἅπαξ ἡ τῆς συνόδου ἀλήθεια πρὸς μετάνοιαν ἐτετηρήκει, οὐ μόνον C ἐδέξαντο ἐκείνους, καὶ παρ' ἑαυτοῖς ἠσφαλίσαντο, ἀλλὰ καὶ ἐκοινώνησαν αὐτοῖς τῆς τῶν τρόπων κακοηθείας. Διὰ τοῦτο περὶ τοὺς ἀχαρίστους τούτους ἔκρινα πρᾶξαι. Ἁρπαγέντας γὰρ αὐτοὺς ἐκέλευσα ὡς πορρωτάτω ἐξορισθῆναι. Νῦν ἡμέτερόν ἐστι πρὸς τὸν Θεὸν ἐκείνῃ τῇ πίστει βλέπειν ᾗ πάντοτε καὶ γεγενῆσθαι ἡμᾶς καὶ εἶναι πρέπει, καὶ διαπράξασθαι οὕτως, ἵνα ἐπισκόπους ἁγνούς τε καὶ ὀρθοδόξους καὶ φιλανθρώπους ἔχοντες χαίρωμεν. Εἴ τις δὲ πρὸς μνήμην τῶν λυμεώνων ἐκείνων, ἢ πρὸς ἔπαινον, ἀπρονοήτως ἐξαφθῆναι τολμήσει, παραχρῆμα τῆς ἰδίας τόλμης, διὰ τῆς τοῦ θεράποντος τοῦ Θεοῦ, τοῦτ' ἔστιν ἐμοῦ, ἐνεργείας ἀνασταλήσεται. Ὁ Θεὸς ὑμᾶς διαφυλάξοι, ἀδελφοὶ ἀγαπητοί.

Ταῦτα καὶ τὰ τοιαῦτα ἡ τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως D Κωνσταντίνου ἐπιστολὴ σαφέστατα ἔδειξε περὶ τοῦ ἀσεβοῦς Εὐσεβίου τοῦ Νικομηδείας, ὃς προσφύλαξ οὐ μόνον γέγονε τοῦ θεομισοῦς Λικινίου, ἀλλὰ καὶ συμμύστης καὶ ὑπουργὸς τῆς ἐκείνου τυραννίδος καὶ ἀσεβείας. Βαδιῶ δὲ ἐντεῦθεν ἐπὶ τὴν προκειμένην τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ὑπόθεσιν.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Περὶ τῆς κατὰ τοῦ ἀσεβοῦς Λικινίου νίκης τοῦ θεοφιλοῦς βασιλέως Κωνσταντίνου.

Λικινίου τοίνυν σὺν στρατιᾷ τῇ σὺν αὐτῷ ἀπὸ τῆς Νικομηδέων ἐξορμήσαντος ἐπὶ τὸ Βυζάντιον κατὰ θεοφιλοῦς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ἐκεῖσε τότε παρόντος, τῶν δ' ἑκατέρων στρατιωτικῶν φαλάγγων

quam ut tum concordiam inter omnes constituerem; tum omnium maxime ut reprimerem penitus et submoverem eam rerum perturbationem, quæ ex Arii Alexandrini amentia orta, illico ex absurdo et pernicioso conatu Eusebii vires collegit. Nam quanta concursione, amantissimi honoratissimique fratres, putatis istum Eusebium, utpote ipsa conscientia convictum, quanta cum ignominia, mendaciis undique deprehensis, aggressum esse primum certos quosdam homines subornare qui pro eo deprecarentur, deinde a me auxilium petere, ne tanti sceleris damnatus, de honoris sui gradu dejiceretur? Hujus rei testis est mihi Deus, qui tum mihi, tum vobis benignus perpetuo adsit, quod et meum pervertit judicium, et turpiter a veritate abduxit. Sed divina providentia ad rectam me reduxit viam. Quod et vos novistis, et cognoscetis amplius. Nam tum omnia gesta sunt ex ejus impii, Eusebii, inquam, sententia, qui perniciem omnem adhuc intra cogitationem suam abditam et occultam tenuit. Ac primum, ut cætera illius nequitiæ facinora prætercam, audite, quæso, quid cum Theognio, quem impii instituti sui socium habebat, perpetraverit. Ipse quosdam Alexandrinos, qui a fide nostra defecerant, huc mitti jusseram, quandoquidem eorum opera dissidii flamma incensa erat. Sed isti honesti bonique scilicet episcopi, quos vera concilii dijudicatio ad pœnitentiam agendam reservaverat, non solum eos admiserunt ad se, et secum tuto collocarunt, verum etiam illorum depravatis moribus communicarunt. Quamobrem ingratos istos aliquo pacto puniendos censui, et jussi ut a suis abrepti sedibus, quam longissime relegarentur. Jam nostrum est, ea fide in Deum aciem mentis vestræ intendere, in qua nos semper mansisse constat: et nunc etiam manere decet, omnemque ætatem ita degere, ut episcopos integritate vitæ, doctrinæ puritate, tum benignitate etiam in omnes, eximios habentes, jure lætemur. Si quis autem temere pestes illas vel memoria, vel laudibus celebrare audeat, confestim servi Dei opera (meipsum dico) pœnas suæ audaciæ dabit. Deus vos, fratres charissimi, incolumes servet.

Hæc aliaque his similia pii imperatoris Constantini epistola manifestissime ostendit de impio illo Eusebio Nicomediæ episcopo, qui non solum scelesti Licinii conservator, sed tyrannidis atque impietatis ejus minister erat et adjutor. Redeo deinceps ad ecclesiasticæ historiæ argumentum.

CAP. XI.

De victoria quam ab impio Licinio religiosus imperator Constantinus reportavit.

Licinius igitur ex Nicomediensium regione una cum exercitu Byzantium progreditur contra imperatorem Constantinum, qui tum illic subsistebat. Sed cum ambas militares acies Christigerum im-

peratorem corona cingere videret flagitiosus ille, et se a suis ad præstantiorum clypeum transfugientibus desertum conspicaretur, primum in oppidum Bithyniæ Chrysopolim (navale hoc est Chalcedonis) sese abdere cogitabat : cum vero id non posset, et videret se sub Constantini pedibus quasi pronum jacentem, seipsum dedidit. Cum igitur æquissimus, juxta ac religiosissimus imperator vivum cepisset, humaniter admodum illum tractavit, nec occidit, sed quietum et otiosum Thessalonicam habitare jussit. Ille aliquandiu sese continere videbatur : sed non ita multo post, Barbaris quibusdam convocatis, una cum ipsis instaurare bellum, et cladem acceptam rependere meditabatur. Hoc cum rescivisset fidelissimus imperator, tolli illum Deo invisum e medio jussit : atque ita Christi et servi ejus opera sublatus ille tyrannus est.

τὸν Χριστοφόρον βασιλέα ἐν κύκλῳ αὐτῶν ἐχουσῶν, ἰδὼν ὁ ἀλιτήριος, καὶ τῶν οἰκείων δὲ στρατιωτῶν ἔρημον ἑαυτὸν θεασάμενος, ἐπὶ τὴν τῶν κρειττόνων ἀσπίδα προσπεφευγότων, τὰ μὲν πρῶτα κρυπτάζεσθαι ἐσπούδαζεν ἐν Χρυσοπόλει τῇ Βιθυνῷ· ἐπίνειον δὲ τοῦτο τῆς Χαλκηδόνος ἐστί· μὴ δυνηθεὶς δὲ, ἰδὼν ἑαυτὸν ἤδη πρηνῆ κείμενον ὑπὸ τοῖς Κωνσταντίνου τοῦ βασιλέως ποσὶν, ἐξέδωκεν ἑαυτόν. Ζῶντα οὖν συλλαβὼν ὁ ἐπιεικέστατος καὶ εὐσεβέστατος βασιλεὺς, φιλανθρωπεύεται, καὶ κτείνει μὲν οὐδαμῶς, οἰκεῖν δὲ τὴν Θεσσαλονίκην προσέταξεν ἡσυχάζοντα. Ὁ δὲ πρὸς ὀλίγον χρόνον ἡσυχάζειν ἐδόκει· μετὰ δὲ ταῦτα Βαρβάρους τινὰς προσκαλούμενος, καὶ σὺν αὐτοῖς διασκεπτόμενος, ἀναμάχεσθαι τὴν ἧτταν ἐσπούδαζε. Τοῦτο γνοὺς βασιλεὺς ὁ πιστότατος, ἀναιρεθῆναι τὸν θεομισῆ ἐκέλευσε· καὶ ἀνῃρέθη ὁ τοῦ [ἴσ. ὑπὸ τοῦ] Χριστοῦ καὶ τοῦ αὐτοῦ θεράποντος τύραννος.

ΛΟΓΟΣ ΔΕΥΤΕΡΟΣ.

LIBER SECUNDUS

CAPUT PRIMUM.

De gestis post sublatum Licinium, et imperio regis Constantini, et de pace Ecclesiarum Dei.

Constantinus itaque rerum potitus, per prudentiam [25] sibi a Deo datam, et summus imperator declaratus, res Christianorum in dies magis ac magis augere omni studio contendebat. Idque variis modis præstabat, igneam habens fidem, et innatam in Deum universorum fidissimam pietatem : et tota sub cœlo Ecclesia alta pace fruebatur. Audiamus sane quid hic dicat pulcherrimus ecclesiastici fundi arator, ille veri studiosissimus Eusebius celeberrimi Pamphili. Licinius [26], inquit, persimilem cum impiis tyrannis viam secutus, ad persimile etiam cum iisdem calamitatis præcipitium non sine causa ruit. Atqui iste hoc modo tandem percussus et profligatus occubuit : Constantinus autem maximus, victor, augustus, omni genere pietatis ornatus, una cum filio Crispo imperatore Deo charissimo, et patris rebus in omnibus simillimo, Orientem in suam redegit potestatem, atque Romanorum imperium, sicut jam olim erat, in unum redegit et regnum universum a sole oriente undique ad extremas occidentis oras, et ad alteras utrasque mundi plagas, Boream pariter, et meridiem, cum tranquilla pace obtinuit : proinde metus malorum quibus antea premebantur, tum ex hominum vita prorsus sublatus fuit. Tunc

ΚΕΦΑΛΑΙΟΝ ΠΡΩΤΟΝ.

Περὶ τῶν μετὰ τὴν ἀναίρεσιν τοῦ ἀσεβοῦς Λικινίου, καὶ αὐτοκρατορίας τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου, καὶ εἰρήνης τῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν.

Κωνσταντῖνος τοίνυν πάντων γενόμενος ἐγκρατὴς, διὰ τῆς ἐκ Θεοῦ δοθείσης αὐτῷ συνάρσεως [ἴσ. συνέσεως], αὐτοκράτωρ βασιλεὺς ἀναδειχθεὶς, τὰ Χριστιανῶν αὔξειν εἰσέτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον ἐσπούδαζεν. Ἐποίει τε τοῦτο διαφόροις τοῖς τρόποις, ἔμπυρον ἔχων πίστιν, καὶ ἔμφυτον τὴν εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν πιστοτάτην εὐσέβειαν. Καὶ ἦν πᾶσα ἡ ὑπὸ τὸν οὐρανὸν Ἐκκλησία ἐν βαθείᾳ εἰρήνῃ. Ἀκούσωμεν δὴ τί ἐνταῦθα λέγει καὶ ὁ ἀροτὴρ ὁ κάλλιστος [ἄριστος] τῆς ἐκκλησιαστικῆς γεωργίας, ὁ φιλαληθέστατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ παμφήμου Παμφίλου. Ὁ μὲν οὖν Λικίνιος, φησὶ, τὴν ὁμοίαν τοῖς ἀθέοις τυράννοις τῆς ἀσεβείας μετελθὼν ὁδὸν, ἐπὶ τὸν ἴσον αὐτοῖς ἐνδίκως περιηνέχθη κρημνόν. Ἀλλ' οὗτος μὲν ταύτῃ περιβεβλημένος ἔκειτο· ὁ δὲ ἀρετῇ πάσῃ τῆς θεοσεβείας ἐκπρέπων μέγιστος, νικητὴς, Αὔγουστος Κωνσταντῖνος σὺν παιδὶ Κρίσπῳ βασιλεῖ θεοφιλεστάτῳ κατὰ πάντων τῷ πατρὶ ὁμοιοτάτῳ, τὴν οἰκείαν Ἑῴαν ἀπελάμβανε, καὶ μίαν ἡνωμένην τὴν Ῥωμαίων κατὰ τὸ παλαιὸν παρεῖχον ἀρχὴν, τὴν ἀπ' ἀνίσχοντος ἡλίου πᾶσαν ἐγκύκλιον [ἐν κύκλῳ] καθ' ἑκάτερα τῆς οἰκουμένης, Ἄρκτον τε ὁμοῦ καὶ μεσημβρίαν, εἰς ἔσχατα δυομένης ἡμέρας ὑπὸ τὴν αὐτῶν ἄγοντες εἰρήνην· ἀφῃρεῖτο δ' οὖν ἐξ ἀνθρώπων πᾶν δέος τῶν

[25] Alfonsi Pisani S. J. versio interpolata et in qq. emendata a Balforeo et Romanis editoribus. [26] Lib. x *Hist.* cap. 9.

πρὶν αὐτοὺς πιεζόντων· λαμπρὰς δὲ ἐτέλουν καὶ A πανηγυρικὰς ἑορτῶν ἡμέρας· ἦν δὲ φωτὸς ἔμπλεα τὰ πάντα· καὶ μειδιῶσι προσώποις, ὄμμασί τε φαιδροῖς, οἱ πρὶν κατηφεῖς, ἀλλήλους ἔβλεπον. (Παρῆν (7) δὲ αὐτοῖς.) Καὶ ὕμνοι κατὰ πόλιν ὁμοῦ καὶ ἀγροὺς τὸν βασιλέα Θεὸν, καὶ τὸν τούτου γνήσιον παῖδα Χριστὸν πρώτιστα πάντων, ὅτι δὴ τοῦτο ἐδιδάχθησαν, ἐγέραιρον, καὶ ἔπειτα τὸν εὐσεβῆ βασιλέα ἅμα παισὶ θεοφιλέσιν [θεοσεβέσιν] εὐφήμουν. Κακῶν δὲ ἀμνηστία παλαιῶν ἦν, καὶ λήθη πάσης δυσσεβείας· τῶν δὲ ἀγαθῶν [παρόντων] ἀπόλαυσις, καὶ προσέτι μελλόντων προσδοκία. Ἤπλωντο οὖν κατὰ πάντα τόπον τῆς τοῦ νικητοῦ βασιλέως φιλανθρωπίας ἔμπλεοι διατάξεις, νόμοι τε μεγαλοδωρεᾶς καὶ ἀληθοῦς εὐσεβείας γνωρίσματα ἔχοντες. Οὕτω δῆτα πάσης τυραννίδος B ἐκκαθαρθείσης, μόνοις ἐφυλάττετο τὰ τῆς προσηκούσης βασιλείας βέβαιά τε καὶ ἀνεπίφθονα Κωνσταντίνῳ καὶ τοῖς τούτου παισί. Τοσαῦτα ὁ τῶν ἀρχαίων ἐκκλησιαστικῶν συγγραφέων ἀξιοπιστότατος Εὐσέβιος ὁ τοῦ Παμφίλου, πλείστους ὅσους ἀγῶνας θέμενος, καὶ διερευνησάμενος, ἐκ τῶν ἁπλῶς ἐχόντων τὴν ἀναλογὴν ποιησάμενος, ἐν δέκα τόμοις ὅλοις τὰ τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἡμῖν ἱστορίας ἀκριβῶς καταλέλοιπεν· ἀρξάμενος μὲν ἀπὸ τῆς τοῦ Κυρίου παρουσίας, πληρώσας δὲ εἰς τούσδε τοὺς χρόνους, οὐκ ἀπόνως· πῶς γὰρ οἷόν τε ἦν τοσαύτην ἀναδεξάμενον φροντίδα τοῦ διασώσασθαι τῆς τοιᾶσδε συλλογῆς τὴν ἁρμονίαν; ἀλλ' ὡς ἀρτίως ἔφην, πολλὴν εἰσενεγκάμενος τὴν σπουδὴν καὶ πλοῦτον ἄφατον πόνου· ἀλλὰ C μηδεὶς οἰέσθω τὸν ἄνδρα ἐκ τῶν περὶ αὐτοῦ ἐπιπεφημισμένων, ὡς τῆς Ἀρείου βλασφημίας ποτέ τε πεφρονήκει. Ἀλλὰ πεπείσθω, ὡς εἰ καί τιν' ἂν ἐλάλησεν ἢ ἔγραψε, μικρόν τι τῶν Ἀρείου ὑπονοούμενα, οὐ μὴν κατὰ τὴν ἀσεβῆ ἐκείνου ἔννοιαν, ἀλλ' ἐξ ἀπεριέργου ἁπλότητος, καθὼς καὶ αὐτὸς ἐν τῷ ἀπολογητικῷ [αὐτοῦ λόγῳ], ᾧ διεπέμψατο πρὸς τὸ τῶν ὀρθοδόξων ἐπισκόπων κοινὸν μαρτυράμενος, ταῦτα ἐπληροφόρησε. Καὶ ἀληθεύειν τὸν ἄνδρα ὑπολάβοι πᾶς τις εὖ φρονῶν, ὁπότε σύνεστι, καὶ ἐξ ἐκείνου πεισθῆναι μήπω τότε πού ποτε τὰ Ἀρείου ἀκουσθησόμενα. Δείξει δὲ τὰ ἐν τῇ συνόδῳ τῇ κατὰ τὴν Νικαέων αὐτῷ ἠγωνισμένα κατὰ τῆς ἀσεβείας Ἀρείου ὑπὲρ τῆς ἀποστολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως. Ἀλλ' ἐπὶ τὴν ἀκολουθίαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς ἱστορίας ἐπανίωμεν. Τῆς οὖν ἀνὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίας D Χριστοῦ τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν εἰρήνην βαθεῖαν ἐχούσης, πρυτανευθείσης αὐτῇ ταύτης παρὰ τοῦ παμβασιλέως Θεοῦ, διὰ τοῦ θεράποντος αὐτοῦ Κωνσταντίνου καὶ τῶν αὐτοῦ παίδων, μετὰ τὸ μαρτύριον τοῦ θεσπεσίου Πέτρου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας ἐπισκόπου γενομένου, τελειωθέντος αὐτοῦ ἐν αὐτῷ τῷ μαρτυρίῳ, καὶ τὸν τῆς ἀθλήσεως ἄφθαρτον στέφανον ἀναδησαμένου, χηρεύει ἡ ἐκεῖσε Ἐκκλησία ἐνιαυτὸν ἕνα· μετὰ δὲ τὸν ἐνιαυτὸν χειροτονεῖται εἰς τὸν θρόνον αὐτοῦ τοῦ ἁγίου μάρτυρος Πέτρου Ἀχιλλᾶς, ἀνὴρ, στιβαρὸς καὶ μεγαλοφυὴς, ἀγιόφρων, εὐ-

frequentes conventus acti, tum festi dies celebrati, tunc omnia lætitia redundarunt. Tunc qui ante demissa et contracta fronte erant, hilari vultu et læto oculorum obtutu se mutuo aspexerunt. Tunc choreis, tum hymnis tam per singulas civitates, quam per agros, primum omnium regem Deum et germanum Filium ejus Jesum Christum (hoc enim edocti erant) prædicaverunt : deinde pium imperatorem ac liberos Deo in primis charos laudibus extulerunt. Tunc veterum nulla recordatio malorum, tunc omnis impietatis oblivio, tunc suavis præsentium bonorum usus et oblectatio, tunc jucunda futurorum exspectatio, tunc denique non decreta solum imperatoris, victoris illustrissimi, plena humanitatis et clementiæ, verum etiam leges, eximia magnificentiæ illius et veræ pietatis judicia complectentes, in locis quibusque divulgatæ. Sic ergo pestifera totius tyrannidis labe purgata deletaque, Constantinus solum et liberi, imperii ad ipsos jure pertinentis gubernacula, auctoritate et præsidio firma, invidiæ ac metus expertia deinceps possederunt. Hactenus veterum ecclesiasticorum scriptorum fide dignissimus Eusebius Pamphili, qui summa contentione enitens, tum exquirens singula, et ex his quæ simpliciter se habebant, congruam partium mensuram efficiens, decem integris libris Historiam nobis ecclesiasticam perfectam reliquit, incipiens ab adventu Domini, desinens autem in hæc tempora, non sine labore. Quomodo enim aliter fieri poterat ab eo qui tantam curam susceperat, ut talis collectionis harmoniam nobis conservaret, imo vero, ut paulo ante dixi, summum studium et ineffabilem laboris copiam ad id contulerat ? Nemo autem æstimet virum hunc ex his quæ de illo fama circumferuntur, quasi Arii blasphemiæ consenserit; sed credat, si quæ protulit aut scripsit, Arii dogma tantillum subolentia, ea non ex impio illius sensu protulisse unquam aut scripsisse, sed ex minus curiosa parumque sollicita simplicitate : ut ipse in libro apologetico, quem ad orthodoxos omnes episcopos misit, plenius ista probavit. Vera autem dicere hominem conjiciet quicunque prudens considerat quo tempore ille vixit; et ex illo credat, quod nondum ea quæ sunt Arii, illo tempore audita usquam fuerunt. Demonstrabunt vero idem ipsius in synodo Nicæna contra impietatem Arii pro apostolica et orthodoxa fide certamina. Sed ad ecclesiasticæ historiæ ordinem revertamur. Cum igitur per universum orbem Ecclesia Christi Salvatoris nostri profunda pace gauderet, quam Deus universorum rex ei paraverat per servum suum Constantinum ejusque filios; post divini Petri martyrium, qui fuit episcopus Ecclesiæ Alexandrinæ, et in ipso martyrio fuit consummatus, et incorrupta sui certaminis corona redimitus, vidua remansit Ecclesia illa annum unum : transacto autem anno, ordinatur in sede

(7) Lat. *Iis autem ipse intereram.* Sed hæc, quæ sunt inclusa parenthesi, non leguntur apud Eusebium. HARD

sancti martyris Petri Achillas, vir gravis et magnanimus, ac sancte prudens, religioneque pariter ac sapientia plurima ornatus, ut nobis antiqui et omni carentes errore commentarii referunt: qui multa prius exhortatione usus, suscepit Arium in ordinem diaconorum. Cum autem hic mensibus tantum quinque supervixisset, suscepit sacerdotii principatum ibidem in Alexandrina Ecclesia Alexander, vir in summo honore ab omni Ecclesiæ clero et populo habitus, magnificus, liberalis, facundus, æquus, Dei amator, amans hominum, pauperum studiosus, bonus et mansuetus erga omnes, si quis alius: qui et ipse Arium proximum sibi presbyterum constituit. Sub hoc cum Ecclesiarum pax magis ac magis quotidie reluceret, cum in unam concordiam conspirarent omnes, et in sanctorum martyrum præmiis ubique locorum gloriarentur: non ferens diabolus tantum fidelissimi Ecclesiæ populi in cœlesti erga Deum cultu incrementum, iterum per quamdam ecclesiasticorum contentionem turbas excitat.

A λαδεία ὁμοῦ καὶ σοφίᾳ πλείστῃ ὅσῃ διαπρέπων, καθὼς ἡμῖν τὰ παλαιὰ καὶ ἀπλανῶς ἔχοντα διηγοῦνται συγγράμματα· ὃς πολλὰ παρακληθεὶς ὑπεδέξατο τὸν Ἄρειον εἰς τὴν διακονίαν. Τούτου δὲ ἐπιδιώσαντος μῆνας πέντε μόνον, ὑποδέχεται τὴν τῆς ἱερωσύνης ἀρχὴν τῆς αὐτόθι τῶν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας Ἀλέξανδρος, ἀνὴρ τίμιος ἐν πᾶσι, παντὶ τῷ τῆς Ἐκκλησίας κλήρῳ καὶ λαῷ μεγαλοπρεπὴς [μικρομεγέθης], εὐμετάδοτος, εὔλαλος, ἐπιεικὴς, φιλόθεος, φιλάνθρωπος, φιλόπτωχος, χρηστὸς, προσηνὴς πρὸς πάντας, εἴπερ τις ἄλλος· ὃς καὶ αὐτὸς κατέστησε τὸν Ἄρειον πρεσβύτερον ἔγγιστα ἑαυτοῦ. Ἐπὶ τούτου τῆς εἰρήνης τῶν Ἐκκλησιῶν ὁσημέραι ὡς ἔτι μᾶλλον καὶ μᾶλλον λαμπρυνομένης, καὶ εἰς μίαν ὁμόνοιαν συνεστώσης, καὶ τοῖς ἐπάθλοις τῶν ἁγίων B μαρτύρων πανταχοῦ γῆς σεμνυνομένης· οὐκ ἐνεγκὼν ὁ διάβολος τὴν τοσαύτην τοῦ πιστοτάτου τῆς Ἐκκλησίας λαοῦ ἐπὶ τῇ ἐν αὐτῇ πρὸς τὸν Θεὸν οὐρανίῳ θρησκείᾳ αὔξησιν, πάλιν ἔκ τινος φιλονεικίας τῶν ἐν αὐτῇ ταραχὴν ὑφίσταται.

CAP. II.

De hæresi a Dei hoste Ario inventa.

Presbyter enim ille, quem dicebamus tali honore dignum existimatum fuisse ab Alexandro Alexandriæ episcopo, nomine Arius, vir specie quidem magis pius, cætera vero vanitatis et gloriæ callidus amator, cœpit circa fidem in Christum peregrina quædam proferre, quæ prioribus temporibus nemo quæsierat unquam aut introduxerat: conatus unigenitum Dominum nostrum Jesum Christum a Patris ineffabili et æterna divinitate separare, magnæ in Ecclesia perturbationis auctor fuit. Verum dum Alexander ingenita naturæ suæ benignitate Arium in melius mutare vellet decentibus admonitionibus, necdum statueret sententia uti: interea contigit ob hoc, ut pestilenti hæresis calamitate multi absumerentur, et tanquam ex parva scintilla magnus ignis accenderetur. Malum incipiens ab Alexandrinorum Ecclesia, plures alias civitates atque provincias percurrebat. Postremo cum videret Alexander malum in pejus progredi, synodum subjectorum sibi episcoporum convocans, et Arium sacerdotio dejiciens, suis collegis rationem reddidit: et quæ contra Arium fusius exponens, studiumque exstirpandæ hæresis iis injiciens, ut ad judicium præpararentur, ipsos adhortatur, in hunc modum ad eos scribens.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

Περὶ τῆς ἐφευρεθείσης αἱρέσεως ὑπὸ τοῦ Θεομάχου Ἀρείου.

Ὁ γὰρ πρεσβύτερος ἐκεῖνος, ὃν ἔφαμεν τῆς τοιᾶσδε ἠξιῶσθαι τιμῆς ὑπὸ Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας, Ἄρειος τοὔνομα, ἀνὴρ προσχήματι μᾶλλον εὐσεβὴς, τὰ δὲ ἄλλα δόξης καὶ κενότητος θερμὸς ἐραστὴς, ἤρξατο προφέρειν τινὰ ξένα περὶ C τῆς εἰς Χριστὸν πίστεως, ἃ τοῖς ἔμπροσθεν χρόνοις οὐδεὶς πώποτε ἐζήτησεν, ἢ παρεισήνεγκεν· ἐπιχειρήσας τὸν μονογενῆ Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν διελεῖν τῆς τοῦ Πατρὸς ἀῤῥήτου καὶ ἀϊδίου θεότητος, πολλῆς κατὰ τὴν Ἐκκλησίαν παραίτιος ταραχῆς γέγονεν. Ἀλλὰ δὴ τοῦ Ἀλεξάνδρου, πραότητι φύσεως, τὸν Ἄρειον ἐπὶ τὸ ἄμεινον θέλοντος μεταβαλεῖν πρεπούσαις παραινέσεσι, μηδέπω δὲ κρίνοντος ἀποφάσει χρήσασθαι, τέως ἐπινέμεσθαι διὰ τοῦτο πολλοὺς τὴν λοιμικὴν περίστασιν τῆς αἱρέσεως γέγονεν, ἔπειτα ὡς ἀπὸ μικροῦ σπινθῆρος μέγα πῦρ ἐξαφθῆναι. Ἀρξάμενόν τε τὸ κακὸν ἀπὸ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας, καὶ κατὰ πόλεις ἄλλας καὶ ἐπαρχίας διέτρεχε. Τέλος, ὡς ἐνεῖδεν ἐπὶ τὸ χεῖρον τὸ κακὸν προϊέναι, σύνοδον τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων συστη- D σάμενος, καὶ καθελὼν τὸν Ἄρειον, δίδωσιν εἰς τοὺς συλλειτουργοὺς τὴν ὑπόθεσιν ὁ Ἀλέξανδρος, πλατύτερόν τε τὰ κατὰ τὸν Ἄρειον ἐκτεθεικὼς, σπουδήν τε ἐνιεὶς πρὸς ἀναίρεσιν τῆς αἱρέσεως εἰς παρασκευὴν τῆς διαγνώσεως αὐτοὺς ἑτοιμάζεσθαι παρακελεύεται, γράψας πρὸς αὐτοὺς τοιάδε·

CAP. III.

Dejectio Arii et sociorum ejus, missa ab Alexandro episcopo omnibus episcopis.

Charissimis honoratissimisque fratribus, qui ubique gentium sunt nobiscum in Ecclesiæ ministerio conjuncti, Alexander salutem in Domino.

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

Καθαιρετικὸν Ἀρείου καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, διαπεμφθὲν παρὰ Ἀλεξάνδρου ἐπισκόπου Ἀλεξανδρείας τοῖς ἁπανταχοῦ ἐπισκόποις

Τοῖς ἀγαπητοῖς καὶ τιμιωτάτοις συλλειτουργοῖς τοῖς ἁπανταχοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας, Ἀλέξανδρος ἐν Κυρίῳ χαίρειν.

(*Vide* hujusce Patrologiæ tom. LXVII, col. 43-51, apud Socr. lib. I *Hist.* cap. 6.)

ΚΕΦΑΛ. Δ'.

A

Ἐπιστολὴ Κωνσταντίνου βασιλέως πρὸς Ἀλέξανδρον καὶ Ἄρειον διαπεμφθεῖσα διὰ Ὁσίου ἐπισκόπου Κορδούβης.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, Ἀλεξάνδρῳ καὶ Ἀρείῳ.

CAP. IV.

Epistola imperatoris Constantini ad Alexandrum et Arium per Osium episcopum Cordubæ missa.

Victor Constantinus, maximus, augustus, Alexandro et Ario,

(*Vide* hujusce Patrologiæ tom. XX, col. 1041-1048, apud Euseb. lib. II *De vita Constant.* cap. 69; tom. LXVII, col. 55-60, apud Socr. lib. I *Hist.* c. 7)

ΚΕΦΑΛ. Ε'.

Ὅπου ὁ θεοφιλέστατος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος σύνοδον ἐπισκόπων ἐπὶ τῆς Νικαέων κελεύει γενέσθαι.

Ὁρῶν τοίνυν ὁ βασιλεὺς ταραττομένην τὴν Ἐκκλησίαν, σύνοδον οἰκουμενικὴν συγκροτεῖ, τοὺς πανταχόθεν ἐπισκόπους διὰ γραμμάτων εἰς Νίκαιαν τῆς B Βιθυνίας ἀπαντῆσαι παρακαλῶν. Ἦν δὲ αὐτῷ ἑκκαιδέκατον ἔτος καὶ μῆνες ἓξ τῆς βασιλείας, ὅτε ταῦτα αὐτῷ ὑπὲρ τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἐσπούδαστο. Παρῆσάν τε ἐκ πολλῶν ἐπαρχιῶν τε καὶ πόλεων οἱ ἐπίσκοποι, περὶ ὧν ὁ Παμφίλου Εὐσέβιος ἐν τῷ τρίτῳ βιβλίῳ τῶν εἰς τὸν Κωνσταντίνου βίον, τάδε κατὰ λέξιν φησίν· Τῶν γοῦν Ἐκκλησιῶν ἁπασῶν, αἳ τὴν Εὐρώπην ἅπασαν, Λιβύην τε καὶ τὴν Ἀσίαν ἐπλήρουν, ὁμοῦ συνῆκτο τῶν τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν τὰ ἀκροθίνια· εἷς τε οἶκος εὐκτήριος, ὥσπερ ἐκ Θεοῦ πλατυνόμενος, ἔνδον ἐχώρει κατὰ τὸ αὐτὸ Σύρους τε ἅμα καὶ Κίλικας, Φοίνικάς τε καὶ Ἄραβας καὶ Παλαιστίνους, καὶ ἐπὶ τούτοις Αἰγυπτίους, Θηβαίους, Λίβυας, τούς τε ἐκ μέσης τῶν ποταμῶν C ὁρμωμένους. Ἤδη δὲ καὶ Πέρσης ἐπίσκοπος τῇ συνόδῳ παρῆν, οὐδὲ Σκύθης ἀπελιμπάνετο τῆς χορείας· Πόντος τε καὶ Ἀσία, Φρυγία τε καὶ Παμφυλία τοὺς παρ' αὐτοῖς παρεῖχον ἐκκρίτους. Ἀλλὰ καὶ Θρᾷκες καὶ Μακεδόνες, Ἀχαιοί τε καὶ Ἠπειρῶται, οἱ [αὐτῶν] ἔτι (8) προσωτάτω οἰκοῦντες ἀπήντων. Αὐτός τε Σπάνων ὁ πάνυ βοώμενος ὁ Ὅσιος, ἐπέχων καὶ τὸν τόπον τοῦ τῆς μεγίστης Ῥώμης ἐπισκόπου Σιλβέστρου, σὺν πρεσβυτέροις Ῥώμης Βίτωνι καὶ Βικεντίῳ, τοῖς πολλοῖς ἅμα συνεδρεύων. Τῆς τε νῦν βασιλευούσης πόλεως ὁ μὲν προεστὼς, Μητροφάνης (9) τοὔνομα, διὰ γῆρας ὑστέρει, πρεσβύτεροι δὲ αὐτοῦ παρόντες τὴν αὐτοῦ τάξιν ἐτέλουν. Ὧν ὁ εἷς Ἀλέξανδρος ἦν, ὁ μετ' αὐτὸν ἐπίσκοπος τῆς αὐτῆς γεγονὼς πόλεως. Τοιοῦτον μόνος ἐξ αἰῶνος εἷς βασιλεὺς D Κωνσταντῖνος Χριστῷ στέφανον δεσμῷ συνάψας εἰρήνης, τῷ αὐτοῦ Σωτῆρι τῆς κατ' ἐχθρῶν καὶ πολεμίων νίκης θεοπρεπὲς ἀνετίθει χαριστήριον, εἰκόνα χορείας ἀποστολικῆς, ταύτην καθ' ἡμᾶς συστησάμενος. Ἐπεὶ καὶ κατ' ἐκείνους συνῆχθαι, λόγος, ἀπὸ παντὸς ἔθνους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἄνδρας εὐλαβεῖς καθὼς ἐν ταῖς Πράξεσι τῶν ἀποστόλων, ἐν οἷς ἐτύγχανον Πάρθοι καὶ Μῆδοι καὶ Ἐλαμῖται. Πλὴν ὅσον ἐκείνοις μὲν ὑστερεῖτο, μὴ ἐκ Θεοῦ λειτουργῶν

CAP. V.

Quomodo imperator Constantinus Deo charissimus synodum episcoporum Nicææ celebrari jusserit.

Cum videret imperator perturbatam Ecclesiam, concilium generale convocat, episcopos undecunque per litteras, ut Nicæam Bithyniæ concurrerent, exhortans. Agebatur autem regni ejus annus sextus decimus, et mensis præterea sextus, cum hæc ab illo pro Ecclesiæ pace summa cura agebantur. Aderant autem ex pluribus provinciis et civitatibus episcopi, de quibus Eusebius Pamphili libro tertio de vita Constantini, hæc ipsa verba refert [27]: Ex omnibus Ecclesiis, quæ frequentes in tota Europa, Africa et Asia exstiterunt, Dei sacerdotes qui facile primas ferre putabantur, in unum convocantur: una etiam ædes sacra, velut Dei nutu adaucta, intra parietes suos, Syros pariter et Cilices, Phœnices et Arabes, et Palæstinos, Ægyptios porro, Thebanos, Afros, aliosque ex Mesopotamia profectos recepit. Aderat etiam una in concilio Persidis episcopus, nec ab hoc choro Scytha abfuit: Pontus item et Asia, Phrygiaque et Pamphylia viros apud se lectissimos suppeditarunt. Quin etiam Thraces, Macedones, Achæi, et Epirotæ, et quorum domicilia multo longiore locorum intervallo distabant, eo adventarunt. Ipse etiam Osius ex Hispanis, nominis et famæ celebritate insignis, qui Silvestri episcopi maximæ Romæ locum obtinebat, una cum Romanis presbyteris Bitone et Vincentio, cum aliis multis in consessu illo adfuit. Urbis autem illius, penes quam imperium est, episcopus, Metrophanes nomine, ingravescente ætate præpeditus abfuit; sed presbyteri ejus qui aderant, illius locum suppleverunt; quorum unus Alexander illi postea in ejus urbis episcopatu successit. Talem coronam ex omni præteritæ ætatis memoria unus imperator Constantinus pacis vinculo ad Christi gloriam devinxit: et quo Salvatori suo gratias ageret, istud eximium victoriæ ab hostibus et inimicis partæ monumentum obtulit, effigiem chori apostolici, quam in nostro conventu pulchre expressit. Nam et de illis sermo sparsus, ex omni gente quæ sub cœlo est, viros pios in unum convenisse, ut in Actis apostolorum scribitur, inter quos erant Par-

[27] Cap. 7 et seqq.

(8) Eusebius, Τούτων θ' οἱ ἔτι: et al. mox; πορρωτάτω. HARD.

(9) Episcopi nomen non habet Eusebius, aut Socrates: in *Hist. Tripart.* lib. II, cap. 1, ex Socrate, ut ibi dicitur, non Metrophanes appellatur, sed Alexander; Sozomenus, lib. I, cap. 16, quod alii dicunt de Metrophane, dicit de Julio Romano pontifice. HARD.

thi, Medi, Elamitæ [28]. Verum illis hoc defuit, quod non omnes qui eo venerunt, ex Dei ministrorum numero erant illi quidem : sed in hoc præsenti choro fuit episcoporum multitudo ad numerum trecentorum et amplius : presbyterorum autem, diaconorum, acolythorum, et aliorum qui istos comitabantur, turba vix numerari potuit. Atque ex his Dei sacerdotibus alii prudenter et diserte dicendo, alii vitæ gravitate, et constanti rerum arduarum perpessione, nonnulli quasi media inter eos interjecta vivendi consuetudine eximii, insignem laudem adepti sunt. Erant etiam inter eos non pauci, qui propter longinquum temporis spatium quo vixerant, multum honoris et gloriæ collegerunt : alii qui in ipso ætatis flore propter ingeniorum acumen sunt magnum splendorem consecuti : quidam nuper sacerdotii cursum ingressi sunt. Quibus omnibus cibaria in singulos dies imperator large et liberaliter suppeditari præcepit. Sic de his qui eo convenerant, Eusebius Pamphili disseruit.

A συνεστάναι τοὺς πάντας. Ἐπὶ δὲ τῆς παρούσης χορείας, ἐπισκόπων μὲν πληθὺς ἦν τριακοσίων ἀριθμὸν ὑπεραχοντίζουσα· ἑπομένων δὲ τούτοις πρεσβυτέρων, καὶ διακόνων, ἀκολούθων τε πλείστων ὅσων ἑτέρων οὐδ' ἦν ἀριθμὸς εἰς κατάληψιν. Τῶν δὲ τοῦ Θεοῦ λειτουργῶν οἱ μὲν διέπρεπον σοφίας λόγῳ. Οἱ δὲ βίου στεῤῥότητι καὶ καρτερίας ὑπομονῇ· οἱ δὲ τῷ μέσῳ τρόπῳ κατεκοσμοῦντο. Ἠσάν τε τούτων οἱ μὲν χρόνων μήκει τετιμημένοι· οἱ δὲ νεότητι καὶ ψυχῆς ἀκμῇ διαλάμποντες· οἱ δὲ ἄρτι παρελθόντες ἐπὶ τὸν τῆς λειτουργίας δρόμον. Οἷς δὴ πᾶσιν ὁ βασιλεὺς ἐφ' ἑκάστης ἡμέρας τὰ σιτηρέσια δαψιλῶς χορηγεῖσθαι προσέταττε. Τοιαῦτα μὲν περὶ τῶν ἐκεῖ συνελθόντων ὁ Παμφίλου διεξῆλθεν Εὐσέβιος.

CAP. VI.

Quomodo rex cum episcopis consederit.

Cum autem imperator festum ob victoriam contra Licinium partam absolvisset, venit et ipse Nicæam [29]. Postridie omnes episcopi in unum locum convenerunt : accesserat autem et post ipsos imperator; et postquam accessit, in medio constitit, nec prius sedere voluit, quam episcopi innuissent; tanta religio et reverentia erga viros illos imperatorem occupavit. Ad quos laudatissimus imperator exhortatoriam et eruditam orationem habuit, in laudem et gloriam et gratiarum actionem Dei universorum, qui tantam sibi gratiam concesserat, ita locutus :

B

ΚΕΦΑΛ. ς'.

Ὅπου ὁ βασιλεὺς συνεδρεύει τοῖς ἐπισκόποις.

Ἐπιτελέσας δὲ ὁ βασιλεὺς ἐπινίκιον κατὰ Λικινίου ἑορτὴν, ἀπήντα καὶ αὐτὸς εἰς τὴν Νίκαιαν. Τῇ δὲ ἑξῆς πάντες ἅμα ἐπίσκοποι εἰς ἕνα τόπον συνήρχοντο· παρήει δὲ καὶ ὁ βασιλεὺς μετ' αὐτούς· καὶ ἐπεὶ παρῆλθεν, εἰς μέσον ἔστη, καὶ οὐ πρότερον καθίζειν ᾑρεῖτο, πρὶν ἂν οἱ ἐπίσκοποι ἐπινεύσειαν· τοσαύτη τις εὐλάβεια καὶ αἰδὼς τῶν ἀνδρῶν τὸν βασιλέα κατεῖχε. Πρὸς οὓς ὁ βασιλεὺς ὁ πανεύφημος παραινετικὸν καὶ διδασκαλικὸν προσενήνοχε λόγον, εἰς ὕμνησιν καὶ δοξολογίαν καὶ εὐχαριστίαν τοῦ τῶν πάντων Θεοῦ, τοῦ τοσαῦτα αὐτῷ χαρισαμένου, ὧδέ πως λέγων·

CAP. VII.

Sermo prosphoneticus Constantini augusti ad sanctam synodum.

Plures quidem illustres vias humano generi ad suam redemptionem magni Dei omnipotentis justitia præparavit, et inter alias insigniorem illam et maxime refulgentem, et quasi legis suæ sanctissimæ summam, qua nos omnes in sancta Ecclesia catholica, quasi in quodam Dominico fidei domicilio congregavit : quod omni miraculo majus est. Hujus autem domicilii verticem usque ad siderum splendorem videmus pertingere : fundamenta vero, in ipso adhuc operis initio, divino nutu tam alte et fideliter egisse radices novimus, ut universus terrarum orbis id sensu percipere potuerit. Advertice igitur prædicto qui reliquis omnibus superjacet, usque ad finem exitus ipsius vitæ, totum iter æquabile ac planum conspicitur, et splendore lucis quasi colore perfusum, cujus et frontispicium sidereo sigillo exornatur. Duodecim numero sunt columnæ nive candidiores atque immobiles, et quæ fidei constitutionem per potentiam divinitatis nostri Salvatoris perpetuo sustinent. Hoc igitur tantum opus cum arte nulla nos assequere-

C

ΚΕΦΑΛ. Ζ'.

Λόγος Κωνσταντίνου σεβαστοῦ προσφωνητικὸς πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον

Πολλὰς μὲν πρὸς εὐποιίαν τῷ τῶν ἀνθρώπων γένει ἐπιφανεστάτας ὁδοὺς ἡ τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ τρόφιμος δικαιοσύνη ὑπέστρωσεν, οὐχ ἥκιστα δὲ ἐκείνην ἐπισημοτέραν καὶ μάλιστα ἀστράπτουσαν, ἣν ἐν τῷ κεφαλαίῳ τοῦ ἁγιωτάτου νόμου τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πᾶσιν ἡμῖν, παντὸς θαύματος μεῖζον, ἤθροισε, τῆς πίστεως κυριακὸν οἰκητήριον. Τοῦτο δὲ τὴν μὲν κορυφὴν μέχρι τοῦ φέγγους τῶν ἄστρων ἐληλυθέναι ὁρῶμεν· τοὺς δὲ θεμελίους, ἔτι ἀρχομένου τοῦ ἔργου, οὕτως βαθέως, καὶ πιστῶς ἐῤῥιζῶσθαι θείῳ νεύματι γινώσκομεν, ὡς πᾶσαν τὴν οἰκουμένην
D αἴσθησιν τούτου λαβεῖν. Ἀπὸ τῆς κορυφῆς τοίνυν τῆς προειρημένης, ἁπασῶν τῶν λοιπῶν ὅλων ὑπερκειμένης, ἄχρι τοῦ τέλους τῆς ἐξόδου φαίνεται ὁμαλὴ καὶ ἰσόπεδος πορεία, τῇ λαμπρότητι τοῦ φωτὸς χρωμένη· ἧς καὶ τὸ μέτωπον ἀστροειδεῖ σφραγῖδι κεκοσμημένον, δυοκαίδεκα τὸν ἀριθμὸν κίονες, χιόνος λαμπρότεροι, ἀκίνητοι, τῇ θέσει τῆς πίστεως, ἀϊδίως τῇ τῆς θεότητος, τοῦ ἡμετέρου Σωτῆρος δυνάμει, βαστάζουσι. Τούτου τοίνυν τοῦ τηλικούτου ἔργου οὐ τέχνη τις προσλαμβάνουσι [*Ισ.* τέχνῃ τινὶ

[28] Act. II, 9. [29] Socrates lib. I, cap. 8.

προσλ.] ἡμῖν, καὶ τὴν ἀπὸ ψυχῆς δικαίαν πίστιν, A τοῦ ἀθανάτου αὐτοῦ νόμου εἰς νοῦν ἔδωκεν ἡμῖν τὴν σεμνότητα· οὗπερ πρὸς τοὺς πυλῶνας οὐδὲν ἕτερον, εἰ μὴ ἁγνῆς καὶ εὐσεβοῦς ἐπιθυμίας ἐπειγούσης, μόνῃ καθαρᾶς διανοίας πεποιθήσει πρόσεισιν ὁ βουλόμενος. Τοῦτο [ἴσ. τούτῳ] δὲ αὐτῷ θαυμαστήν τινα κόσμου λαμπρότητα σωτήριος προσήγαγε λογισμός· λέγω δὲ, ἔνδοθεν πίστις ἀνθρώπων, διὰ παντὸς τοῦ περιβόλου τοῦ Κυριακοῦ ἀνθοῦσι στεφάνοις τετιμημένη, ἀθανασίας καρπὸν ἀθροίζουσα, ἁγνοὺς τόνους τῆς ζωῆς τῆς ἀνθρωπείας εἰς φανερὸν ἄγουσα ἐπιφανεῖς καθίστησιν. Αὖθις ἐντεῦθεν ἡ ἔξωθεν οὐράνιος δόξα ἐστεμμένη, τοῦ αἰῶνος ἀεὶ τικτομένου, μᾶλλον δὲ φυομένου, βραβεῖα ὑπογράφει, καὶ τραφέντα μετὰ τοῦ προσήκοντος ἐπαίνου, ἅπασαν τοῦ αὐτοῦ ἔργου τὴν τελεσιουργίαν κοσμεῖ· B ὁ δὲ αὐτὸς οὗτος ὁ Κυριακὸς οἶκος ὑπὸ δύο μόνων φυλάκων φρουρεῖται· καὶ φόβος μὲν θεῖος πρόσεισι τῇ ἐνίων ἐννοίᾳ σωφρονιστήριον· πάρεστι δὲ ἀεὶ καὶ τοῖς εὖ φρονοῦσιν ὁ πρὸς τὸ Θεῖον ἔπαινος, τῆς συνέσεως βραβεῖον· τούτων γὰρ ἑκατέρων ἐπικειμένων τοῖς προθύροις τοῦ ἁγιωτάτου τόπου, δικαιοσύνην μὲν αἱ θύραι ἀναπεπταμέναι δέχονται, αὕτη τε εἴσω οἰκισθεῖσα, μένει ἀκήρατος· τῇ δὲ ἀδικίᾳ οὐδὲ θέμις ταῖς θύραις προσελθεῖν, ἀλλὰ ἐξόριστος τούτου τοῦ τόπου ἐκκλείεται· ταῦτά με, ὦ τιμιώτατοι καὶ παντὸς ἐπαίνου ἄξιοι ἀδελφοὶ, τὰ πράγματα οὕτω σαφῆ εἰς τὴν τοῦ ἀϊδίου καὶ ἀθανάτου φωτὸς λαμπρότητα ἤγαγεν· ἵνα μὴ πόῤῥω με ἑστῶτα ἀμφίβολός τις ἴσως τῆς ψυχῆς πίστις ἀπεργάσηται τῆς ἀληθείας ἀνάρμοστον. C Ἀλλὰ τί πρῶτον διαβεβαιώσομαι; Πότερον τῆς εὐδαιμονίας τὸν τύπον, ἥτις εἴσω τοῦ στήθους τοῦ ἐμοῦ συνειλημμένη λανθάνει, ἢ τὰς θείας εὐεργεσίας τὰς περὶ ἐμὲ τοῦ παντοδυνάμου Θεοῦ, ἐξ ὧν τὸν ἀριθμὸν πολλῶν ἔργων, ἱκανὸν οὖν λέγωμεν, φανείη ἤδη καὶ τὴν ἐμὴν μετριότητα ὁ αὐτὸς ἡμέτερος Θεὸς, καὶ πάντων πραγμάτων Πατὴρ, εἰκότως ἑαυτῷ κατεδουλώσατο. Πιστεύετε, ὦ τιμιώτατοι ἀδελφοὶ, προσλαμβάνοντες ἀκέραιον πίστιν, τοῖς λεγομένοις· εἰ καὶ μάλιστα ἡ ἐμὴ διάνοια τῶν θείων εὐεργετημάτων κορεσθεῖσα εὐδαιμονεῖν δοκεῖ, καὶ ἀπὸ τούτου πράγματος ἐξόχους ἐπαίνους πληρῶσαι δύνασθαι φαίνεται· ὅμως, ὅπερ τῆς ἀληθείας ἡ πίστις ἐναργῶς δείκνυσιν, οὔτε φωνὴ, οὔτε γλῶττα τῷ προστάγματι τῆς διανοίας ὑπουργῆσαι ἀρκοῦσι· καὶ μάλα εἰκότως. D Ἀμέτρου γὰρ ὄντος τοῦ μεγέθους τῶν εὐεργεσιῶν, ἡ μὲν διάνοια ὑψηλή τις οὖσα, τοὺς ἀνωτέρω τοῦ σώματος τόπους καταλαμβάνει· ἡ δὲ τῆς γλώττης πορεία εἰς στενὸν κομιδῇ τόπον συγκλεισθεῖσα, δόκιμος σχεδὸν λέγουσα, παντάπασι σιωπᾷ. Τίς γὰρ ἡμῶν οὕτω προπετὴς λογισμῷ, ἵνα τοιαύτης πεποιθήσεως ἀποῤῥίψῃ λόγον, δι' οὗ φάναι ἂν τολμήσειε πάνυ εὐκόλως τῷ τὰ πάντα δυναμένῳ Θεῷ, ἢ καὶ πάντων τῶν καλλίστων δημιουργῷ, ἐνδόξους ἐπαίνους καὶ ἐπαξίους ἐντελῶς εἰπεῖν; Ὁπότε εἴ τις μόνην τὴν μεγαλοπρέπειαν τοῦ αὐτὸν τετάχθαι νομοθετήσαντος λογίσαιτο, εἰδὼς ἂν σκοπήσειε μηδὲν δύνασθαι εὑρεθῆναι, ὅπερ ἄξιον Θεοῦ λεχθῆναι δυνήσεται. Τί τοίνυν τῆς ἐμῆς μετριότητος τὴν καθοσίω-

A mur, et animo justam fidem non comprehenderemus, immortalis legis sanctimoniam menti nostræ Deus indidit: per cujus portas nullo alio ducente nisi casto pioque desiderio, cum puræ mentis fide qui vult ingreditur. Eidem autem structuræ mirabilem quemdam ornamenti splendorem salubris attulit cogitatio, interna, inquam, hominum fides per totum domicilii ambitum florentibus coronis decorata, immortalitatis fructum colligens, quæ castos vitæ humanæ splendores in apertum agens illustrat: ac rursus ibidem cœlestis existimatio exterius operiens, sæculi semper nascentis, aut potius jam nati præmia delineat, et nutrita cum decenti laude totam ædificii perfectionem sustentans exornat. Domus autem ista Domini a duobus B tantum excubitoribus custoditur: et timor quidem divinus quorumdam cogitationem castigat, recte autem sapientibus favor divinus semper præsto est, quasi prudentiæ præmium. His duobus ad loci sanctissimi januas assidentibus, ostia cum aperiuntur, justitiam suscipiunt, quæ intus habitans permanet incorrupta: iniquitatem autem fas non est portis appropinquare, sed ab illis excubitoribus repulsa, loco excluditur. Hæc, fratres honoratissimi, omnique laude digni, cum ita sint manifesta, me ad æterni et immortalis luminis splendorem deduxerunt: ne si longius a me fuisset, ambigua fortassis animi fides veritatem redderet inconcinnam. Verum quid primum confirmabo? nunquid felicitatis C formam, quæ intra pectus meum concepta latet, an divina erga me beneficia, quæ ab omnipotente Deo jam demonstrata sunt, quorum numerum ad multa opera sufficere asserimus, ut meam mediocritatem idem Deus noster et omnium rerum Pater merito in suam servitutem redegerit? Credite, fratres honoratissimi, et integram fidem dictis adhibete: etsi maxime animus meus Dei beneficiis plenus, felix esse videtur, et ob eam causam immensas laudes eidem posse persolvere: tamen, ut fides veritatis aperte ostendit, neque vox neque lingua mentis imperio servire sufficiunt; idque jure optimo. Cum enim immensa sit beneficiorum magnitudo, mens quidem altior exsistens sublimiora corporis loca occupat: linguæ autem via in angustum admodum D locum conclusa, fere cum loqui creditur, omnino conticescit. Quis enim nostrum tam præceps est cogitatione, ut hujus opinionis considerationem omnem respuat, ideoque affirmare audeat, facile admodum esse, omnipotenti Deo et rerum omnium pulcherrimarum opifici gloriosas et illo dignas laudes dicere? Quandoquidem si quis solam ejus, qui eum nasci constituit, majestatem perpendat, sciens intelliget nihil inveniri posse, quod Deo dignum eloqui queat. Quid ergo in meæ mediocritatis justificatione dicere oportebat, quam quod divinus veritatis sermo demonstraret? Hæc est magnitudo, hæc maxima veneratio. Consideretur aperte, an incidere, an nullo errore illabi potest in ea quæ de ipso dicuntur. Atque utinam

mihi, qui vobis in Dei ministerio sum conjunctus, copiosa dicendi facultas suppeteret, ut laudibus celebrarem illa prædicatione digna, quæ divinus Salvator noster, omnium rerum custos, principio sui adventus, quando redemptionis nostræ gratia, puri corporis domicilium ex Virgine assumere dignatus est, omnibus hominibus exemplum suæ misericordiæ ostendens, tranquillo suæ divinitatis nutu demonstravit ! Unde igitur incipiam ? an ab ejus doctrina et majestate ? an potius a documentis illis, quæ ipse per seipsum solus magister nullo docente declaravit ? Atqui respirarunt ejus providentia tot populi, quot numero comprehendi non possunt, parvo quodam alimento, ac minimis cibariis, et solis duobus piscibus, per divinam ejus industriam. Lazari etiam post mortem brevi quadam linea resurrectionem operatus est, et ad hujus lucis splendorem iterum reduxit. Quomodo dicam de pura etiam divinitate, per quam mulierem quamdam ineffabili modo intuitus, eamque suo duntaxat colloquio dignatus, sanam rursus atque omni morbo liberam ostendit? Quis autem digne prædicet ejus immortale factum, per quod qui continuo et diu absumente morbo detinebatur, membris omnibus solutis atque divulsis jacens, repente divino medicamento sanatus, grabatum suum in quo jacebat, humeris imposuit, et laudes gratiarum actionis fundens, per patriam et fines suos cucurrit ? et divinum ac stabilem ejus ingressum, quo incedens, et sæviens mare calcans connexuit, et divinis vestigiis profundissimi maris humorem compegit, et per medium pelagus nulla profunditatis mensura definitum, quasi per terram iter fecit, et simplicem patientiam, per quam in omnibus victor, insipientium populorum contumaciam edomuit, et domitam eorum ferociam, procul ab iis peregrinatus, legi subjecit ; et illa divina et maxima ejus divinitatis opera, quibus vivimus, quibus approbamur, quicunque non solum futuræ beatitudinis spem exspectamus, sed quodammodo jam tenemus ? Ego quidem exiguo orationis meæ apparatu plus non audeo dicere, quam hoc solum, animam meam justificatam in sinceritate seu puritate versari oportere. Qualis igitur est omnipotens Deus qui cœlum habitat, circa totum genus humanum, maxime autem ac præcipue circa pulcherrimam, et omni laude majorem justitiam, quandoquidem proprium divinum Spiritum merito sanctissimum ipsius corpus inhabitare, et sic omnibus humanis corporibus salutarem esse dignum duxit ? Si quidem immensa hostium insania, quasi caligine quadam perniciosæ umbræ confusa, sanctissimam et salutarem omnipotentis Dei dispositionem interpretari non dubitat : breviter id ego, quatenus fides et animi justificatio facultatem dicendi dederit, enarrare tentabo. Et quidem harum gentium pravæ opiniones id impudentiæ genus inducunt, ut ore impio dicere non expavescant, Deum omnipotentem omnia quæ divina lege notantur,

A σιν λέγειν ἐχρῆν, εἰ μὴ τοῦτο, ὅπερ ὁ θεῖος λόγος τῆς ἀληθείας δείκνυσιν; Οὔ τὸ μέγεθος ἥτις μεγίστη προσκύνησις σκοπησάτω σαφῶς, εἰ καταντῆσαι δυνήσεται ἐν αὐτοῖς τοῖς περὶ αὐτοῦ λεγομένοις, καὶ οὐδεμία πλάνη αὐτὸν ὀλισθήσει. Καὶ εἴθε μοι τῷ ὑμετέρῳ συνδιακόνῳ δαψιλὴς εὐπορία τοῦ λέγειν ἀρκέσειεν, ἵνα ἐκεῖνα ἄξια ὄντα τοῦ κηρύττεσθαι ἐγκωμιάσω, ἅπερ ὁ θεῖος Σωτὴρ ὁ ἡμέτερος, πραγμάτων τε πάντων φύλαξ, τοῖς προοιμίοις τῆς αὐτοῦ παρουσίας, ὁπότε τῆς ἡμετέρας λυσιτελείας ἕνεκα, ἁγνοῦ σώματος οἰκητήριον κατηξίωσεν ἐκ Παρθένου λαβεῖν, πᾶσιν ἀνθρώποις δίδαγμα τοῦ παρ' αὐτοῦ οἴκτου δηλῶν, γαληνῷ νεύματι τῆς αὐτοῦ θεότητος ἔδειξε. Τίνος ἄρξομαι ἄρα; ἀπὸ τῆς αὐτοῦ διδαχῆς καὶ σεμνότητος; ἀλλ' ἀπὸ θείων διδασκαλιῶν, ὧν αὐ-
B τὸς δι' ἑαυτοῦ, μηδενὸς διδάσκοντος, μόνος διδάσκαλος πέφηνεν; ἀλλ' ὅπως ἀνέπνευσαν, διὰ τῆς αὐτοῦ προνοίας, τοσοῦτοι δῆμοι, ὅσους οὐδὲ ἀριθμῷ περιλαβεῖν οἷόν τε, μικρᾷ τινι τροφῇ, καὶ ἐλαχίστοις σιτίοις· καὶ μόνοις δύο ἰχθύσι, τῇ τούτου θείᾳ προνοίᾳ; καὶ Λαζάρου μετὰ τὴν τελευτὴν βραχείᾳ τινὶ ῥάβδῳ ἀνάστασιν πεποίηκε, καὶ εἰς τὴν τοῦ φωτὸς λαμπρότητα αὖθις ἀνήγαγε. Πῶς δ' ἂν εἴποιμι τὴν ἁγνὴν αὐτοῦ θεότητα, δι' ἧς γυναῖκά τινα ἀπορρητοτέρως θεασάμενος, καὶ τῆς ἑαυτοῦ ὁμιλίας μόνης καταξιώσας, ὑγιᾶ τε αὖθις, καὶ παντὸς νοσήματος ἐλευθέραν ἔδειξε; τίς δ' ἂν κατ' ἀξίαν εἴποι αὐτοῦ τὸ ἀθάνατον ἔργον, δι' οὗ τις συνεχεῖ καὶ μακρᾷ νόσου τηκεδόνι ἀναλωθεὶς, καὶ τῶν μελῶν αὐτοῦ χυθέντων καὶ δια-
C σπασθέντων ὅλων κείμενος, ἄφνω θείῳ ἰάματι ῥωσθεὶς, αὐτὸ τὸ σκιμπόδιον, ἐφ' ᾧ ἔκειτο, τοῖς ὤμοις ἐπέθηκε, καὶ εὐχαριστίας ἐπαίνους διαχέων, διά τε τῆς πατρίδος, καὶ τῆς ἐνορίας διέδραμεν; ἀλλὰ τὸ θεῖον αὐτοῦ, καὶ σταθηρὸν βάδισμα, ὡς ἐπιβαίνων τὴν ἀγρίαν θάλασσαν καταπατήσας ἐπέζευσε, καὶ τοῖς θείοις ἴχνεσι τῆς βαθυτάτης θαλάττης τὴν ὑγρότητα ἔπηξε, καὶ διὰ μέσου πελάγους οὐδενὶ μέτρῳ βαθύτητος περιοριζομένου, διὰ γῆς, τὴν πορείαν ἐποιήσατο; ἀλλὰ τὴν ἠπίαν αὐτοῦ ἀνεξικακίαν, δι' ἧς νικητὴς ὢν, ἐν πᾶσι τῶν ἀνοήτων δήμων τὴν αὐθάδειαν ἐδάμασε, καὶ δαμασθεῖσαν πόῤῥω ἀπ' αὐτῶν διαχωρίζων τὴν ἀγριότητα, τῷ νόμῳ ὑπέταξεν; ἀλλ' ἐκεῖνα τὰ ὑπέρλαμπρα καὶ μέγιστα τῆς αὐτοῦ θεότητος, οἷς ζῶμεν, οἷς εὐδοκοῦμεν, οἵτινες τῆς
D μελλούσης εὐδαιμονίας τὴν ἐλπίδα οὐ μόνον προσδοκῶμεν, ἀλλ' ὥσπερ τινὶ τρόπῳ ἤδη κατέχομεν; Τί πλέον τολμῶ λέγειν καὶ μετ' αὐτῆς τῆς μικρᾶς τοῦ λόγου παρασκευῆς, εἰ μὴ μόνον τοῦτο, ὅπερ τῆς ἐμῆς καθωσιωμένης ψυχῆς συνεῖναι χρὴ τὴν καθαρότητα; Ὁποῖος τοίνυν ἐστὶν ὁ πολυδύναμος Θεὸς, ὁ τὸν οὐρανὸν οἰκῶν, καὶ περὶ πᾶν τὸ ἀνθρώπινον γένος, μάλιστα δὲ καὶ ἐξαιρέτως περὶ τὴν καλλίστην καὶ παντὸς ἐπαίνου μείζονα δικαιοσύνην; ὁπότε καὶ τοῦ ἰδίου θείου Πνεύματος τὸ ἁγιώτατον κατ' ἀξίαν σῶμα ἐνοικοῦντος αὐτῷ, καὶ οὕτω σωτηριῶδες τοῖς ἀνθρωπίνοις σώμασιν εἶναι κατηξίωσεν. Ἐπειδὴ οὖν περὶ τῆς οὕτως ἁγιωτάτης καὶ σωτηρίου τῆς πάντα δυναμένης Θεοῦ τάξεως, ἄμετρος τῶν ἐχθρῶν μανία, ὥσπερ ἀχλύϊ τινὶ συγκεχυμένη ἐπ-

ὀλεθρίου σκαιότητος, ἑρμηνείαν ποιεῖσθαι οὐκ ἀμφιβάλλει· διὰ βραχέων εἰς ὅσον ἡ πίστις καὶ ἡ καθοσίωσις τῆς ψυχῆς τῆς ἐμῆς τοῦ λέγειν, εὐπορίαν δαψιλεύεται, διηγήσασθαι πειράσομαι. Καὶ γὰρ αἱ τούτων τῶν ἐθνῶν κακόνοιαι τοιοῦτον γένος εἰσάγει [εἰσάγουσιν] ἀναισχυντίας, ὥστε ἀσεβεῖ στόματι μὴ φοβηθῆναι εἰπεῖν, τὸν Θεὸν, τὸν παντοδυνάμενον, πάντα τὰ τῷ θείῳ νόμῳ δηλούμενα μήτε πεποιηκέναι, μήτε ποιῆσαι βεβουλῆσθαι. Ὢ τῆς τοιαύτης ἀσεβοῦς φωνῆς, τῆς κατ' ἀξίαν ἅπασαν ὑπερβολὴν τιμωρίας καθ' ἑαυτῆς ἐπαιτούσης! Οὕτως ἐμμανῶς καὶ τολμηρῶς τῆς θείας ταύτης εὐεργεσίας τὴν δόξαν τὴν μηδενὶ τῶν ἀνθρώπων περιληφθῆναι δυναμένην, ἀφανῆ καταστῆσαι ἐπιθυμεῖ. Τί γὰρ μᾶλλον ἢ ἁγνότης ἄξιον τοῦ Θεοῦ; ἥτις ἐκ τῆς ἁγιωτάτης ὁμιλίας μετὰ τῆς πηγῆς τῆς δικαιοσύνης προελήλυθε, καὶ διὰ πάσης τῆς περιόδου τῆς οἰκουμένης ἐπλήμμυρε, καὶ τὰς δυνάμεις τῶν ἁγιωτάτων ἀρετῶν τοῖς ἀνθρώποις ἐπέδειξεν, ὥσπερ ἑαυτοῖς πρῶτον ἐχθρὰς νομίσαντες πάθει τῶν Ἀσσυρίων· οἷς προηγουμένου τοῦ φαύλου παραδείγματος, καὶ τὰ λοιπὰ ἔθνη συνθέσθαι αὐτοῖς ἀνεπείσθη. Ἐν οἷς, ὥσπερ ἡμεῖς ἰδίᾳ θεωρίᾳ δοκιμάζομεν, τὸν τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν Θεοῦ θεῖον ὁρῶμεν συνεργεῖν οἶκτον, ὁπότε καὶ καθ' ἡμέραν καὶ κατὰ χρόνους πολλοὺς ἐξ αὐτῶν πυρώδους [ἴσ. πορώδη] μανίαν οἰστρουμένην, ὁ αὐτὸς εἰς τὴν τοῦ σωτηριώδους ἰάματος ἀνεξικακίαν ἐκέλευσεν ἀνήκειν. Καὶ οὐδὲ οὕτως τοῖς λοιποῖς τῆς τοιαύτης εὐεργεσίας τὸ μέγεθος δύναται πρὸς χάριν ἐλθεῖν, τὴν παρὰ ἀνθρώπων ἄγνοιαν τὴν θείαν δυναστείαν δύνασθαι πάντα λόγον ὑψῶσαι, καὶ εἰς ὕψος ἀρθέντα βεβαιώσασθαι, αὖθις καθελεῖν καὶ διαλῦσαι· ἀλλὰ μᾶλλον τοῖς ἀνθρωπίνοις πράγμασιν ἐναντίως ἂν ἀπέβη, εἰ ὁ Θεὸς ὁ τὰ πάντα δυνάμενος σιωπηρῷ τῆς αὐτοῦ θεότητος νεύματι πάντα πράττειν προέθετο. Μᾶλλον γὰρ ἂν ἡ τῶν ἀνθρώπων μανία ἐγένετο συχνὴ, καὶ ἡ ἀνθρωπεία οὐκ ἔχουσα πέρας ἂν τὰς ψυχὰς ἐπόρθησεν οὐδὲ ἂν τὰ ἄλλα πλεῖστα ὄντα, ἅπερ ἐν τῇ τοῦ κόσμου ἀναστροφῇ τὴν ἰδίαν λειτουργεῖ τάξιν, ἀναφανῆναι δεδύνηται· ἀλλ' ὁμοῦ πάντα μὲν τῆς [μεστά] ἀγνοίας τοῦ Θείου, ταχέως ἂν ἀπολώλει, τοῦ δὲ φθόνου καὶ τῆς βασκανίας τὸ ἄδικον οὕτως ὀλίγοις [ὀλίγῳ] μεμένηκε. Ἀλλ' οὐδεὶς ἂν ηὑρέθη ταύτης τῆς βασκανίας ἀλλότριος, τῶν θρησκειῶν τὰ γένη εἰς τοσοῦτον μεγάλως τε καὶ πλατέως εἰς τὰς ψυχὰς τῶν ἀνθρώπων διαχυθέντων, ὡς ἀξίως τῇ τούτων αἰσχρότητι τὸ φῶς ταύτης τῆς ἡμετέρας λαμπρότητος ἐπισκιασθὲν αὐτοῖς, ἀεὶ ταύτης αὐτοὺς στερίσκεσθαι. Οὐδεὶς οὖν λόγος δυνήσεται τῶν εἰρημένων τὴν ἐμὴν πίστιν ἀπὸ τῆς ἐμῆς ἐξέλκειν ψυχῆς. Ἕπεται γὰρ αὐτῇ, μηδενὸς φαύλου ἐμποδὼν ὄντος, δύναμις τελεία, ὁ ζῶν τῆς ἀληθείας λόγος, εἷς πάντα δυνάμενος, φύλαξ πάντων πραγμάτων, τῆς ἡμετέρας σωτηρίας κηδεμών. Οὕτως οὖν δοκεῖ τινι τρόπῳ τοῦ ἁγιωτάτου αὐτοῦ λόγου δαψιλεύεσθαι τὴν ὁμιλίαν τοῦ ἐλευθεροῦντος διαφυλάττειν, καὶ τοῦ φωτὸς τὴν λαμπρότητα ἡμῖν παρέχει. Τίνος τοίνυν ἕνεκα καὶ νῦν πάντων τῶν ἐθνῶν οἱ δῆμοι, τὸ οὐράνιον μὴ καθορῶντες φῶς, καὶ τοῦ

A neque creasse, neque creare voluisse. O vocem impiam, et quæ digne omnem supplicii exuberantiam in se postulat! Itane insane ac audacter divini hujus beneficii gloriam, quam nullus homo potest comprehendere, inanem reddere desiderat? Quid enim puritate Deo dignius? quæ ex sanctissima ejus conversatione cum fonte justitiæ promanavit, et per totum orbis circuitum inundavit, et sanctissimarum virtutum facultates hominibus demonstravit, quas Assyriorum affectu sibi prius inimicas existimarunt: quorum malum exemplum antecedens, reliquas gentes se illis accommodare persuasit. In quibus, ut nos proprio theoremate comprobamus, Salvatoris nostri Dei divinam clementiam cooperari videmus; quandoquidem et quo-
B tidie et pluribus annis illorum insaniam ferventer concitatam, in salutaris medicamenti tolerantiam pervenire jussit. Neque sic tamen ad reliquos ejus beneficii magnitudo in gratiam potest pertingere, ut omni oratione inter homines puritatem et divinam potentiam exaltare queant, et exaltatam in sublime confirmare: imo ut iterum potius deponerent, atque dissolverent, contigit; quamvis erat id rebus humanis plane adversum. Etsi enim Deus omnipotens tacito suæ divinitatis nutu omnia facere proposuit; hominum tamen insania frequentior facta est: etsi humanitas infinita omnes animas correxit, alia tamen plurima, quæ in mundi conversatione in ordine proprio ministrant, emer-
C gere non potuerunt: sed simul omnia post divinitatis ignorationem cito perierunt, et invidiæ iniquitas et ingratitudinis brevi excitata est. Alienus autem a malignitate nemo inventus est, superstitionum generibus longe lateque in animos hominum usque adeo diffusis, ut earum turpitudine hujus nostri splendoris lumen dignis fuerit circumfusum tenebris, et ipsi semper luce privati. Nulla itaque ratio poterit meam de prædictis fidem ex animo meo avellere. Nullo enim malo impediente succedit perfecta potentia, et vivus sermo veritatis, unus omnipotens, omnium rerum custos, et nostræ salutis procurator. Ita igitur videtur quodammodo sanctissimi Verbi abundantia, ejus quem liberat conversationem custodire, et lucis splendorem no-
D bis præbere. Quam ob causam ergo gentium omnium populi cœleste lumen non aspicientes, et nobilissimam pietatem contemnentes, quod de terra est inquirunt, nullum habet veritatis fundamentum, neque puri splendoris claritatem, neque cœlestis divinitatis potentiam? O indignum facinus! adhuc et nunc cum nihil impium omittant, nec in Deum respiciant, et in miserum errorem prolabantur, non vident, et sordidis his operibus mundi splendorem contaminare non cessant. Nempe lignum, lapidem, æs, argentum, et aurum, et hujusmodi alia de terra sumpta, ut adorentur proponentes, et ad ea vitæ spem publice referentes, templa ipsis insigni ornatu ædificant, et postea in suæ adorationis additamentis gloriantur: si quidem structuræ magni-

tudo quam ipsi fecerunt, dignum eorum conspectu miraculum exhibet. Quandoquidem autem talia facere videntur, manifeste intelligitur ipsos potissimum, neque sensu, neque visu præditos esse; et arroganter in suis structuris sese jactare convincuntur. Qualis igitur, et quantus est omnipotens Deus, non conspiciunt, omnium auctor et judex; quem quidem propriæ, ut opinantur, virtutis persuasione latent. Ipsius enim dispositione nostri corporis species debitam formam accepit, ut harmoniæ vigorem haberemus: ipse membrorum omnium connexionem nervis fortissimis colligavit, ut in omni nostræ intentionis actione, propriæ harmoniæ robur indefessum retineremus. His igitur salubri dispositione 'absolutis spiritum etiam, qui hæc omnia movere ac roborare posset, inspiravit; visumque oculis nostris concessit, et intellectum capiti nostro indidit, et intra regionem hanc totam nostræ cogitationis rationem conclusit. Quapropter si quis recte sapiens hujus dispositionis rationem consideret, omittat autem alia, quæ neque verbo, neque numero comprehendi possunt, celeri attentione salutarem et æternam immortalis Dei potentiam videre atque intelligere poterit; non poterit autem errore aliquo temere implicari, sed manifeste contemplari licebit, atque videre omnia Dei potentia facta esse, sicut ipse omnia hæc exsistere voluit. Ut autem perspicere liceat, quod aliqua illicita in mundo conversatio ignorationem Dei apud homines effecerit, post natum ex illusione inimici in miseris infelicium hominum animis primum rationis peccatum, ex divina lege datur nobis perspicuam hujus rei demonstrationem accipere. Ab illo enim tempore quo a duobus illis in principio creatis, convenienti diligentia divinum et sanctum mandatum observatum non est, natus est deinceps hujus appellationis, ignorationis scilicet flos; factus est autem continuus ac magis auctus, postquam prædicti duo illi voluntate divina repudiati sunt: eoque autem materia illa miseriæ humanæ provecta est, ut orientis et occidentis fundamenta damnaverit: ipsa etiam adversariæ potestatis victoria mentes hominum circumvenit et obscuravit. In ipso nimirum præcepto est sancta et immortalis et infatigabilis Dei omnipotentis clementia; omnibus enim diebus et temporibus præteritis innumeras populorum multitudines ab hoc onere, cujus servituti addictæ fuerant, per me servum suum Deus liberat, et in perfectum æterni luminis splendorem deducit. Post hæc igitur, fratres desideratissimi, propinquiore quadam providentia, et illustribus immortalis Dei nostri beneficiis insigniorem me in posterum futurum, purissima erga ipsum fide sum persuasus. Suscipiat ergo me sincerissimum concilium sanctitatis vestræ, nec mihi sanctissimam Ecclesiam, et communis omnium nostrum castæque matris portas opponi sustineatis. Quamvis enim nunc potissimum animi mei ratio perfectam catholicæ fidei puritatem in-

A ἐνδοξοτάτου ὁσίου ὑπερφρονοῦντες, τὸ γήϊνον ἐπιζητοῦσιν, οὐδεμίαν ἔχον ὑπόστασιν ἀληθείας, οὐδὲ φαιδρότητα ἁγνῆς λαμπρότητος, οὐδὲ δυναστείαν τῆς οὐρανίου θεότητος; Ὢ ἀναξίου δράματος! ἔτι καὶ νῦν μηδὲν ἐλλείποντες τῆς ἀσεβείας, μηδὲ πρὸς τὸ δέον ἀφορῶντες [Ἴσ. τὸν Θεὸν ἀφορῶντες], ὑπὸ τῆς ἀθλίας πλάνης καταπίπτοντες οὐχ ὁρῶσι· καὶ τοῖς ῥυπαροῖς τούτοις ἔργοις τοῖς τοῦ κόσμου τὴν λαμπρότητα οὐ παύονται μιαίνοντες, δηλαδὴ ξύλον, καὶ λίθον, καὶ χαλκὸν, καὶ ἄργυρον, καὶ χρυσὸν, καὶ ταύτας τὰς γηΐνας, εἰς τὸ προσκυνεῖν καθιδρύντες, καὶ ἀπὸ τούτων ἐλπίδα τῆς ζωῆς ἀπαγγελλόμενοι, ναοὺς αὐτοῖς μετὰ ἐπισήμου κόσμου οἰκοδομοῦντες, καὶ ἀπὸ τούτου οὕτως αὔξοντες αὐτῶν τῆς προσκυνήσεως τὰς προσθήκας· ἐπειδήπερ τὸ μέγεθος τῶν
B οἰκοδομημάτων ὑπ' αὐτῶν γενόμενον, ἄξιον τῆς ἑαυτῶν ὄψεως παρέχεται τὸ θαῦμα. Ὁπότε τοίνυν ταῦτα ποιεῖν δοκοῦσι, σαφῶς νοεῖται, εἰ καὶ τὰ μάλιστα αὐτοὶ οὐκ αἰσθάνονται, οὐδὲ ὁρῶσιν, ὅτι τοῖς ἑαυτῶν ἔργοις ὑπερηφάνως αὐχεῖν δοκοῦντες ἁλίσκονται. Ἡλίκος τοίνυν καὶ πόσος τε ὁ Θεός ἐστιν ὁ παντοδυνάστης οὐχ ὁρώμενος, τίς [Ἴσ. ὁρῶσι, τί,] καὶ πάντων αὐθέντης ἐστὶ καὶ κριτής, ὃν τινες αὐτῇ τῇ πεποιθήσει τῆς ἰδίας, ὡς νομίζουσιν, ἀρετῆς λανθάνουσιν. Αὐτοῦ γὰρ τῇ διατυπώσει καὶ τὸ εἶδος τοῦ ἡμετέρου σώματος ἔλαβε τὸν ὀφειλόμενον τύπον, καὶ ἵνα σχῶμεν τῆς ἁρμονίας τὴν ἀκμὴν, ὁ αὐτὸς τῶν πάντων μελῶν τὴν συζυγίαν ἰσχυροτάτοις νεύροις συνέδησεν, ἵνα ἐν πάσῃ πράξει τῆς ἡμετέρας
C σπουδῆς ἀκάματον ἔχοιμεν τὴν ἀκμὴν τῆς οἰκείας ἁρμονίας. Τούτων τοίνυν σωτηριώδει διατυπώσει τελεσιουργηθέντων, καὶ πνεῦμα ἡμῖν, ἵνα ταῦτα πάντα κινεῖσθαι καὶ ἀκμάζειν δύναιτο, ἐνέπνευσε, καὶ θέαν τοῖς ἡμετέροις ὀφθαλμοῖς συνεχώρησε, καὶ πρὸς [Ἴσ. πρὸς τούτοις] σύνεσιν τῇ ἡμετέρᾳ κεφαλῇ δέδωκε, καὶ εἴσω τῆς χώρας ταύτης, πάσης τῆς διανοίας τῆς ἡμετέρας τὸν λογισμὸν συνέκλεισε. Τοιγαροῦν εἴ τις εὐφρονῶν ταύτης τῆς διατυπώσεως τὸν λογισμὸν σκοπήσειε, τὰ δὴ λοιπὰ παύσειεν, ἃ μήτε λόγῳ, μήτε ἀριθμῷ περιληφθῆναι δύναται, ταχείᾳ ἐνθυμήσει καὶ ἰδεῖν καὶ συνιέναι δυνήσεται τὴν αἰώνιον καὶ σωτηριώδη τοῦ ἀθανάτου Θεοῦ ἐξουσίαν, καὶ οὐ δύναται ἐκεῖνον πλάνης τινὸς χωρὶς ἄνθρωπος ἐνδῆσαι· σκέπτεσθαι σαφῶς αὐτῷ ἔξεστι,
D καὶ ἰδεῖν πάντα τὰ γεγονότα εἶναι δυνάμει τοῦ Θεοῦ, ὡς αὐτὸς πάντα ταῦτα εἶναι βεβούληται. Ἵνα δὲ εἴη ἰδεῖν, ὅτι τις ἀθέμιτος κόσμου πολιτεία τὴν τοῦ Θεοῦ ἀγνωσίαν τοῖς ἀνθρώποις ἀπειργάσατο, λογισμοῦ ἁμαρτήματος προτέρου τεχθέντος ἐκ πλάνης τοῦ ἐχθροῦ ἐν ταῖς τῶν σκαιῶν ἀνθρώπων ἀθλίαις ψυχαῖς, ἐκ τοῦ θείου νόμου λαβεῖν ἡμῶν [Ἴσ. ἡμῖν] ἔνεστι σαφῆ τὴν περὶ τούτου ἀπόδειξιν. Ἐξ ἐκείνου γὰρ καιροῦ, ἐξ οὗ ὑπὸ τῶν δύο ἐκείνων, τῶν ἐν ἀρχῇ κατασταθέντων, τὸ θεῖον καὶ ἅγιον πρόσταγμα ἐτύχθη, μετὰ τῆς προσηκούσης ἐπιμελείας οὐκ ἐφυλάχθη μετὰ ταῦτα τῆς προσηγορίας ταύτης τὸ ἄνθος· γέγονε δὲ συνεχὲς, καὶ μᾶλλον ἐπηύξησεν, ἐξ οὗ καὶ οἱ προειρημένοι δύο θείῳ νεύματι ἀπεβλήθησαν· ἕως δὲ τοσούτου ἡ ὕλη αὐτὴ μετὰ τῆς σκαιότητος

τῶν ἀνθρώπων προήχθη, ὥστε τῆς τε ἑῴας, καὶ A τῶν πρὸς δύσιν κρηπίδων κατεψηφίσατο· αὐτή τε ἡ ὑπερβολὴ τῆς ἐναντίας δυνάμεως τὰς διανοίας τῶν ἀνθρώπων κατέλαβε καὶ ἠμαύρωσεν. Ἐν ᾧ μέντοι προστάγματι ἅγιος καὶ ἀθάνατός ἐστι τοῦ τὰ πάντα δυναμένου Θεοῦ ὁ ἀκάματος οἶκος. Πάσαις γὰρ ταῖς ἡμέραις, καὶ τοῖς χρόνοις τοῖς παρεληλυθόσιν, ἀναριθμήτους τῶν δήμων πολυπληθείας ἀπὸ τοῦ βάρους τούτου δι' ἐμοῦ τοῦ αὐτοῦ θεράποντος ὁ Θεὸς δεδουλωμένας ἐλευθεροῖ, καὶ εἰς ἐντελῆ αἰωνίου φωτὸς ἐξάξει λαμπρότητα. Ἀπὸ τούτων τοιγαροῦν ἐγὼ, ἀδελφοὶ ποθεινότατοι, οἰκειοτέρᾳ τινὶ προνοίᾳ καὶ ἐνδόξοις εὐεργεσίαις τοῦ ἀθανάτου καὶ ἡμετέρου Θεοῦ, τὸ λοιπὸν ἐπισημότερος εἶναι τῇ πρὸς αὐτὸν καθαρωτάτῃ πίστει πέποιθα. Δεξάσθω τοιγαροῦν με ἡ ἁγιωτάτη σύνοδος τῆς ὑμετέρας ἁγιότητος, καὶ B μή μοι τὴν σωφρονεστάτην Ἐκκλησίαν, καὶ τῆς ἁγνῆς κοινῆς καὶ πάντων ἡμῶν μητρὸς τὰς θύρας ἀντιτεθῆναι ἀνάσχησθε. Εἰ καὶ τὰ μάλιστα καὶ νῦν ὁ λογισμὸς τῆς ἐμῆς ψυχῆς ἐντελῆ τὴν καθαρότητα τῆς καθολικῆς πίστεως ἐπιζητῶν, τοῦτο ἑαυτῷ γενέσθαι οὐκ οἴεται εἶναι ἄξιον, ὅμως προτρέπει καὶ ὑπομιμνήσκει, καὶ τὸ μέτωπον τῆς οἰκείας αἰδοῦς πασῶν τῶν καλλίστων ἀρετῶν ἐξενήνοχε σφραγῖδα, καὶ τῶν πυλῶν τῆς ἀθανασίας ἤρξατο ἅπτεσθαι, καὶ τούτους κρούειν· ὅπως καὶ ὑμεῖς τῆς ἡμετέρας ἀδελφότητος εὐθὺς συγχωρῆσαι τὴν ἄνοιαν καὶ εἰρήνην τῆς καθολικῆς εὔνοιαν πίστεως βλέψαντες. Τοῦτο γὰρ τῷ Θεῷ πρεπῶδες, καὶ τῇ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας πίστει ἁρμόδιον, καὶ τῷ κοινῷ τῶν πραγμάτων συμφέρον· ἵνα τῆς θεόθεν ἡμῖν παρασχεθείσης ἐντιμοτάτης εἰρήνης ἀξίαν ἀμοιβὴν τῷ ταύτην ἡμῖν χαρισαμένῳ κοινῶς ἅπαντες προσενέγκωμεν. Δεινὸν γὰρ ὡς ἀληθῶς ἂν εἴη, καὶ ἄγαν δεινὸν καταλυθέντων τῶν πολεμίων, καὶ μηδενὸς ἀντιτείνειν ἔτι τολμῶντος, βάλλειν ἡμᾶς ἀλλήλους, καὶ τοῖς δυσμενέσιν ἡδονὴν καὶ γέλωτα προξενεῖν, ἄλλως τε δὲ καὶ περὶ θείων διαλεγομένους πραγμάτων, καὶ τοῦ παναγίου πνεύματος τὴν διδασκαλίαν ἀνάγραπτον ἔχοντας. Εὐαγγελικαὶ γὰρ βίβλοι, καὶ ἀποστολικαὶ, καὶ τῶν παλαιῶν προφητῶν τὰ θεσπίσματα σαφῶς ἡμᾶς ἅπερ χρὴ περὶ τοῦ θείου φρονεῖν ἐκπαιδεύουσι. Τὴν πολεμοποιὰν οὖν ἀπελάσαντες ἔριν, ἐκ τῶν θεοπνεύστων λόγων λάβωμεν τῶν ζητουμένων τὴν λύσιν.

vestigans, hoc sibi fieri dignum non esse arbitratur, suadet tamen atque admonet. Et propriæ quidem verecundiæ frons omnium pulcherrimarum virtutum sigillum extulit, portasque immortalitatis cœpit contingere, ipsasque pulsare : ut et vos cœpistis nostræ fraternitatis imprudentiæ veniam dare, pacem fidei catholicæ respicientes. Hoc enim et Deum decet, et Ecclesiæ catholicæ fidei convenit, et reipublicæ negotiis utile est : ut pro divinitus nobis concessa pretiosissima pace dignam gratiarum actionem ejus gratiæ largitori communiter omnes referamus. Grave enim esset, imo vero quam acerbum, hostibus jam profligatis, et nemine ex diverso se opponere audente, invicem se oppugnare, et lætitiam inimicis atque adeo risum præbere ; et præsertim cum de rebus divinis disputemus, habeamusque doctrinam sacratissimi Spiritus, litterarum monumentis proditam. Nam libri evangelistarum et apostolorum, quin etiam veterum prophetarum oracula nos evidenter docent, quid de divino numine sentiendum sit. Omni igitur seditiosa contentione depulsa, Litterarum divinitus inspiratarum testimoniis res in quæstionem adductas dissolvamus.

Ταῦτα καὶ τὰ τούτοις παραπλήσια ὁ πάνσοφος βασιλεὺς, οἷα δὴ παῖς φιλοπάτωρ, τοῖς ἱερεῦσιν ὡς Πατράσι προσέφερε, τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων τὴν συμφωνίαν πραγματευόμενος. Τῆς δὲ συνόδου τῶν συνελθόντων ἐπὶ τὸ αὐτὸ ἐπισκόπων· τριακόσιοι δὲ ἦσαν δέκα καὶ ὀκτώ· ἀλλ' οἱ μὲν τριακόσιοι καὶ πρὸς τοῖς λεγομένοις ἐπείθοντο, καὶ τήν τε πρὸς ἀλλήλους ὁμόνοιαν, τήν τε τῶν δογμάτων ὑγίειαν ἠσπάζοντο. Οἱ δὲ λοιποὶ, καθὼς πάλαι εἰρήκαμεν, τοῖς ἀποστολικοῖς ἀντεμάχοντο δόγμασιν· οἵ τινες τὴν τοῦ Ἀρείου δόξαν μεγαλοφυῶς συγκροτεῖν ἐσπούδαζον, δέκα καὶ ἑπτὰ τὸν ἀριθμὸν ὄντες, Εὐσέβιός τε ὁ Νικομηδεὺς, ὡς καὶ πρότερον εἴρηται, Θεόγνης [Θεογόνιος] ὁ τῆς Νικαίας, Μάρης Χαλκηδόνος, Θεόδωρος Ἡρακλείας Θρᾴκης, Μηνόφαντος Ἐφέσου, Πατρόφιλος Σκυθοπόλεως, Νάρκισσος Νερωνιάδος D Κιλικίας δευτέρας, ἣν νῦν Εἰρηνούπολιν ὀνομάζομεν, Θεωνᾶς ὁ Μαρμαρίτης, Σεκοῦνδος Πτολεμαΐδος Αἰγύπτου, καὶ σὺν αὐτοῖς ἕτεροι ὀκτὼ οἵτινες ἑαυτοὺς τῷ τῶν τριακοσίων ἁγίων χορῷ ἐπιμίξαντες, ὡς δῆθεν ὀρθόδοξοι, τοῖς ἀποστολικοῖς ἀντέπραττον δόγμασιν, Ἀρείῳ συνηγοροῦντες· τούτοις γενναίως ἀντηγωνίζοντο οἱ ἐν ἁγίοις Πατέρες ἡμῶν Ἀλέξανδρος ὁ Κωνσταντινουπόλεως τότε πρεσβύτερος ὢν,

C Ista aliaque id genus sapientissimus imperator, dum doctrinæ apostolicæ consensum stabilire molitur, tanquam filius patris amantissimus, episcopis et sacerdotibus velut patribus proposuit. Erant autem qui ad synodum simul convenerant, episcopi trecenti et octodecim : sed trecenti quidem ante prædicta persuasi erant, et consensum ad invicem ac dogmatum sanitatem amplectebantur : reliqui autem, ut jam pridem diximus, adversus apostolica dogmata pugnabant, qui Arii sententiam magnifice concelebrare studebant, numero septemdecim : Eusebius scilicet Nicomediensis, cujus et superius mentionem fecimus; Theognis Nicænus, Maris Chalcedonensis, Theodorus Heracleæ Thraciæ, Menophantus Ephesi, Patrophilus Scythopolis, Narcissus Neroniadis secundæ Ciliciæ, quam nunc Irenopolim appellamus, Theonas Marmaricæ, Secundus Ptolemaidis Ægypti, et cum eis alii octo, qui seipsos, quasi essent orthodoxi, trecentorum choro miscentes, apostolicis dogmatis repugnabant, Ario consentientes. Cum his generose decertabant sancti Patres nostri, Alexander tunc presbyter Constantinopolitanus, et Athanasius archidiaconus Ecclesiæ Alexandrinorum. Quamobrem invidia con-

tra eos arma movit, ut postea dicemus. Nostri autem sancti episcopi Arium ad synodum vocabant, permittentes ei propria dogmata proponere, nutu semper victoris imperatoris : nam et ille, ut paulo ante diximus, in synodo considebat.

CAP. VIII.

Quomodo imperator libellos episcoporum accepit.

Verum admirabile illud facinus, quod in synodo ab imperatore semper victore factum est, non debet silentio prætermitti. Etenim cum in unum episcopi convenissent, et, ut fieri solet in disputatione contentiosa, quæstiones et controversiæ inter eos incidissent, et alii alios accusarent, cumque libellos offerrent, et criminationes compositas ad pium deferrent imperatorem : ille acceptos libellos et annulo suo obsignatos, servari præcepit : et cum talium episcoporum mutuam contentionem perspiceret, dixit oportere omnes simul certo die ad res eas disceptandas convenire. Præstitutus autem dies cum venisset, consedit in medio imperator, et silentio opportune facto, omnium libellos afferri jussit : quos cum accepisset, et in sinu suo posuisset, nec voluisset in delationes eas incumbere, ita ad episcopos loquitur : Posteaquam Deus vos sacerdotes et judices designavit ad disceptandas et dijudicandas populi controversias, vosque deos scribendos censuit, tanquam hominibus cæteris longe præstantiores (dictum enim est : « Ego dixi : Dii vos estis, et filii Altissimi omnes [30] ; » et : « Deus stetit in synagoga deorum [31] »), certe vulgaria ista negligere oportet, omnique cura et studio in res divinas incumbere. Cumque jussisset ignem afferri, libellos omnes exuri præcepit. Dabat enim operam ne cuiquam exterorum talium episcoporum iniqui conatus innotescerent : tanta scilicet imperatoris erga Dei sacerdotes reverentia fuit, quantam mirari debent omnes qui recte sapiunt. Illud etiam simile huic ab eo factum non arbitror æquum esse silentio tradere. Viri quidam procaces et laici, qui conviciis rixisque delectabantur, episcopos quosdam accusabant, et criminationes scriptas imperatori tradiderunt, idque antequam res ad concordiam adduci potuisset. Ille et eas quoque recepit, sed vinculo constrictas, et annulo suo obsignatas, custodiri jussit. Deinde cum concordiæ gratiæque reconciliationem fecisset, statim eas omnes afferri jussit, et præsentibus omnibus episcopis igne adussit, postquam prius sancte juravisset se nihil eorum quæ in iis scripta fuissent, legisse. Aiebat enim sacerdotum delicta vulgo ignota esse oportere, ne inde scandali occasione arrepta, minore cum metu delinquant. Ferunt ipsum et hoc etiam addidisse, quod si quando ipse suis oculis videret episcopum alienæ uxori stuprum infereutem, se sua purpura

A καὶ Ἀθανάσιος ἀρχιδιάκονος τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας· διὸ καὶ φθόνος ὥπλιστο κατ' αὐτῶν, ὡς ὕστερον λέξομεν. Οἱ δὲ ἡμέτεροι ἅγιοι ἐπίσκοποι καλοῦσι τὸν Ἄρειον εἰς τὴν σύνοδον, ἐπιτρέποντες αὐτῷ συστῆναι τοῖς ἰδίοις δόγμασι, νεύματι τοῦ τὰ πάντα νικηφόρου βασιλέως· ἐπείπερ, ὡς ἀρτίως εἰρήκαμεν, καὶ αὐτὸς τῇ συνόδῳ συνήδρευεν.

ΚΕΦΑΛ. Η'.

Ὅπως τοὺς λιβέλλους τῶν ἐπισκόπων ὁ βασιλεὺς δέχεται.

Ἀλλὰ τὸ κατὰ τὴν σύνοδον γεγονὸς θαυμαστὸν παρὰ τοῦ τὰ πάντα νικηφόρου βασιλέως, οὐκ ἄξιον σιωπῇ παραπέμψασθαι. Καὶ γὰρ ἐπισυναχθέντων πάντων τῶν ἐπισκόπων, καὶ καθὼς ἔθος ἐστὶ, γενο- B μένων ζητήσεών τε καὶ συγκρίσεων παρά τινων τῶν ἐπισκόπων, ἐρεσχελιῶν ἕνεκα, ἄλλου πρὸς ἄλλον ἔχοντος, λιβέλλων τε ἐπιδιδομένων ὑπ' αὐτῶν, καὶ ἐγκλημάτων συγκροτουμένων παρὰ τῷ εὐσεβεῖ βασιλεῖ· δεξάμενος τοὺς λιβέλλους, σφραγίσας τε τῷ δακτυλίῳ αὐτοῦ, ἐκέλευσε φυλάττεσθαι· ἐνορῶν τε τῶν τοιούτων ἐπισκόπων τὴν πρὸς ἀλλήλους ζυγομαχίαν, εἶπεν, ὅτι χρὴ πάντας ὁμοῦ ἐν μιᾷ ἡμέρᾳ συνελθόντας, περὶ τούτων διαλαβεῖν. Καὶ ἐνστάσης τῆς προθεσμίας, εἰς μέσον καθίσας ὁ βασιλεὺς, καὶ ἡσυχίας γενομένης τῷ καιρῷ πρεπούσης, πάντων τοὺς λιβέλλους προσέταξεν ἐνεχθῆναι· καὶ δὴ δεξάμενος, καὶ ἐν τῷ οἰκείῳ κόλπῳ θέμενος μήτ' ἐγκύψαι τοῖς ἐμφερομένοις ἐθελήσας, λέγει· τοῦ Θεοῦ ὑμᾶς προχειρισαμένου ἱερεῖς τε καὶ ἄρχοντας, κρίνειν τε καὶ C διακρίνειν τὰ πλήθη, καὶ θεοὺς εἶναι, ἅτε δὴ ἀνθρώπων ἁπάντων ὑπερέχοντας, ὁρισαμένου, κατὰ τὸ εἰρημένον· « Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε, καὶ υἱοὶ Ὑψίστου πάντες, » καὶ τό· Ὁ Θεὸς ἔστη ἐν συναγωγῇ θεῶν· » χρὴ τῶν μὲν κοινῶν ὀλιγωρεῖν πραγμάτων, πᾶσαν δὲ τὴν σπουδὴν περὶ τὰ θεῖα ποιεῖσθαι. Καὶ κελεύσας ἐνεχθῆναι πῦρ, ἐμπρησθῆναι τοὺς λιβέλλους προσέταξεν. Ἔσπευδε γὰρ μηδένα τῶν ἔξω ἐπιγνῶναι τῶν τοιούτων ἐπισκόπων τὴν ἀνώμαλον ἐπιχείρησιν· τοσαύτη ἡ τοῦ βασιλέως πρὸς τοὺς ἱερεῖς τοῦ Θεοῦ εὐλάβεια, ἣν θαυμάσειαν ἅπαντες οἱ εὖ φρονοῦντες. Κἀκεῖνο δὲ ὁμοιότροπον τούτῳ ὑπ' αὐτοῦ γεγενημένον, οὐ δίκαιον ἡγοῦμαι παραδοῦναι σιγῇ. Φιλαπεχθήμονες γὰρ ἄνδρες καὶ φιλολοίδοροι λαϊκοὶ ἐγράψαντο τῶν ἐπισκόπων τινὰς, καὶ τῷ βα- D σιλεῖ τὰς ἐγγράφους κατηγορίας ἐπέδοσαν· καὶ ταῦτα πρὸ τῆς γεγενημένης ὁμονοίας. Ὁ δὲ καὶ ταύτας δεξάμενος, εἶτα δεσμὸν ἐπιθεὶς, καὶ τῷ δακτυλίῳ σημηνάμενος, φυλαχθῆναι καὶ ταύτας ἐκέλευσεν. Εἶτα τὴν σύμβασιν τῆς ὁμονοίας ἐργασάμενος, ταύτας προσκομισθῆναι προστάξας, παρόντων ἁπάντων ἐπισκόπων, πυρὶ καὶ ταύτας κατέκαυσεν, ὁμωμοκὼς μηδὲν τῶν ἐγγεγραμμένων ἀνεγνωκέναι. Οὐ γὰρ ἔφη χρῆναι τῶν ἱερέων τὰ πλημμελήματα δῆλα τοῖς πολλοῖς γίνεσθαι, ἵνα μὴ σκανδάλου πρόφασιν ἐντεῦθεν λαμβάνοντες, ἀδεῶς ἁμαρτάνωσι. Φασὶ δὲ αὐτὸν καὶ τοῦτο προσθεῖναι, ὡς εἰ αὐτόπτης ἐπισκόπου ἐγεγόνει [γίνοιτο], γάμον ἀλλότριον διορύττοντος,

[30] Psal. LXXXI, 6. [31] ibid. 1.

συγκαλύψαι [ἂν] ἐν τῇ πορφυρίδι τὸ παρανόμως γινόμενον, ὡς ἂν μὴ βλάψαι τοὺς θεωμένους τῶν δρωμένων ἡ ὄψις. Τοσαύτη ἡ τοῦ βασιλέως θεοφιλὴς καὶ ἀξιάγαστος σύνεσις. Ἐπὶ πολλὰς δὲ ἡμέρας, οὐ μὴν δ' ἀλλὰ καὶ καιροὺς ἐφεξῆς συνερχόμενος τοῖς ἐπισκόποις ὁ βασιλεὺς, ἅμα αὐτοῖς τὰ περὶ τῆς πίστεως διελάμβανε, τάς τε διαφόρους αὐτῶν γνώμας ἀνελέγετο. Ἦσαν γὰρ, καθὼς πολλάκις εἰρήκαμεν, ἐν αὐτοῖς τινες τοῖς ἀθεμίτοις Ἀρείου δόγμασι συμφερόμενοι, καὶ τῷ πλήθει τῶν ἁγίων ἐπισκόπων, τῶν τῆς ἀληθείας ὑπερμαχούντων, ἀντιπράττοντες. Ἀλλ' οἱ ἄριστοι καὶ τὰ πάντα ἱερώτατοι Πατέρες ἡμῶν, τῷ τῆς ἀληθείας ὅπλῳ ἠσφαλισμένοι, τὴν λαμπρὰν, καὶ ἀμώμητον πίστιν μετὰ παῤῥησίας ἐκήρυττον· μεθ' ὧν καὶ ὁμολογητῶν πολὺς ἀριθμὸς, ἀνθισταμένων τοῖς ἐθέλουσι περιποιεῖσθαι τὰ μοχθηρὰ τοῦ Ἀρείου δόγματα.

A flagitium contecturum, ne intuentium oculi facinore ipso offenderentur : tanta erat imperatoris et tam pia atque admirabilis prudentia. Per plures postea dies, imo vero et per menses plures cum episcopis in unum locum conveniebat, et una cum iis de fide disceptabat, atque diversas eorum sententias supputabat. Erant enim, ut sæpe jam diximus, inter eos nonnulli qui nefariis Arii dogmatis suffragabantur, et multitudini sanctorum episcoporum veritatem propugnantium adversabantur sedulo. Alii vero optimi et sanctissimi Patres nostri veritatis armis muniti, gloriosam et inculpatam fidem magna cum libertate prædicabant : cum quibus magnus etiam confessorum numerus erat, qui volentibus perversa Arii dogmata defendere, stre- B nue resistebant.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Παφνουτίου.

Ἦν δὲ ἐν αὐτοῖς καὶ ὁ μέγας καὶ ἅγιος Παφνούτιος τὸν τῶν ὁμολογητῶν καὶ ἐπισκόπων κατακοσμῶν χορὸν, ἀνὴρ Αἰγύπτιος, Θεοῦ δὲ ἄνθρωπος, ἐκ τῆς ὁμηγύρεως ἐκείνης, οὗ Μαξιμῖνος ὁ βασιλεὺς τὸν δεξιὸν ἐξώρυξεν ὀφθαλμὸν, καὶ τὰς λαιὰς ἐνευροκόπησεν ἀγκύλας παραδοὺς τοῖς μετάλλοις συνέχεσθαι. Ἐν ᾧ τοσαύτη ἦν ἡ τοῦ Θεοῦ χάρις, ὥστε σημεῖα αὐτῶν ποιεῖν μηδὲν ἐλάττω τῶν πάλαι ὑπὸ τῶν ἀποστόλων γεγενημένων. Λόγῳ γὰρ μόνῳ τοὺς δαίμονας ἐφυγάδευε, καὶ εὐχῇ διαφόρους ἀσθενοῦντας ἐθεράπευε, τυφλοῖς τε τὸ βλέπειν, τὸν Θεὸν ἐξαιτούμενος, παρείχετο· καὶ παρεθέντας πρὸς τὴν κατὰ φύσιν ἦγεν ἀκμὴν, τὰ μέλη ἐνεργεῖν ποιῶν ὑγιῶς. Ὃν ὁ βασιλεὺς σφόδρα διὰ τιμῆς ἦγε, συνεχῶς τε ἐπὶ τὰ βασίλεια μετεπέμπετο, καὶ τὸν ἐξορυγμὸν κατεφίλει, τοσαύτη προσῆν τῷ εὐσεβεῖ βασιλεῖ πρὸς τοὺς ἁγίους πίστις.

CAP. IX.

De sancto Paphnutio.

Erat inter eos magnus ille sanctusque Paphnutius, confessorum et episcoporum cœtui non parum ornamenti afferens, genere Ægyptius, homo Dei, ex illis quos Maximinus dextero oculo effosso, et sinistro poplite succiso, ad metalla damnaverat. Sed in hoc tanta Dei gratia elucebat, ut miracula per eum fierent non minora his, quæ olim ab apostolis facta sunt. Nam dæmonas solo verbo fugabat, et ægros plures oratione curabat : sed et cæcis visum, fusis ad Deum precibus, tribuebat : et C paralyticis naturalem firmitatem restituebat : efficiens ut membra sana suis fungerentur officiis. Hunc imperator summo in honore habuit, et sæpius eum intra palatium evocatum complectebatur, et oculum effossum subinde exosculabatur : tanta erat apud pium imperatorem sanctorum virorum auctoritas et gratia.

ΚΕΦΑΛ. Ι'.

Περὶ τοῦ ἁγίου Σπυρίδωνος.

Καὶ δὴ καὶ Σπυρίδων Κύπριός τις ἀνὴρ ἐπίσημος ἐν Κυρίῳ, καὶ τὴν ἐκ παιδὸς ποιμενικὴν (10) πεῖραν τῇ τοῦ Χριστοῦ ποίμνῃ καθιερωμένος, προφητικῷ βίῳ διαγινόμενος ἐγνωρίζετο· ὃς καί γε διέπων τὴν ἐπισκοπὴν, τοῦ ποιμένειν τὰ ἴδια πρόβατα οὐκ ἐπαύετο. Οὕτω δὲ ἦν χρηστὸς καὶ ἀνεξίκακος, ὅτι λῃστῶν ἐφόδου δόλῳ προσβαλόντων τῇ ποίμνῃ, ἀοράτοις τε δεσμοῖς κρατουμένων κινηθῆναί τε μὴ δυναμένων ἕως πρωῒ, ἐπιστὰς ὁ μακάριος, δι' εὐχῆς ἀνεθῆναι αὐτοὺς τῆς συνοχῆς ποιεῖ· οὐ μὴν ἀλλὰ καὶ τῶν κριῶν τὸν κράτιστον ἀποιχομένοις δίδωσιν, εἰπών· Λάβετε, ὦ νεανίσκοι, πρὸς ἀπόχρησιν τοῦτον, μὴ ἄπρακτοι ἀπιόντες τῇ νυκτὶ ταύτῃ δι' ἐμὲ τὴν αἰτίαν τῆς ἀπορίας καταμέμψησθε. Πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα θαύματα περὶ τοῦ ἁγίου τούτου ἀκηκόαμεν, ἓν δὲ ἐκ πολλῶν παραθήσομεν.

CAP. X.

De sancto Spyridone.

Spyridon etiam Cyprius vir insignis in Domino[88], qui a pueritia pastoralis vitæ rudimenta Christi gregi devovens, et propheticam vitam agens innotuit : quique episcopatum etiam administrans, non destitit oves suas pascere ; adeo bonus erat et pa- D tiens, ut cum latrones quidam noctu in ovile ejus irrupissent, et occultis ac invisis quibusdam vinculis detinerentur, nec inde movere sese usque ad auroram possent : superveniens beatus, obtinuit precibus ut solverentur vinculis : imo vero arietem longe præstantissimum abeuntibus dedit, inquiens : Accipite hunc, juvenes, ad usum vestrum, ne re infecta discedentes, me hac nocte inopiæ vestræ auctorem accusetis. Plura etiam alia mirabilia de hoc sancto audivimus : unum autem ex multis proponemus.

[88] Vide Socratem, l. I, c. 1.

(10) Ms. Codex Bibl. Paris. Soc. Jesu ποιμαινικήν. Hari.

CAP. XI.

A

Quomodo filiam mortuam excitaverit propter mercatorem.

Beatus ille et celebris homo Dei [33], filiam habuit Irenem nomine, quæ seni utiliter ministrans, virgo vitam omnem castissime egit. Post ejus mortem mercator quidam peregre rediens, rogat senem depositum, quod ejus filiæ virgini jampridem crediderat. Rem omnem beatus Spyridon prorsus ignoravit: sed cum homo depositum sæpius flagitaret, senex, posteaquam illud per domum sursum ac deorsum perquisivisset, nec reperisset usquam, animo angebatur graviter: et virum monuit, nec scire se quidquam de deposito, nec esse in tota domo. Mercator tunc altius inclamans, et lacrymans ejulansque poscit depositum, clamitans quoque se manus violentas sibi illaturum, nisi quod credidit, reciperet. Nam, inquit, se quod unicum servavit senectutis suæ subsidium et solatium, apud virginem deposuisse. Coactus igitur sanctus ille senex una cum mercatore ad sepulcrum filiæ properat, ad percontandum ea de re; eamque ex nomine inclamat, Filia, inquiens, Irene. Illa de sepulcro respondens: Quid vis, pater? Tum senex: Ubi posuisti, filia, quod hic homo tibi credidit? At illa locum aperte patri indicans: In eo, inquit, loco jacet, pater. Ille ad filiam: Vade in pace, filia Irene. Senex domum regressus, depositum in eo ipso loco, quem puella designavit, inventum viro tradidit. Multa ille alia stupenda et admiranda fecit, quæ omnium ore celebrantur, quæque adhuc ab indigenis ostenduntur ad plenam persuasionem fidei in Jesum Christum, iis qui in ea re mentem curamque suam defigunt. Talibus igitur viris usque ad ea tempora florebat Ecclesia, ex quibus plurimi Nicænæ synodo interfuerunt. Quinetiam Athanasium, cujus antea memini, tunc diaconum, a sacra illa sanctorum corona minime abfuisse omnes fatentur. Erat autem una cum Alexandro Alexandriæ episcopo, quem in multis fideli opera et consilio juvit. Communicabant igitur quotidie sancti episcopi nostri multo tempore permulta inter se de fide, rati nihil cito aut temere de re tanta statui debere. Arium frequenter accersebant, et crebris interrogationibus propositiones ejus refutabant: omnique cura ac cogitatione quærebant, quomodo nefaria illius dogmata evertere, quidve contra ea statuere et decernere oporteret, acri semper consideratione usi, et fusis ad Deum precibus illa tractabant. Quamobrem sapienter admodum atque congruenter contra impia Arii et sectatorum ejus dogmata reprehensiones suas opponebant, impuras eorum contra Dei Filium blasphemias radicitus evellentes, et delentes funditus. Et ei quidem quod illi asserebant, non ex Deo esse Dei Filium, illud, Deum de Deo, nostri opposuerunt. Ei vero quod illi dicebant, non esse Deum verum, definiverunt nostri esse Deum verum

[33] Socrates, loc. cit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΑ'.

Ὅπου τὴν θυγατέρα αὐτοῦ τεθνεῶσαν ἐγείρῃ διὰ τὸν ἔμπορον.

Θυγατέρα ἔσχεν ὁ μακάριος καὶ ἀοίδιμος οὗτος τοῦ Θεοῦ ἄνθρωπος, Εἰρήνην τοὔνομα, ἣ τῷ γέροντι προσφόρως διακονήσασα, ἐν παρθενίᾳ τὸν ἀνθρώπινον βίον διεξέρχεται [ὑπεξέρχεται]. Ταύτης μὲν θανούσης, ἐξ ἀποδημίας τις ἀναστὰς ἔμπορος, παραθήκην ἀπῄτει τὸν γέροντα, ἣν τῇ αὐτοῦ θυγατρὶ τῇ παρθένῳ ἦν παραθέμενος. Ὁ δὲ μακάριος Σπυρίδων ἠγνόησε παντελῶς τὴν ὑπόθεσιν· ὡς δὲ πολὺς ἦν ἐπικείμενος αὐτῷ ὁ ἄνθρωπος, πολλὰ ἄνω καὶ κάτω τὸν οἶκον διερευνήσας ὁ γέρων, καὶ μὴ εὑρὼν, ἠνιᾶτο σφόδρα, καὶ πρὸς τὸν ἄνδρα ἔλεγεν, μήτε εἰδέναι, μήτε εἶναί τι, ἐν τῷ οἴκῳ. Ὁ δὲ ἔμπορος
B
ἐκβοῶν, δάκρυσί τε συνεχόμενος, καὶ ὀλοφυρόμενος ᾔτει τὴν παρακαταθήκην, λέγων αὐτὸν διαχειρίσασθαι τῆς ἀπωλείας χάριν, εἰ μὴ λάβοι τὰ παρακατατεθέντα, φάσκων ἕνεκα γήρως αὐτῷ ταύτην τὴν παραμυθίαν πεφυλάχθαι, παρ' αὐτῇ τῇ παρθένῳ παραθέμενος. Ἀναγκάζεται τοίνυν ὁ γέρων ὁ ἅγιος ἐκεῖνος ἐπὶ τὸ μνῆμα τῆς θυγατρὸς ἅμα τῷ ἐμπόρῳ ὁρμῆσαι πρὸς πεῦσιν τοῦ πράγματος· ὁ δ' ἐλθὼν καλεῖ τὴν θυγατέρα ἐξ ὀνόματος, καὶ φησι πρὸς αὐτήν· Τέκνον μου Εἰρήνη. Ἡ δὲ ἀποκριθεῖσα ἀπὸ τοῦ τάφου, λέγει πρὸς αὐτόν· Τί θέλεις, ὦ πάτερ; Ὁ δὲ γέρων πρὸς αὐτήν· Ποῦ ἀπέθου τὴν τοῦδε τοῦ ἀνθρώπου παραθήκην, ὦ θύγατερ; Κἀκείνη πρὸς αὐτὸν ἔφη· Ἐν τῷδε κεῖται τῷ τόπῳ, πάτερ· σαφῶς
C
τὸν τόπον ἐπισημάνασα τῷ πατρί. Ὁ δὲ πρὸς αὐτήν· Πορεύου ἐν εἰρήνῃ, τέκνον μου Εἰρήνη. Ὁ οὖν γέρων ἐπιστρέψας οἴκοι, καὶ εὑρὼν οὗπερ εἶπεν ἡ παρθένος κεῖσθαι τὴν παραθήκην, ἀπέδωκε τῷ ἀνδρί. Πολλὰ δὲ καὶ ἄλλα τοῦ ἀνδρὸς ᾄδονται θαύματα, καὶ παραδοξοποιίαι πολλαί, αἳ καὶ μέχρι δεῦρο πρὸς τῶν ἐγχωρίων δείκνυνται τοῖς ἐφισταμένοις πρὸς πληροφορίαν τῆς ἀληθοῦς ἡμῶν εἰς Χριστὸν πίστεως. Τοιούτοις τοιγαροῦν μέχρι τῶν καιρῶν ἐκείνων ἁγίοις ἀνδράσιν ἡ Ἐκκλησία διέπρεπεν, ἐξ ὧν πολλοὶ παρῆσαν κατὰ τὴν ἐν Νικαίᾳ σύνοδον. Ἀλλὰ μὴν καὶ Ἀθανάσιος, περὶ οὗ καὶ πρώην εἰρήκαμεν, τηνικάδε διάκονος ὤν, οὐκ ἄμοιρος τοῦ τῶν ἁγίων ἐκείνων χοροῦ εἶναι ὑπὸ πάντων ὡμολογεῖτο· συνῆν δὲ τῷ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τῆς Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίας
D
ἐπισκόπῳ, βοηθὸς ἄριστος ὑπάρχων αὐτῷ. Ἀνεκίνουν [Ἴσ. Ἀνεκοίνουν] γοῦν ὁσημέραι οἱ ἡμέτεροι ἅγιοι ἐπίσκοποι, ἐπὶ πλεῖστον ὅσον χρόνον, πάμπολλα περὶ τῆς πίστεως, οἰόμενοι δεῖν μηδὲν εὐχερὲς ἢ τολμηρὸν πέρι τηλικαύτης ζητήσεως διαπράττεσθαι. Συχνῶς τε τὸν Ἄρειον μετεπέμποντο, καὶ πυκνῇ ἀνακρίσει τὰς προτάσεις αὐτοῦ ἀναπτύσσοντες διέλυον· πλείστη τε ὅση σπουδὴ καὶ φροντὶς ἦν αὐτοῖς, πῶς ἐχρῆν πρὸς τὴν ἀνατροπὴν τῶν ἀθέσμων αὐτοῦ δογμάτων ψηφίσασθαι καὶ ἀνθορίσασθαι. Μετὰ πολλῆς οὖν τῆς σκέψεως, καὶ τῆς πρὸς τὸν Θεὸν ἱκεσίας, ταῦτα διελάμβανον. Διὸ καὶ σφόδρα σοφῶς, καὶ λίαν ἁρμοδίως, τοὺς κατὰ τῶν ἀθεμίτων

δογμάτων Ἀρείου, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ, ἐλέγχους ἀντέθηκαν, πρόῤῥιζον ἀνασπάσαντες τὰς κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ μιαρὰς αὐτῶν βλασφημίας, καὶ ἐξαφανίσαντες. Καὶ τῷ μὲν οὐκ ἐκ τοῦ Θεοῦ λέγειν ἐκείνους τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, ἀντέθηκαν οἱ ἡμέτεροι, τὸ, Θεὸν ἐκ Θεοῦ. Καὶ τὸ, μὴ ἀληθινὸν Θεὸν κατ' ἐκείνους, ἐγράψαντο οἱ ἡμέτεροι, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ. Καὶ τὸ κτίσμα αὐτὸν λέγειν ἐκείνους, ἀνθωρίσαντο οἱ ἡμέτεροι, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα. Καὶ τῷ ἑτερουσίῳ ὑπ' ἐκείνων προβαλλομένῳ ἀντέθηκαν οἱ ἡμέτεροι ἐπίσκοποι τὸ ὁμοούσιον εἶναι τὸν Υἱὸν τῷ Πατρὶ, τοῦτ' ἔστι γεννηθέντα ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρός· κτίστην τε αὐτὸν καὶ δημιουργὸν ὁρατῶν τε καὶ ἀοράτων ἐκήρυξαν, κατὰ τὴν ἀνέκαθεν παραδοθεῖσαν τῇ Ἐκκλησίᾳ αὐτοῦ ἀποστολικὴν πίστιν, Γραφικαῖς μαρτυρίαις τὰς ἀποδείξεις ἐκδώσαντες, καθὼς προϊὼν ὁ λόγος ἀποδείξει. Ταύτῃ τῇ ἀντιδότῳ τὰ θανάσιμα φάρμακα ἀνατρέψαντες, τρανωτέραν ἐντεῦθεν ἤδη λοιπὸν τὴν ἀποστολικὴν συμφώνως ἐγγράφονται πίστιν.

de Deo vero. Cumque illi censerent creatum ipsum, nostri contra statuerunt genitum, non factum. Postremo cum illi alterius substantiæ Filium esse contenderent, nostri episcopi enim ejusdem esse opposuerunt, hoc est, ex substantia Patris genitum, creatoremque ipsum atque opificem omnium visibilium pariter et non visibilium prædicaverunt, secundum fidem apostolicam jampridem Ecclesiæ ipsius traditam, expressis testimoniis illud demonstrantes, ut progressu orationis patebit. Hoc antidoto letalia venena subvertentes, clariorem in posterum apostolicam fidem uno omnes consensu describunt.

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

Περὶ τοῦ δεῖν τρεῖς ὑποστάσεις νοεῖν καὶ πιστεύειν ἀχωρίστως ἐπὶ τῆς ἀῤῥήτου τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος μιᾶς θεότητος.

Ἡ ἁγία καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος τῶν ἐν Νικαίᾳ συναχθέντων ἁγίων Πατέρων ἡμῶν διὰ τοῦ μακαρίου καὶ ἁγίου ἐπισκόπου Ὁσίου πόλεως Κουρδούβης τῆς τῶν Σπάνων ἐπαρχίας, ἐπέχοντος καὶ τὸν τόπον τοῦ τῆς Ῥωμαίων ἐπισκόπου σὺν τοῖς ἐκ τοῦ αὐτοῦ θρόνου προαναφωνηθεῖσι πρεσβυτέροις, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν ἑτέρου, εἶπεν· Ἡ θεότης οὐχ ἓν πρόσωπόν ἐστι, κατὰ τὴν τῶν Ἰουδαίων ὑπόληψιν, ἀλλὰ τρία πρόσωπα καθ' ὑπόστασιν ἀληθινὴν, οὐχ ὀνόματι ψιλῷ· καὶ τοῦτο μαρτυρίαις πολλαῖς ἀπό τε Παλαιᾶς καὶ Νέας Διαθήκης κηρύττεται. Ἡ μὲν Παλαιὰ κατὰ τὸν σωματικώτερον ἔτι τρόπον διαλεγομένη, λόγον ὡς λαλούμενον παρέστησεν. Ἡ δὲ Καινὴ τὸν λόγον Θεὸν ἀπέδειξε, κατὰ τό· « Ἐν ἀρχῇ ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος. » Καὶ πρόσωπον τέλειον ἐκ τελείου· Θεὸς γὰρ, οὐ μέρος ὁ Υἱὸς, ἀλλὰ τέλειος ὥσπερ ὁ Πατὴρ, τῆς αὐτῆς οὐσίας ὢν, ἧς καὶ ὁ γεννήσας αὐτὸν ἀφράστως Πατήρ. Συνυπάρχει δὲ ὡσαύτως τῷ Πατρὶ καὶ τῷ Υἱῷ καὶ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, τῆς αὐτῆς οὐσίας καὶ τοῦ αὐτοῦ χρήματος ὄν. Οὗπερ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς μίαν τοίνυν βουλὴν, μίαν βασιλείαν, μίαν αὐθεντίαν, μίαν δεσποτείαν ἐπὶ πάντων τῶν κτιστῶν φύσεων ὁρωμένων τε, καὶ νοουμένων, μίαν θεότητα καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν ὁμολογητέον πρὸς ἡμῶν, τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Οὐ σύγχυσιν ἢ διαίρεσιν τῶν τῆς ἀῤῥήτου ἐκείνης καὶ μακαρίας Τριάδος ὑποστάσεων, κηρυττόντων ἡμῶν, ἀλλὰ Πατέρα ἀεὶ ἀληθῶς Πατέρα ἀληθινοῦ Υἱοῦ ἀεὶ ὄντα καὶ ὑφεστῶτα· καὶ Υἱὸν ἀληθῶς Υἱὸν ἀληθινοῦ Πατρὸς ἀεὶ ὄντα καὶ ὑφεστῶτα, καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἀληθῶς Πνεῦμα ἅγιον, ἀεὶ ὂν καὶ ὑφεστὸς· Τριάδα ἀχώριστον, ἄῤῥητον, καὶ ἀληθῶς ἀπερινόητον καὶ ἀνέκφραστον, μίαν θεότητα, καὶ τὴν αὐτὴν οὐσίαν ταύτης εἶναι πιστεύοντες. Καὶ ταύτην ὁμολο-

CAP. XII.

Quomodo oporteat tres personas intelligere et credere indivise in una illa ineffabili Patris, et Filii, et Spiritus sancti divinitate.

Sancta et magna et generalis synodus sanctorum Patrum Nicææ congregatorum, per beatum et sanctum Osium episcopum civitatis Cordubæ in Hispania, tenentem locum episcopi Romani, cum prædictis ejusdem sedis presbyteris, altero ipsum interpretante dixit : Divinitas non est una persona, ut Judæi existimant, sed tres personæ vere subsistentes, non solo nomine : et hoc pluribus testimoniis in Novo et Veteri Testamento prædicatur. Vetus quidem magis corporeo adhuc modo disserens, Verbum quasi loquens exhibuit; Novum autem, Verbum Deum esse demonstravit, juxta illud : « In principio erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum [24] : » et personam perfectam ex perfecta. Deus enim est, non pars, Filius, sed perfectus sicut et Pater: ejusdem essentiæ, cujus et qui eum ineffabili modo genuit Pater. Sicut Pater et Filius, simul subsistit Spiritus sanctus, ejusdem essentiæ et potestatis, cujus Pater et Filius. Unum igitur consilium, unum regnum, unam voluntatem, unam dominationem in res omnes creatas, tam quæ visu, quam quæ mente et intelligentia percipiuntur, unam divinitatem et eamdem essentiam confiteri nos oportet, Patris, et Filii, et Spiritus sancti : non prædicantes confusionem aut divisionem personarum ineffabilis et beatæ illius Trinitatis, sed semper vere Patrem veri Filii semper exsistentem ; et Filium vere Filium veri Patris semper exsistentem ac subsistentem ; et vere etiam Spiritum sanctum semper exsistentem, quoque et subsistentem : Trinitatem individuam, ineffabilem, quæ neque animo concipi, neque satis exprimi sermone potest : unam divinitatem et eamdem ejus essentiam credimus et confitemur secundum sanctam illam jam olim a Domino per sanctos ejus apostolos et antiquos sanctos Pa-

[24] Joan. I, 1.

tres nostros, qui illam apostolorum fidem illibatam A conservarunt, nobis ab initio traditam fidei veram dogmatum integritatem, parati ex sancti Spiritus arbitrio per plurima divinarum Scripturarum testimonia demonstrare hæc ita se habere. Cum hæc ab ipsis, vel potius a Spiritu sancto per ipsos pronuntiarentur, qui impietatem Arii asserebant (erant autem pro [35] Eusebio Nicomediæ et Theognio Nicææ, quos jampridem indicavimus), respiciebant pariter in conductitios Arii philosophos quosdam maxime disertos, quos cum malitiæ suæ patronos conduxisset Arius, cum illis venit ad sanctam illam et generalem synodum. Aderant autem et plurimi philosophi, in quibus sperantes, ut paulo ante diximus, veritatis adversarii, merito cum suæ blasphemiæ magistro damnati sunt : impleta in ipso et in B ipsis sacra Scriptura, quæ dicit : «Maledictus homo qui confidit in homine, et a Domino recessit cor ejus [36].» Recessit enim vere a Domino blasphemum cor Arii cum Deo pugnantis, et eorum qui ejus impietati communicant, audentium dicere Filium Dei creaturam atque facturam, cum sit omnium visibilium et invisibilium creatarum naturarum creator et effector.

A γοῦμεν, κατὰ τὴν ἀνέκαθεν παρὰ τοῦ Κυρίου, διὰ τῶν ἱερῶν αὐτοῦ ἀποστόλων, καὶ τῶν τὴν ἐκείνων ἁγίαν πίστιν φυλαξάντων ἀσπίλως, ἀρχαίων ἁγίων ἡμῶν Πατέρων, παραδοθεῖσαν ἡμῖν τῆς αὐτῆς πίστεως ἀληθῆ δογμάτων ἀκρίβειαν, ἑτοίμως ἐχόντων ἡμῶν, σὺν εὐδοκίᾳ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, διὰ πλείστων ὅσων μαρτυριῶν τῶν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν δεῖξαι, ταῦτα οὕτως ἔχειν. Τούτων παρ' αὐτῶν, μᾶλλον δὲ δι' αὐτῶν ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκφωνουμένων οἱ τῆς ἀσεβείας Ἀρείου ἀντιποιούμενοι· ἦσαν δὲ ὑπὲρ Εὐσέβιον τὸν Νικομηδείας, καὶ Θέογνιν τὸν τῆς Νικαίας, οὓς ἔμπροσθεν ἤδη ἐδηλώσαμεν· ἀπέβλεπον δὲ ὁμοίως εἰς τοὺς μισθωτοὺς Ἀρείου φιλοσόφους τινὰς λογίους ὑπεράγαν, οὓς συνηγόρους τῆς οἰκείας μοχθηρίας μισθωσάμενος Ἄρειος, σὺν B αὐτοῖς ἧκεν εἰς τὴν ἁγίαν ἐκείνην καὶ οἰκουμενικὴν σύνοδον. Παρῆσαν γὰρ πλεῖστοι ὅσοι φιλόσοφοι, εἰς οὓς ἠλπικότες, ὡς ἀρτίως εἰρήκαμεν, οἱ τῆς ἀληθείας πολέμιοι, εἰκότως ἑάλωνται καὶ μετὰ τοῦ τῆς βλασφημίας αὐτῶν διδασκάλου. Πληρουμένης ἐπ' αὐτῷ καὶ αὐτῶν [αὐτοῖς] τῆς ἱερᾶς Γραφῆς λεγούσης· «Ἐπικατάρατος πᾶς ἄνθρωπος, ὃς ἔχει τὴν ἐλπίδα αὐτοῦ ἐπ' ἄνθρωπον, καὶ ἀπὸ Κυρίου ἀπέστη ἡ καρδία αὐτοῦ.» Ἀπέστη γὰρ ὄντως ἀπὸ τοῦ Κυρίου ἡ βλάσφημος καρδία τοῦ θεομάχου Ἀρείου, καὶ τῶν κοινωνῶν τῆς ἀσεβείας αὐτοῦ, κτίσμα καὶ ποίημα τολμησάντων λέγειν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν πάντων κτίστην καὶ δημιουργὸν, ἀοράτων καὶ ὁρατῶν κτιστῶν φύσεων.

CAP. XIII.

Quomodo a philosophis Arii plurima contra sanctam illam apostolicorum Dei sacerdotum synodum prolata fuerint. C

Unus ex mercenariis illis Arii philosophis, qui præ cæteris omnibus admirationi fuit, plurima pro Ario contra nostros episcopos plures dies disseruit: sic ut quotidie propter disputationis conflictum ingens esset concursus multorum ad audiendum properantium. Philosophus interim multa effundebat in ea quæ a sancta synodo dicebantur, atque objiciebat impias Arii blasphemias de Filio Dei, inquiens tempus aliquod fuisse cum ille non esset: et quod creatus factusque esset ex iis quæ non sunt : quodque alterius esset naturæ et substantiæ quam Pater. Atque hæc scelesta Arii dogmata magna animi contentione et orationis flumine propugnabat. Cum hac ille rabie contra Dei Filium fureret, et sanctorum Patrum coronam insectaretur acriter, loquente in ipso et per ipsum humanæ salutis hoste : econtra veritatis propugnatores episcopi nostri rationes convenientes et decentes pro apostolicis dogmatis sine tumultu et strepitu philosopho opposuerunt, magnum illum prophetam juxta et regem Davidem imitati, dicentem : «Paratus sum, et non sum turbatus [37].» Omnes enim versutas et implicatas philosophiæ rationes, ceu stupas, divini verbi flamma absumpserunt. Verum ille diabolica verborum arte fretus, prædicatam ab episcopis veritatem vexare non desiit, facile, ut putabat, cum

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

Ὁπού ἀπὸ τῶν φιλοσόφων Ἀρείου, κατὰ τῆς ἁγίας ἐκείνης τῶν ἀποστολικῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων συνόδου, πλεῖστα ὅσα ἀποφθέγγεται.

Εἷς δέ τις τῶν μισθωτῶν Ἀρείου φιλόσοφος, λίαν παρὰ πάντας τοὺς ἄλλους θαυμαζόμενος, πολλὰ καὶ πάμπολλα ὑπὲρ Ἀρείου πρὸς τοὺς ἐπισκόπους τοὺς ἡμετέρους διετείνετο ἐπὶ πλείστας ὅσας ἡμέρας, ὥστε γίνεσθαι ἐφ' ἑκάστης ἐκ τῆς διὰ τῶν λόγων συμβολῆς μεγάλην ἀκρόασιν τοῦ πλήθους τῶν συνερχομένων. Ἐπισυγχέοντος τοῦδε φιλοσόφου κατὰ τῶν παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου λεγομένων, τὰς ἀσεβεῖς Ἀρείου βλασφημίας προβαλλομένου, λέγοντος περὶ τοῦ Θεοῦ τὸ, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν· καὶ ὅτι κτίσμα καὶ ποίημα ἐξ οὐκ ὄντων, καὶ ἐξ ἑτέρας οὐσίας καὶ ὑποστάσεώς ἐστι. Καὶ ὑπὲρ τούτων τῶν μιαρῶν δογμάτων Ἀρείου πολὺς ἦν αὐτῷ ὁ ἀγὼν, καὶ αἱ τῶν λόγων νιφάδες. D Λυττῶντος αὐτοῦ κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, καὶ κατατρέχοντος τοῦ τῶν ἁγίων ἱερέων ἐκείνων χοροῦ, λαλοῦντος ἐν αὐτῷ, καὶ δι' αὐτοῦ τοῦ τῆς τῶν ἀνθρώπων σωτηρίας ἐχθροῦ· οἱ δὲ τῆς ἀληθείας ὑπέρμαχοι, οἱ ἡμέτεροι ἐπίσκοποι, τὰς ὀφειλομένας καὶ πρεπούσας ὑπὲρ τῶν ἀποστολικῶν δογμάτων ἀντιθέσεις ἀταράχως τῷ φιλοσόφῳ προσέφερον· τὸν μέγαν προφήτην ὁμοῦ καὶ βασιλέα Δαυῒδ μιμούμενοι, λέγοντα· «Ἡτοιμάσθην, καὶ οὐκ ἐταράχθην.» Πάσας γὰρ τὰς τοῦ φιλοσόφου πολυπλόκους προτάσεις, ὡς πυρὶ, τῷ θείῳ λόγῳ, στυππείου δίκην, κατανήλισκον. Ἀλλὰ καὶ οὗτος ὁ φιλόσοφος τῇ τῶν λόγων διαβολικῇ εὐτεχνίᾳ θαῤῥῶν, τὴν διὰ τῶν ἐπι-

[35] Cum *sive* præter. [36] Jerem. xvii, 1. [37] Psal. cxviii, 60.

σκόπων ἀλήθειαν κηρυττομένην ἀντιτοξεύειν ἐνίστατο· εὖ μάλα ῥᾷστα πᾶσι τοῖς ἐπαγομένοις αὐτῷ, ὡς ᾤετο, προσφερόμενος, ἐπιλύειν τε ἐβιάζετο τὰ κινούμενα δίκην ἐγχέλυος· ἐν οἷς γὰρ ἐδόκει ἑαυτῷ συνίστασθαι, διολισθαίνων τῶν ἐπικρατεστέρων αὐτῷ προσφερομένων νοημάτων. Ἀλλὰ καὶ οὕτως κορυβαντιῶν ἀλαζονικῶς κατὰ τῆς εἰρηνικωτάτης συνόδου ἐφέρετο, ἐλπίζων νικᾷν τοῦ ἐν αὐτοῖς ἀκτίστου Πνεύματος Χριστοῦ τὴν ἀκαταμάχητον δύναμιν, ἐκ τῶν οἰκείων ῥημάτων ἁλισκόμενος συγκατέπιπτεν· ἵνα δείξῃ ὁ Θεὸς ὁ δρασσόμενος τοὺς σοφοὺς ἐν τῇ πανουργίᾳ αὐτῶν, ὅτι οὐκ ἐν λόγῳ ἡ βασιλεία αὐτοῦ, ἀλλ' ἐν δυνάμει συνίσταται, δι' ἑνὸς τῶν ἐκεῖσε δούλων αὐτοῦ τὸν ἐν τῷ φιλοσόφῳ λαλοῦντα πονηρὸν δαίμονα ἰσχυρῶς κατεσίγησεν, οὐ μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐξέβαλεν. Ἀνὴρ γάρ τις ἐκ τῶν παρόντων τῇ συνόδῳ ἁγίων ὁμολογητῶν, ἁπλοῦς τὴν φύσιν, εἴπερ τις ἄλλος τῶν ἁγίων, καὶ μηδὲν ἕτερον εἰδὼς εἰ μὴ Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ τοῦτον ἐσταυρωμένον σαρκὶ, κατὰ τὰς Γραφὰς, συνὼν τοῖς ἐπισκόποις, καὶ ὁρῶν τὸν φιλόσοφον κατεπαιρόμενον τῶν ἡμετέρων ἁγίων ἐπισκόπων, καὶ τῇ μοχθηρᾷ αὐτοῦ συζητήσει καταλαζονευόμενον, αἰτεῖ παρὰ τῶν ἐπισκόπων τῶν τοῦ Θεοῦ ἱερέων χώραν αὐτῷ συνομιλίας παρ' αὐτῶν πρὸς τὸν φιλόσοφον δοθῆναι. Τότε οἱ καθ' ἡμᾶς ἅγιοι ἐπίσκοποι θεωροῦντες τοῦ ἀνδρὸς τὴν ἁπλότητα, καὶ τὸ ἄπειρον αὐτὸν εἶναι γραμμάτων, ἔπειθον μὴ δοῦναι ἑαυτὸν εἰς τὸ μέσον, μήποτε παρὰ τοῖς μοχθηροῖς, καὶ τῆς ἀληθείας ἐχθροῖς, γέλως γένηται. Ὁ δὲ μὴ ἀνασχόμενος πρόσεισι τῷ φιλοσόφῳ, καί φησι πρὸς αὐτόν· Ἐν ὀνόματι Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ ἀεὶ σὺν τῷ Πατρὶ ὄντος Θεοῦ Λόγου, ἄκουσον τὰ τῆς ἀληθείας δόγματα, ὦ φιλόσοφε. Ὁ δὲ πρὸς αὐτόν· Ἐὰν εἴποις. Καὶ ὁ ἅγιος πρὸς αὐτόν· Εἷς ἐστιν ὁ Θεὸς, φησὶν, ὁ τὸν οὐρανὸν, καὶ τὴν γῆν, καὶ τὴν θάλασσαν, καὶ τὰ ἐν αὐτοῖς πάντα δημιουργήσας, ὁ καὶ τὸν ἄνθρωπον ἐκ γῆς διαπλάσας, ὑπεστήσατό τε τὰ πάντα τῷ Λόγῳ αὐτοῦ, καὶ τῷ ἁγίῳ Πνεύματι. Τοῦτον τὸν Λόγον, ὦ φιλόσοφε, Θεοῦ Υἱὸν ἡμεῖς εἰδότες προσκυνοῦμεν, πιστεύοντες διὰ τὴν ἡμετέραν ἀπολύτρωσιν ἐκ Παρθένου αὐτὸν σεσαρκῶσθαι, καὶ τετέχθαι καὶ ἐνηνθρωπηκέναι, καὶ διὰ τοῦ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ πάθους τοῦ ἐν τῷ σταυρῷ καὶ τοῦ θανάτου ἠλευθερωκέναι αὐτὸν ἡμᾶς ἐκ τῆς αἰωνίου κατακρίσεως διά τε τῆς ἀναστάσεως αὐτοῦ ζωὴν ἡμῖν αὐτὸν αἰώνιον περιποιεῖσθαι· ὃν καὶ εἰς οὐρανοὺς ἀνελθόντα ἐλπίζομεν πάλιν ἐλεύσεσθαι, κριτήν τε ἔσεσθαι περὶ πάντων ὧν διεπραξάμεθα. Πιστεύεις τούτοις, ὦ φιλόσοφε; Ὁ δὲ φιλόσοφος, ὡς ἂν μηδεπώποτε πεῖραν λόγων εἰς ἀντίθεσιν ἐσχηκὼς, ἀπηνεώθη, καὶ ὡς κωφὸς ἢ ἄλαλος, οὕτως ἀπεσιώπησε· τοῦτο μόνον οἰκτρᾷ λίαν τῇ φωνῇ πρὸς αὐτὸν εἰρηκὼς, ὅτι Κἀμοὶ ταῦτα οὕτως ἔχειν δοκεῖ, μηδὲν ἕτερον εἶναι, ἢ πάντα καθὼς προείρηκας. Ὁ δὲ γέρων πρὸς αὐτὸν ἔφη· Εἰ ταῦτα οὕτως ἔχειν πιστεύεις, ὦ φιλόσοφε, ἀναστὰς ἀκολούθει μοι, καὶ ἐπὶ τὴν ἐκκλησίαν σπουδάσωμεν, ἐν ᾗ λήψῃ τὸ σημεῖον ταύ-

[38] Job v, 13; I Cor. iii, 19.

A quovis obvio manus conserens, dissolvere nitebatur objectas quæstiones, ex argumentis etiam fortioribus, quibus constringi sibi ipsi videbatur, instar anguillæ elabens. Licet ad hunc ille modum furens, multo fastu in tranquillam synodum sese inferret insolentius, existimans se vincere posse invictam increati Spiritus Christi qui in iis erat, potentiam, ex suis ipsius verbis convictus succubuit tandem: ut ostenderet Deus, qui comprehendit sapientes in astutia eorum [38], quod non in sermone, sed in virtute regnum ipsius situm sit, per quemdam ex servis suis qui illic aderant, malum dæmonem in philosopho loquentem non solum imperiose tacere jussit, verum etiam ejecit inde. Quidam enim ex sanctis confessoribus qui synodo inter-B erant, vir simplex natura et apertus, si quis alius ex eo cœtu, qui nihil aliud noverat præter Christum, et hunc crucifixum in carne, secundum Scripturas: cum una cum episcopis esset, et videret philosophum insultantem piis nostris episcopis, et disputationis versutia sese jactantem, poscit ab episcopis Dei sacerdotibus veniam colloquendi et congrediendi cum philosopho. Tum vero episcopi nostri cum simplicitatem viri et litterarum imperitiam viderent, suadebant ei in medium non prodire, ne forte ab improbis et veritatis hostibus irrideretur. Ille cum continere se non posset, philosophum aggreditur, et ad eum inquit: In nomine Jesu Christi Dei Verbi semper cum C Patre exsistentis, audi veritatis dogmata, o philosophe. Certe, inquit ille, si dixeris. Tum sanctus: Deus, inquit, unus est, qui postquam cœlum, terram, maria, et quæcunque in iis continentur, fabricasset, et hominem ex terra finxisset, omnia sustentavit Verbo suo, et Spiritu sancto. Hoc Verbum, o philosophe, Dei Filium esse cognoscentes, adoramus, credentes illum, ut nos redimeret, ex Virgine carnem assumpsisse, natum esse, et hominem factum esse, et per carnis suæ passionem in cruce et mortem, ab æterna damnatione nos liberavisse, perque resurrectionem suam, æternam nobis vitam contulisse: quem ad cœlos regressum, speramus iterum venturum, et judicem futurum omnium quæ in vita gessimus. Hæccine D credis, o philosophe? Ille tanquam disserendi et contradicendi imperitus obstupuit, et velut surdus aut mutus obticuit: hoc solum voce ad commiserationem inflexa dicere potuit: Mihi hæc ita se habere videntur, nec aliud quidquam verius esse credo, quam quod tu dixisti. Tum senex ait: Si hæc ita se habere credis, philosophe, surge, sequere me, ad ecclesiam properemus, in qua hujus fidei sigillum accipias. Philosophus autem cum mentem suam ad veram in Deum pietatem flexisset, surrexit et secutus est senem. Conversus vero ad discipulos suos, et ad eos qui audiendi gratia illuc confluxerant: Audite, inquit, o viri: quandiu verbis

contendebamus, verba verbis opposui, et objecta dicendi arte refelli: sed ubi pro verbis divina virtus ex ore dicentis prodiit, non potuerunt amplius verba virtuti resistere, nec homo adversari Deo valuit. Et ideo si quis vestrum intelligere potuerit, quæ mihi intellexisse videor, credat in Christum, et sequatur hunc senem, in quo locutus est Deus. Hoc itaque pacto philosophus illuminatus, et Christianus factus, se victum esse a sene gratulabatur. Quod vero philosophus baptizatus fuerit, et Dei Ecclesiæ adjunctus, quod quieverit, et ob magnifica Dei facta exsultaverit, synodus ipsa gaudebat.

A τῆς τῆς πίστεως. Ὁ δὲ φιλόσοφος μεταβαλὼν ὅλον ἑαυτὸν πρὸς τὴν ἀληθῆ εἰς τὸν τῶν ὅλων Θεὸν εὐσέβειαν, ἀναστὰς ἠκολούθει τῷ γέροντι, καὶ ἐπιστραφεὶς λέγει τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ, καὶ πᾶσι τοῖς συνελθοῦσιν εἰς τὴν ἀκρόασιν. Ἀκούσατε, φησὶν, ὦ ἄνδρες, ἕως ὅτε λόγων ἐποιούμην σπουδὴν, λόγους ἀντετίθουν, καὶ τὰ προσφερόμενα τέχνῃ τοῦ λέγειν ἀνέτρεπον· ὅτε δὲ ἀντὶ λόγων δύναμίς τις θεία ἐκ στόματος τοῦ ζητοῦντος προελήλυθεν, οὐκ ἴσχυσαν οἱ λόγοι λοιπὸν τῇ δυνάμει ἀντιτάξεσθαι· οὔτε γὰρ ἄνθρωπος Θεῷ οἷός τέ ἐστιν ἀντιστήσεσθαι. Διά τοι τοῦτο εἴ τις ὑμῶν δύναται συνιέναι, ὡς ἐγὼ νενόμικα, πιστευσει εἰς Χριστὸν, καὶ ἀκολουθησάτω τούτῳ τῷ γέροντι, ἐν ᾧ ἐλάλησεν ὁ Θεός. Τοῦτον τὸν τρόπον ἀναλαβὼν ὁ φιλόσοφος, φωτισθεὶς, καὶ γενόμενος Χριστιανὸς, ἔχαιρεν ἡττηθεὶς ὑπὸ τοῦ γέροντος· τούτου δὲ τοῦ φιλοσόφου βαπτισθέντος, καὶ τῇ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ συναφθέντος, καὶ διαναπαυομένου καὶ ἀγαλλιῶντος ἐπὶ τοῖς μεγαλείοις τοῦ Θεοῦ, ἡ σύνοδος ἔχαιρεν.

CAP. XIV.

Refutatio alterius philosophi, cui Phædo nomen, qui etiam pro impio Ario, et blasphemia ab illo inventa, verba fecit.

Propositio philosophi ad sanctam synodum super illud: « Faciamus hominem [39]. »

« Dixitque Deus: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. » Si quidem igitur, ut vox indicat, mens etiam erat separatim subsistens, Deum dixerit aliquis habere hominis effigiem: novimus autem Deum simplicem esse ac sine figura. Quid ergo sibi volunt appellationum istarum significationes? dicite, nunquid Deus hominis habet figuram?

Responsio sanctorum Patrum per Eustathium episcopum Antiochiæ.

Non sic, o philosophe, sed quod Deus dixit: « Præsint universæ terræ, et dominentur ei, et omnibus quæ in ea sunt [39*]: » hoc accommodatum est ei, facere scilicet hominem ad imaginem Dei, et præesse illum universæ terræ. Nam ut Deus præest toti terræ, et omnibus quæ in ea sunt; sic hominem totius terræ et eorum quæ in ea sunt, veluti alterum præsidem constituit. Hoc dico esse, hominem ad imaginem et similitudinem Dei factum esse.

B

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

Ἀντίῤῥησις ἑτέρου φιλοσόφου τοὔνομα Φαίδωνος, ποιουμένου καὶ αὐτοῦ τοὺς λόγους ὑπὲρ τοῦ θεομάχου Ἀρείου, καὶ τῆς ἐφευρεθείσης ὑπ' αὐτοῦ βλασφημίας.

Πρότασις τοῦ φιλοσόφου πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον εἰς τό· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον. »

« Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Εἰ οὖν ὡς ἡ φωνὴ δηλοῖ ἦ καὶ ὁ νοῦς ἐξαπαχθεὶς, ἀνθρωπόμορφον ἄν τις λέξοι τὸν Θεόν. Τὸν δὲ Θεὸν ἴσμεν ἁπλοῦν καὶ ἀσχημάτιστον. Τί οὖν βούλονται αἱ σημασίαι τῶν προσηγοριῶν τούτων; φατὲ, μὴ ἄρα ἀνθρωπόμορφον τὸ Θεῖον;

C

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων Πατέρων διὰ Εὐσταθίου ἐπισκόπου Ἀντιοχείας.

Οὐχ οὕτως, ὦ φιλόσοφε, ἀλλ' ἢ τὸ εἰπεῖν τὸν Θεόν· « Ἀρχέτωσαν πάσης τῆς γῆς· καὶ τὸ, Κατακυριευσάτωσαν αὐτῆς, καὶ πάντων τῶν ἐν αὐτῇ, » τοῦτο τὸ κύριόν ἐστι, τοῦ ποιῆσαι τὸν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα Θεοῦ, καὶ ἄρχειν αὐτὸν πάσης τῆς γῆς. Ἐπείπερ, ὡς ἄρχει ὁ Θεὸς ἁπάσης τῆς γῆς, καὶ τῶν ἐν αὐτῇ πάντων, οὕτω καὶ τὸν ἄνθρωπον δεύτερον ἄρχοντα πάσης τῆς γῆς καὶ τῶν ἐν αὐτῇ κατέστησε. Τοῦτο εἶναι τὸ, κατ' εἰκόνα Θεοῦ καὶ καθ' ὁμοίωσιν γενέσθαι τὸν ἄνθρωπόν φημι.

CAP. XV.

Altera adhuc responsio sanctorum Patrum per eumdem episcopum Eustathium.

« Dixitque Deus: Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. » Sed cui dixit, inquiramus, o philosophe. In eo enim quod dicitur: « Dixitque Deus: Faciamus hominem, » subjecit dicens: « Et fecit Deus hominem: ad imaginem Dei fecit illum, masculum et feminam fecit eos. » Verbi ergo, *Faciamus*, significatio personam esse concreantem indicat, et æqualem appellationem inducit. Ut enim Pater Deus est qui dixit: « Faciamus hominem: » ita et Deus is est cui dixit, *faciamus*, cum sit

ΚΕΦΑΛ. ΙΕ'.

D

Ἔτι ἀνταπόκρισις τῶν ἁγίων Πατέρων διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου Εὐσταθίου.

« Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Ἀλλὰ πρὸς τίνα ἔφη, ζητήσωμεν, φιλόσοφε. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν· « Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, ποιήσωμεν ἄνθρωπον, » ἐπήγαγε λέγων· « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον· κατ' εἰκόνα Θεοῦ ἐποίησεν αὐτὸν, ἄρσεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς. » Ἡ οὖν τοῦ *Ποιήσωμεν* σημασία τὸ εἶναι πρόσωπον συνδημιουργὸν σημαίνει, καὶ συνισοπροσήγορον εἰσάγει. Ὡς γὰρ Θεὸς ὁ Πατήρ ἐστιν, ὁ εἰπών, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον· » οὕτως

[39] Gen. I, 26. [39*] ibid.

ὁ Θεός ἐστι καὶ πρὸς ὃν τὸ *Ποιήσωμεν* εἴρηκε, μιᾶς οὔσης τῆς τῶν ἀμφοτέρων προσώπων θεότητος, τοῦ τε εἰπόντος, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν, » καὶ τοῦ ποιήσαντος τὸν ἄνθρωπον. Τὸ γὰρ *Ποιήσωμεν*, τὸ πανάγαθον καὶ ἀπαράλλακτον τῆς τοῦ Πατρὸς καὶ Υἱοῦ θεότητος παρίστησιν ἡ φωνή. Ἡ γὰρ τοῦ Θεοῦ εἰκὼν ἁπλῆ καὶ ἀσύνθετός ἐστι, πῦρ οὖσα τῇ φύσει.

A eadem essentia divinitatis utriusque personæ, et ejus quæ dixit : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram, « et ejus quæ hominem fecit. Illa enim vox, *Faciamus*, sanctam prorsus et nequaquam diversam Patris et Filii divinitatem exprimit. Imago enim Dei simplex est, et omnis compositionis expers, cum sit ignis natura.

Ἀπόκρισις σύμφωνος τῶν ἁγίων Πατέρων.

Φῶς ἀπρόσιτον καὶ ἄστεκτός ἐστι φύσις, ἡ τῆς ἁγίας Τριάδος οὐσία. Αὕτη ἐστὶν ἡ διάνοια τοῦ, *Ποιήσωμεν*.

Consors responsio sanctorum Patrum.

Lumen inaccessibile est, et natura incomprehensibilis est sanctæ Trinitatis essentia. Hic est sensus verbi, *Faciamus*.

ΚΕΦΑΛ. ΙϚʹ.

Ἀντίῤῥησις τοῦ φιλοσόφου ὑπὲρ Ἀρείου.

Πάλιν ἐρῶ τὸ τὸν Θεὸν ἁπλοῦν εἶναι, καὶ ἀσχημάτιστον, καὶ ἀσύνθετον. Πῶς οὖν ἄρα νοητέον, τὸ, « Κατ' εἰκόνα ἡμετέραν, καὶ καθ' ὁμοίωσιν; » καὶ τὸ μὴ προϋπάρχειν τὸν εἰπόντα τοῦ πρὸς ὃν ἔλεγε, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον· » καὶ τὰ ἑξῆς; Φατὲ ἡμῖν σαφῆ τὴν περὶ τούτων ἀπόδειξιν, εἰ δύνασθε.

CAP. XVI.

B *Contradictio philosophi pro Ario.*

Iterum dicam Deum simplicem esse, sine figura et compositione. Quomodo igitur intelligendum est illud : « Ad imaginem et similitudinem nostram? » et quo pacto qui dixit, « Faciamus hominem, » et quæ sequuntur, non subsistat ante illum cui dicebat? Enuntiate nobis perspicuam de his demonstrationem, si potestis.

Οἱ ἅγιοι ἐπίσκοποι διὰ Ὁσίου ἐπισκόπου πόλεως Κουρδούβης, ἑρμηνεύοντος αὐτὸν ἑτέρου, εἶπον·

Εἰ προϋπῆρχεν, ὡς σὺ φῄς, τοῦ Υἱοῦ ὁ Πατήρ, καὶ μεταγενέστερος ὁ Υἱὸς μετὰ χρόνους τινὰς κτισθεὶς ὑπὸ τοῦ Θεοῦ, καὶ εἰς Υἱὸν αὐτοῦ μετὰ ταῦτα ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Πατρὸς ἀναγορευθεὶς, καθὰ φατε ἀσεβῶς βλασφημοῦντες, εἰς ποίησιν τῶν κτιστῶν φύσεων προκεκτίσθαι αὐτὸν ὑπ' αὐτοῦ· εἶπεν ἂν, κατὰ τὴν ὑμετέραν ἀσέβειαν, ὁ ἄκτιστος Θεὸς πρὸς τὸν κτιστὸν Υἱὸν καθ' ὑμᾶς· Ποίησόν μοι ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἐμὴν καὶ ὁμοίωσιν. Ἀλλ' ἐπείπερ ἀεὶ Πατὴρ ὁ Θεὸς, ὡς προαπεδείξαμεν, καὶ ἀεὶ συνυπάρχει τῷ Πατρὶ ὁ Υἱὸς, οὐ μεταγενέστερος χρόνοις, οὐχ ἐλάσσων δυνάμει, οὐ περιγραπτὸς τόπῳ, ἀλλ' ἀεὶ καὶ ὡσαύτως ἀϊδίως συνυπάρχων τῷ Πατρὶ, γεγεννημένος ἐξ αὐτοῦ ἀπερινοήτως καὶ ἀνεκφράστως, καθὰ προειρήκαμεν, Θεὸς ἀληθινὸς ὢν ἀεὶ, ἐκ τοῦ ἀεὶ ὄντος ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, συνάναρχος τῷ Πατρὶ, συναΐδιος τῷ Πατρὶ, συμβασιλεύων ἀεὶ τῷ Πατρὶ, ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, ἰσοδύναμος τῷ Πατρὶ, συνδημιουργὸς τῷ Πατρί. Εἰ γὰρ διὰ τοῦ Υἱοῦ γεγενῆσθαι λέγει ἡ θεία τῶν Εὐαγγελίων φωνὴ, καὶ ὅτι « χωρὶς αὐτοῦ γέγονεν οὐδὲ ἓν ὃ γέγονεν, » ἀλλ' ὅμως οὐ δίχα τοῦ Πατρὸς ἐδημιούργησεν. Ἀλλ' ἐπείπερ μία θεότης, καὶ βουλὴ μία τοῦ Πατρὸς, καὶ τοῦ Υἱοῦ, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἀχωρίστως ἀεὶ ὄντος τοῦ Πατρὸς πρὸς τὸν Υἱὸν, καὶ τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα· νοητέον οὖν, ὦ φιλόσοφε, ὅτι ἓν κατὰ τὴν τῆς θεότητος οὐσίαν ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς καθὰ καὶ ἐν Εὐαγγελίοις ὁ αὐτὸς Υἱὸς βοᾷ· « Ἐγὼ καὶ ὁ Πατὴρ ἕν ἐσμεν. » Πρὸς ὃν ἔλεγε· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. »

Sancti episcopi per Osium episcopum civitatis Cordubæ, interpretante illum altero, dixerunt :

Si, ut tu dicis, Pater ante Filium exstitit, et posterior Filius post aliqua tempora creatus est a Deo et postea Filius ab eodem Patre declaratus,
C ut impie blasphemantes asseritis, prius eum ab ipso fuisse creatum ad creationem naturarum quæ factæ sunt : dixisset utique juxta impietatem vestram, increatus Deus ad creatum, secundum vos, Filium : Facias mihi hominem ad imaginem et similitudinem meam. Sed siquidem Pater semper est Deus, ut prius ostendimus, Filius etiam cum Patre semper exsistit, non temporibus posterior, non potestate minor, non loco circumscriptus, sed semper itidem perpetuo cum Patre subsistens, ex ipso juxta prædicta incomprehensibiliter et ineffabiliter genitus, verus Deus semper exsistens : ex vero Deo et Patre semper exsistente, dominans cum Patre, coæternus Patri, regnans semper cum Patre, consubstantialis Patri, æque
D potens ut Pater, creator cum Patre. Si enim omnia per Filium facta testatur divina Evangeliorum vox, « et sine ipso factum est nihil, quod factum est [40] : » et simul, non divisim a Patre creavit : siquidem una est divinitas, et sententia una Patris et Filii et Spiritus sancti, nunquam separato Patre a Filio, neque Filio a Patre : intelligendum ergo est, o philosophe, quod Pater et Filius secundum substantiam deitatis unum sunt, sicut et in Evangelio ipse Filius clamat : « Ego et Pater unum sumus [41] ; » cui dicebat : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [42]. »

[40] Joan. I, 3. [41] Joan. X, 30. [42] Gen. I, 26.

Contradictio philosophi.

Jam etiam in prioribus interrogationibus dicebamus Deum non habere hominis effigiem : quam ergo significationem habet hæc oratio : « Ad imaginem et similitudinem nostram ? » dicite nobis. Non enim parvam nobis hic sermo exhibet difficultatem : interim hoc dicendum est.

A *Ἀντίῤῥησις τοῦ φιλοσόφου.*

Καὶ ἤδη ἐν ταῖς προτέραις ἐπερωτήσεσιν ἔφαμεν, μὴ εἶναι τὸν Θεὸν ἀνθρωπόμορφον· τίνα οὖν ἔχει τὴν σημασίαν ἡ ῥῆσις αὕτη, τὸ « Κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν; » φατὲ ἡμῖν. Οὐ γὰρ μικρὸν ἡμῖν ἡ λέξις παρέχει ἀγῶνα· τέως τοῦτο λεκτέον.

Responsio sanctæ synodi per eumdem episcopum Osium civitatis Cordubæ.

Illud, « ad imaginem » o philosophe, non ad corporum constitutionem, sed ad mentem relatum et expressum esse docet sermo veritatis. Audi ergo et intellige. Deus cum sit natura bonus, intelligenti hominis substantiæ insculpsit illud : « Ad imaginem et similitudinem, » ut bonitatem, simplicitatem, sanctitatem, puritatem, candorem, probitatem, felicitatem, et his similia : ut quæ Deus est per naturam, eadem per ipsius gratiam habere posset ab ipso creatus homo, hoc est, ipsius hominis mens. Et ut pictores periti similitudines imaginum in tabulis, non ex uno semper colore, sed ex variis perpetuo depingunt : sic Deus homini etiam quem creavit, in animæ intelligentis conditorio, hoc est in mente, concessit, ut per virtutes haberet illud, ut ad imaginem et similitudinem suam fingeretur : cum in homine abunde conspiciatur imago per prædictas illas res divinas, quas Deus in ipso reposuit, dicens : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. »

Ἀπόκρισις τῆς ἁγίας συνόδου διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου Ὁσίου πόλεως Κουρδούβης.

Τὸ « κατ' εἰκόνα, » ὦ φιλόσοφε, νοητέον οὐ κατὰ τὴν σωμάτων σύνθεσιν, ἀλλὰ κατὰ νοερὸν ἐντετυπῶσθαι ὁ τῆς ἀληθείας παρίστησι λόγος. Ἄκουε τοίνυν καὶ σύνες. Ἀγαθὸς ὢν ὁ Θεὸς τῇ φύσει, ἐνέπηξε τῇ νοερᾷ τοῦ ἀνθρώπου οὐσίᾳ τὸ, « κατ' εἰκόνα αὐτοῦ καὶ ὁμοίωσιν, » οἷον τὴν ἀγαθότητα,
B τὴν ἁπλότητα, τὴν ἁγιότητα, τὴν καθαρότητα, τὴν ἀφθονίαν, τὴν χρηστότητα, τὴν μακαριότητα, καὶ τὰ τούτοις ὅμοια· ἵνα ἅπερ ἐστὶν ὁ Θεὸς τῇ φύσει, ταῦτα κατὰ τὴν αὐτοῦ χάριν ἔχειν δυνηθῇ καὶ ὁ ὑπ' αὐτοῦ κτισθεὶς ἄνθρωπος, τοῦτ' ἔστι τὸ νοερὸν αὐτοῦ. Καὶ ὥσπερ οἱ τῶν ζωγράφων ἐπιστήμονες γράφοντες ἐν σανίσι τὰς ὁμοιώσεις τῶν εἰκόνων, ἐκ διαφόρων καὶ οὐχ ἐξ ἑνὸς χρώματος τὰς εἰκόνας ἀπαραλείπτως γράφουσιν· οὕτω δέδωκεν ὁ Θεὸς τῷ ἀνθρώπῳ τῷ ὑπ' αὐτοῦ κτισθέντι ἐν τῷ νοερῷ ταμείῳ τῆς ψυχῆς, τοῦτ' ἔστι τῷ νῷ, ἔχειν διὰ τῶν ἀρετῶν τὸ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ καὶ ὁμοίωσιν· τῆς εἰκόνος ἀπαραλείπτου εὑρισκομένης ἐν τῷ ἀνθρώπῳ διὰ τῶν προῤῥηθέντων θείων πραγμάτων, ὧν ἀνέθηκεν αὐτῷ
C ὁ Θεὸς, εἰπών· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. »

CAP. XVII.

Contradictio philosophi.

Differantur ista hoc præsenti tempore : illud potius quærendum est, de eo scilicet, per quod Deus hominem fecit, et omnia quæ videntur et quæ non videntur. Non enim mihi videntur recte se habere quæ dixistis, quod unum pariter fuerit semper Filius cum Patre in idipsum, et quod Filius semper fuerit Deus cum Patre. Ego vero dicerem a Deo factum fuisse, ut in creaturis ministrum ageret. Indigebat enim Deus ministro ad hominis et mundi opificium. Ideoque opifex Deus naturas creatas effecturus, constituit sibi instrumentum per quod naturas omnes crearet. Quemadmodum enim faber sibi constituit prius instrumentum, in eorum quæ facturus est, structuram : ita licet in Deo cogitare, quod supponens sibi ipsi Filium tanquam instrumentum, mundum per ipsum creaverit. Quod enim ab Apostolo dictum est, quod « omnia per ipsum facta sunt [44], » naturæ per ipsum quasi per instrumentum factæ sunt. Et quod Deus dixit creatum esse hominem ad imaginem et similitudinem nostram, per instrumentum, hoc est per Filium, ad suam ipsius imaginem et similitudinem Deus dixit.

ΚΕΦΑΛ. ΙΖ'.

Ἀντίῤῥησις τοῦ φιλοσόφου.

Ὑπερκείσθω μοι ταῦτα ἐπὶ τοῦ παρόντος καιροῦ· Ἐκεῖνο δὲ μᾶλλον ἐπερωτητέον περὶ τοῦ, δι' οὗ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, καὶ πάντα τά τε ὁρώμενα, τά τε μὴ ὁρώμενα. Οὐ γάρ μοι δοκεῖ εὖ ἔχειν, ἅπερ εἰρήκατε, ὅτι ἓν κατὰ τὸ αὐτὸ ὁ Πατὴρ καὶ ὁ Υἱὸς ἀϊδίως ἅμα, καὶ ὅτι Θεὸς ἀεὶ συμπροϋπάρχων τῷ Πατρὶ ὁ Υἱός. Ἐγὼ δὲ φαίην ὑπουργὸν ἐν τοῖς κτίσμασι γεγενῆσθαι αὐτὸν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ. Ἐδεῖτο γὰρ ὁ Θεὸς ὑπουργοῦ εἰς τὴν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τοῦ κόσμου κατασκευήν. Διὸ μέλλων ὁ δημιουργὸς Θεὸς
D κτίζειν τὰς κτιστὰς φύσεις, ὑπεστήσατο ἑαυτῷ ἐργαλεῖον, δι' οὗ κτίσει πάσας τὰς φύσεις. Ὥσπερ γὰρ ὁ τέκτων προϋφιστᾷ ἐργαλεῖα εἰς τὴν τῶν ὑπ' αὐτοῦ μελλόντων γίνεσθαι κατασκευήν, οὕτως ἐστὶ νοῆσαι καὶ ἐπὶ τοῦ Θεοῦ, ὅτι ὑποστήσας ἑαυτῷ ὡς ἐργαλεῖον τὸν Υἱὸν, ἔκτισε δι' αὐτοῦ τὸν κόσμον. Τὸ γὰρ ὑπὸ τοῦ ἀποστόλου ῥηθὲν, ὅτι « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο, » ὡς δι' ἐργαλείου ἐκτίσθησαν αἱ δι' αὐτοῦ φύσεις. Καὶ τὸ κατ' εἰκόνα δὲ ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν εἰπεῖν τὸν Θεὸν κτισθῆναι τὸν ἄνθρωπον, διὰ τοῦ ἐργαλείου, τοῦτ' ἔστι διὰ τοῦ Υἱοῦ κατὰ τὴν ἑαυτοῦ εἰκόνα καὶ ὁμοίωσιν, εἶπεν ὁ Θεός.

[44] Joan. I, 3.

Ἀνταπόκρισις τῶν ἁγίων Πατέρων διὰ Λεοντίου ἐπισκόπου Καισαρείας Καππαδοκίας, καὶ Εὐψυχίου ἐπισκόπου Τυάνων.

Εἰ οὖν, ὡς σὺ φῄς, ἐργαλεῖον ὁ Υἱὸς εἰς ποίησιν τῶν κτιστῶν φύσεων ὑπὸ τοῦ Πατρὸς ἐκτίσθη, ἐκ τῶν σεαυτοῦ καταπίπτεις λόγων, ὦ φιλόσοφε. Λέγει γὰρ ἡ τοῦ Εὐαγγελίου φωνή, ὡς καὶ αὐτὸς ἀρτίως ἐμνήσθης· « Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο. » Καὶ ἐπάγει· « Καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἕν, ὃ γέγονεν. » Εἰ οὖν πᾶν τὸ κτιστὸν δι' αὐτοῦ γέγονε, καὶ χωρὶς αὐτοῦ γέγονεν οὐδὲ ἓν ὃ γέγονε, κτίσμα δὲ καὶ ὁ Υἱός, ὡς αὐτὸς φῄς· ἑαυτὸν ἔκτισεν ἄρα, καὶ οὐχ ὁ Πατήρ.

Ἀντίῤῥησις τοῦ φιλοσόφου.

Ἅπαξ εἶπον, ὅτι πάντα δι' ἐργαλείου, δι' αὐτοῦ ἐποίησεν ὁ Θεός, εἰς αὐτὸ τοῦτο ποιήσας αὐτὸν πάσης κτίσεω; [Ισ. πρὸ πάσης], καὶ πρὸς ποίησιν τῶν κτιστῶν φύσεων ἐργαλεῖον εὐτρεπίσας αὐτόν.

Ἀνταπόκρισις τῶν ἁγίων Πατέρων διὰ τῶν αὐτῶν ἐπισκόπων Λεοντίου καὶ Εὐψυχίου.

Εἰπέ, ὦ βέλτιστε, ποῦ σοί τις ἐργαλεῖα ἀνεβόησε τὸν Υἱὸν [Ισ. καὶ τὸ] τοῦ Θεοῦ; τί καὶ τὸ (11) ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα; παράσχου ἡμῖν τὰς μαρτυρίας τῶν ὑποθέσεων. Τίνος πνευματοφόρου ἔχεις τὰς ὑπογραφὰς ἐκδώσαντος ἐργαλεῖον τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ τὸν κτίστην, πάντων τῶν αἰώνων καὶ πασῶν στρατιῶν ἐπουρανίων, καὶ πάντων ἐπιγείων; Ἐπάκουσον τοίνυν, ὦ φιλόσοφε, τῶν μαρτυριῶν τῶν ἐκ τῶν θείων Γραφῶν, τῶν ἐκθησάντων Θεὸν ὡς ἀΐδιον τῷ Πατρὶ τὸν Υἱὸν αὐτοῦ, κτίστην τε καὶ δημιουργὸν πασῶν τῶν κτιστῶν φύσεων. Ἐν μὲν βίβλῳ κτίσεως ἔχεις Μωσῆν τὸν προφήτην, ὃς συνδημιουργὸν τῷ Θεῷ καὶ Πατρὶ τὸν Υἱὸν ἐξέδωκε, λέγων καθὰ προειρήκαμέν σοι, ὦ βέλτιστε· εἶπεν ὁ Θεός, « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. » Πρόσωπον συνδημιουργὸν συγκαλεῖν πέφυκεν, ἀλλ' οὐχὶ ἐργαλεῖα. Τὸ γὰρ εἰπεῖν· « Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον, κατ' εἰκόνα ἐποίησεν αὐτόν, ἄῤῥεν καὶ θῆλυ ἐποίησεν αὐτούς· » αὐθεντίαν προσώπου σημαίνει. Ἐν τῷ γὰρ εἰπεῖν· « Ποιήσωμεν ἄνθρωπον, » ἀναιρεῖ τὴν τῶν ἐργαλείων ἐπίνοιαν. Τρανωτέραν δέχου μαρτυρίαν αὐθεντικήν, εἰς μόνον τὸ πρόσωπον τοῦ Υἱοῦ ἐκτεθεῖσαν, δεικνῦσαν αὐτὸν δημιουργὸν πασῶν τῶν γενητῶν φύσεων, ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ Βαροὺχ, ἐκ στόματος Ἱερεμίου προφήτου λέγοντος. « Ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, ἐνέπλησεν αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων. Ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς, καὶ πορεύεται· ἐκάλεσεν αὐτό, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ. Οἱ δὲ ἀστέρες ἔλαμψαν ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν, καὶ ηὐφράνθησαν. Ἐκάλεσεν αὐτούς, καὶ εἶπαν· Πάρεσμεν· ἔλαμψαν μετ' εὐφροσύνης τῷ ποιήσαντι αὐτούς. Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ.

A *Mutua responsio sanctorum Patrum per Leontium episcopum Cæsareæ Cappadociæ, et Eupsychium Tyanensem episcopum.*

Si ergo, ut tu dicis, Filius instrumentum ad naturarum effectionem a Patre creatus est, ex tuis ipsius verbis excidis, o philosophe. Ait enim Evangelii vox, quemadmodum et ipse paulo ante meministi : « Omnia per ipsum facta sunt. » Et adjungit : « Et sine ipso factum est nihil quod factum est [44]. » Igitur si omne creatum per ipsum factum est, et sine ipso factum est nihil quod factum est, Filius autem factus est, ut ipse ais : se ipse utique creavit, non Pater.

Contradictio philosophi.

A Semel dixi, quod omnia per ipsum ut per instrumentum fecit Deus, in hoc ipsum ante omnem creaturam ipsum faciens, ipsum instrumentum præparavit ad creatarum naturarum effectionem.

Responsio sanctorum Patrum per eosdem episcopos Leontium et Eupsychium.

Dic, vir optime, ubinam quispiam tibi insonuit, Filium Dei et Spiritum ejus sanctum instrumenta esse? exhibe nobis harum hypothesium testimonia. Cujus, qui quidem spiritu ducatur, subscriptiones habes, qui Dei Filium instrumentum esse tradiderit, cum sit creator omnium sæculorum, et omnium cœlestium exercituum, et omnium quæ in terra sunt? Audi igitur, o philosophe, testimonia ex divinis Scripturis, coæternum Patri Filium ipsius esse astruentibus, creatoremque et opificem omnium creatarum naturarum. In libro quidem Genesis habes Moysen prophetam, qui creatorem simul cum Deo et Patre Filium fuisse tradidit, dicens, ut tibi, vir optime, prius diximus : « Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram [45]. » Personam cooperantem compellare natura comparatum est, non instrumenta. Sermo enim ille : « Et fecit Deus hominem, ad imaginem Dei fecit illum, masculum et feminam creavit eos [46] ; » personæ auctoritatem significat. In eo enim quod ait : « Faciamus hominem ; » tollit instrumentorum cogitationem. Clarius accipe testimonium authenticum soli personæ Filii propositum, ostendens ipsum esse auctorem omnium factarum naturarum, sicut scriptum est in libro Baruch, ex ore Jeremiæ prophetæ dicentis : « Qui præparavit terram in æternum tempus, implevit eam jumentis quadrupedibus. Qui mittit lumen, et vadit : vocavit illud, et obedivit illi cum tremore : ac stellæ splenduerunt in custodiis suis, et lætatæ sunt : vocavit eas, et dixerunt : Adsumus : splenduerunt cum lætitia ei qui fecit illas. Hic est Deus noster, et non reputabitur alius adversus illum. Invenit omnem viam scientiæ, et dedit eam Jacob puero suo, et Israel dilecto suo. Post hoc in terra

[44] Joan. I, 3. [45] Gen. I, 26. [46] ibid. 27.

(11) In ms. nostro ἡ τό. HARD.

visus est, et inter homines conversatus est [47]. » Et Isaias ait ad Israel : « Nunquid nescis, aut non audivisti? Deus sempiternus Dominus, qui creavit terminos terræ [48]. » Quis igitur est Deus iste sempiternus, o philosophe, qui creavit terminos terræ, qui in terra visus est, et inter homines conversatus est? Filium ais conversatum fuisse cum hominibus, an Patrem?

Responsio philosophi.

Filium dico fuisse conversatum, ut divinæ Scripturæ testatæ sunt, et ego ex ipsis persuasus approbavi. Sed est adhuc mihi gravissima et cui contradici non potest, objectio, quod ante omnem creaturam fecit illum Deus, ut per ipsum omnia crearet : et hæc in ulterioribus concertationibus demonstrabo.

Responsio sanctorum Patrum per eosdem piissimos episcopos Leontium et Eupsychium.

Non ita, philosophe, non poteris demonstrare quæ dixisti. Proles enim Dei est, non opus, ut pluribus ostendimus. Et quis, o philosophe, ex viris pietate ac prudentia præpollentibus, in tantis ejusdem viribus, earum, quæ ab ipso conditæ sunt, naturarum, tanquam a Deo, hoc est ab ipso creatarum, non obstupescit? clamante Scriptura : « Fecit Deus hominem [49]; » et : « Vidit Deus cuncta quæ fecerat, et erant valde bona. » Joannes autem evangelista manifestius demonstrat ipsum semper cum Patre exsistere, coæternum Patri et superiori carentem, ut Pater : « In principio enim, inquit, erat Verbum, et Verbum erat apud Deum, et Deus erat Verbum. Hoc erat in principio apud Deum. Omnia per ipsum facta sunt, et sine ipso factum est nihil, quod factum est [50]. » Ecce apertissime ostensum, o philosophe, quod Filius omnis creatæ naturæ opifex sit. Igitur si opifex est omnium creaturarum, ut revera est tam earum quæ videntur, quam earum quæ intelliguntur, manifestum est quod vere Deus natura sit, et non instrumentum, ut ais, neque creatura, neque factura, neque Patre posterior. Illud enim, *erat*, ab evangelista quater dictum, non habet aliquid quod ante illum exstiterit. Ut autem perfectissime agnoscas quod non est alteri subjectus, sed sui ipsius habet dominium ut Pater, accipe aliud expressissimum testimonium. Audi ergo divinum Isaiam clamantem : « Et volent esse igne combusti [51]. » Judæis prænuntians : « Quia puer natus est nobis, Filius datus est nobis, cujus principatus factus est super humerum ejus, et vocatur nomen ejus magni consilii nuntius, admirabilis consiliarius, Deus fortis, potens, princeps pacis, pater futuri sæculi [52]. » Audi, philosophe, dominum eum esse prædicatum, non autem ministrum, ut vos dicitis. In uno autem suorum beneficiorum ipse Filius Dei unigenitus exhibuit seipsum dominum et creatorem hominis, in supplemento scilicet, quod

A Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Καὶ ὁ Ἡσαΐας λέγει τῷ Ἰσραήλ· « Καὶ νῦν οὐκ ἔγνως, ἢ μὴ ἤκουσας; Θεὸς αἰώνιος, Θεὸς ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς. » Τίς οὖν οὗτος ὁ Θεὸς ὁ αἰώνιος, ὦ φιλόσοφε, ὁ κατασκευάσας τὰ ἄκρα τῆς γῆς, ὁ καὶ περὶ γῆς ὀφθεὶς, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστραφείς; τὸν Υἱὸν λέγεις συνανεστράφθαι τοῖς ἀνθρώποις, ἢ τὸν Πατέρα;

Ἀπόκρισις τοῦ φιλοσόφου.

Ὁ Υἱός φημι συνανεστράφθαι, καθὼς εἰρήκασιν αἱ θεῖαι Γραφαὶ, κἀγὼ πιστωθεὶς ἐξ αὐτῶν ἀποδέδεγμαι. Ἀλλ' ἔστι μοι ἔτι δυνατωτάτη καὶ ἀναντίῤῥητος ἀντίθεσις περὶ αὐτοῦ, ὅτι πρὸ πάσης κτίσεως ἔκτισεν αὐτὸν ὁ Θεὸς, ἵνα δι' αὐτοῦ τὰ πάντα κτίσῃ.
B Καὶ ταῦτα ἀποδείξω ἐν τοῖς ἔμπροσθεν τῶν ἀγώνων.

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων Πατέρων διὰ τῶν αὐτῶν ὁσιωτάτων ἐπισκόπων Λεοντίου καὶ Εὐψυχίου.

Οὐχ οὕτως, ὦ φιλόσοφε, οὐκ ἔνεστι δεῖξαί σε ταῦτα ἅπερ ἔφης. Γέννημα γάρ ἐστι τοῦ Θεοῦ, καὶ οὐ ποίημα, καθάπερ διὰ πλειόνων ἀπεδείξαμεν. Καὶ τίς γὰρ, ὦ φιλόσοφε, τῶν ἐν εὐσεβείᾳ καὶ ἀγχινοίᾳ πλουτούντων ἀνδρῶν οὐκ ἐκπλήττεται ἐπὶ ταῖς τοσαύταις αὐτοῦ ἐνεργείαις τῶν ὑπ' αὐτοῦ δημιουργηθεισῶν φύσεων, ὡς ὑπὸ Θεοῦ, τουτ' ἔστιν ὑπ' αὐτοῦ κτισθεισῶν; τῆς Γραφῆς βοώσης· « Ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὸν ἄνθρωπον. » Καὶ, « Εἶδεν ὁ Θεὸς τὰ πάντα ὅσα ἐποίησε, καὶ ἰδοὺ καλὰ λίαν. » Ἰωάννης δὲ ὁ εὐαγ-
C γελιστὴς σαφεστέρως δείκνυσιν αὐτὸν ἀεὶ συνυπάρχοντα τῷ Πατρὶ, συναΐδιόν τε καὶ συνάναρχον τῷ Πατρί· « Ἐν ἀρχῇ γὰρ, φησὶν, ἦν ὁ Λόγος, καὶ ὁ Λόγος ἦν πρὸς τὸν Θεὸν, καὶ Θεὸς ἦν ὁ Λόγος· οὗτος ἦν ἐν ἀρχῇ πρὸς τὸν Θεόν. Πάντα δι' αὐτοῦ ἐγένετο καὶ χωρὶς αὐτοῦ ἐγένετο οὐδὲ ἓν, ὃ γέγονεν. » Ἰδοὺ σαφέστατα δέδεικται, ὦ φιλόσοφε, ὅτι πάσης γενητῆς φύσεως δημιουργὸς ὁ Υἱός· εἰ οὖν Δημιουργὸς τῶν ὅλων κτισμάτων ἐστὶν, ὥσπερ οὖν καὶ ἔστιν, ὁρωμένων τε καὶ νοουμένων, δῆλον ὅτι Θεὸς ἀληθῶς φύσει, καὶ οὐχ ἐργαλεῖον, ὡς φῄς, οὔτε κτίσμα, οὔτε ποίημα, οὔτε μεταγενέστερος τοῦ Πατρός. Τὸ γὰρ *ἦν*, τετράκις λεχθὲν ὑπὸ τοῦ εὐαγγελιστοῦ, τὸ προϋπάρχον οὐκ ἔχει. Ἵνα δὲ τελειοτάτως γνώσῃ ὅτι οὐχ ὑπεξούσιος, ἀλλ' αὐτεξούσιος, ὡς καὶ ὁ Πατὴρ, δέχου καὶ
D ἄλλην ἐναργεστάτην μαρτυρίαν. Ἄκουε τοίνυν τοῦ θεσπεσίου Ἡσαΐου βοῶντος· « Καὶ θελήσουσι, φησὶν, εἰ ἐγεννήθησαν πυρίκαυστοι. » Τοῖς Ἰουδαίοις προαναφωνῶν· « Ὅτι παιδίον ἐγεννήθη ἡμῖν, Υἱὸς ἐδόθη ἡμῖν, οὗ ἡ ἀρχὴ ἐπὶ τοῦ ὤμου αὐτοῦ, καὶ καλεῖται τὸ ὄνομα αὐτοῦ μεγάλης βουλῆς ἄγγελος, θαυμαστὸς σύμβουλος, Θεὸς ἰσχυρὸς, ἐξουσιαστὴς, ἄρχων εἰρήνης, πατὴρ τοῦ μέλλοντος αἰῶνος. » Ἄκουε, φιλόσοφε, ἐξουσιαστὴν αὐτὸν προκηρυττόμενον, καὶ οὐχ ὑπεξούσιον, καθὼς ἡμεῖς φατε. Ἐν δὲ μιᾷ τῶν αὐτοῦ εὐεργεσιῶν παρίστησιν ἑαυτὸν ὁ αὐτὸς μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ αὐτεξούσιόν τε καὶ κτίστην τοῦ ἀνθρώπου ἐπὶ τῇ τοῦ ἐκ γεννητῆς τυφλοῦ ἀναπληρώ-

[47] Baruch III, 32-38. [48] Isa. XL, 23. [49] Gen. I, 26. [50] Joan. I, 1-3. [51] Isa. IX, 5. [52] ibid. 6.

σει, ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ γεγενημένῃ. Ἀπαύγασμα γάρ ἐστι τοῦ Πατρὸς συναΐδιον, καὶ χαρακτὴρ ἀπαράλλακτος τῆς ὅλης αὐτοῦ ὑποστάσεως, καθά φησι Παῦλος ὁ ἀπόστολος, τὸ σκεῦος τῆς ἐκλογῆς. Ἰδοὺ, φιλόσοφε, τοσοῦτοι ἄναρχον, ἐπείπερ καὶ συνάκτιστον τῷ Πατρὶ, κτίστην τε πασῶν τῶν κτιστῶν φύσεων, καθὰ πλειστάκις εἰρήκαμεν, τῶν τε ὁρωμένων, τῶν τε νοουμένων, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ἀπέδειξαν. Ποῦ δὲ καὶ οἱ μάρτυρες τῶν ἐργαλείων, φῆσον εἰ ἔχεις· τάχα οὖν καὶ εἰς ἐργαλεῖα πιστεύσας ἐβαπτίσθης, εἴπερ, ὡς φῂς, πιστὸς ὑπάρχεις τῷ Θεῷ.

ΚΕΦΑΛ. ΙΗ'.

Ἀντίῤῥησις τοῦ φιλοσόφου περὶ τοῦ· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, » ἐκ τῶν παροιμιῶν Σολομῶντος.

B Ἐπεὶ, φησὶ, τοσοῦτον βιάζεσθε ὑμεῖς τὴν ἀλήθειαν, τί εἴποιμεν περὶ ταύτης τῆς φανερᾶς λέξεως, τῆς· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ. »

Ἀπόκρισις τῶν ἁγίων Πατέρων τῶν ἐπισκόπων διὰ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου ἐπισκόπου Καισαρείας Παλαιστίνης.

Τί πιθανῶς καὶ ῥᾳδίως, ὡς οἴει, τοὺς βυθοὺς διατιτρώσκεις; μὴ σαυτῷ, ὦ φιλόσοφε, ἀφορμὰς ἀνάνδρους ἐπισώρευε· ὅρα μή πως δυσεπιβάτοις κρημνοῖς ἀπαραφυλάκτως ἐπιβὰς κρημνισθῇς. Ἀλλ' εἰς τὸ, « Κύριος ἔκτισέ με, » νῦν φήσομεν ὃ οἱ πρὸ ἡμῶν ἐξέδωκαν περὶ τῆς λέξεως ταύτης, τῆς, ὅτι « Κύριος ἔκτισέ με, » πολλὰ μὲν καὶ ἄλλα, καὶ εἰς τὴν κατὰ C σάρκα δὲ οἰκονομίαν τῆς ἐπιφανείας τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, καὶ ὅπως διειλήφαν, πάντως ἴστε τὰς ἐκδόσεις. Ἡμεῖς δὲ καὶ ἐπ' ἄλλαις ἱστορίαις τὴν ἔκδοσιν νῦν ποιησόμεθα, τοῦ Κυρίου Ἰησοῦ Χριστοῦ συνεργοῦντος. Καὶ εἰ θέλεις, φιλόσοφε, αὐτὴν ὅλην τὴν λέξιν προτείνομεν μετὰ καὶ τῆς ἀρχῆς αὐτῆς. Λέγει γὰρ ἡ ἀρχὴ αὐτῆς· « Ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα, μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἀριθμῆσαι. » Εἶτα ἐπάγει λέγων· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, πρὸ τοῦ αἰῶνος ἐθεμελίωσέ με, ἐν ἀρχῇ πρὸ τοῦ τὴν γῆν ποιῆσαι, πρὸ τοῦ τὰς ἀβύσσους ποιῆσαι, πρὸ τοῦ προελθεῖν τὰς πηγὰς τῶν ὑδάτων, πρὸ τοῦ ὄρη ἑδρασθῆναι· πρὸ δὲ πάντων βουνῶν γεννᾷ με. » Ὅθεν κατασκευάζων τὸ, ὅτι « Κύριος ἔκτισέ με, » ἐπισυνάψας εἶπε· « Κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους. » D Ζητῶμεν λοιπὸν Κύριον τὸν κτίσαντα αὐτὸν, τὸν καὶ ποιήσαντα χώρας καὶ ἀοικήτους· νυγματισθεὶς γὰρ ὁ Σολομῶν ἐκ τῶν τοῦ πατρὸς [πρὸς] Ἰὼβ εἰπόντος· « Ποῦ ἦσθα ἐν τῷ θεμελιοῦν με τὴν γῆν; » εἶπε· « Κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους. » Ἐν δὲ βίβλῳ Βαροὺχ ἐκ στόματος Ἱερεμίου τοῦ προφήτου, καθὼς προαπεδείξαμεν, περὶ τοῦ ποιήσαντος χώρας καὶ ἀοικήτους λέγει· « Υἱοὶ Ἀγὰρ οἱ ἐκζητοῦντες τὴν σύνεσιν ἐπὶ τῆς γῆς, οἱ ἔμποροι τῆς Μερὰν καὶ Θαιμὰν, καὶ οἱ μυθολόγοι, καὶ οἱ ἐκζη-

A ipse Dei Filius fecit in cæco a nativitate. Splendor est enim Patri coæternus, et figura immutabilis totius substantiæ ejus[53], ut ait Paulus apostolus, vas electionis. En philosophe, tam multi Filium Dei sine initio, nempe increatum ut Patrem, factorem autem omnium creatarum naturarum, ut sæpe diximus, earum quæ videntur, et quæ intelligentia percipiuntur, demonstrarunt. Ubi autem sint instrumentorum testes, dicas, si habes : et cito igitur credens in instrumenta baptizeris, postquam, ut ais, Deo fidelis exsistis.

CAPUT XVIII.

Contradictio philosophi de eo : « Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua ; » ex proverbiis Salomonis.

Postquam, inquit, tantopere vim facitis veritati, quid dicemus de hac manifesta sententia : « Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua[54]. »

Responsio sanctorum episcoporum per Eusebium Pamphili episcopum Cæsareæ Palæstinæ.

Quid profunda penetras probabiliter ac facile, ut existimas? ne tibi ipsi, o philosophe, mollia cumules argumenta : vide ne scopulos aditu difficiles incaute conscendens, præceps ruas. Verum de illo, « Dominus condidit me, » nunc dicemus, quod majores nostri de illa sententia, « Dominus condidit me, » multa quidem alia tradiderunt, et de dispensatione apparitionis Domini nostri Jesu Christi secundum carnem, quomodo explicaverint, nostis omnino traditiones. Nos autem nunc, cooperante Domino nostro Jesu Christo, ex aliis etiam historiis descriptionem faciemus : et si velis, o philosophe, ipsam totam sententiam ab ejus initio proferemus in medium. Ait enim principium ejus : « Si annuntiavero vobis quæ quotidie fiunt, memor ero quæ a sæculo numerare. » Deinde adjungit, dicens : « Dominus condidit me initium viarum suarum in opera sua, ante sæculum fundavit me, in initio antequam terram faceret, et antequam abyssos faceret, antequam procederent fontes aquarum, antequam montes facti essent : ante autem omnes colles genuit me[55]. » Unde muniens illud, « Dominus condidit me, » continuo inquit : « Dominus fecit regiones et inhabitabilia[57]. » Quæramus deinceps Dominum qui creavit illum, et qui fecit regiones et inhabitabilia. Stimulatus enim Salomon ab his quæ Job dixerat : « Ubi erat cum ponerem fundamenta terræ[58]? » inquit : « Dominus fecit regiones et inhabitabilia. » In libro autem Baruch ex ore Jeremiæ prophetæ, ut prius ostendimus, de eo qui fecit regiones et inhabitabilia, dicitur : « Filii Agar exquirentes prudentiam, qui super terram, mercatores Meran et Thæman, et fabulatores, et examina-

[53] Hebr. I, 2. [54] Prov. VIII, 22. [55] ibid. 6. [56] ibid. 22 seqq. [57] Prov. VIII, 26 sec. LXX. [58] Job. XXXVIII, 4.

natores prudentiæ : viam autem sapientiæ non cognoverunt, neque recordati sunt semitas ejus[59]; » et post pauca : « Sed sciens omnia cognoscit eam, adinvenit eam prudentia sua[60]; » loquens de eo qui invenit sapientiam prudentia sua, adjungit ejus opera, dicens : « Qui præparavit terram in æternum tempus, implevit eam jumentis quadrupedibus. Qui emittit lumen, et vadit[61]. » Non connivendum est, o philosophe, eadem rursus proferre ad propositæ hypothesis evidentem demonstrationem : « Qui mittit, inquit, lumen, et vadit : vocavit illud, et obedivit illi cum timore : ac stellæ splenduerunt in custodiis suis, et lætatæ sunt : vocavit eas, et dixerunt : Adsumus : splenduerunt cum lætitia ei qui fecit illas. Hic Deus noster, non reputabitur alius adversum eum. Invenit omnem viam scientiæ, et dedit eam Jacob servo suo, et Israel dilecto suo. Post hæc in terra visus est, et inter homines conversatus est[62]. » Duas naturas opponunt proprie ejus qui fecit regiones et inhabitabilia, quas dixit Salomon, et Baruch, sive Jeremias. Cum enim dixisset : « Condidit me ; » subjunxit ejus opera, dicens : « Dominus fecit regiones et inhabitabilia. » Ratiocinemur, vir optime, quisnam est ille Dominus faciens regiones et inhabitabilia : intelligemus non esse alium, sed omnino eum qui præparavit terram in æternum tempus (in terræ enim præparatione consistit facere regiones et inhabitabilia), qui implevit eam jumentis quadrupedibus, qui vocavit lumen, et obedivit ei cum timore : et quæ sequuntur. De quo inquit, quod « In terra visus est, et inter homines conversatus est. » Intelligendum est ergo, quod ipse est Dominus, condens rationalem sapientiam, initium viarum suarum, quam ad imaginem suam homini præparavit, qui fecit regiones et inhabitabilia, qui præparavit terram in æternum tempus. Verum rursus principium sententiæ videamus : « Si annuntiavero vobis quæ quotidie fiunt; » non dixit : Quæ futura sunt : et iterum ait : « Memor ero quæ a sæculo numerare ; » non dixit : Ante sæculum. Notum est vobis, quod Filius Dei est qui rationalem sapientiam condidit, qui præparavit terram in æteruum tempus, qui fecit regiones et inhabitabilia, qui dixit Job : « Cum me laudarent astra matutina, et jubilarent omnes filii Dei[63]. » Moyses autem ait de eo qui fecit lucem : « Dixitque Deus, Fiat lux[64]; » et subjunxit dicens : « Fecitque Deus duo luminaria magna et stellas[65], » et quæ sequuntur. Sufficere mihi videntur, o philosophe, quæ dicta sunt, et demonstrationes ostenderunt, quod scilicet Filius Dei est qui apud Salomonem rationalem sapientiam condidit, et omnes creaturas, et non instrumentum. Ut autem tibi veram rerum demonstrationem manifestiorem exhibeamus, accedamus citius ad rei sensum, ejusque

A τηταὶ τῆς συνέσεως· ὁδὸν δὲ σοφίας οὐκ ἔγνωσαν, οὐδὲ ἐμνήσθησαν τὰς τρίβους αὐτῆς. » Καὶ μετ' ὀλίγον· « Ἀλλ' ὁ εἰδὼς τὰ πάντα, γινώσκει αὐτὴν, ἐξεῦρεν αὐτὴν τῇ συνέσει αὐτοῦ· » εἰπὼν περὶ τοῦ ἐξευρόντος τὴν σοφίαν τῇ συνέσει αὐτοῦ, ἐπάγει αὐτοῦ καὶ τὰς ἐνεργείας, λέγων· « Ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον· ἐνέπλησεν αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων. Ὁ ἀποστέλλων τὸ φῶς, καὶ πορεύεται. » Οὐ παραβλεπτέον γάρ, ὦ φιλόσοφε, τὰ αὐτὰ πάλιν διαγορεῦσαι πρὸς ἐναργῆ ἀπόδειξιν τῆς προχειμένης ὑποθέσεως. « Ὁ ἀποστέλλων, φησὶ, τὸ φῶς, καὶ πορεύεται· ἐκάλεσεν αὐτὸ, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ· οἱ δὲ ἀστέρες ἔλαμψαν ἐν ταῖς φυλακαῖς αὐτῶν, καὶ ηὐφράνθησαν· ἐκάλεσεν αὐτοὺς, καὶ εἶπαν· Πάρεσμεν· ἔλαμψαν μετ' εὐφροσύνης τῷ ποιήσαντι αὐτούς. Οὗτος ὁ Θεὸς ἡμῶν, οὐ λογισθήσεται
B ἕτερος πρὸς αὐτόν. Ἐξεῦρε πᾶσαν ὁδὸν ἐπιστήμης, καὶ ἔδωκεν αὐτὴν Ἰακὼβ τῷ παιδὶ αὐτοῦ, καὶ Ἰσραὴλ τῷ ἠγαπημένῳ ὑπ' αὐτοῦ. Μετὰ ταῦτα ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Τὰς δύο φύσεις προσθήσαντες κυρίως, ποιήσαντος χώρας καὶ ἀοικήτους, ἃς εἶπε Σολομὼν καὶ Βαρούχ, ἤτοι Ἱερεμίας. Εἰπὼν γάρ, « Ἔκτισέ με, » ἐπήγαγεν αὐτοῦ καὶ τὰς ἐνεργείας, λέγων· « Κύριος ἐποίησε χώρας καὶ ἀοικήτους. » Συλλογισώμεθα, ὦ βέλτιστε, τὸ τίς Κύριος ὁ ποιήσας χώρας καὶ ἀοικήτους. Νοήσωμεν ὅτι οὐκ ἄλλος, ἀλλ' ἢ πάντως ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον· ἐν γὰρ τῷ κατασκευάζειν τὴν γῆν, ποιεῖν ἐστι χώρας καὶ
C ἀοικήτους. Ὁ καὶ ἐμπλήσας αὐτὴν κτηνῶν τετραπόδων, ὁ καὶ καλέσας τὸ φῶς, καὶ ὑπήκουσεν αὐτῷ τρόμῳ· καὶ τὰ ἑξῆς. Περὶ οὗ λέγει, ὅτι « Ἐπὶ τῆς γῆς ὤφθη, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συνανεστράφη. » Νοητέον οὖν (12), ὅτι οὗτός ἐστιν ὁ Κύριος ὁ κτίσας τὴν λογιστικὴν σοφίαν εἰς ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ, ἣν ηὐτρέπισε τῷ κατ' εἰκόνα αὐτοῦ ἀνθρώπῳ, ὁ ποιήσας χώρας καὶ ἀοικήτους, ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον. Ἀλλὰ καὶ πάλιν τὴν ἀρχὴν τῆς λέξεως ἴδωμεν· « Ἐὰν ἀναγγείλω ὑμῖν τὰ καθ' ἡμέραν γινόμενα. » Ἀλλ' οὐκ εἶπε· Τὰ μέλλοντα· καὶ πάλιν λέγει· » Μνημονεύσω τὰ ἐξ αἰῶνος ἐξαριθμῆσαι· » ἀλλ' οὐ τὰ πρὸ αἰῶνος. Ἐγνώσθη ὑμῖν, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὁ καὶ τὴν λογιστικὴν σοφίαν κτίσας, ὁ κατασκευάσας τὴν γῆν εἰς τὸν αἰῶνα χρόνον, ὁ ποιήσας χώρας καὶ ἀοικήτους, ὁ καὶ τῷ Ἰὼβ εἰπών· « Ὅτε ἐγενήθησαν ἄστρα, ᾔνεσάν με πάντες ἄγγελοί μου. » Μωσῆς δὲ λέγει περὶ τοῦ ποιήσαντος τὸ φῶς· « Καὶ εἶπεν ὁ Θεὸς, Γενηθήτω φῶς· » καὶ ἐπήγαγε λέγων· « Καὶ ἐποίησεν Θεὸς τοὺς δύο φωστῆρας τοὺς μεγάλους, καὶ τοὺς ἀστέρας, » καὶ τὰ ἑξῆς. Ἱκανὰ εἶναί μοι δοκεῖ τὰ λεχθέντα, καὶ αἱ ἀποδείξεις παρέστησαν, ὦ φιλόσοφε, ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐστιν, ὁ καὶ τὴν ἐν Σολομῶντι λογιστικὴν σοφίαν κτίσας, καὶ πάντα τὰ κτιστὰ, καὶ οὐκ ἐργαλεῖον. Ἵνα δέ σοι σαφεστέραν τὴν ἀληθῆ τῶν πραγμάτων

[59] Baruch III, 23. [60] ibid. 32. [61] ibid. 33. [62] ibid. 34, 38. [63] Job XXXVIII, 7. [64] Gen. I, 3. [65] ibid. 16.

(12) Citat ista Cyparissiotes, decad. 3, cap. 4. HARD.

ἀπόδειξιν παραστήσωμεν, καὶ τάχιον ἔλθωμεν ἐπὶ τὸν νοῦν τοῦ πράγματος, καὶ τῆς θεωρίας [Ισ. τὴν θεωρίαν] αὐτοῦ, τὰ ἐκ τῆς Γραφῆς λέξωμεν· μέλλων ὁ προφήτης Μωσῆς ἐξιέναι τὸν βίον, ὡς γέγραπται ἐν βίβλῳ ἀναλήψεως Μωσέως, προσκαλεσάμενος Ἰησοῦν υἱὸν Ναυῆ, καὶ διαλεγόμενος πρὸς αὐτὸν, ἔφη· « Καὶ προεθεάσατό με ὁ Θεὸς πρὸ καταβολῆς κόσμου, εἶναί με τῆς διαθήκης αὐτοῦ μεσίτην. » Καὶ ἐν βίβλῳ λόγων μυστικῶν Μωσέως, αὐτὸς Μωσῆς προεῖπε περὶ τοῦ Δαυὶδ καὶ Σολομῶντος. Περὶ τοῦ Σολομῶντος οὕτω προεῖπε· καὶ, « Διαδοχεύσει [Ισ. διαχεύσει] αὐτὸν ὁ Θεὸς σοφίαν καὶ δικαιοσύνην, καὶ ἐπιστήμην πλήρη. Αὐτὸς οἰκοδομήσει τὸν οἶκον τοῦ Θεοῦ. » Καὶ τὰ ἑξῆς. Ἵνα δὲ σαφέστερον εἴη ὅ φημι, οὕτως ἐξετάσωμεν τὸν νοῦν. Ὁ ἄνθρωπος διὰ τὸν κόσμον, ἢ ὁ κόσμος διὰ τὸν ἄνθρωπον; Ὁ φιλόσοφος· Πάντως ὁ κόσμος διὰ τὸν ἄνθρωπον.

Οἱ ἅγιοι ἐπίσκοποι οἱ ἡμέτεροι διὰ τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου εἶπαν.

Καὶ εἰ ὁ κόσμος διὰ τὸν ἄνθρωπον, πάντως ὡς προγενεστέρου τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει ὄντος, ὁ δὲ κόσμος μεταγενέστερος ἦν τοῦ ἀνθρώπου καὶ τῆς λογιστικῆς σοφίας ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει· ὁ ἄνθρωπος οὖν προγενέστερός ἐστι τοῦ κόσμου, προϋπάρχει καὶ τῶν τοῦ κόσμου φύσεων, οἷον οὐρανοῦ καὶ τῆς γῆς, ἡμέρας, νυκτὸς, νεφῶν, ἀνέμων, ἀβύσσων, πηγῶν, ὀρέων, βουνῶν. Τούτων πάντων προγενεστέρα ἐστὶν ἡ σοφία, καὶ ὁ ἄνθρωπος ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει ἤδη προϋπάρχει τοῦ κόσμου. Ἀλλ' οὗτος μὲν οὖν μεταγενέστερος κτισθεὶς ἠνέχθη ἐν τῇ τῆς κτίσεως παρόδῳ. Ὁ δὲ μεταγενέστερος τοῦ ἀνθρώπου ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει οὗτος μεταγενέστερος παρηνέχθη ἐν τῇ τῆς κτίσεως παρόδῳ. Ἀλλ' ὅτι καὶ ἡ σοφία, ἣν ἐξεῦρε συνέσει αὐτοῦ ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ἣν δέδωκε τῷ κατ' εἰκόνα ἑαυτοῦ ἀνθρώπῳ, καὶ αὕτη προϋπῆρξε τοῦ κόσμου καὶ τῶν φύσεων αὐτοῦ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει. Εἰδὼς οὖν ἐν ἑαυτῷ ὁ Σολομὼν, διδαχθεὶς ἐκ τῆς τοῦ Θεοῦ δοθείσης αὐτῷ σοφίας, ὅτι ὁ ἄνθρωπος καὶ ἡ σοφία προϋπῆρξαν τοῦ κόσμου καὶ τῶν φύσεων αὐτοῦ, ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει, βασανίσας τὸ ἤδη προϋπάρχων τοῦ κόσμου, καὶ ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει πρὸ καταβολῆς κόσμου, ὃ ἐξεῦρε τῇ συνέσει αὐτοῦ ὁ Κύριος, τοῦτο ἤδη ἔκτισεν ὁ αὐτὸς Κύριος μεταγενέστερον τοῦ κόσμου καὶ τῶν φύσεων αὐτοῦ. Λέγει οὖν ὁ Σολομὼν ὡς ἐκ προσώπου τῆς ἐν ἀνθρώπῳ σοφίας τῆς προϋπαρξάσης τοῦ κόσμου ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει· « Κύριος ἔκτισέ με ἀρχὴν ὁδῶν αὐτοῦ εἰς ἔργα αὐτοῦ, » τῇ ἐν τῷ ἀνθρώπῳ σοφίᾳ ἀνῆκεν ἐκφωνεῖν τῇ λογιστικῇ, τῇ εὐτρεπισθείσῃ τῷ ἀνθρώπῳ ταῦτα, τῷ κατ' εἰκόνα τοῦ Θεοῦ γενομένῳ. Τὸ οὖν ἦν, « Κύριος ἔκτισε, » τῷ προϋπάρξαντι τοῦ κόσμου ἐν τῇ τοῦ Θεοῦ ἐνθυμήσει, τοῦτο· τούτῳ προσέῤῥιψε (13). Τὸ δὲ « Γεννᾷ με, » συνεὶς πάλιν εἰς τὰς μετὰ ταῦτα ἐκ φύσεως παιδοποιήσεις ἐκδιδομένου εἶπε τὸ, « Γεννᾷ με. » Νόει τοίνυν, φιλόσοφε,

eorum, atque blasphemas sententias, quibus adversus Filium Dei utebantur, dicentes : Ex non exstantibus ipsum esse, et quod erat quando non erat, et quod libertatis ad malitiam atque virtutem capax est ipse Filius Dei, et quod sit creatura et opus. Omnia hæc et ipsosmet sancta synodus anathemate percussit, nec audire quidem sustinens impiam eorum opinionem et amentiam, atque blasphema verba. Quin et tabellas ipsorum impietatis plenas, quas offerre ausi fuerant, protinus dilacerarunt. Et quæ quidem illorum erant, a sancta synodo talem sortita sunt finem. Quæ autem fidei erant orthodoxæ, et concorditer omnes episcopi comprehensum brevibus verbis complectentes, propter fidelis populorum multitudinis simplicitatem, ita scripto exposuerunt catholicæ fidei symbolum.

A καὶ τὰ νοήματα αὐτῶν τὰ βλάσφημα, οἷς ἐκέχρηντο κατὰ τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ λέγοντες, ἐξ οὐκ ὄντων αὐτὸν εἶναι, καὶ ὅτι ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ αὐτεξουσιότητι κακίας καὶ ἀρετῆς δεκτικὸν αὐτὸν εἶναι τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, κτίσμα λέγοντες αὐτὸν εἶναι καὶ ποίημα. Ἀνεθεμάτισεν ἅπαντα ταῦτα καὶ αὐτοὺς ἡ ἁγία σύνοδος, οὐδὲ ὅσον ἀκοῦσαι τῆς ἀσεβοῦς δόξης αὐτῶν, καὶ ἀπονοίας, καὶ τῶν βλασφήμων αὐτῶν ῥημάτων ἀνασχομένη. Ἀλλὰ καὶ τὸ πιττάκιον δὲ αὐτῶν, ὅπερ γέμον τῆς ἀσεβείας αὐτῶν ἐπιδοῦναι ἐτόλμησαν, παραχρῆμα διέῤῥηξαν. Καὶ τὰ μὲν κατ' ἐκείνους τοιοῦτον εἴληφε παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου τέλος. Τὰ δὲ περὶ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως συμφώνως ἅπαντες οἱ ἐπίσκοποι ἐν ὀλίγοις ῥήμασι, διὰ τὴν τοῦ πιστοῦ πλήθους τῶν λαῶν ἁπλότητα τὸ ὅλον περιλα- B βόντες, ὧδέ πως ἐγγράφως ἐξέθεντο τὸ τῆς καθολικῆς πίστεως σύμβολον.

CAP. XXVI.

Expositio catholicæ et apostolicæ fidei in Nicæna synodo promulgatæ, sub Deo charissimo imperatore Constantino, in consulatu Paulini et Uliani illustrium, anno ab Alexandro DCXXXVI, mense Junio ante XIII *Kalend. Julias, in Nicæa Bithyniæ metropoli.*

ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

Ἔκθεσις τῆς καθολικῆς (14) *καὶ ἀποστολικῆς πίστεως, ἐκτεθείσης ὑπὸ τῆς ἐν Νικαίᾳ συνόδου, ἐπὶ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως Κωνσταντίνου, ἐν ὑπατείᾳ Παυλίνου καὶ Ἰουλιανοῦ τῶν λαμπρῶν, ἔτους ἀπὸ Ἀλεξάνδρου χλϛ', ἐν μηνὶ Δεσίῳ τῇ πρὸ δεκατριῶν Καλανδῶν Ἰουλίου, ἐν Νικαίᾳ μητροπόλει τῆς Βιθυνίας.*

Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium et invisibilium creatorem : Et in unum Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum ex Patre natum, id est ex substantia Patris, Deum de Deo, lumen de lumine, Deum C verum de Deo vero, genitum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra. Qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus est, et homo factus, passus est, sepultus est, et resurrexit tertia die, et ascendit in cœlos, et sedet ad dexteram Patris, et iterum venturus est judicare vivos et mortuos. Et in Spiritum sanctum. Iis autem qui dicunt fuisse aliquando tempus cum non esset, et ex iis quæ non sunt ortum, vel ex alia subsistentia aut substantia esse, vel creatum esse, vel converti aut mutari posse Filium Dei; istis catholica et apostolica Ecclesia anathema denuntiat. Hæc est fides, quam exposuerunt Nicææ sancti

Πιστεύομεν (15) εἰς ἕνα Θεὸν Πατέρα παντοκράτορα, ὁρατῶν τε πάντων καὶ ἀοράτων ποιητήν. Καὶ εἰς ἕνα Κύριον Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, γεννηθέντα ἐκ τοῦ Πατρὸς μονογενῆ, τουτ' ἔστιν ἐκ τῆς οὐσίας τοῦ Πατρὸς, Θεὸν ἐκ Θεοῦ, φῶς ἐκ φωτὸς, Θεὸν ἀληθινὸν ἐκ Θεοῦ ἀληθινοῦ, γεννηθέντα, οὐ ποιηθέντα, ὁμοούσιον τῷ Πατρὶ, δι' οὗ τὰ πάντα ἐγένετο, τὰ ἐν τῷ οὐρανῷ καὶ τὰ ἐν τῇ γῇ· τὸν δι' ἡμᾶς τοὺς ἀνθρώπους, καὶ διὰ τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν κατελθόντα, καὶ σαρκωθέντα, καὶ ἐνανθρωπήσαντα, παθόντα, ταφέντα (16), καὶ ἀναστάντα τῇ τρίτῃ ἡμέρᾳ, καὶ ἀνελθόντα εἰς τοὺς οὐρανοὺς, καὶ καθεζόμενον (17) ἐν δεξιᾷ τοῦ Πατρὸς, καὶ πάλιν ἐρχόμενον κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς. Καὶ εἰς τὸ ἅγιον αὐτοῦ Πνεῦμα. Τοὺς δὲ λέγοντας, Ἦν ποτε ὅτε οὐκ ἦν, καὶ πρὶν γεννηθῆναι οὐκ ἦν, καὶ ὅτι ἐξ οὐκ ὄντων ἐγένετο, ἢ ἐξ ἑτέρας ὑποστάσεως ἢ οὐσίας (18) φάσκοντας εἶναι, ἢ τρεπτὸν ἢ ἀλλοιωτὸν τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ·

(14) Ex Athanasio in epist. ad Jovianum imp. et Theodoreto lib. I *Eccl. hist.* cap. 11. HARD.

(15) Ex *Historia tripart.* lib. II, cap. 9, et ex Collectione vetusta canonum e mss. Parisiens. collegii Soc. Jesu, aliisque hic sequentem exhibet Harduinus Nicænam fidem : « Credimus in unum Deum, Patrem omnipotentem, omnium visibilium invisibiliumque factorem : Et in unum Dominum nostrum Jesum Christum Filium Dei natum ex Patre, unigenitum, hoc est, ex substantia Patris, Deum ex Deo, lumen ex lumine, Deum verum ex Deo vero : natum non factum, consubstantialem Patri, per quem omnia facta sunt quæ in cœlo et quæ in terra : qui propter nos homines et propter nostram salutem descendit, et incarnatus, et homo factus : passus est, et resurrexit tertia die : et ascendit in cœlos, et venturus est judicare vivos et mortuos : et in Spiritum sanctum. Dicentes autem : Erat D quando non erat; aut non erat antequam fieret : aut quia ex non exstantibus factus est; aut ex altera substantia dicentes esse : aut creatum, aut convertibilem Filium Dei; hos tales anathematizat catholica et apostolica Ecclesia. » Vide etiam Hilarium lib. *De synodis*, num. 84.

(16) Hæc vox ταφέντα, non est apud Athanasium in epist. ad Jovianum, neque apud Theodoretum, lib. I *Hist. eccles.* cap. 11, neque Latine apud Hilarium in libro *De synod.* ubi symbolum recitat num. 84; neque in codice Ecclesiæ Africanæ ex concil. Carthag. VI. HARD.

(17) Hæc sententia καθεζόμενον, etc., non est apud Athanasium, et Theodor. locis citatis : nec apud Hilarium, aut in concil. Carth. VI. HARD.

(18) Athan. in lib. De decr. synodi Nicæn. contra Arian. pag. 269, ἐξ ἑτέρας οὐσίας tantum. HARD.

τοὺς τοιούτους ἀναθεματίζει ἡ καθολικὴ καὶ ἀποστολικὴ Ἐκκλησία. Αὕτη ἐστὶν ἡ πίστις, ἣν ἐξέθεντο οἱ ἐν Νικαίᾳ ἅγιοι ἡμῶν Πατέρες οἱ ὀρθόδοξοι ἐπίσκοποι· πρῶτον μὲν κατὰ Ἀρείου βλασφημοῦντος καὶ λέγοντος κτίσμα τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καὶ κατὰ Σαβελλίου τε καὶ Φωτεινοῦ, καὶ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως, καὶ Μανιχαίου, καὶ Οὐαλεντίνου καὶ Μαρκίωνος, καὶ κατὰ πάσης δὲ αἱρέσεως, ἥτις ἐπανέστη τῇ καθολικῇ καὶ ἀποστολικῇ Ἐκκλησίᾳ· οὓς κατέκρινεν ἡ ἐν τῇ Νικαέων πόλει συνηγμένη τῶν ἁγίων ὀρθοδόξων σύνοδος, ὧν τὰ ὀνόματα, καὶ τῶν ἐπαρχιῶν αὐτῶν, ἐστὶν ὑποτεταγμένα. Ἀναφέρεται τοίνυν ἐπὶ τὸν εὐσεβῆ καὶ πανεύφημον βασιλέα τὰ ὑπὸ τῆς συνόδου κεκριμένα, ἥ τε κατὰ τῶν θεομάχων ἀπόφασις, καὶ ἡ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως ἔκθεσις· ἣν ὡς θεόθεν προσενεχθεῖσαν ἀσμένως προσεδέξατο μετὰ πλείστης ὅσης σεβασμιότητος· τοὺς δὲ ταύτης πολεμίους, ὡς ἅτε Θεῷ ἐναντιουμένους, ἐξορίαν ὑποστῆναι ψηφίζεται. Ἓξ τοίνυν ἐκ τῶν μετὰ Ἀρείου ἐπισκόπων σὺν αὐτῷ Ἀρείῳ καὶ τοῖς περὶ αὐτὸν συναποστῆναι ἠνέσχοντο. Οἱ δὲ γὰρ ἕνδεκα δείσαντες τοῦ τε θεοφιλοῦς βασιλέως τὴν παρουσίαν, καὶ τῆς συνόδου τῶν ἐπισκόπων τὸ πλῆθος, μὴ ἐξοστρακισθεῖεν, ὑποκρινάμενοι ὑπογράφουσιν εἰς τὸ ὁμοούσιον, χειρὶ, οὐ προθέσει. Ταύτης τῆς ὑπουλίας ἔξαρχος ὁ Νικομηδείας Εὐσέβιος, ὃς καὶ μέχρι τέλους δείκνυται τῇ ἐφ' ἑκάτερα κεχρημένος γνώμῃ, καθὰ Εὐστάθιός τε ὁ τῆς Ἀντιοχέων, καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου, Ἀθανάσιός τε ὁ μέγας, καὶ πάντες οἱ τὰ τῆς συνόδου συγγραψάμενοι διηγοῦνται. Τῇ (19) τε πρὸς ἡμᾶς δι' ὑποκρίσεως τὸν ἄνδρα τοῦ δοκεῖν εἶναι καὶ τῆς τῶν ἐναντίων συμμορίας γενναίως ὑπερμαχοῦντες (20).

A nostri Patres, orthodoxi episcopi : primum quidem adversus Arium blasphemantem et dicentem creaturam Filium Dei, et contra Sabellium et Photinum, et Paulum Samosatenum, et Manichæum, et Valentinum, et Marcionem, et adversus omnem hæresim, quæ orta est in catholica et apostolica Ecclesia : quos damnavit synodus sanctorum orthodoxorum in civitate Nicæa congregata, quorum nomina, quemadmodum et provinciarum quibus præerant, subjuncta sunt. Referuntur igitur ad pium et illustrissimum imperatorem quæcunque a synodo fuerant judicata et sententia contra Dei hostes lata, et orthodoxæ fidei expositio; quam ut divinitus oblatam libenter et magna cum reverentia excepit, hostes autem ejus tanquam Deo adversantes exsilio B multandos censuit. Sex porro ex Arianis episcopis cum ipso Ario, et qui cum eo erant, exsulare sustinuerunt. Undecim enim, qui religiosissimi imperatoris præsentiam, et synodi episcoporum multitudinem reveriti sunt, non fuerunt relegati. Simulantes enim, manu quidem, non proposito, in consubstantiale subscripserunt. Simulationis hujus Eusebius Nicomediensis princeps fuit, qui et usque et in finem alterutra sententia usus fuisse ostenditur, ut Eustathius Antiochenus, et Eusebius Pamphili, et magnus Athanasius, et omnes alii qui synodo subscripserunt, referunt. Propter hanc simulationem virum hunc nostræ sententiæ fuisse arbitrati sunt, qui adversariorum cœtum generosius propugnaverunt.

C

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

Αἱ τῆς πίστεως ὑπογραφαὶ τῶν ἐπισκόπων.

Ὅσιος ἐπίσκοπος πόλεως Κουρδούβης ταῖς κατὰ Ῥώμην καὶ Σπανίαν καὶ Ἰταλίαν πᾶσαν, καὶ ταῖς ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι, τοῖς ἐπέκεινα κατ' ἐμὲ οὖσιν, ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ, ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις, διὰ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων Ῥώμης Βίτωνος καὶ Βικεντίου.

Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρείας σὺν Ἀθανασίῳ τότε ἀρχιδιακόνῳ ὄντι, ταῖς κατ' Αἴγυπτον πᾶσαν καὶ Λιβύην, καὶ Πεντάπολιν καὶ τὰ ὅμορα τούτοις, ἕως τῶν τῆς Ἰνδίας ἐπαρχιῶν.

Εὐστάθιος Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης τῆς (21) κατὰ Συρίαν κοίλην, καὶ Μεσοποταμίαν πᾶσαν, καὶ Κιλικίαν ἑκατέραν.

Ἰωάννης Πέρσης τῆς [ἴσ. ταῖς] ἐν Περσίδι πάσῃ, καὶ τῇ μεγάλῃ Ἰνδίᾳ.

Λεόντιος Καισαρείας Καππαδοκίας, τὸ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Κυρίου καλλώπισμα, ταῖς κατ' αὐτὴν Καππαδοκίαν, Γαλατίαν, Πόντον Διοσπόντου, Παφλαγονίαν, Πόντον Πολεμαϊκὸν, Ἀρμενίαν μικρὰν καὶ μεγάλην.

Θεωνᾶς Κυζίκου, ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Ἑλ-

CAP. XXVII.

Subscriptiones episcoporum fidem approbantium.

Osius episcopus Cordubæ sanctis Dei Ecclesiis, quæ Romæ sunt, et in Italia et Hispania tota, et in reliquis ulterius nationibus usque ad Oceanum commorantibus, per eos qui cum ipso erant, Romanos presbyteros Vitonem et Vincentium.

Alexander Alexandriæ cum Athanasio tunc archidiacono, Ecclesiis per totam Ægyptum, Libyam, et Pentapolim, et regiones finitimas, usque ad Indiæ provincias.

Eustathius magnæ Antiochiæ episcopus, ecclesiis D in Cœlesyria et Mesopotamia tota, et Cilicia utraque.

Joannes Persa, Ecclesiis in tota Persia et magna India.

Leontius Cæsareæ Cappadociæ, ecclesiæ domini ornamentum, Ecclesiis in eadem Cappadocia, Galatia, Ponto Diosponti, Paphlagonia, Ponto Polemaico [Polemoniaco], Armenia magna et parva.

Theonas Cyzici, Ecclesiis in Asia, et Hellesponto,

(19) Lege τῇ. HARD.

(20) Lege ὑπὲρ μάχοντα. Tametsi cum libris editis consentit codex noster ms. HARD.

(21) Legendum ταῖς. HARD.

et Lydia et Caria, per episcopos qui sub ipso erant, Eutychium Smyrnæ, et Marinum Troadis.

Macarius Hierosolymorum cum Eusebio Pamphili episcopo Cæsareæ Palæstinæ, Ecclesiis in Palæstina, Arabia et Phœnicia.

Alexander Thessalonicæ episcopus per eos qui sub ipso censentur, Ecclesiis in Macedonia prima et secunda, cum iis quæ in Græcia, et Europa tota, in utraque Scythia, et omnibus denique in Illyrico, Thessalia et Achaia.

Nunechius Laodiceæ episcopus Ecclesiis quæ in Phrygia prima et secunda.

Protogenes ille admirabilis, Sardicæ civitatis, sanctis Dei Ecclesiis in Dacia, Calauria, Dardania, et provinciis vicinis.

Cæcilianus Carthaginensis, sanctis Dei Ecclesiis in provinciis Africæ, Numidiæ, atque Mauritaniæ utriusque.

Pistus Marcianopolis episcopus, Ecclesiis in Mysia, Athenarum, et Gallorum gentibus, et civitatibus quæ his vicinæ sunt.

Alexander Constantinopolis tunc solum presbyter, postea vero Ecclesiæ illius episcopatum sortitus, cum Paulo tunc lectore atque ipsius notario, Ecclesiis omnium Cycladum insularum.

Hi omnes sancti atque apostolici viri omnibus sub cœlo sanctis Dei Ecclesiis, quæ in Nicæna sancta magna et generali synodo decreta sunt, transmittentes, ubique tradiderunt.

CAP. XXVIII.

Quomodo imperator ex solio surgens Deo gratias egerit.

Imperator autem Constantinus, post expositionem rectæ atque apostolicæ fidei, a Spiritu sancto per trecentos sanctos Patres quasi ore uno promulgatæ, et ab omnibus comprobatæ, qui ad sanctam illam fidei disceptationem concurrerant, expansis manibus, et oculis in cœlum ad Deum sublatis, ipsum Dominum omnium nostrum Salvatorem et benefactorem claris verbis laudavit, quod desideratam episcoporum concordiam, et eorumdem circa rectam et salutarem fidem consensum largitus sit. Tanta scilicet cura optimus ille ac Deo charus imperator in Ecclesias Dei et pacificam pastorum concordiam incubuit. Non absurdum autem existimo huic commentario inserere, quæ pulchre disseruit Eusebius Pamphili de vita Constantini Deo amabilis imperatoris, de gestis, inquam, in synodo verba facere incipiens. Sunt autem hæc [40] : « Cum igitur multa essent ex utraque parte proposita, magnaque controversia in ipso disputationis ingressu a quibusdam

λήσποντον, Λυδίαν τε καὶ Καρίαν, διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων, Εὐτυχίου Σμύρνης, καὶ Μαρίνου Τρωάδος.

Μακάριος Ἱεροσολύμων σὺν Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου ἐπισκόπῳ Καισαρείας τῆς (22) κατὰ Παλαιστίνην καὶ Ἀραβίαν καὶ Φοινίκην.

Ἀλέξανδρος Θεσσαλονίκης διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν τελούντων, ταῖς κατὰ Μακεδονίαν πρώτην καὶ δευτέραν, σὺν τῇ Ἑλλάδι, τήν τε Εὐρώπην πᾶσαν, Σκυθίαν ἑκατέραν, καὶ ταῖς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἁπάσαις, Θεσσαλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν.

Νουνέχιος Λαοδικείας ταῖς κατὰ τὴν Φρυγίαν πρώτην καὶ δευτέραν.

Πρωτογένης ὁ θαυμάσιος πόλεως Σαρδικῆς, ταῖς ἐν Δακίᾳ, Καλαυρίᾳ, Δαρδανίᾳ, καὶ ταῖς ὁμόροις τούτοις.

Κεκιλιανὸς Καρθαγένης ταῖς κατὰ πάσας τὰς ἐπαρχίας, τάς τε Ἀφρικὰς, καὶ τὰς Νουμιδίας, καὶ Μαυριτανίας ἀμφοτέρας, οὔσαις ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις.

Πιστὸς Μαρκιανουπόλεως ταῖς κατὰ τὴν Μυσίαν, καὶ τὰ τῶν Ἀθηνῶν καὶ Γάλλων ἔθνη, καὶ ταῖς πλησιοχώροις τούτων πόλεσιν.

Ἀλέξανδρος Κωνσταντινουπόλεως τότε πρεσβύτερος ἔτι ὢν, εἰς ὕστερον δὲ καὶ τῆς ἐπισκοπικῆς ἱερατείας τῆς αὐτόθι Ἐκκλησίας λαχὼν, σὺν Παύλῳ ἔτι τότε ἀναγνώστῃ ὄντι καὶ νοταρίῳ αὐτοῦ, ταῖς ἐν ταῖς νήσοις πάσαις κυκλάσιν.

Οὗτοι πάντες οἱ ἅγιοι καὶ ἀποστολικοὶ ἄνδρες πάσαις ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις τὰ ἐν τῇ Νικαέων ἁγίᾳ μεγάλῃ καὶ οἰκουμενικῇ συνόδῳ κεκριμένα διαπορθμεύσαντες, πανταχοῦ γῆς παρέδωκαν.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

Ὅπου ὁ βασιλεὺς ἀναστὰς ἐκ τοῦ θρόνου, εὐχαριστηρίους φωνὰς ἀναπέμπει τῷ Θεῷ.

Ὁ δὲ βασιλεὺς Κωνσταντῖνος ἐπὶ τῇ ἐκθέσει τῆς ὀρθῆς καὶ ἀποστολικῆς πίστεως, τῆς ἐκ Πνεύματος ἁγίου διὰ τῶν τριακοσίων ἁγίων ἡμῶν Πατέρων ἐκφωνηθείσης, ὥσπερ δι' ἑνὸς στόματος, καὶ κυρωθείσης παρὰ πάντων τῶν συνδραμόντων εἰς τὴν ἁγίαν ἐκείνην τῆς πίστεως ἀκρόασιν, καὶ τὰς χεῖρας ἁπλώσας, καὶ τὸ ὄμμα τείνας εἰς τὸν οὐρανὸν πρὸς τὸν Θεὸν, εὐφήμοις ῥήμασιν ἀνύμνησε τὸν τῶν πάντων ἡμῶν Σωτῆρα καὶ εὐεργέτην Θεὸν, ὅτι τὴν ποθουμένην αὐτῷ τῶν ἐπισκόπων ὁμόνοιαν, καὶ τὴν περὶ τῆς ὀρθῆς καὶ σωτηρίου πίστεως αὐτῶν ὁμοφωνίαν αὐτῷ ἐπρυτάνευσε. Τοσοῦτος ἦν ὁ πάντα ἄριστος ἐκεῖνος καὶ θεοφιλὴς βασιλεὺς περὶ τὴν τῶν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησιῶν φροντίδα καὶ τὴν τῶν ποιμένων εἰρηνικωτάτην ὁμόνοιαν. Οὐκ ἄτοπον δὲ ἡγοῦμαι καὶ τὰ Εὐσεβίου τοῦ Παμφίλου, ἅπερ περὶ τούτων, τῶν ἐν τῇ συνόδῳ πραγματευθέντων λέγω, ποιεῖσθαι τὸν λόγον ἀρχόμενος καλῶς διελάβετο ἐν τῷ τρίτῳ αὐτοῦ βιβλίῳ τῷ εἰς τὸν βίον Κωνσταντίνου τοῦ

[40] Lib. III, cap. 13.

(22) Lege ταῖς. HARD.

Θεοφιλοῦς βασιλέως, ἐντάξαι τῇδε τῇ συγγραφῇ. Ἔστι δὲ ταῦτα· « Πλείστων δεῖται ὑφ' ἑκατέρου τάγματος προτεινομένων, πολλῆς τε ἀμφιβολίας τὰ πρῶτα παρά τινων γινομένης, ἐπηκροᾶτο πάντων ὁ βασιλεὺς ὁ πανεύφημος, σχολῇ τε εὐτονωτάτῃ τὰς προτάσεις θατέρων τῶν μερῶν ὑπεδέχετο· ἐν μέρει τε ἀντιλαμβανόμενος τῶν παρ' ἑκατέρου τάγματος λεγομένων, ἠρέμα τε συνῆγε τοὺς φιλονείκως ἐνισταμένους, πράως τε ποιούμενος τὰς πρὸς ἕκαστον ὁμιλίας, ἑλληνίζων τε τῇ φωνῇ· ἐπειδὴ μηδὲ ταύτης ἀμαθῶς εἶχε, γλυκερός τις ἦν καὶ ἡδὺς, τοὺς μὲν συμπείθων, τοὺς δὲ καταδυσωπῶν τῷ λόγῳ, τοὺς δὲ εὖ λέγοντας ἐπαινῶν, πάντας τε εἰς ὁμόνοιαν ἐλαύνων ἕως ὅτε ὁμογνώμονας καὶ ὁμοδόξους ἐπ' αὐτῷ [ἐπ' αὐτοῦ] κατεστήσατο· ὡς ὁμοφρόνως μὲν κρατῆσαι τὴν εὐσεβῆ δοξολογίαν, κρατυνθῆναί τε τὴν ἀληθῶς ἐκ Πνεύματος ἁγίου παρὰ πάντων τῶν προῤῥηθέντων ἁγίων ἡμῶν Πατέρων ἐκφωνηθεῖσαν σωτήριον πίστιν. Ἐν τ' αὐτῷ δὲ καὶ περὶ τῆς σωτηρίου ἑορτῆς τοῦ Πάσχα ἵνα παρὰ πᾶσιν ὁμολογηθῆναι καιρὸν ἐνομοθέτησε. Τότε δὴ καὶ ἐγγράφως δι' ὑποσημειώσεως ἑκάστου τὰ κοινῇ δεδογμένα κυρωθῆναι ὡρίσατο· καὶ περὶ τῶν καθ' ἕκαστον ἐκκλησιαστικῶν διατυπώσεων καὶ κανόνων ἐγγράφως ἐκθεῖναι τοὺς ἐπισκόπους παρεγγυᾷ. »

ΚΕΦΑΛ. ΚΘ'.

Περὶ Ἀκεσίου ἐπισκόπου τῶν Ναυατιανῶν, καὶ τῶν σὺν αὐτῷ.

Κινεῖ δὲ ἡμᾶς ἡ τοῦ βασιλέως πίστις καὶ ἑτέρου πράγματος ἐπιμνησθῆναι, ὃς τὴν σπουδὴν καὶ πρόνοιαν τῆς ἐκκλησιαστικῆς εἰρήνης ἐποιεῖτο, ὡς μηδὲ τὰ ἐλάχιστα αὐτὸν παραλιπεῖν. Καὶ Ἀκέσιον γὰρ τῆς τῶν Ναυατιανῶν θρησκείας ἐπίσκοπον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ ἐκεκλήκει εἰς τὴν σύνοδον, ὡς καὶ αὐτοὺς τὸ ὁμοούσιον καὶ τὴν Τριάδα δοξάζοντας. Μετὰ οὖν τὸ ἐκτεθῆναι καὶ ὑπογραφῆναι παρά τε τῆς συνόδου καὶ τοῦ βασιλέως τὸν ὅρον τῆς πίστεως, ἠρώτα τὸν Ἀκέσιον Κωνσταντῖνος ὁ βασιλεὺς, εἰ καὶ αὐτὸς τῇ πίστει συντίθεται καὶ τῷ ὁρισμῷ τῆς περὶ τοῦ Πάσχα ἑορτῆς. Ὁ δὲ Ἀκέσιος πρὸς αὐτὸν, Οὐδὲν καινὸν, ἔφη, ὦ βασιλεῦ, ἡ σύνοδος ὥρισεν· οὕτω γὰρ ἄνωθεν ἅπαντες ἐκ τῶν ἀποστολικῶν θρόνων παρειλήφαμεν καὶ τὸν ὅρον τῆς πίστεως, καὶ τὸν χρόνον τῆς τοῦ πάσχα ἑορτῆς. Καὶ ὁ βασιλεὺς πρὸς αὐτόν· Τί οὖν τῆς κοινωνίας ἡμῶν χωρίζῃ; Ὁ δὲ Ἀκέσιος τὰ ἐπὶ Δεκίου κατὰ τὸν διωγμὸν γινόμενα περὶ τῶν ἐν τῷ μαρτυρίῳ μὴ δυνηθέντων ἀγωνίσασθαι, ἀλλὰ ἀρνησαμένων, διηγεῖτο, καὶ ἀκρίβειαν αὐστηροῦ κανόνος προεβάλλετο, λέγων· ὡς Ἄρα οὐ χρὴ τοὺς μετὰ τὸ βάπτισμα ἡμαρτηκότας δέχεσθαι μετανοοῦντας, ἢ τῆς κοινωνίας τοῦ μυστηρίου τοῦ λοιποῦ ἀξιοῦσθαι. Ταῦτα εἰπόντος τοῦ Ἀκεσίου, ἔφη πρὸς αὐτὸν ὁ βασιλεύς· Θὲς, ὦ Ἀκέσιε, κλίμακα μόνος, καὶ ἀνάβηθι εἰς τὸν οὐρανόν. Μετὰ ταῦτα πάντες οἱ ἐπίσκοποι διατυπώσεις ἐκκλησιαστικὰς διαφόρους ἐκτίθενται.

* Socr. lib. I, cap. 10; et Sozom. lib. I, cap. 21.

A concitata; imperator ille celeberrimus omnes benigne audiebat, intentissimo studio utriusque partis propositiones excipiebat: interdum etiam ferens opem alterutri disceptantium parti, eos magna cum contentione digladiantes paulatim reconciliabat, cum singulis comiter et benigne sermonem conferebat Græce: nam ne hujus quidem linguæ ignarus erat. Suavis erat et blandus, dum aliis persuadere, aliis sermone pudorem exprimere, alios qui diserte dixissent, collaudare, omnes denique ad concordiam reducere contendebat: usque eo donec tandem eos tum conspirantes animis, tum opinionibus consentientes redderet: ut pium Dominicæ gloriæ studium principatum uno consensu obtineret et prævaleret fides salutaris vere a Spiritu sancto per B omnes prædictos sanctos Patres nostros promulgata. Ibidem etiam lege sanxit, ut apud omnes unum tempus constaret pro salutaris Paschatis festivitate: tum etiam ut per expressam singulorum subscriptionem, quæ in communi decreta fuerant, firmarentur. Denique episcopos ut de ecclesiasticis constitutionibus et canonibus scriptum ederent, hortatus est. »

CAP. XXIX.

De Acesio Novatianorum episcopo, et qui cum illo erant.

Movet [50] **autem nos imperatoris fides, ut et aliud** C **quiddam commemoremus: qui tanto studio et prudentia in ecclesiasticam pacem incumbebat, ut ne minima quidem negligeret. Etenim Acesium sectæ** Novatianorum episcopum, et ejus socios in synodum vocavit, haud aliter quam ipsos qui consubstantiale et Trinitatem celebrabant. Ac postquam decisio de fide cum in commentarios relata, tum subscriptionibus confirmata a synodo et imperatore erat, imperator Constantinus sciscitabatur ab Acesio, utrum ipse eidem fidei, et decreto quoque de festi Paschatis observatione constituto assentiretur. Tum ille: Nihil novi, inquit, o imperator, concilium decrevit; nam antiquitus ab Apostolorum sedibus omnes eamdem fidei decisionem, et idem tempus festi Paschatis accepimus. D Tum imperator: Cur igitur te a communione nostra segregasti? Ille res regnante Decio gestas, et quæ persecutione ingruente acciderant, et de iis qui martyrii certamen decertare non poterant, sed Christum abnegabant, narravit, exquisitamque severi cujusdam canonis observationem in medium adduxit: Quod non oporteat eos qui post baptismum peccarunt, quamvis pœnitentes admittere, nec mysteriorum communione dignari [51]. Quæ cum dixisset Acesius, imperator sic illum denuo affatus est: Erigito tibi scalam, Acesi, et ad cœlum solus ascendito. Post hæc omnes episcopi varias ecclesiasticas constitutiones edunt.

[51] Conc. Eliber. can. 1.

CAP. XXX.

A

De diatyposibus ecclesiasticis sermo dogmaticus.

Versemur cum luce, quæ est Christus, tanquam ipsi propinqui exsistentes, et ipsum aspicientes. Sic in sanctificantibus precationibus exerceamus. Preces enim sanctificant, si divinum Verbum adoremus. Verbum autem divinum adest, ubi cor et pura vitæ institutio in humilitate conservatur. Laborabat Israel sacrificia perficiens; clamabant prophetæ ad Deum: « Emitte lucem tuam et veritatem tuam [52]. » Illi clamabant, et nos accepimus: « Alii laboraverunt, sicut Dominus dixit, et nos in laborem ipsorum introivimus. » Venit enim ad nos Dominus, dicens: « Ego sum lux, ego sum veritas [54]: » sine labore accepimus gratiam, sed cum labore oportet nos gratiam conservare.

De his qui dicunt non oportere Christianos laborare.

Quoniam aliqui nolentes laborare, sed curiosi esse, male interpretantur sacras Domini voces, dicentis: « Ne sitis solliciti animæ vestræ quid manducetis [55]: » perinde ac si verbis ipsis adhærentes non oporteret Christianos terram colere et laborare: demonstrandum est non sic dixisse Dominum. Possumus enim laborare, et securi esse, scientes et credentes, quod operum nostrorum incrementum et fructus ipse Dominus dat, qui dixit: « Sic est regnum Dei, quemadmodum si homo jaciat sementem in terram, et dormiat, et surgat nocte et die: et semen germinat, et assurgit, et non novit ipse [56]. »

De clericis sacri ordinis.

Clerici sacri ordinis cœlestium typi et imagines esse debent. Episcopus quidem debet obtinere locum Domini, tanquam caput post illum Ecclesiæ quam recepit: presbyter tenere debet sedem et locum seraphicum; diaconus autem cherubicum: minister vero his ministrare debet.

Quod non oportet laicos in suggestum ascendere.

Non licet laicos in suggestum ascendere, præter eos qui legere aut canere ex libris debent.

De sancto baptismate.

Baptisma nostrum non oculis corporis considerandum est, sed mentis. Aquam vides, considera virtutem Dei in aquis absconditam. In sancto enim Spiritu et igne baptizari nos docet Evangelium. In fide enim baptizantis, et fide baptizati, per sacram invocationem plenas sanctificatione Spiritus et ignis divini aquas considera. « Ipse enim, inquit, bap-

ΚΕΦΑΛ. Λ'.

Περὶ τῶν ἐκκλησιαστικῶν διατυπώσεων λόγος διδασκαλικός.

Ὁμιλήσωμεν τῷ φωτὶ, ὅ ἐστιν ὁ Χριστὸς, ὡς πλησίον αὐτοῦ ἑστῶτες, ὡς ὁρῶντες αὐτὸν, οὕτως πολιτευσώμεθα ταῖς εὐχαῖς ἁγιαζούσαις. Εὐχαὶ γὰρ ἁγιάζουσιν, ἐὰν λόγῳ θείῳ προσευχώμεθα· λόγος δὲ θεῖος πάρεστιν, ἔνθα καρδία καὶ πολιτεία καθαρὰ ἐν ταπεινοφροσύνῃ φυλάττεται. Ἔκαμνεν ὁ Ἰσραὴλ τὰς θυσίας ἐπιτελῶν· ἔκραζον οἱ προφῆται πρὸς τὸν Θεόν· « Ἐξαπόστειλον τὸ φῶς σου καὶ τὴν ἀλήθειάν σου. » Ἐκεῖνοι ἔκραζον, καὶ ἡμεῖς ἐλάβομεν· « Ἄλλοι κεκοπιάκασι, » καθὼς εἶπεν ὁ Κύριος, « καὶ ἡμεῖς εἰς τὸν κόπον αὐτῶν εἰσεληλύθαμεν. » Ἦλθε γὰρ

B

πρὸς ἡμᾶς αὐτὸς ὁ Κύριος λέγων· « Ἐγώ εἰμι τὸ φῶς, ἐγώ εἰμι ἡ ἀλήθεια. » Ἀκαμάτως ἐλάβομεν τὴν χάριν, ἀλλὰ διὰ καμάτου δεῖ ἡμᾶς φυλάξαι τὴν χάριν.

Περὶ τῶν λεγόντων μὴ δεῖν Χριστιανοὺς ἐργάζεσθαι.

Ἐπείπερ τινὲς οὐκ ἐργάζεσθαι βουλόμενοι, ἀλλὰ περιεργάζεσθαι, ἐκλαμβάνουσι κακῶς τὰς τοῦ Κυρίου ἱερὰς φωνὰς, εἰπόντος· « Μὴ μεριμνᾶτε τῇ ψυχῇ ὑμῶν, τί φάγητε· » ὡς οὐ χρῆναι λέγοντας, ἀκολουθοῦντας τῇ φωνῇ ταύτῃ ἐργάζεσθαι εἰς τὴν γῆν Χριστιανούς· ἀποδεικτέον ἡμῖν μὴ οὕτως εἰρηκέναι τὸν Κύριον. Ἐγχωρεῖ γὰρ καὶ ἐργάζεσθαι καὶ μὴ μεριμνᾷν, εἰδότας ἡμᾶς καὶ πιστεύοντας, ὅτι τῶν ἔργων ἡμῶν τὴν αὔξησιν, καὶ τοὺς καρποὺς αὐτὸς ὁ

C

Κύριος δίδωσιν, εἰπών· « Οὕτως ἐστὶν ἡ βασιλεία τοῦ Θεοῦ, ὡς ἐὰν ἄνθρωπος βάλῃ τὸν σπόρον αὐτοῦ ἐπὶ τὴν γῆν, καὶ καθεύδῃ, καὶ ἐγείρεται νύκτα καὶ ἡμέραν· καὶ ὁ σπόρος βλαστάνει καὶ μηκύνεται, ὡς οὐκ οἶδεν αὐτός. »

Περὶ τῶν ἱερουμένων.

Τοὺς ἱερουμένους εἰς τύπον καὶ εἰκόνα χρὴ εἶναι τῶν ἐπουρανίων· καὶ τὸν μὲν ἐπίσκοπον ἐπέχειν τὸν τόπον τοῦ Κυρίου, ὡς κεφαλὴν μετ' αὐτὸν ὄντα τῆς Ἐκκλησίας, ἧς παρείληφε. Τὸν δὲ πρεσβύτερον, τὸν σεραφικὸν ἐπέχειν θρόνον· τὸν δὲ διάκονον, τὸν χερουβικόν· τὸν ὑπηρέτην εἰς διακονίαν τούτων εἶναι προσήκει.

D

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν λαϊκοὺς ἀνιέναι ἐν τῷ ἄμβωνι.

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν λαϊκοὺς ἀνιέναι ἐν τῷ ἄμβωνι, πλὴν τῶν τεταγμένων ἀναγινώσκειν ἢ ψάλλειν ἐν ταῖς διφθέραις.

Περὶ τοῦ ἁγίου βαπτίσματος.

Τὸ βάπτισμα ἡμῶν οὐ τοῖς αἰσθητοῖς ὀφθαλμοῖς κατανοητέον, ἀλλὰ τοῖς νοεροῖς. Ὕδωρ ὁρᾷς, νόησον τὴν ἐν τοῖς ὕδασι κρυπτομένην τοῦ Θεοῦ δύναμιν. Ἐν γὰρ Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρὶ βαπτίζεσθαι ἡμᾶς οἱ ἱεροὶ διδάσκουσι λόγοι· ἐν γὰρ πίστει τοῦ βαπτίζοντος, καὶ ἐν πίστει τοῦ βαπτιζομένου, διὰ τῆς ἱερᾶς ἐπικλήσεως, πλήρη τοῦ ἁγιασμοῦ τοῦ Πνεύματος καὶ

[52] Psal. XLII, 3. [53] Joan. IV, 38. [54] Joan. VIII, 12; XIV, 6. [55] Matth. VI, 25. [56] Marc. IV, 26, 27.

τοῦ θείου πυρὸς νόει τὰ ὕδατα. « Αὐτὸς γάρ, φησί, βαπτίσει ὑμᾶς ἐν Πνεύματι ἁγίῳ καὶ πυρί. » Κατέρχεται μὲν οὖν ὁ βαπτιζόμενος ὑπεύθυνος ἁμαρτημάτων, καὶ τῇ τῆς φθορᾶς δουλείᾳ ἐνεχόμενος· ἀνέρχεται δὲ ἐλευθερωθεὶς τῆς τε τοιαύτης δουλείας καὶ τῆς ἁμαρτίας, Υἱὸς τοῦ Θεοῦ καὶ κληρονόμος χάριτι αὐτοῦ γεγονώς, συγκληρονόμος δὲ Χριστοῦ, αὐτὸν ἐνδυσάμενος τὸν Χριστόν, καθὼς γέγραπται· « Ὅσοι εἰς Χριστὸν ἐβαπτίσθητε, Χριστὸν ἐνεδύσασθε. »

Περὶ τῆς θείας τραπέζης, καὶ τοῦ ἐπ' αὐτὴν μυστηρίου τοῦ σώματος καὶ τοῦ αἵματος τοῦ Χριστοῦ.

Ἐπὶ τῆς θείας τραπέζης πάλιν κἀνταῦθα μὴ τῷ προκειμένῳ ἄρτῳ καὶ τῷ ποτηρίῳ ταπεινῶς προσέχωμεν. Ἀλλ' ὑψώσαντες ἡμῶν τὴν διάνοιαν, πίστει νοήσωμεν κεῖσθαι ἐπὶ τῆς ἱερᾶς ἐκείνης τραπέζης τὸν ἀμνὸν τοῦ Θεοῦ, τὸν αἴροντα τὴν ἁμαρτίαν τοῦ κόσμου, ἀθύτως ὑπὸ τῶν ἱερέων θυόμενον. Καὶ τὸ τίμιον αὐτοῦ σῶμα καὶ αἷμα ἀληθῶς λαμβάνοντας ἡμᾶς, πιστεύειν [*forte* πιστεύωμεν] ταῦτα εἶναι τὰ τῆς ἡμετέρας ἀναστάσεως σύμβολα. Διὰ τοῦτο γὰρ οὔτε πολὺ λαμβάνομεν, ἀλλ' ὀλίγον, ἵνα γνῶμεν ὅτι οὐκ εἰς πλησμονήν, ἀλλ' εἰς ἁγιασμόν.

Περὶ τῆς ἐκ νεκρῶν ἀναστάσεως.

Οὐχ ἁπλῶς ὁ Κύριος τὴν ἑαυτοῦ σάρκα ὑπὲρ ἡμῶν παρέδωκεν εἰς πάθος καὶ θάνατον, ἀλλ' ἵνα τὴν ἡμετέραν σωτηρίαν πραγματεύσηται, καίπερ ἐλεύθερος ὢν τοῦ θανάτου, καθὼς ἀνωτέρω ὁ λόγος ἀπέδειξε. Βοᾷ ὁ Προφήτης ὡς ἐκ προσώπου αὐτοῦ, προαναφωνῶν τὸ μέλλον τῆς κατὰ σάρκα αὐτοῦ οἰκονομίας μυστήριον· « Ἐγενήθην, φησίν, ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ἐν νεκροῖς ἐλεύθερος. » Τίς δὲ ἐλεύθερος θανάτου, εἰ μὴ Θεός; Ἀλλὰ κατὰ τὰς προαποδειχθείσας ἀποδείξεις σαρκωθεὶς διὰ φιλανθρωπίαν, γέγονεν ὡσεὶ ἄνθρωπος ἀβοήθητος, ταπεινώσας τὴν ἑαυτοῦ σάρκα μέχρι θανάτου, θανάτου δὲ σταυροῦ, ᾗ καὶ ἐγηγέρθαι κηρύττεται, ἵνα ἡμᾶς ἀπαθανατίσας, πρυτανεύσῃ ἡμῖν τοῖς ἀπεγνωσμένοις δι' αὐτῆς τῆς ἡμετέρας ἀπαρχῆς τὴν τῆς ἀναστάσεως ἡμῶν ἐλπίδα· ὅπως μηκέτι ὦμεν δοῦλοι τῷ αἰωνίῳ θανάτῳ, ἀλλ' ἐλεύθεροι, καθάπερ καὶ ἡ ἀπαρχὴ ἡμῶν Χριστός, καθά φησιν ὁ μακάριος ἀπόστολος Παῦλος· « Ἀπαρχὴ Χριστός, ἔπειτα οἱ τοῦ Χριστοῦ ἐν τῇ παρουσίᾳ αὐτοῦ. » Ὃν καὶ Σωτῆρα αὐτὸν δὴ τοῦτον τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν τὸν τοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς Υἱὸν μονογενῆ ἀπεκδέχεσθαι ἡμᾶς ἐξ οὐρανῶν, ἀναστήσοντα ἡμῶν ἐκ τῶν τάφων τὰ σώματα, ἐπιμαρτύρεται, λέγων· « Ἡμῶν τὸ πολίτευμα, φησίν, ἐν οὐρανοῖς ὑπάρχει, ἐξ οὗ καὶ Σωτῆρα ἀπεκδεχόμεθα Κύριον Ἰησοῦν Χριστόν, ὃς μετασχηματίσει τὸ σῶμα τῆς ταπεινώσεως ἡμῶν σύμμορφον τῷ σώματι τῆς δόξης αὐτοῦ. » Οὕτω γὰρ δεῖ τὸ σῶμα ἡμῶν δοξασθῆναι, ὡς τὸ τοῦ Δεσπότου, ἀνεπίδεκτον κακίας καὶ πάντων τῶν νῦν παθῶν, ἐλεύθερον τοῦ θανάτου καὶ τῆς ἁμαρτίας, ἅγιον· ἵνα ἐν καινότητι ζωῆς σὺν αὐτῷ περιπατῆσαι δυνηθῶμεν ἐν φωτὶ

A tizabit vos in Spiritu sancto et igne [87]. » Descendit itaque qui baptizatur reus peccatorum, et obnoxius servituti corruptionis : et ascendit liberatus ab hac servitute et peccato, factus filius Dei et hæres gratia ipsius, cohæres autem Christi, indutus ipsum Christum, sicut scriptum est : « Quicunque in Christum baptizati estis, Christum induistis [88]. »

De divina mensa, et de eo quod in ipsa est mysterio corporis et sanguinis Christi.

Iterum etiam hic in divina mensa ne humiliter intenti simus ad propositum panem et poculum : B sed attollentes mentem, fide intelligamus situm in sacra illa mensa agnum illum Dei, tollentem peccatum mundi, incruente a sacerdotibus immolatum : et pretiosum ipsius corpus et sanguinem vere sumentes, credere hæc esse nostræ resurrectionis symbola. Propter hoc enim neque multum accipimus, sed parum, ut sciamus quod non satietati, sed sanctimoniæ sumimus.

De resurrectione a mortuis.

Non simpliciter Dominus suam ipsius carnem pro nobis passioni et morti tradidit, sed ut nostram salutem procuraret, cum liber esset a morte, ut sermo superius demonstravit. Clamat Propheta quasi ex persona ipsius, prædicens futurum ejus C secundum carnem œconomiæ mysterium : « Factus sum, inquit, quasi homo sine adjutorio, inter mortuos liber [89]. » Quis autem liber a morte, nisi Deus? Sed juxta prius ostensas demonstrationes incarnatus propter hominum dilectionem, factus quasi homo sine adjutorio, humilians suam ipsius carnem usque ad mortem, mortem autem crucis [90], quæ et resurrexisse prædicatur : ut postquam nos immortales fecerit, per primitias nostras resurrectionis spem nobis etiam desperatis suppeditaret, ut non amplius obnoxii simus æternæ morti, sed liberi, quemadmodum et primitiæ nostræ Christus, ut inquit beatus apostolus Paulus : « Primitiæ Christus, deinde hi qui sunt Christi, in adventu ipsius [91]. » D Et ipsum Salvatorem hunc Dominum nostrum Jesum Christum Dei et Patris Filium unigenitum exspectare nos in cœlis, cum nostra corpora ex sepulcris excitaverit, testatur dicens : « Conversatio nostra in cœlis est, unde et Salvatorem Dominum nostrum Jesum Christum, qui reformabit corpus humilitatis nostræ, configuratum corpori claritatis suæ [92]. » Sic enim oportet corpus nostrum clarificari, sicut et corpus Domini, ut malitiam et eas quæ nunc sunt passiones suscipere nequeat, liberum a morte et peccato, sanctum, ut in novitate vitæ cum ipso possimus ambulare in cœlesti lumine, semper cum ipso Christo regnantes. In hac enim

[87] Matth. III, 11. [88] Galat. III, 27. [89] Psal. LXXXVII, 5, 6. [90] Philipp. II, 8. [91] I Cor. XV, 23. [92] Philipp. III, 20.

spe sanctum baptisma percepimus, et salutarem sanctorum ejus membrorum participationem suscipimus. Hæc Ecclesiæ catholicæ dogmata sunt.

Quod una est Ecclesia Dei.

Una est Ecclesia in cœlo, eadem et in terra : et in hac requiescit Spiritus sanctus. Hæreses autem quæ extra hanc sunt, quas habent homines, non sunt doctrinæ Salvatoris nostri, neque apostolorum, sed Satanæ et patris eorum diaboli. Quæ autem sunt hæreses Judæorum et Græcorum, alio docent modo, ut veram vitam hominibus auferant.

De providentia Dei, et de mundo.

Minor mundus per providentiam factus est : prævidit enim Deus peccaturum esse hominem. Idcirco novos cœlos et novam terram speramus, juxta sacras Litteras [63], apparente nobis præsentia et regno magni Dei et Salvatoris nostri Jesu Christi : « Et tunc, ut ait Daniel, percipient sancti regnum Altissimi [64], » et erit terra pura, sancta terra viventium, et non mortuorum; quam oculis fidei prævidens David clamat : « Credo videre bona Domini in terra viventium [65], » terra mansuetorum et humilium. « Beati, inquit, mites, quoniam ipsi possidebunt terram [66]. » Et propheta : « Et calcabunt ipsam, ait, pedes mansuetorum et humilium [67]. » Has ex elaboratis a sanctis nostris Patribus constitutionibus ecclesiasticis, paucas ex multis hoc commentario C descripsimus. Ediderunt autem et ecclesiasticos canones viginti in Nicæna synodo : quos ipsos necessarium existimavi huic scripto inserere.

A ἐπουρανίῳ, συμβασιλεύοντες ἀεὶ αὐτῷ τῷ Χριστῷ. Ἐν ταύτῃ γὰρ τῇ ἐλπίδι καὶ τὸ ἅγιον εἰλήφαμεν βάπτισμα, καὶ τὴν σωτήριον τῶν ἁγίων αὐτοῦ μελῶν μετουσίαν ὑποδεχόμεθα. Ταῦτα τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας τὰ δόγματα.

Ὅτι μία ἡ Ἐκκλησία τοῦ Θεοῦ.

Μία ἡ Ἐκκλησία ἐν οὐρανοῖς, ἡ αὐτὴ καὶ ἐπὶ γῆς· ἐν ταύτῃ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐπαναπαύεται. Αἱ ἔξω ταύτης οὖσαι αἱρέσεις, ἃς ἔχουσιν οἱ ἄνθρωποι, οὐκ εἰσὶ διδασκαλίαι τοῦ Σωτῆρος ἡμῶν, οὐδὲ τῶν ἀποστόλων, ἀλλὰ τοῦ Σατανᾶ, καὶ τοῦ πατρὸς αὐτῶν τοῦ διαβόλου. Τὰ γὰρ Ἰουδαίων καὶ Ἑλλήνων ἑτέρῳ σχήματι ἐκδιδάσκουσιν, ἵνα ἀφέλωνται τῶν ἀνθρώπων τὴν ὄντως ζωήν.

Περὶ τῆς τοῦ Θεοῦ προγνώσεως, καὶ τοῦ κόσμου.

B Μικρότερος ὁ κόσμος ἐγένετο διὰ τὴν πρόγνωσιν· προέγνω γὰρ ὁ Θεὸς ὅτι ἁμαρτήσει ὁ ἄνθρωπος. Διὰ τοῦτο καινοὺς οὐρανοὺς καὶ καινὴν γῆν προσδοκῶμεν, κατὰ τὰ ἱερὰ γράμματα, φαινομένης ἡμῖν τῆς ἐπιφανείας καὶ βασιλείας τοῦ μεγάλου Θεοῦ καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ. « Καὶ παραλήψονται τότε, καθά φησι Δανιὴλ, τὴν βασιλείαν ἅγιοι Ὑψίστου, » καὶ ἔσται ἡ γῆ καθαρὰ, ἁγία γῆ ζώντων, καὶ οὐ νεκρῶν· ἣν προεωρακὼς Δαυὶδ τῷ τῆς πίστεως ὀφθαλμῷ, βοᾷ· « Πιστεύω τοῦ ἰδεῖν τὰ ἀγαθὰ Κυρίου ἐν γῇ ζώντων, » γῇ πραέων καὶ ταπεινῶν. « Μακάριοι γὰρ, φησὶν, οἱ πραεῖς, ὅτι αὐτοὶ κληρονομήσουσι τὴν γῆν. » Καὶ ὁ προφήτης· « Καὶ πατήσουσιν αὐτὴν, φησὶ, πόδες πραέων καὶ ταπεινῶν. » Ταῦτα ἐκ τῶν σπουδασθέντων τοῖς ἁγίοις ἡμῶν Πατράσιν ἐκκλησιαστικῶν διατυπώσεων, μικρὰ ἐκ πολλῶν, τῇδε τῇ συγγραφῇ συνετάξαμεν. Ἐξέθεντο δὲ καὶ ἐκκλησιαστικοὺς κανόνας εἴκοσιν ἐν αὐτῇ τῇ ἐν Νικαίᾳ συνόδῳ, οὓς καὶ αὐτοὺς ἀναγκαῖον ᾠήθην ἐντάξαι τῷ γράμματι.

Canones ecclesiastici sanctæ magnæque (23) synodi Nicænæ.

Definita sunt hæc quæ subjicientur.

CAPUT XXXI.

I.

De eunuchis qui seipsos castraverunt.

Si quis in ægritudine a medicis

Ὅροι ἐκκλησιαστικοὶ συναχθείσης τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης συνόδου ἐν (24) Νικαίᾳ.

Ὡρίσθη τὰ ὑποτεταγμένα.

ΚΕΦΑΛ. ΛΑ'.

Α'.

Περὶ εὐνούχων ἀποκοψάντων ἑαυτούς.

Εἴτις ἐκ νόσου ὑπὸ ἰατροῦ ἐχει-

(25) *Canones ecclesiastici sanctæ magnæque synodi Nicænæ.*

Definita sunt hæc quæ subjiciuntur.

CAPUT XXXI

I.

[68] *De excisis.*

Si quis per ægritudinem vel a

[63] Isa. LXV, 17. [64] Dan. VII, 18. [65] Psal. XXVI, 13. [66] Matth. V, 4. [67] Isa. XXVI, 6. [68] *Al.* De his qui se absciderint, aut castraverint.

(23) Versio sequens in plerisque diversa est ab iis quas supra exhibuimus a pag. 667.

(24) Eosdem habes supra p. 667.

(25) In uno eodemque vetustissimo exempiari ms. quod ex Petri Pithœi monumentis non ita pridem editum est Parisiis in Typographeo Regio, quatuor sunt editiones canonum Nicænorum, binæ binis e regione appositæ. Quarum prima est, quæ Dionysii Exigui superius pag. 639 est appellata : quarta, quæ Isidori nomine ibidem pag. 686., est edita. Hoc itaque loco visum Harduino est tertiam ex illis repræsentare, expuncta Balforei interpretatione, nec satis, ut ille ait, accurata, nec alicujus auctoritatis; præsertim cum hæc tertia et titulos habeat fere eosdem, atque codex cl. Hardyi, senatoris Parisiensis, superius laudatus; et initium exhibeat sexti canonis Nicæni, quale a Paschasio Latine recitatur in actione XVI concilii Chalcedonensis. Nobis Labbeanam editionem recudentibus non licuit Balforei interpretationem, qualiscunque ea sit, omittere; ne quid vero in hac desideretur, quod in Harduini collectione occurrat, placuit tertiam illam veterem interpretationem hic e regione Balforeanæ, et Græci textus apponere, qualis ab Harduino exhibetur. Secunda vero ex prædictis quatuor editionibus, ea ipsa est, quæ in concilio Carthaginensi VI, suo loco exhibet Labbeus; cujus titulos hic in margine tertiæ adjecit Harduinus, quoniam Græco textui sunt magis affines. Has porro quatuor editiones olim ab Isidoro collectas, et visas fuisse Hincmaro Remensi.

medicis sectus est, vel a barbaris castratus est, iste permaneat in clero. Quod si quis sanus seipsum exsecuerit, hunc amplius in clero non haberi convenit: et deinceps neminem talem oportet promoveri. Sicut autem manifestum est illud dictum esse de iis qui eam rem consulto instituerunt, et ausi sunt seipsos exscindere: ita si qui vel a barbaris, vel a dominis suis eunuchi facti sint, et inveniantur alioqui digni, eos in clerum recipit canon.

II.

[69] *De neophytis neque ad episcoporum neque ad presbyterorum ordinem evehendis.*

Quoniam multa sive per necessitatem, sive alias cogentibus, contra regulam ecclesiasticam gesta sunt; ita ut homines ex vita gentili nuper adhuc accedentes ad fidem, et parvo tempore catechizati, vel instructi, statim cum ad spiritalem baptismum venerint, et continuo baptizati fuerint, etiam ad episcopatum vel presbyterium proveherentur; rectum esse visum est de cætero nihil tale fieri. Nam et tempore opus est ut sit catechumenus, et post baptisma multa probatione indiget. Evidens namque est apostolicum præceptum docens: « Non neophytum, ne elatus in judicium incidat, et laqueum diaboli [70]. » Si vero procedente tempore, quod animæ noceat peccatum inventum fuerit in ea persona, et convincitur duobus vel tribus testibus, cessabit a clero, qui hujusmodi est. Si quis vero præter hæc facit, tanquam contraria statutis sancti hujus concilii gerens, etiam ipse de statu sui ordinis periclitabitur.

III.

[71] *De synesactis.*

Omnimodis interdixit sancta

ρουργήθη, ἢ ὑπὸ βαρβάρων ἐξετμήθη, οὗτος μενέτω ἐν τῷ κλήρῳ. Εἰ δέ τις ὑγιαίνων ἑαυτὸν ἐξέτεμε, τοῦτον καὶ ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενον πεπαῦσθαι προσήκει, καὶ ἐκ τοῦ δεῦρο μηδένα τῶν τοιούτων χρῆναι προσάγεσθαι [Ισ. προάγεσθαι]. Ὥσπερ δὲ τοῦτο πρόδηλον, ὅτι περὶ τῶν ἐπιτηδευόντων τὸ πρᾶγμα, καὶ τολμώντων ἑαυτοὺς ἐκτέμνειν, εἴρηται· οὕτως εἴ τινες ὑπὸ βαρβάρων ἢ δεσποτῶν εὐνουχίσθησαν, εὑρίσκοιντο δὲ ἄλλως ἄξιοι, τούτους εἰς κλῆρον προσίεται ὁ κανών.

Β'.

Περὶ τῶν ἀπὸ ἐθνικῶν εἰς χειροτονίαν πραχθέντων.

Ἐπειδὴ πολλὰ εἴτε ὑπὸ ἀνάγκης, ἢ ἄλλως πως ἐπειγομένων τῶν ἀνθρώπων ἐγένετο παρὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν, ὥστε ἀνθρώπους ἀπὸ ἐθνικοῦ βίου ἄρτι προσελθόντας τῇ πίστει, καὶ ἐν ὀλίγῳ χρόνῳ κατηχηθέντας, εὐθὺς ἐπὶ τὸ πνευματικὸν λουτρὸν ἄγειν, καὶ ἅμα τῷ βαπτισθῆναι προσάγειν [Ισ. προάγειν] εἰς ἐπίσκοπον, ἢ πρεσβύτερον, καλῶς ἔχειν ἔδοξε τοῦ λοιποῦ μηδὲν τοιοῦτον γίνεσθαι· καὶ γὰρ καὶ χρόνου δεῖ τῷ κατηχουμένῳ, καὶ μετὰ τὸ βάπτισμα δοκιμασίας πλείονος. Σαφὲς γὰρ τὸ ἀποστολικὸν γράμμα τὸ λέγον· « Μὴ νεόφυτον, ἵνα μὴ τυφωθεὶς εἰς κρῖμα ἐμπέσῃ καὶ παγίδα τοῦ διαβόλου. » Εἰ δὲ προϊόντος τοῦ χρόνου ψυχικόν τι ἁμάρτημα εὑρεθείη περὶ τὸ πρόσωπον, καὶ ἐλέγχοιτο ὑπὸ δύο καὶ τριῶν μαρτύρων, παυσεται ὁ τοιοῦτος τοῦ κλήρου· ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν, ὡς ὑπεναντία τῇ μεγάλῃ συνόδῳ θρασυνόμενος, αὐτὸς κινδυνεύσει περὶ τοῦ κλήρου (26).

Γ'.

Περὶ τῶν τὰς συνεισάκτους ἐχόντων.

Ἀπηγόρευσε καθόλου ἡ μεγάλη

excisus sit, vel a barbaris excisus, ille permaneat in clero. Si quis autem semetipsum sanus abscidit, hic etiam, etsi est in clero, cessare debet: et ex hoc nullum talem oportet ordinari. Sicut ergo de his qui vel affectaverunt, vel ausi sunt seipsos abscindere, hæc quæ diximus statuta sunt: ita si qui vel a barbaris, vel a dominis suis eunuchi facti sunt, et probabilis vitæ sunt, tales hos suscipit ecclesiastica regula.

II.

De his qui ab ethnicis venientes ordinantur.

Quoniam multa vel pro necessitate, vel alioqui cogentibus hominibus contra canonem ecclesiasticum facta sunt, ita ut homines ex vita gentili nuper accedentes ad fidem, et exiguo tempore eruditi, statim ad spiritale lavacrum ducantur, et simul atque baptizati fuerint, ad episcopi vel presbyteri dignitatem promoveantur: recte igitur visum est, de cætero nihil tale debere fieri. Nam et tempore opus habet catechumenus, et post baptismum longiori probatione indiget. Evidens namque apostolicum præceptum est, dicens: « Non neophytum, ne forte inflatus in judicium incidat, et laqueum diaboli. » Si vero procedente tempore, animi aliquod peccatum inveniatur in ea persona, et duobus vel tribus testibus convincatur, abstineat talis a clero. Si quis vero adversus hæc facit, tanquam adversus magnum concilium aliquid audens, de clericatu periclitabitur.

III.

De his qui mulieres subintroductas habent.

Magna synodus plenissime ve-

[69] *Al.* De his qui ex ethnicis post baptisma ad clerum applicantur. [70] I Tim. III, 6. [71] *Al.* De commanentibus mulieribus.

refert Franc. Turrianus lib. V Defensionis pro epist. Pontif. cap. 23, his verbis: *Isidori meminit Hincmarus archiepiscopus Remensis in lib. De variis capitulis ecclesiasticis cap. 23, de translatione e Græco conciliorum et canonum: sic enim ait: Et beatus Isidorus in Collectario suo de canonibus quatuor editiones Nicæni concilii compaginavit.*

(26) Joannes Antiochenus, περὶ τοῦ κλήρου τοῦ ἰδίου. HARD.

synodus, neque episcopo, neque presbytero, neque diacono, neque ulli omnino clericorum permittit habere secum mulierem extraneam, nisi forte mater sit, aut soror, aut amita. In his namque personis et harum similibus omnis suspicio declinatur. Qui aliter præter hæc agit, periclitabitur de clero suo.

σύνοδος, μήτε ἐπισκόπῳ, μήτε πρεσβυτέρῳ, μήτε διακόνῳ, μήθ' ὅλως τῶν ἐν τῷ κλήρῳ τινὶ ἐξεῖναι συνείσακτον ἔχειν. Πλὴν εἰ μὴ ἄρα μητέρα ἢ ἀδελφὴν ἢ θεῖαν, ἢ ἃ μόνα πρόσωπα διαπέφευγε πᾶσαν ὑποψίαν. Ὁ δὲ παρὰ ταῦτα ποιῶν κινδυνεύσει περὶ τὴν ἑαυτοῦ ἀξίαν.

tuit episcopum, presbyterum, diaconum aut ullum clericorum habere secum mulierem introductam: nisi forte matrem vel sororem vel amitam, vel denique eas solas personas, quæ omni suspicione carere solent. Qui secus faxit, de dignitate sua periclitabitur.

IV.

[13] De episcopis a comprovincialibus ordinandis.

Oportet episcopum maxime quidem ab omnibus qui sunt in provincia episcopis ordinari. Si vero hoc difficile fuerit, sive urgente necessitate, sive itineris longitudine; certe omni modo tres episcopi in unum debent esse congregati; ita ut etiam cæterorum absentium consensum et sententiam per litteras teneant, et ita faciant ordinationem. Potestas sane vel confirmatio pertinebit per singulas provincias ad metropolitanum.

Δ'.

Περὶ καταστάσεως ἐπισκόπων.

Ἐπίσκοπον προσήκει μάλιστα μὲν ὑπὸ πάντων τῶν ἐν τῇ ἐπαρχίᾳ ἐπισκόπων καθίστασθαι· εἰ δὲ δυσχερὲς εἴη τὸ τοιοῦτον, ἢ διὰ κατεπείγουσαν ἀνάγκην, ἢ διὰ μῆκος ὁδοῦ, ἐξάπαντος τρεῖς ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένους, συμψήφων γενομένων καὶ τῶν ἀπόντων, καὶ συντιθεμένων διὰ γραμμάτων, τότε τὴν χειροτονίαν ποιεῖσθαι· τὸ δὲ κῦρος τῶν γινομένων δίδοσθαι εἰς ἑκάστην ἐπαρχίαν τῷ μητροπολίτῃ ἐπισκόπῳ.

IV.

De ordinatione episcopi.

Episcopum oportet maxime ab omnibus episcopis qui in provincia sunt, constitui: quod si hoc difficile vel ob urgentem aliquam necessitatem, vel ob itineris longitudinem fuerit, certe tres in unum locum convenientes, dummodo consenserint qui absunt, et per litteras approbaverint, manus impositionem faciant. Confirmatio vero eorum quæ fiunt in singulis provinciis, dari debet a metropolitano episcopo.

V.

[14] De his qui excommunicantur, sive clericis, sive laicis.

De his qui excommunicantur ab episcopis suis per suas quasque provincias, servetur ista sententia secundum canonem, ut hi qui ab aliis excommunicantur, ab aliis non recipiantur. Requiratur sane, ne forte quis pro aliqua indignatione animi aut contentione, aut qualibet commotione stomachantis episcopi abjectus sit. Ut ergo hæc digna possint examinatione perquiri, rectum esse visum est per singulos annos in singulis quibusque provinciis bis in anno episcoporum concilia fieri; ut simul in unum convenientes episcopi ex universis provinciis, hujusmodi examinent quæstiones; et ita demum hi qui ob culpas suas episcoporum suorum offensam merito contraxerint, digne etiam a cæteris episcopis excommunicati sint: usquequo in commune omnibus, aut ipsi episcopo suo, placeat humaniorem circa eos ferre sententiam. Fiant

Ε'.

Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γινομένων.

Περὶ τῶν ἀκοινωνήτων γινομένων, εἴτε τῶν ἐν τῷ κλήρῳ, εἴτε τῶν ἐν τῷ λαϊκῷ τάγματι, ὑπὸ τῶν καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν ἐπισκόπων, κρατείτω ἡ γνώμη κατὰ τὸν κανόνα, τοὺς ὑφ' ἑτέρων ἀποβληθέντας, ὑφ' ἑτέρων μὴ προσίεσθαι. Ἐξεταζέσθω δὲ, μὴ μικροψυχίᾳ, ἢ φιλονεικίᾳ, ἤ τινι τοιαύτῃ ἀηδίᾳ τοῦ ἐπισκόπου, ἀποσυνάγωγοι γεγένηνται. Ἵνα οὖν τοῦτο τὴν πρέπουσαν ἐξέτασιν λαμβάνῃ, καλῶς ἔχειν ἔδοξεν ἑκάστου ἐνιαυτοῦ καθ' ἑκάστην ἐπαρχίαν δὶς τοῦ ἔτους συνόδους γίνεσθαι, ἵνα κοινῇ πάντων τῶν ἐπισκόπων τῆς ἐπαρχίας ἐπὶ τὸ αὐτὸ συναγομένων, τὰ τοιαῦτα ζητήματα ἐξετάζοιτο· καὶ οὕτως οἱ ὁμολογουμένως προσκεκρουκότες τῷ ἐπισκόπῳ κατὰ λόγον ἀκοινώνητοι παρὰ πάντων εἶναι δοκῶσι, μέχρις ἂν τῷ κοινῷ ἢ τῷ ἐπισκόπῳ δόξῃ τὴν φιλανθρωποτέραν περὶ αὐτῶν ἐκθέσθαι ψῆφον. Αἱ δὲ σύνοδοι γινέσθωσαν, μία μὲν πρὸ τῆς Τεσσαρακοστῆς, ἵνα πάσης

V.

De excommunicatis.

De iis qui excommunicantur, sive in clero sint, sive in laicorum ordine, ab cujusque provinciæ episcopis, obtineat sententia secundum canonem jubentem, ab aliis ejectos, ab aliis non admitti. Exquiratur autem num impotentia animi, aut pertinacia, aut aliqua alia indignatione episcopi sint excommunicati. Ut igitur istud conveniente inquisitione examinetur, recte placuit quotannis per singulas provincias bis in anno synodos fieri, ut omnibus provinciæ episcopis simul in unum locum convenientibus, hujusmodi quæstiones excutiantur, et ita demum qui manifeste episcopum offenderint, merito apud omnes excommunicati habeantur, donec communi episcoporum cœtui, vel privatim ipsi episcopo, visum fuerit humaniorem de ipsis ferre sententiam. Synodi autem fiant, una quidem ante Quadragesimam, ut omni simultate deposita, donum mundum

[13] *Al.* De ordinatione episcoporum. [14] *Al.* De excommunicatione.

autem concilia semel quidem ante dies Quadragesimæ; ut omnibus si quæ sunt simultatibus amputatis, mundum solemne Deo munus possit offerri. Secundum vero fiat circa tempus autumni.

μικροψυχίας ἀναιρουμένης, τὸ δῶρον καθαρὸν προσφέρηται τῷ Θεῷ· δευτέρα δὲ περὶ τὸν τοῦ μετοπώρου καιρόν.

offeratur Deo : altera vero circa tempus autumni.

VI.

[74] ***Quod Ecclesia Romana semper habuit primatum.***

Teneat autem morem antiquum et Ægyptus, vel Libya, et Pentapolis : ita ut episcopus Alexandriæ harum omnium habeat potestatem ; quoniam et Romano episcopo hæc est consuetudo. Similiter autem et qui in Antiochia constitutus est. Itaque et in cæteris provinciis privilegia salva sint Ecclesiarum. Omnino autem manifestum sit hoc : quod si quis præter voluntatem metropolitani fuerit episcopus ordinatus, hunc statuit hæc sancta synodus non debere esse episcopum. Sane si communi omnium consensu rationabiliter habito, et secundum ecclesiasticam regulam facto decreto, duo aliqui aut tres per contentionem suam contradixerint, obtineat sententia plurimorum.

Ϛʹ.

Περὶ τῶν ἐξαιρέτων τιμῶν, αἳ πρὸς τοὺς μείζονας κυβερνῶσιν ἐπισκόπους (27) ἐκκλησιαστικῶς ἐκανονίσθησαν.

Τὰ ἀρχαῖα ἔθη κρατείτω, τὰ ἐν Αἰγύπτῳ καὶ Λιβύαις καὶ Πενταπόλει, ὥστε τὸν ἐν Ἀλεξανδρείᾳ ἐπίσκοπον πάντων ἔχειν τὴν ἐξουσίαν, ἐπειδὴ καὶ τῷ ἐν Ῥώμῃ ἐπισκόπῳ τοῦτο σύνηθές ἐστιν. Ὁμοίως δὲ καὶ κατὰ τὴν Ἀντιόχειαν, καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ἐπαρχίαις τὰ πρεσβεῖα σώζεσθαι ταῖς Ἐκκλησίαις. Καθόλου δὲ πρόδηλον ἐκεῖνο, ὅτι εἴ τις χωρὶς γνώμης τοῦ μητροπολίτου γένοιτο ἐπίσκοπος, τὸν τοιοῦτον ἡ σύνοδος ἡ μεγάλη ὥρισε μὴ δεῖν εἶναι ἐπίσκοπον· ἐὰν μέντοι τῇ κοινῇ πάντων ψήφῳ εὐλόγῳ οὔσῃ καὶ κατὰ τὸν κανόνα τὸν ἐκκλησιαστικὸν, δύο ἢ τρεῖς δι' οἰκείαν φιλονεικίαν ἀντιλέγωσι, κρατείτω ἡ τῶν πλειόνων ψῆφος

VI.

De præcipuis honoribus qui majori episcopo in gubernatione ecclesiastica decreti sunt.

Antiquus mos valeat qui in Ægypto est, Libya et Pentapoli, ut Alexandrinus episcopus omnium potestatem habeat, quoniam et urbis Romæ episcopo consuetum hoc est. Similiter autem et apud Antiochiam et cæteras provincias unicuique suus servetur honor. Illud omnino manifestum est, quod si quis præter sententiam metropolitæ factus fuerit episcopus, hunc magna synodus censuit non oportere esse episcopum : si vero communi omnium suffragio, eoque justo secundum ecclesiasticum canonem comprobato, contradixerint duo aut tres propria pertinacia inducti, valeat plurimorum sententia.

VII.

[75] ***De honore Hierosolymitani episcopi.***

Quoniam antiquus mos obtinuit, et vetusta traditio, ut Æliæ, id est, Hierosolymorum episcopo deferatur, habeat consequenter honorem. Metropolitano suo dignitas salva sit.

Ζʹ.

Περὶ τοῦ ἐν Αἰλίᾳ ἐπισκόπου.

Ἐπειδὴ συνήθεια κεκράτηκε, καὶ παράδοσις ἀρχαία, ὥστε τὸν ἐν Αἰλίᾳ ἐπίσκοπον τιμᾶσθαι, ἐχέτω τὴν ἀκολουθίαν τῆς τιμῆς, τῇ μητροπόλει σωζομένου τοῦ οἰκείου ἀξιώματος.

VII.

De Æliæ episcopo.

Quoniam consuetudo obtinuit et antiqua traditio, ut Æliæ episcopus honoretur, habeat proximum gradum honoris, salva propria dignitate metropolis.

VIII.

[76] ***De his qui dicuntur mundi, quo genere suscipiendi sint.***

De his qui seipsos Catharos, id est Mundos, vocant, si qui veniant ad Ecclesiam catholicam, placuit sancto concilio ut ordinentur, et sic maneant in clero. Ante omnia vero hoc eos per scripturam convenit profiteri ; ut fateantur se cum omni consensu observaturos catholicæ et apostolicæ statuta Ecclesiæ, id est, communicatu-

Ηʹ.

Περὶ ὀνομαζομένων Καθαρῶν.

Περὶ τῶν ἑαυτοὺς μὲν ὀνομαζόντων Καθαρούς ποτε, προσερχομένων δὲ τῇ ἁγιωτάτῃ ἀποστολικῇ καὶ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε χειροτονουμένους αὐτοὺς οὕτως μένειν ἐν τῷ κλήρῳ. Πρὸ ἁπάντων δὲ τούτων ὁμολογῆσαι αὐτοὺς ἐγγράφως προσήκει, ὅτι συνθήσονται καὶ ἀκολουθήσουσι τοῖς τῆς καθολικῆς

VIII.

De iis qui vocantur Cathari, id est puri.

De iis qui se aliquando vocarunt Catharos, cum ad sanctam catholicam et apostolicam Ecclesiam venerint, placuit sancto et magno concilio, ut manus iis imponantur, et sic maneant in clero. Ante omnia profiteri ipsos scripto oportet, quod observabunt et sequentur catholicæ et apostolicæ Ecclesiæ dogmata, hoc est,

[74] *Al.* De privilegiis quæ quibusdam civitatibus competunt. [75] *Al.* De episcopo Æliæ, id est, Hierosolymorum. [76] *Al.* De his qui se nominant Catharos.

(27) Vel potius, αἳ τοῖς μείζονας κυβερνῶσιν ἐπισκοπάς. HARD.

ros se his, qui forte secundas nuptias experti sunt, vel his qui persecutionis tempore lapsi sunt: quibus tamen pœnitentiæ modus et tempus sequantur ea quæ in catholica et apostolica observantur Ecclesia. Sicubi igitur vel, in vicis vel in urbibus soli ipsi reperti fuerint ordinati, hi qui inveniuntur in clero, in eo permaneant. Si vero episcopus vel presbyter catholicæ Ecclesiæ fuerit, ad quem aliqui ex his accedunt: certum est quod episcopus Ecclesiæ habeat suam dignitatem. Similiter et presbyter et diaconus debent. Hi vero qui ab istis veniunt, si forte episcopus fuerit, habeat presbyterii dignitatem: nisi forte placeat episcopo catholico concedere ei etiam episcopalis nominis honorem. Si vero non placuerit, inveniat ei locum, ut sit in parochia chorepiscopus aut presbyter, dummodo permanere videatur in clero: et ne in una civitate duo sint episcopi.

καὶ ἀποστολικῆς Ἐκκλησίας δόγμασι, τοῦτ' ἔστι διγάμοις κοινωνῶν, καὶ τοῖς ἐν τῷ διωγμῷ παραπεπτωκόσιν, ἐφ' ὧν καὶ χρόνος τέτακται, καὶ καιρὸς ὥρισται, ὥστε αὐτοὺς ἀκολουθεῖν ἐν πᾶσι τοῖς δόγμασι τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας. Ἔνθα μὲν οὖν πάντες εἴτε ἐν κώμαις, εἴτε ἐν πόλεσιν αὐτοὶ μόνοι εὑρίσκοιντο χειροτονηθέντες, εὑρισκόμενοι ἐν τῷ κλήρῳ, ἔσονται ἐν τῷ αὐτῷ σχήματι. Ὅσοι δὲ τοῦ τῆς καθολικῆς Ἐκκλησίας ἐπισκόπου ἢ πρεσβυτέρου ὄντος, προσέρχονται, πρόδηλον ὡς ὁ μὲν ἐπίσκοπος τῆς Ἐκκλησίας ἕξει τὸ ἀξίωμα τοῦ ἐπισκόπου· ὁ δὲ ὀνομαζόμενος παρὰ τοῖς Καθαροῖς ἐπίσκοπος τὴν τοῦ πρεσβυτέρου τιμὴν ἕξει· πλὴν εἰ μὴ ἄρα δοκοίη τῷ ἐπισκόπῳ τῆς τιμῆς τοῦ ὀνόματος αὐτὸν μετέχειν. Εἰ δὲ μὴ τοῦτο αὐτῷ ἀρέσκοι, ἐπινοήσει τόπον ἢ χωρεπισκοπῆς ἢ πρεσβυτέρου, ὑπὲρ τοῦ ἐν τῷ κλήρῳ ὅλως δοκεῖν εἶναι, ἵνα μὴ ἐν τῇ πόλει δύο ἐπίσκοποι ὦσιν.

quod communicabunt cum his qui secundas nuptias experti sunt, et his qui persecutionis tempore lapsi sunt, quibus tamen et tempus constitutum et dies definitus est, ut sequantur in omnibus decreta catholicæ Ecclesiæ. Ubicunque igitur sive in pagis sive in urbibus ipsi inveniantur ordinati, inventi in clero, erunt in eodem ordine: quicunque autem eo veniunt, ubi jam est Ecclesiæ catholicæ episcopus aut presbyter, manifestum quod episcopus Ecclesiæ habebit auctoritatem episcopi: qui autem a Catharis vocatur episcopus, presbyteri honorem habebit: nisi forte placuerit episcopo nominis honorem illi impertire. Sin minus hoc ei placuerit, providebit illi locum vel chorepiscopi, vel presbyteri; ut omnino ille in clero esse videatur, et in una urbe non sint duo episcopi.

IX.

[77] *De his qui inexaminati ordinantur.*

Si qui sine examinatione provecti presbyteri, et post examinati confessi fuerint peccata sua, et cum confessi fuerint, contra regulam venientes homines manus temere eis imposuerint, hos ecclesiasticus ordo non recipit. In omnibus enim quod irreprehensibile est catholica defendit Ecclesia.

Θ'.

Περὶ χειροτονίας πρεσβυτέρων.

Εἴ τινες ἀνεξετάστως προήχθησαν πρεσβύτεροι, ἢ ἀνακρινόμενοι ὡμολόγησαν τὰ ἡμαρτημένα αὐτοῖς, καὶ ὁμολογησάντων, παρὰ κανόνα κινούμενοι ἄνθρωποι χεῖρας ἐπιτεθείκασι, τοὺς τοιούτους ὁ κανὼν οὐ προσίεται. Τὸ γὰρ ἀνεπίληπτον ἐκδικήσει ἡ καθολικὴ Ἐκκλησία.

IX.

De ordinatione presbyterorum.

Si qui citra examinationem promoti sunt presbyteri, aut examinati confessi sunt peccata sua, et postquam confessi sunt, homines commoti manus eis imposuerint præter canonem, tales non admittit canon. Quod enim reprehensione caret, tuetur Ecclesia catholica.

X.

[78] *De lapsis ordinatis.*

Quicunque ex his qui lapsi sunt, per ignorantiam ordinati sunt, vel contemptum eorum qui eos ordinaverunt, hoc non præjudicat ecclesiasticæ regulæ. Cum enim repertum fuerit, deponantur.

Ι'.

Περὶ τῶν πεπτωκότων, καὶ προχειρισθέντων κατὰ ἄγνοιαν.

Ὅσοι προεχειρίσθησαν τῶν παραπεπτωκότων κατὰ ἄγνοιαν, ἢ καὶ προειδότων τῶν προχειρισαμένων, τοῦτο οὐ προκρίνει τῷ κανόνι τῷ ἐκκλησιαστικῷ. Γνωσθέντες γὰρ καθαιροῦνται.

X.

De lapsis, et ordinatis per ignorantiam.

Quicunque ex lapsis ordinati sunt per ignorantiam, vel etiam scientibus iis qui ordinarunt, hoc non præjudicat canoni ecclesiastico: cogniti enim deponuntur.

XI.

[79] *De prævaricatis recipiendis per pœnitentiam.*

De his qui prævaricati sunt

ΙΑ'.

Περὶ τῶν παραβάντων χωρὶς ἀνάγκης.

Περὶ τῶν παραβαινόντων χωρὶς

XI.

De his qui prævaricati sunt citra necessitatem.

De his qui prævaricati sunt abs-

[77] *Al.* De his qui ad sacerdotium sine examinatione promoti sunt. [78] *Al.* De his qui negaverunt in persecutione, et postea ad clericatum promoti sunt. [79] *Al.* De his qui negaverunt, et habentur in laicis.

sine ulla necessitate, sine ablatione patrimonii, vel sine periculo, aut aliqua tali re, quæ est in novissima tyrannide Licinii : placuit sancto concilio, licet indigni sint misericordia, tamen aliquid contra [circa] eos humanitatis ostendi. Si qui ergo ex animo pœnitent, tribus annis inter auditores constituantur : si tamen fideles sint : et septem annis inter pœnitentes sint : duobus vero annis extra communionem in oratione sola participes fiant populo.

ἀνάγκης, ἢ ἀφαιρέσεως ὑπαρχόντων, ἢ χωρὶς κινδύνων, ἢ τινος τοιούτου, ὃ γέγονεν ἐπὶ τῆς τυραννίδος Λικινίου· ἔδοξε τῇ συνόδῳ, εἰ καὶ ἀνάξιοι ἦσαν φιλανθρωπίας, ὅμως χρηστεύσασθαι εἰς αὐτούς. Ὅσοι οὖν γνησίως μεταμελῶνται, τρία ἔτη ἐν ἀκροωμένοις ποιήσουσι, καὶ ἑπτὰ ἔτη ὑποπεσοῦνται· δύο δὲ ἔτη χωρὶς προσφορᾶς κοινωνήσουσι τῷ λαῷ τῶν εὐχῶν.

que necessitate, aut absque facultatum ablatione, aut absque periculo, aut aliquo simili, quod factum est sub tyrannide Licinii : placuit sanctæ synodo, licet indigni fuerint humanitate, benignitate tamen aliqua erga eos uti. Quicunque igitur serio pœnitet, ii tres annos inter audientes agent, septem annis prosternentur supplices, duobus vero absque oblatione, orationum cum populo participes erunt.

XII.

[80] De pœnitentia eorum qui baptizati ad sæcularem militiam revertuntur.

Si qui vero vocati per Dei gratiam primo quidem ostenderunt fidem suam deposito militiæ cingulo, posthæc autem ad proprium vomitum reversi sunt, ita ut pecunias darent et ambirent rursus redire ad militiam; isti decem annis sint inter pœnitentes, post primum triennium quo fuerint inter auditores. In omnibus vero illud præcipue observandum, ut animus ac propositum eorum vel species pœnitentiæ requiratur. Quicunque enim cum omni timore et lacrymis perseverantibus et operibus bonis conversionem suam, non solo habitu, sed opere et veritate demonstrant; hi tempora statuta complentes merito orationibus communicabunt. Licebit autem episcopo etiam humanius circa eos aliquid cogitare. Si qui vero indifferenter habuerunt lapsum suum, et sufficere sibi existimaverunt ad conversionem, hoc ipsum quod introire in Ecclesiam videbantur; isti omnimodo tempora statuta complere debent.

ΙΒ΄.

Περὶ τῶν ἀποταξαμένων, καὶ πάλιν εἰς κόσμον ἀναδραμόντων.

Οἱ προσκληθέντες ὑπὸ τῆς χάριτος, καὶ τὴν πρώτην ὁρμὴν ἐνδειξάμενοι, καὶ ἀποθέμενοι τὰς ζώνας, μετὰ δὲ ταῦτα ἐπὶ τὸν οἰκεῖον ἔμετον ἀναδραμόντες, ὥς τινας καὶ ἀργύρια προέσθαι, καὶ βενεφικίοις κατορθῶσαι τὸ στρατεύεσθαι· οὗτοι δέκα ἔτη ὑποπιπτέτωσαν, μετὰ τὸν τῆς τριετοῦς ἀκροάσεως χρόνον. Ἐφ' ἅπασι δὲ τούτοις προσήκει ἐξετάζειν τὴν προαίρεσιν, καὶ τὸ εἶδος τῆς μετανοίας. Ὅσοι μὲν γὰρ καὶ φόβῳ, καὶ δάκρυσι, καὶ ὑπομονῇ, καὶ ἀγαθοεργίαις τὴν ἐπιστροφὴν ἔργῳ οὐ σχήματι ἐπιδείκνυνται, οὗτοι πληρώσαντες τὸν χρόνον τὸν ὡρισμένον τῆς ἀκροάσεως, τῶν εὐχῶν κοινωνήσουσι. Μετὰ τοῦ ἐξεῖναι τῷ ἐπισκόπῳ φιλανθρωπότερόν τι περὶ αὐτῶν βουλεύσασθαι. Ὅσοι δὲ διαφόρως ἤνεγκαν, καὶ τὸ σχῆμα τοῦ εἰσιέναι εἰς τὴν Ἐκκλησίαν ἀρκεῖν ἑαυτοῖς ἡγήσαντο πρὸς τὴν ἐπιστροφήν, ἐξάπαντος πληρούτωσαν τὸν χρόνον.

XII.

De iis qui separaverunt se, et iterum ad mundum redierunt.

Qui vocati sunt per gratiam, et primam alacritatem suam ostenderunt, et cingulum militiæ deposuerunt, postea vero tanquam canes ad proprium vomitum redierunt, sic ut quidam etiam pecuniam conferant, et beneficiis militiam repetant : isti decem annos prosternantur supplices, etiam post auditionis triennium. Sed in his omnibus oportet propositum perpendere, et genus pœnitentiæ. Quicunque enim timore, et lacrymis, et perseverantia, et bonis operibus emendationem vitæ reipsa, non simulatione ostendunt; hi postquam præfinitum tempus auditionis compleverint, orationum participes erunt : deinde vero licebit et episcopo humanius aliquid de iis statuere. Qui vero utcunque tulerunt, et videri ecclesiam ingredi sufficere sibi existimarunt ad mutationem vitæ, illi tempus omne quod præfinitum est impleant.

XIII.

[81] De reconciliatione danda morientibus.

De his vero qui recedunt ex corpore, antiquæ legis regula observabitur etiam nunc : ita ut si recedunt ex corpore, ultimo et necessario vitæ suæ viatico non defraudentur. Quod si desperatus

ΙΓ΄.

Περὶ τῶν ἐν τῷ ἀποθνήσκειν κοινωνίαν ἐπιζητούντων.

Περὶ τῶν ἐξοδευόντων ὁ παλαιὸς καὶ κανονικὸς νόμος φυλαχθήσεται καὶ νῦν, ὥστε εἴ τις ἐξοδεύοι, τοῦ Δεσποτικοῦ ἐφοδίου μὴ ἀποστερείσθω. Εἰ δὲ ἀπογνωσθεὶς, καὶ κοινωνίας τυχὼν, καὶ προσφορᾶς

XIII.

De his qui morituri communionem petunt.

De his qui ex hac vita excedunt, vetus et canonica lex servetur etiam nunc, ut si quis decedat, Dominico viatico non fraudetur : quod si desperatus communione sumpta et hostia percepta iterum

[80] *Al.* De his qui abrenuntiant, et iterum ad sæculum sunt reversi.

[81] *Al.* De his qui in exitu communionem requirunt.

aliquis accepta communione supervixerit, sit inter illos qui in oratione sola communicant, donec tempus statutum compleatur. De omnibus tamen his, qui ex nudo [*al.* ex nodo] corporis recedunt, et Eucharistiam postulant, in tradenda eis communione, cura et probatio sit episcopo [*al.* episcopi].

μετασχών, πάλιν ἐν τοῖς ζῶσιν ἐξετασθείη, ἔστω μετὰ τῶν κοινωνούντων τῆς εὐχῆς μόνης. Καθόλου δὲ καὶ περὶ παντὸς οὔτινος ἐξοδεύοντος αἰτοῦντος μετασχεῖν εὐχαριστίας, ὁ ἐπίσκοπος μετὰ δοκιμασίας μεταδιδότω τῆς προσφορᾶς.

convalescat, sit inter eos qui orationum tantum participes sunt. Omnino vero cuicunque morituro petenti Eucharistiam, episcopus cum inquisitione tribuat hostiam.

XIV.

De catechumenis lapsis.

De catechumenis vero lapsis, placuit sancto concilio, ut tribus annis sint inter auditores tantummodo : posthæc vero orent cum catechumenis.

ΙΔ'.

Περὶ τῶν κατηχουμένων, παραπεσόντων δέ.

Περὶ τῶν κατηχουμένων καὶ παραπεσόντων ἐν τῇ κατηχήσει, ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ καὶ μεγάλῃ συνόδῳ, ὥστε τριῶν ἐτῶν αὐτοὺς ἀκροασαμένους μόνον, μετὰ ταῦτα εὔχεσθαι μετὰ τῶν κατηχουμένων.

XIV.

De catechumenis qui lapsi sunt.

De catechumenis qui labuntur dum sacra mysteria docentur, visum est sanctæ magnæque synodo, ut tres annos inter auditores tantum sint, postea orent cum catechumenis.

XV.

[a] *De his qui ecclesias deserunt, et ad alias transeunt.*

Propter multas perturbationes et seditiones, quæ fieri solent, placuit omnimodo abscindi istam consuetudinem, si contra regulam repertus fuerit in aliquibus partibus de civitate ad civitatem transire episcopus, vel presbyter, vel diaconus, vel clericus. Si quis vero posthæc statuta sancti hujus concilii tale aliquid audere tentaverit, infringetur omni genere hujusmodi conatus: et restituetur propriæ ecclesiæ, in qua vel episcopus vel presbyter aut diaconus ordinatus est.

ΙΕ'.

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν μετατίθεσθαι ἀπὸ ἑτέρας πόλεως εἰς ἑτέραν.

Διὰ τὸν πολὺν τάραχον, καὶ στάσεις τὰς γινομένας, ἔδοξε παντάπασι περιαιρεθῆναι τὴν συνήθειαν τὴν παρὰ τὸν κανόνα εὑρεθεῖσαν ἔν τισι μέρεσιν, ὥστε ἀπὸ πόλεως εἰς πόλιν μὴ μεταβαίνειν, μήτε ἐπίσκοπον, μήτε πρεσβύτερον, μήτε διάκονον. Εἰ δέ τις μετὰ τὸν τῆς ἁγίας συνόδου ὅρον τοιοῦτό τι ἐπιχειρήσειεν, ἢ ἐπιδῷ ἑαυτὸν πράγματι τοιούτῳ, ἀκυρωθήσεται ἐξάπαντος τὸ κατασκεύασμα, καὶ ἀποκατασταθήσεται τῇ Ἐκκλησίᾳ, ἧς ἐπίσκοπος, ἢ πρεσβύτερος, ἢ διάκονος ἐχειροτονήθη.

XV.

Quod non oporteat ex civitate in civitatem migrare.

Propter plurimum tumultum et seditiones quæ exoriuntur placuit prorsus consuetudinem tollere, quæ contra canonem in quibusdam partibus comperta est, ut nemo ex civitate una in aliam migret, neque episcopus, neque presbyter, neque diaconus. Si quis post sanctæ hujus synodi sanctionem tale aliquid tentaverit, aut se negotio huic dederit, irritus omnino erit hujusmodi conatus, et restituetur ecclesiæ, cujus aut episcopus, aut presbyter, aut diaconus ordinatus fuerat.

XVI.

[b] *De non suscipiendis alterius ecclesiæ clericis.*

Si qui sine respectu agentes, et timorem Dei ante oculos non habentes, neque ecclesiastica statuta scientes, recesserint ab ecclesia sua, sive presbyteri, sive diacones, sive in quocunque ordine ecclesiastico positi fuerint, hi nusquam suscipi debent in ecclesia; sed cum omni necessitate cogantur ut redeant ad ecclesias suas : aut si permanserint, excommunicatos eos esse oportet. Si quis autem ausus fuerit aliquem qui ad alterum pertinet, ordinare in sua ecclesia, cum non habeat consensum epi-

ΙϚ'.

Περὶ τῶν ἐν αἷς προυϐλήθησαν ἐκκλησίαις οὐκ ἐμμενόντων.

Ὅσοι ῥιψοκινδύνως, μήτε τὸν φόβον τοῦ Θεοῦ πρὸ ὀφθαλμῶν ἔχοντες, μήτε τὸν ἐκκλησιαστικὸν κανόνα εἰδότες, ἀναχωροῦσι τῆς Ἐκκλησίας, πρεσβύτεροι, ἢ διάκονοι, ἢ ὅλως ἐν τῷ κλήρῳ ἐξεταζόμενοι· οὗτοι οὐδαμῶς δεκτοὶ ὀφείλουσιν εἶναι ἐν ἑτέρᾳ Ἐκκλησίᾳ, ἀλλὰ πᾶσαν αὐτοῖς ἀνάγκην ἐπάγεσθαι χρὴ ἀναστρέφειν εἰς τὰς ἑαυτῶν παροικίας· ἐπιμένοντας δὲ ἀκοινωνήτους εἶναι προσήκει. Εἰ δὲ καὶ τολμήσειέ τις ὑφαρπάσαι τὸν τῷ ἑτέρῳ διαφέροντα, καὶ χειροθετήσει ἐν τῇ ἑαυτοῦ ἐκκλησίᾳ,

XVI.

De his qui non manent in ecclesiis in quibus ordinati sunt.

Quicunque temere, neque timorem Dei ante oculos habentes, neque ecclesiasticum canonem scientes, recesserunt ab ecclesia, sive presbyteri, sive diaconi, sive in quocunque alio ecclesiastico ordine fuerint; hi nequaquam in alia ecclesia recipi debent, sed omni necessitate cogi eos par est redire in parœcias suas : pertinaces vero excommunicari oportet. Si quis autem fuerit subripere eum qui ad alium pertinet, et in sua ecclesia ordinare, non consentiente proprio episcopo, a quo

[a] *Al.* De clericis, ne de civitate ad aliam transeant. [b] *Al.* De his qui in Ecclesiis suis, in quibus provecti sunt, non morantur.

scopi illius, a quo recessit clericus suus, irrita sit hujusmodi ordinatio.

μὴ συγκατατιθεμένου τοῦ ἐπισκόπου, οὗ ἀνακεχώρηκεν ὁ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενος, ἄκυρος ἔστω ἡ χειροθεσία.

recesserat clericus ille, irrita erit hujusmodi ordinatio.

XVII.

[84] *De feneratoribus clericis.*

Quoniam multi clerici avaritiæ causa turpia lucra sectantes, oblitique divini præcepti quod dicit, *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram* [85], » fenerantes centesimas exigunt; statuit sanctum hoc concilium, quod si quis inventus fuerit post hanc definitionem usuras accipere, vel ex quolibet tali negotio turpia lucra sectari, vel etiam in Græcis dimidias centesimas frugum ad sescuplum dare; omnis qui tale aliquid commentus fuerit ad quæstum, excidetur de clero, et alienus ab ecclesiastico habebitur gradu.

ΙΖ'.

Περὶ κληρικῶν τοκιζόντων.

Ἐπειδὴ πολλοὶ ἐν τῷ κανόνι ἐξεταζόμενοι, τὴν πλεονεξίαν καὶ τὴν αἰσχροκέρδειαν διώκοντες, ἐπελάθοντο τοῦ θείου γράμματος λέγοντος· « Τὸ ἀργύριον αὐτοῦ οὐκ ἔδωκεν ἐπὶ τόκῳ· » καὶ δανείζοντες ἑκατοστὰς ἀπαιτοῦσιν· ἐδικαίωσεν ἡ ἁγία καὶ μεγάλη σύνοδος, ὡς εἴ τις εὑρεθείη μετὰ τὸν ὅρον τοῦτον τόκους λαμβάνων ἐκ μεταχειρίσεως, ἢ ἄλλως μετερχόμενος τὸ πρᾶγμα, ἢ ἡμιολίας ἀπαιτῶν, ἢ ἕτερόν τι ἐπινοῶν αἰσχροῦ κέρδους ἕνεκα, καθαιρεθήσεται τοῦ κλήρου, καὶ ἀλλότριος τοῦ κανόνος ἔσται.

XVII.

De clericis fenerantibus.

Quoniam plerique ecclesiastici avaritiam et turpem quæstum sectantes, obliviscuntur divinæ Scripturæ dicentis : « *Qui pecuniam suam non dedit ad usuram* : et fenerantes centesimas exigunt : justum duxit sanctum magnumque concilium, ut si quis comperiatur post hanc sanctionem usuras capere ex negotiatione, aut aliter rem consectari, aut sescuplas exposcere, aut aliud quidpiam excogitare turpis lucri causa, de clero dejicietur, et alienus ab ecclesiastico ordine erit.

XVIII.

[86] *De diaconibus, ne supra presbyteros sint.*

Pervenit ad sanctum concilium, quod in locis quibusdam et civitatibus, presbyteris sacramenta a diaconis dentur; quod neque regula, neque consuetudo tradidit; ut hi qui offerendi sacrificii non habent potestatem, his qui offerunt, Christi corpus porrigant. Sed et illud innotuit, quod quidam diaconi etiam ante episcopum sacramenta contingant. Hæc omnia amputentur : et maneant diaconi intra propriam mensuram : scientes, quia episcoporum quidam ministri sunt : presbyteris autem inferiores sunt. Accipiant ergo Eucharistiam secundum ordinem post presbyteros ab episcopo vel a presbytero. Quod si non fuerit in præsenti vel episcopus vel presbyter, tunc ipsi proferant et dent. Sed nec sedere quidem in medio presbyterorum liceat diaconis : extra regulam enim et extra ordinationem est ut hoc fiat. Si quis autem non vult his esse subjectus, etiam post hanc diffinitionem cesset esse diaconus.

ΙΗ'.

Περὶ πρεσβυτέρων λαμβανόντων παρὰ διακόνων τὴν Εὐχαριστίαν.

Ἦλθεν εἰς τὴν ἁγίαν καὶ μεγάλην σύνοδον, ὅτι ἔν τισι τόποις ἢ πόλεσι, πρεσβυτέροις τὴν Εὐχαριστίαν οἱ διάκονοι διδόασιν· ὅπερ οὔτε ὁ κανὼν, οὔτε ἡ συνήθεια παρέδωκε, τοὺς ἐξουσίαν μὴ ἔχοντας προσφέρειν τούτους τοῖς προσφέρουσι διδόναι τὸ σῶμα τοῦ Χριστοῦ· Κἀκεῖνο δὲ ἐγνωρίσθη ὅτι ἤδη τινὲς τῶν διακόνων καὶ πρὸ τῶν ἐπισκόπων τῆς Εὐχαριστίας ἅπτονται. Ταῦτα οὖν πάντα περιῃρήσθω, καὶ ἐμμενέτωσαν οἱ διάκονοι τοῖς ἰδίοις μέτροις, εἰδότες ὅτι τοῦ μὲν ἐπισκόπου ὑπηρέται εἰσὶ, τῶν δὲ πρεσβυτέρων ἐλάττους τυγχάνουσι. Λαμβανέτωσαν δὲ κατὰ τάξιν τὴν Εὐχαριστίαν μετὰ τοὺς πρεσβυτέρους, ἢ τοῦ ἐπισκόπου αὐτοῖς διδόντος, ἢ τοῦ πρεσβυτέρου. Ἀλλὰ μήτε καθῆσθαι ἐν μέσῳ τῶν πρεσβυτέρων ἐξέστω τοῖς διακόνοις. Παρὰ κανόνα γὰρ καὶ παρὰ τάξιν ἐστὶ τὸ γινόμενον. Εἰ δέ τις μὴ θέλοι πειθαρχεῖν καὶ μετὰ τοὺς ὅρους πεπαύσθω τῆς διακονίας.

XVIII.

De presbyteris accipientibus Eucharistiam a diaconis.

Pervenit ad sanctum et magnum concilium, quod in quibusdam locis et urbibus diaconi presbyteris Eucharistiam præbeant : quod neque canon, neque consuetudo tradidit, ut qui potestatem offerendi non habent, his qui offerunt, corpus Christi porrigant. Illud etiam innotuit, quod jam quidam ex diaconis prius quam episcopi, Eucharistiam attingant. Omnia igitur ista amputentur, et maneant diaconi in suo ordine, scientes quod episcoporum ministri sunt, et presbyteris inferiores exsistunt : accipiant Eucharistiam suo loco post presbyteros, vel episcopo dante, vel presbytero. Sed nec sedere diaconis in medio presbyterorum liceat : præter canonem enim et ordinem est quod fit. Si quis autem parere noluerit, post sanctiones has, desinat esse diaconus.

[84] *Al.* De clericis qui usuras accipiunt. [85] Psal. xiv, 5. [86] *Al.* De privilegiis presbyterorum.

XIX.

[87] *De Paulianistis, quos Homuncionitas vocant.*

Si qui confugerint ad Ecclesiam de Paulianistis, statutum sit rebaptizari eos omni modo. Si qui vero clerici erant apud eos, siquidem inculpabiles inventi fuerint et irreprehensibiles, rebaptizati etiam ordinentur ab episcopis Ecclesiæ catholicæ. Si autem examinati minus apti fuerint deprehensi, deponi eos oportet. Similiter autem et circa diacones, et de omnibus qui in clero inveniuntur, eadem forma servabitur. Commemoravimus etiam de diaconissis his, quæ in hoc ordine inventæ sunt, quæ nec manus impositionem aliquam habent, ita ut omni genere inter laicos habeantur.

ΙΘ'.

Περὶ τῶν ἐκ Παύλου τοῦ Σαμοσατέως προσελθόντων ἢ προσιόντων τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ.

Περὶ τῶν Παυλιανισάντων, εἶτα προσφυγόντων τῇ καθολικῇ Ἐκκλησίᾳ, ὅρος ἐκτέθειται, ἀναβαπτίζεσθαι αὐτοὺς ἐξάπαντος. Εἰ δέ τινες ἐν τῷ παρεληλυθότι χρόνῳ, ἐν τῷ κλήρῳ ἐξητάσθησαν, εἰ μὲν ἄμεμπτοι καὶ ἀνεπίληπτοι φανεῖεν, ἀναβαπτισθέντες χειροτονείσθωσαν ὑπὸ τοῦ τῆς Ἐκκλησίας ἐπισκόπου· εἰ δὲ ἀνακριθέντες ἀνεπιτήδειοι εὑρίσκονται, καθαιρεῖσθαι αὐτοὺς προσήκει. Ὡσαύτως δὲ καὶ περὶ τῶν διακόνων (27*), καὶ ὅλως περὶ τῶν ἐν τῷ αὐτῷ κανόνι ἐξεταζομένων ὁ αὐτὸς τύπος φυλαχθήσεται. Ἐμνήσθημεν δὲ καὶ τῶν διακονισσῶν, τῶν ἐν αὐτοῖς, τῶν ἐν τῷ σχήματι ἐξετασθεισῶν, ἐπεὶ μὴ χειροθεσίαν τινὰ ἔχουσιν, ὡς ἐξάπαντος ἐν τοῖς λαϊκοῖς αὐτὰς ἐξετάζεσθαι.

XIX.

De redeuntibus ex hæresi Pauli Samosateni ad Ecclesiam catholicam.

Si qui ex Paulianis confugerint ad Ecclesiam catholicam, statutum est eos omnino rebaptizari debere. Si qui antehac in clero numerati sunt, siquidem inculpati et sine reprehensione visi fuerint, denuo baptizati ordinentur ab Ecclesiæ catholicæ episcopo. Si vero examinati minus idonei esse comperiantur, deponi eos oportet. Similiter autem et de diaconis, et aliis omnibus ecclesiasticis eadem forma servabitur. Mentionem autem facimus de diaconissis, quæ in eodem ordine non habent, ut omnino inter laicos censeantur.

XX.

[88] *De diebus Dominicis et Pentecostes, ut in eis stantes oremus.*

Quoniam sunt in die Dominica quidam ad orationem genua flectentes, et in diebus Pentecostes; propterea itaque est constitutum a sancta synodo, quoniam consona et conveniens per omnes ecclesias custodienda consuetudo est, ut stantes ad orationem Domino vota reddamus.

Κ'.

Περὶ τῶν ἐν τῇ Κυριακῇ γόνυ κλινόντων.

Ἐπειδή εἰσί τινες ἐν τῇ Κυριακῇ γόνυ κλίνοντες, καὶ ἐν ταῖς τῆς Πεντηκοστῆς ἡμέραις· ὑπὲρ τούτου πάντα ὁμοίως ἐν πάσῃ παροικίᾳ ὁμοφρόνως φυλάττεσθαι, ἑστῶτας ἔδοξε τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ τὰς εὐχὰς ἀποδιδόναι τῷ Κυρίῳ.

XX.

De genu flectentibus in die Dominico.

Quoniam sunt quidam, qui in die Dominico genua flectunt, et in diebus Pentecostes: ut omnia in omnibus ecclesiis concorditer serventur, placuit sancto concilio, stantes preces suas Deo reddere.

A Has viginti leges sanctum illud episcoporum consessus in præsentia Deo charissimi et celeberrimi imperatoris Constantini, de administratione ecclesiastica scripserunt. Statuerant autem et aliam quidem legem episcopi ferre, quam divinus Paphnutius prohibuit: de quo operæ pretium duxi historiam narrare admiratione dignam. Visum erat quibusdam episcopis in concilio novam legem in Ecclesia constituere, et ut de aliis rebus ecclesiasticis, sic et eam rogare.

Τούτους τοὺς εἴκοσι νόμους τὸ αὐτὸ ἅγιον αὐτῶν συνέδριον ἐπὶ παρουσίᾳ τοῦ θεοφιλεστάτου καὶ πανευφήμου βασιλέως Κωνσταντίνου, περὶ τῆς ἐκκλησιαστικῆς πολιτείας ἐγράψαντο. Ἐβουλεύσαντο δὲ καὶ ἕτερον νόμον ἐκθέσθαι [*forte deest* τινὲς] τῶν ἐπισκόπων, ὃν ὁ θεῖος ἐκώλυσε Παφνούτιος, περὶ οὗ ἀναγκαῖον ᾠήθην διηγήσασθαι μεγίστου θαύματος ἄξιον διήγημα. Ἐδόκει τισὶ τῶν ἐπισκόπων νόμον νεαρὸν εἰς τὴν Ἐκκλησίαν εἰσαγαγεῖν ἐν τῇ συνόδῳ, ὡς περὶ τῶν ἄλλων τῆς Ἐκκλησίας, οὕτω καὶ τοῦτον ὁρίσαι.

CAPUT XXXII.

Quod non oporteat ecclesiasticos suam uxorem ejicere.

Censebant igitur non oportere ecclesiasticos, sive episcopos, sive presbyteros, sive diaconos, sive subdiaconos, aut alios quoscunque sacri illius ordi-

ΚΕΦΑΛ. ΛΒ'.

Περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοὺς ἱερωμένους ἕκαστον τὴν ἑαυτοῦ γαμετὴν ἐκβάλλειν.

Ἔγραφον οὖν περὶ τοῦ μὴ δεῖν τοὺς ἱερωμένους, εἴτε ἐπίσκοποι, εἴτε πρεσβύτεροι, εἴτε διάκονοι, εἴτε ὑποδιάκονοι, εἴτε τις τοῦ ἱερατικοῦ καταλόγου,

[87] *Al.* De his qui a Paulo Samosateno ad Ecclesiam veniunt. [88] *Al.* De flectendo genua.

(27*) Zonaras Διακονισσῶν. HARD.

A συγκαθεύδειν ταῖς γαμεταῖς, ἃς ἔτι λαϊκοὶ ὄντες ἠγάγοντο. Τούτων οὕτω διατυπουμένων, ἀναστὰς ἐν μέσῳ τοῦ ὄχλου τῶν ἐπισκόπων ὁ θεῖος Παφνούτιος, μεγάλῃ τῇ φωνῇ ἐβόησε, λέγων· Μὴ βαρύνετε τὸν ζυγὸν τῶν ἱερωμένων· τίμιος γάρ, φησὶν, ὁ γάμος ἐν πᾶσι, καὶ ἡ κοίτη ἀμίαντος. Μὴ τῇ ὑπερβολῇ τῆς ἀκριβείας τὴν Ἐκκλησίαν μᾶλλον προσβλάψητε· οὐ γάρ φησι πάντας δύνασθαι φέρειν τῆς ἀπαθείας τὴν ἄσκησιν. Οὐδεὶς, ὡς οἶμαι, φυλαχθήσεται ἐν τῇ σωφροσύνῃ, τῆς ἑκάστου γαμετῆς τοῦ ἀνδρὸς στερουμένου. Σωφροσύνην δὲ καλὴν καὶ τῆς νομίμου γαμετῆς ἑκάστου τὴν συνέλευσιν λέγω· μὴ μὴν ἀποζεύγνυσθαι ταύτην ἣν ὁ Θεὸς ἔζευξε, καὶ ἣν ἅπαξ ἀναγνώστης, ἢ ψάλτης, ἢ λαϊκὸς ὢν ἠγάγετο· καὶ ταῦτα ἔλεγεν ὁ μέγας Παφνούτιος ἄπειρος ὢν B γάμου, διὰ τὸ νηπιόθεν ἐν ἀσκητηρίοις ἀνατρέφεσθαι αὐτόν. Διὸ πεισθεὶς ὁ πᾶς τῶν ἐπισκόπων σύλλογος τῇ τοῦ ἀνδρὸς συμβουλίᾳ, ἀπεσίγησε περὶ τοῦ ζητήματος τούτου, τῇ γνώμῃ καταλείψαντες τῶν βουλομένων κατὰ συμφωνίαν ἀπέχεσθαι τῆς ἰδίας γαμετῆς.

Ταῦτα ἐπράχθησαν ἐπὶ τῆς ἁγίας καὶ μεγάλης καὶ οἰκουμενικῆς συνόδου τῆς ἐν Νικαίᾳ τῆς Βιθυνίας ἀθροισθείσης. Εὐσέβιος δὲ καὶ Θεόγνιος, καὶ οἱ σὺν αὐτοῖς Ἀρειανοὶ, οὐκ ἐνεγκόντες τὴν τῆς ἀληθοῦς πίστεως κρατυνθεῖσαν βεβαίωσιν, ἔτι μὴν καὶ τὸν Ἄρειον ἀναθεματίσαι μὴ ἀνασχόμενοι, φωραθέντες καὶ αὖθις ἐπὶ τούτῳ, ἐξορίᾳ ὑπέπεσον ψήφῳ τοῦ θεοφιλεστάτου βασιλέως, καὶ κρίσει τῆς ἁγίας τῶν ἐπισκόπων συνόδου, ἄλλων ἀντ' αὐτῶν ἐν ταῖς αὐτῶν παροικίαις καταστάντων ψήφῳ τῆς αὐτῆς συνόδου, C καὶ τοῦ τῆς ἑκάστου παροικίας κλήρου καὶ λαοῦ· καὶ Ἀμφίων μὲν τὴν τῆς Νικομηδέων ἐκκλησίας ἡγεμονίαν παρέλαβε, Χρῆστος δὲ τὴν τῆς Νικαίας, καὶ ἄλλοι τὰς τῶν ὁμοφρόνων αὐτῷ. Ἀλλὰ μὲν καὶ πάλιν ταῖς ἐξ ἔθους χρησάμενοι μηχαναῖς Εὐσέβιος καὶ Θεόγνιος, καὶ τὴν βασιλέως φιλανθρωπίαν ἐφόδιον ἐξ ἀπάτης εὑρόντες, ἀναπαλαῖσαι πάλιν καὶ τὴν προτέραν δυναστείαν ἀπολαβεῖν ἐπειρῶντο. Καὶ τὰ μὲν τούτων κάκιστα μηχανήματα πάμπολλα ὄντα, καὶ πάσης ἀσεβείας ἔμπλεα τυγχάνοντα, πρὸς τὴν Θεοδωρίτου καὶ τῶν λοιπῶν συγγραψάντων ἐκκλησιαστικὴν ἱστορίαν τοὺς βουλομένους καταμαθεῖν παραπέμψοιμι. Βαδιῶ δὲ ἐγὼ ἐντεῦθεν τῷ λόγῳ ἐπὶ D τὰ ἑξῆς, περὶ ὧν ἡ τῶν ἐπισκόπων ἀπέστειλε σύνοδος τοῖς ἀπολειφθεῖσιν ἐπισκόποις, καὶ ταῖς ἑαυτῶν παροικίαις· οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ ὁ νικηφόρος καὶ πιστότατος βασιλεὺς, εἰς σύστασιν τῆς τε ἐκτεθείσης ἁγιωτάτης πίστεως, καὶ τῆς ἁγίας ἑορτῆς τοῦ Πάσχα, εἰς ἔλεγχον δὲ τῶν τῆς ἀσεβείας πρωτοστατῶν. Ἐπὶ τούτοις γὰρ πᾶσι μεγαλοφυῶς συγκροτηθείσης τῆς συνόδου, καὶ θεοπρεπῶς ἐκφωνηθείσης τῆς πίστεως, τά τε κατὰ τὴν ἐκκλησιαστικὴν εὐταξίαν τυπώσαντες ἅπαντα οἱ ἅγιοι Πατέρες, δηλῶσαι πάντα τὰ ὡρισμένα διὰ γραμμάτων πάσαις ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις ἐσπούδασαν, συνάψαντες καὶ τὰ κατὰ Μελήτιον.

nis, cum uxoribus suis dormire, quas jam antea cum laici essent, duxissent (28). Hæc cum illi constituerent, surgens in medio episcoporum conventu divinus Paphnutius, magna voce dixit: Nolite gravare jugum ecclesiasticorum. Nam honorabiles, inquit, sunt nuptiæ apud omnes, et torus immaculatus [89]. Nolite lædere Ecclesiam nimio severi juris excessu: non enim omnes, ait, ferre possunt vitæ illud institutum quod omnibus affectibus vacat: nemo, ut opinor, in charitate servabitur, si mariti singulis suis priventur uxoribus. Virorum cum suis uxoribus consuetudinem ego præclaram continentiam esse dico, nec posse separari eam quam Deus conjunxit [90], et quam semel, cum lector, aut cantor, aut laicus esset, uxorem duxit. Atque ista quidem suasit magnus Paphnutius, licet conjugii expers esset, propterea quod in monasteriis a pueritia fuerat educatus. Quocirca viri consilio persuasus episcoporum cœtus de quæstione ea tacuit, et eorum reliquit arbitrio, qui volunt ex mutuo consensu a propriis conjugibus abstinere.

Hæc gesta sunt in sancto, magno et generali concilio, quod Nicææ in Bithynia congregatum fuit. Eusebius autem, et Theognius, et qui cum eis erant Ariani, non ferentes vincentem veræ fidei confirmationem, quin et Ario anathema dicere non patientes, iterumque in eo deprehensi, exsilio cesserunt, suffragio religiosissimi imperatoris, et judicio sancti concilii episcoporum, postquam alios pro ipsis in ipsorum parœciis constituerunt decreto ejusdem concilii, et cleri, ac populi uniuscujusque parœciæ: et Amphion quidem Ecclesiæ Nicomediensi præfectus est, Chrestus vero Nicænæ, et alii ejusdem cum ipso sententiæ aliis. Verum utentes rursus consuetis artibus Eusebius et Theognius, et occasionem fraudis invenientes, regis humanitatem callide agere iterum, et priorem potestatem recuperare tentabant. Sed illorum commenta pessima, quæ plurima erant, et omnis impietatis plena, discere volentes, ad Theodoretum ac reliquos historiæ ecclesiasticæ scriptores remiserim. Ego autem hinc oratione properabo ad ea quæ postea secuta sunt, de quibus episcoporum concilium misit epistolam ad reliquos episcopos, et eorum parœcias: quin etiam imperator ipse semper victor et fidelissimus, ad constitutionem expositæ sanctissimæ fidei et sanctæ festivitatis Paschatis, ad redargutionem patronorum impietatis. Post hæc enim omnia magnifice conspirante concilio, et decenter promulgata fide, cum omnia quæ ad rectam Ecclesiæ administrationem spectant, sancti Patres constituissent, omnia definita per litteras indicare omnibus, quæ sub cœlo sunt, sanctis Dei Ecclesiis studuerunt, subjungentes etiam quæ ad Meletium pertinent.

[89] Hebr. XIII, 4. [90] Matth. XIX, 6.

(28) Socr. lib. I, cap. 8, al. 11; Sozom. lib. I, cap. 12, al. 23.

CAPUT XXXIII.

De nefario Meletio.

Quoniam autem Meletius episcopus delectus non multo ante Arii furorem, convictus a sanctissimo Petro Alexandrinæ Ecclesiæ episcopo, et postea martyrii corona exornato, et episcopatu abdicatus, sententiæ abdicationis non acquievit, sed Thebaidem et finitimam Ægyptum tumultu ac procellis contentionis implevit, tyrannidem contra prærogativam sedis Alexandri episcopi usurpans, conventus episcoporum ad Alexandrinam Ecclesiam scripsit, quæ de Meletio res novas moliente statuisset.

A

ΚΕΦΑΛ. ΛΓ'.

Περὶ τοῦ ἀνοσίου Μελητίου.

Ἐπεὶ δὲ καὶ Μελήτιός τις ἐπισκοπῆς χειροτονίας ἠξιωμένος οὐ πρὸ πολλοῦ τῆς Ἀρείου μανίας, διελεγχθεὶς ὑπὸ τοῦ θειοτάτου Πέτρου τοῦ τῆς Ἀλεξανδρέων ἐπισκόπου, τοῦ καὶ τὸν τοῦ μαρτυρίου στέφανον ἀναδησαμένου, καθαιρεθεὶς ὁ αὐτὸς Μελήτιος οὐκ ἔστερξε τὴν τῆς καθαιρέσεως ψῆφον, ἀλλὰ τήν τε Θηβαΐδα καὶ τὴν πελάζουσαν Αἴγυπτον θορύβων καὶ ζάλης ἐνέπλησε, τυραννίδι κατὰ τῆς Ἀλεξάνδρου τοῦ ἐπισκόπου χρώμενος προεδρίας· ἔγραψε δὲ τὸ κοινὸν τῆς συνόδου πρὸς τὴν τῶν Ἀλεξανδρέων Ἐκκλησίαν, ἅπερ περὶ τῆς τούτου νεωτεροποιίας [νεωτερίας] ἐνομοθέτησεν.

Epistola concilii scripta sanctis Dei Ecclesiis per Alexandriam, Ægyptum, Pentapolim, et Libyam, et omnem terram quæ sub cœlo est, cleris etiam et populis orthodoxæ fidei, ab episcopis sancti Nicæni concilii.

B

Συνοδικὴ ἐπιστολὴ γραφεῖσα ταῖς κατὰ Ἀλεξάνδρειαν, καὶ Αἴγυπτον, καὶ Πεντάπολιν, καὶ Λιβύην καὶ ταῖς κατὰ πᾶσαν τὴν ὑπ' οὐρανὸν ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις, κλήροις τε καὶ λαοῖς τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, παρὰ τῆς ἐν Νικαίᾳ ἁγίας συνόδου τῶν ἐπισκόπων.

(Vide hujusce *Patrologiæ*, tom. LXXXII, col. 927-932, apud Theodor. lib. II, c. 9.)

CAPUT XXXIV.

Publica epistola scripta ab Eusebio episcopo Cæsareæ Palæstinæ.

ΚΕΦΑΛ. ΛΔ'.

Ἐγκύκλιος ἐπιστολὴ γραφεῖσα παρὰ Εὐσεβίου ἐπισκόπου Καισαρείας τῆς ἐν Παλαιστίνῃ.

(Vide hujusce *Patrologiæ* tom. LXXXII, col. 939, apud Theodor. lib. I, cap. 11.)

CAPUT XXXV.

Fidei formula in concilio edita.

ΚΕΦΑΛ. ΛΕ'.

Ἡ ἐν τῇ συνόδῳ ὑπαγορευθεῖσα πίστις.

(Vide hujusce *Patrologiæ* tom. LXXXII, col. 940, apud Theodor. lib. I, cap. 11.)

CAPUT XXXVI.

C

Victor Constantinus, maximus, augustus, episcopis et populis.

ΚΕΦΑΛ. Λϛ'.

Νικητὴς Κωνσταντῖνος, μέγιστος, σεβαστὸς, ἐπισκόποις καὶ λαοῖς.

(Vide hujusce *Patrologiæ* tom. LXVII, col. 88, apud Socr. lib. I, cap. 9.)

Epistola imperatoris Constantini ad Alexandrinos adversus Arium, et ad omnes orthodoxos.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου πρὸς Ἀλεξανδρεῖς κατὰ Ἀρείου, καὶ πρὸς πάντας ὀρθοδόξους.

(Vide hujusce *Patrologiæ* tom. LXVII, col. 84, apud Socr. lib. I, cap. 9.)

Litteræ Constantini, quas Nicæa ad episcopos misit qui concilio non interfuerunt.

Ἐπιστολὴ τοῦ βασιλέως Κωνσταντίνου ἣν ἀπὸ τῆς Νικαέων ἀπέστειλε τοῖς ἀπολειφθεῖσι τῇ συνόδῳ ἐπισκόποις.

(Vide hujusce *Patrologiæ* tom. XX, col. 1073, apud Euseb. lib. III, de Vita Constant. c. 17; tom. LXVII, col. 89, apud Socr. lib. I, c. 9, tom. LXXXII, col. 931, apud Theodor. lib. I, c. 9.)

Hæc igitur absentibus a concilio per litteras significavit : eos autem qui convenerant, sermonibus atque muneribus multis benigne excepit. Cum autem plures lectos præparari jussisset, simul omnibus epulum dedit, et illustriores quidem mensa sua dignatus est, alios vero ad alias mensas dimisit. Cum autem vidisset dextros oculos quibusdam effossos, et intellexisset constantiam pietatis et fidei in Christum cladis ejus causam fuisse; labra vulneribus admovens, sese osculo benedictionem inde eruere credebat. Convivio peracto, alia dona rursus iis attulit : quin etiam litteras ad provinciarum præfectos dedit, mandavitque ut virginibus perpetuam virginitatem voventibus, et viduis, et iis qui divinis ministeriis obeundis consecrati essent, in singulis civitatibus annua frumenta suppeditarentur, quæ non tam egentium

D

Ταῦτα μὲν οὖν τοῖς ἀπολειφθεῖσι τῆς συνόδου ἀπέστειλε· τοὺς δὲ συνεληλυθότας ἐφιλοφρονήσατο καὶ λόγοις καὶ δώροις. Πολλὰς δὲ στιβάδας εὐτρεπισθῆναι κελεύσας, κατὰ ταυτὸν εἱστίασεν ἅπαντας· τοὺς μὲν ἐπισημοτέρους ὁμοτραπέζους λαβὼν, τοὺς δὲ ἄλλους διελὼν εἰς τὰς ἄλλας τραπέζας. Θεασάμενος δέ τινας τοὺς δεξιοὺς ὀφθαλμοὺς οὐκ ἔχοντας, ἀλλ' ἐκκεκομμένους, καὶ μαθὼν ὡς τὸ περὶ τὴν εὐσέβειαν τὸ εἰς Χριστὸν ἑδραῖον τοῦ πάθους ἐγένετο αἴτιον, τὰ χείλη τοῖς τραύμασι προσενηνοχὼς, ἑλκύσειν ἐκεῖθεν τῷ φιλήματι τὴν εὐλογίαν ἐπίστευε. Τέλος δὲ τοῦ συμποσίου λαβόντος, ἕτερα πάλιν αὐτοῖς προσενήνοχε δῶρα· καὶ μέντοι καὶ γράμματα πρὸς τοὺς τῶν ἐθνῶν προστατεύοντας δέδωκεν ἄρχοντας, καθ' ἑκάστην πόλιν χορηγεῖσθαι παρεγγυῶν ἀειπαρθένοις καὶ χήραις, καὶ τοῖς τῇ θείᾳ λειτουργίᾳ ἀφιερωμένοις ἐτήσια σιτηρέσια, φιλοτιμίᾳ μᾶλ-

λον, ἢ χρείᾳ ταῦτα μετρήσας. Περὶ ὧν καὶ Εὐσέβιος ὁ Παμφίλου διαλαμβάνων ὧδέ πως λέγει· Οὕτω δὴ τοὺς ἁγίους ἐπισκόπους μετὰ πλείστης ὅσης εὐλαβείας διαναπαύσας ὁ πανεύφημος καὶ πιστότατος βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, συνταξάμενός τε σφᾶς ἐπανιέναι οἴκαδε, τοὺς πάντας ἠφίει. Οἱ δὲ ἐπανῄεσαν σὺν εὐφροσύνῃ πολλῇ. Ἐκράτει τε λοιπὸν μία γνώμη παρὰ τοῖς πᾶσι, παρ' αὐτῷ βασιλεῖ συμφωνηθεῖσα, συναπτομένων ὥσπερ εἰς ἓν σῶμα τῶν ἐκ μακροῦ διῃρημένων. Χαίρων δῆτα ὁ βασιλεὺς ἐπὶ τῷ κατορθώματι, τοῖς μὴ παρατυχοῦσι τῇ συνόδῳ ἐπισκόποις καρπὸν εὐθαλῆ δι' ἐπιστολῶν ἐδωρεῖτο· λαοῖς τε πᾶσι, τοῖς τε κατ' ἀγροὺς καὶ τοῖς ἀμφὶ τὰς πόλεις οἰκοῦσι, χρημάτων ἀφθόνους διαδόσεις ποιεῖσθαι παρεκελεύετο· ὧδέ πῃ γεραίρων τὴν ἑορτὴν τῆς εἰκοσαετοῦς αὐτοῦ βασιλείας· ἑκκαιδεκάτῳ μὲν ἔτει καὶ μησὶν ἓξ τῆς βασιλείας αὐτοῦ, καθὼς καὶ ἀνωτέρω ὁ λόγος ἀπέδειξε, κατὰ τὰ παλαιὰ διηγήματα, τὴν ἁγίαν τῶν ἐπισκόπων συναθροίσας σύνοδον. Εἰκοστῷ δὲ ἔτει διαλυσάντων τὸ τῆς συνόδου συνέδριον, ἀνέλυσεν ἕκαστον εἰς τὰς ἰδίας παροικίας, καθὼς προανατέτακται. Ἐγὼ δὲ τὰ ἐν αὐτῇ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ περὶ τῶν τῆς καθολικῆς καὶ ὀρθοδόξου πίστεως, τῆς τε σεβασμίου ἑορτῆς τοῦ ἁγίου Πάσχα, τῶν τε τῆς ἐκκλησιαστικῆς θείας λειτουργίας διατυπώσεων, τῶν τε περὶ τῆς ἐν αὐτῇ εὐταξίας κανόνων κριθέντα καὶ ὁρισθέντα ἐντάξας κατὰ δύναμιν, τῇδε τῇ ἐκκλησιαστικῇ Ἱστορίᾳ, πρὸς πληρεστάτην ἀσφάλειαν τῶν ἐντευξομένων τῷδε τῷ γράμματι, ἐνταῦθα καταπαύσω τὸν λόγον· τὰ λοιπὰ τοῦ πανευφήμου καὶ πιστοτάτου βασιλέως εὐσεβῆ ὑπὲρ τῆς πίστεως σπουδάσματα ἐν τρίτῳ κατατάξαι συνιδὼν συντάγματι, εἰς δόξαν τοῦ πάντων ἡμῶν Σωτῆρος Χριστοῦ, καὶ εἰς ἐναργεστάτην ἀπόδειξιν τῆς τοῦ πιστοτάτου τοῦ βασιλέως εὐσεβείας. Ἐκεῖνο μόνον προσθεῖναι ἐνταῦθα ἀναγκαῖον ᾠήθην· μὴ πάρεργον ἡγησάμενος, ἀλλὰ καὶ λίαν ἁρμόδιον· τὰ τῶν ἐπισκόπων ὀνόματα, τῶν ὑπὸ τοῦ κοινοῦ πάντων τῶν ἐπισκόπων εἰς τὰς ἁπανταχοῦ γῆς ἐπαρχίας σταλέντων· δι' ὧν τὰ ὑπὸ τῆς συνόδου κριθέντα, διὰ συνοδικῶν ἐπιστολῶν καὶ τῶν τοῦ πανευφήμου βασιλέως γραμμάτων, πάσαις διεπέμψατο ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις, εἰς δόξαν τοῦ Θεοῦ καὶ τοῦ Υἱοῦ αὐτοῦ Ἰησοῦ Χριστοῦ τοῦ Κυρίου ἡμῶν, καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος. Ἀμήν.

A necessitati, quam sua ipsius magnificentia mensus est. De quibus et Eusebius Pamphili disserens in hunc fere loquitur modum (29) : Sic denique sanctos episcopos cum maxima reverentia interquiescere faciens laudabilis prorsus ac fidelissimus imperator Constantinus, præcipiensque illos domum redire, omnes dimisit. Ipsi vero cum lætitia multa redierunt. Obtinebat autem apud omnes una in posterum sententia, in quam præsente imperatore conspirarunt, conjunctis velut in unum corpus iis qui diu separati fuerant. Imperator igitur lætus ob rem feliciter gestam, iis qui concilio non interfuerunt, episcopis, uberem fructum per epistolas dabat : populis omnibus tam agros quam civitates habitantibus, pecuniarum effusas largitiones fieri B jubebat. Hoc modo vicesimum sui regni annum condecorabat. Sexto quidem decimo anno et sexto mense regni sui, juxta veteres historias, ut supra diximus, sanctum episcoporum concilium congregavit. Anno vero vicesimo cum synodi conventum dissolvisset, in suas parœcias, ut dictum est, unumquemque dimisit. Ego autem, quæ in ipsa sancta synodo de catholica et orthodoxa fide, et veneranda sancti Paschatis festivitate, de divini ecclesiastici officii constitutionibus, et de ipsius disciplinæ canonibus judicata et definita sunt, cum ad plenissimam eorum securitatem qui hoc scripto utentur, in hac ecclesiastica Historia, ut potui, ordine proposuerim, huic sermoni finem imponam : reliqua C prorsus laudabilis atque fidelissimi imperatoris pia pro fide studia in tertio commentario relaturum me reputans, in gloriam omnium nostrum Salvatoris Christi, et in manifestissimam pietatis demonstrationem imperatoris nostri fidelissimi. Illud solum hic addere necessarium existimavi (non extra rem esse arbitratus, sed valde accommodatum), eorum scilicet episcoporum nomina, qui ex communi omnium episcoporum consensu in provincias ubique terrarum missi sunt : per quos quæ a synodo fuerant judicata, per synodicas epistolas et laudatissimi regis litteras, ad omnes sanctas sub cœlo Dei Ecclesias sunt transmissa, in gloriam Dei Patris, et Filii ejus Jesu Christi Domini nostri, et sancti Spiritus. Amen.

D

Κατάλογος τῶν ἁγίων ἐπισκόπων, δι' ὧν ἡ σὺν αὐτοῖς ἐν Νικαίᾳ ἁγία καὶ μεγάλη καὶ οἰκουμενικὴ σύνοδος ταῖς ἀνὰ τὴν οἰκουμένην Ἐκκλησίαις τοῦ Θεοῦ διεπέμψατο τὰ ἐν αὐτῇ δι' αὐτῶν κεκριμένα ὑπὸ τοῦ ἁγίου Πνεύματος.

Catalogus sanctorum episcoporum, per quos sancta, magna et universalis synodus Nicææ coacta, misit omnibus in toto orbe terrarum Dei Ecclesiis ea, quæ ab ipsis per Spiritum sanctum in ea constituta sunt.

Ὅσιος ἐπίσκοπος Κουρδούβης ταῖς κατὰ Ῥώμην, καὶ Ἰταλίαν, καὶ Σπανίαν πᾶσαν, καὶ ταῖς ἐν τοῖς λοιποῖς ἔθνεσι τοῖς ἐπέκεινα κατ' ἐμὲ οὖσιν ἕως τοῦ Ὠκεανοῦ, ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις, διὰ τῶν σὺν αὐτῷ πρεσβυτέρων Ῥώμης Βίτωνος καὶ Βικεντίου.

Osius episcopus Cordubæ, sanctis Dei Ecclesiis, quæ Romæ sunt, et Italia et Hispania tota, et in reliquis ulterius nationibus usque ad Oceanum commorantibus, per eos qui cum ipso erant, Romanos presbyteros Vitonem [Vitum, seu Victorem] et Vincentium.

Ἀλέξανδρος Ἀλεξανδρείας σὺν Ἀθανασίῳ τότε

Alexander Alexandriæ cum Athanasio tunc ar-

(29) Lib. III *De vita Constant.*, cap. 21, 22.

chidiacono, Ecclesiis per totam Ægyptum, Libyam et Pentapolim, et regiones finitimas, usque ad Indiæ provincias.

Macarius Hierosolymorum cum Eusebio Pamphili episcopo Cæsareæ Palæstinæ, Ecclesiis in Palæstina, Arabia et Phœnicia.

Eustathius, episcopus Antiochiæ magnæ, omnibus in Cœlesyria, in Mesopotamia, et Cilicia utraque.

Joannes Persa, Ecclesiis in tota Persia et magna India.

Leontius Cæsareæ Cappadociæ, magnum Ecclesiæ Domini ornamentum, Ecclesiis in eadem Cappadocia, Galatia, Ponto Diosponti, Paphlagonia, in Ponto Polemaico [Polemoniaco], Armenia parva et magna.

Theonas Cyzici, Ecclesiis in Asia, et Hellesponto, et Lydia, et Caria, per episcopos qui sub ipso erant, Eutychium Smyrnæ, et Marinum Troadis.

Alexander Thessalonicæ, per eos qui sub ipso censentur, Ecclesiis in Macedonia prima et secunda, cum iis quæ in Græcia et Europa tota, in utraque Scythia, et omnibus denique in Illyrico, Thessalia et Achaia.

Nunechius, Laodiceæ episcopus Ecclesiis quæ in Phrygia prima et secunda.

Protogenes ille admirabilis Sardicæ civitatis episcopus, in Dacia (30), Calabria, Dardania, et provinciis finitimis.

Cæcilianus, Carthaginensis episcopus, sanctis Dei Ecclesiis in omnibus provinciis Africæ, Numidiæ, et Mauritaniæ utriusque.

Pistus, Marcianopolis episcopus, Ecclesiis in Mysia, Athenarum, et Gallorum gentibus (31), et civitatibus quæ his vicinæ sunt.

Alexander, Constantinopolis tunc solum presbyter, postea vero Ecclesiæ illius episcopatum sortitus, cum Paulo tunc lectore, atque ipsius notario, Ecclesiis omnium Cycladum insularum.

Hi omnes sancti atque apostolici viri omnibus sub cœlo sanctis Dei Ecclesiis, quæ in sancta, magna et generali synodo acta sunt, omnibus ubique terrarum tradiderunt, ut jam a nobis dictum fuit.

A ἀρχιδιακόνῳ ὄντι, ταῖς κατ' Αἴγυπτον πᾶσαν, καὶ Λιβύην, καὶ Πεντάπολιν, καὶ τὰ ὅμορα τούτοις, ἕως τῶν τῆς Ἰνδίας ἐπαρχιῶν.

Μακάριος Ἱεροσολύμων σὺν Εὐσεβίῳ τῷ Παμφίλου ἐπισκόπῳ Καισαρείας, ταῖς κατὰ Παλαιστίνην, καὶ Ἀραβίαν καὶ Φοινίκην.

Εὐστάθιος Ἀντιοχείας τῆς μεγάλης ταῖς κατὰ Συρίαν κοίλην, καὶ Μεσοποταμίαν πᾶσαν, καὶ Κιλικίαν ἑκατέραν.

Ἰωάννης Πέρσης τῆς ἐν Περσίδι πάσῃ, καὶ τῇ μεγάλῃ Ἰνδίᾳ.

Λεόντιος Καισαρείας Καππαδοκίας, τὸ τῆς Ἐκκλησίας τοῦ Κυρίου καλλώπισμα, ταῖς κατ' αὐτὴν Καππαδοκίαν, Γαλατίαν, Πόντον Διοσπόνταυ, Παφλαγονίαν, Πόντον Πολεμαϊκὸν [πολεμονιακὸν], Ἀρ-
B μενίαν μικρὰν καὶ μεγάλην.

Θεωνᾶς Κυζίκου ταῖς κατὰ τὴν Ἀσίαν καὶ Ἑλλήσποντον, Λυδίαν τε, καὶ Καρίαν, διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν ἐπισκόπων Εὐτυχίου Σμύρνης, καὶ Μαρίνου Τρωάδος.

Ἀλέξανδρος Θεσσαλονίκης διὰ τῶν ὑπ' αὐτὸν τελούντων, ταῖς κατὰ Μακεδονίαν πρώτην καὶ δευτέραν, σὺν τῇ Ἑλλάδι, τήν τε Εὐρώπην πᾶσαν, Σκυθίαν ἑκατέραν, καὶ ταῖς κατὰ τὸ Ἰλλυρικὸν ἁπάσαις, Θεσσαλίαν τε καὶ Ἀχαΐαν.

Νουνέχιος Λαοδικείας ταῖς κατὰ τὴν Φρυγίαν πρώτην καὶ δευτέραν.

Πρωτογένης ὁ θαυμάσιος πόλεως Σαρδικῆς, τῆς ἐν Δακίᾳ Καλαυρίᾳ (33), Δαρδανίᾳ, καὶ ταῖς ὁμόροις τούτοις.

C Κεκιλιανὸς πόλεως Καρθαγένης, ταῖς κατὰ πάσας τὰς ἐπαρχίας, τάς τε Ἀφρικάς, καὶ τὰς Νουμιδίας, καὶ Μαυριτανίας ἀμφοτέρας, οὔσαις ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις.

Πιστὸς Μαρκιανουπόλεως, ταῖς κατὰ τὴν Μυσίαν, καὶ τὰ τῶν Ἀθηνῶν καὶ Γάλλων ἔθνη, καὶ ταῖς πλησιοχώροις τούτων πόλεσιν.

Ἀλέξανδρος Κωνσταντινουπόλεως τότε πρεσβύτερος ἔτι ὤν, εἰς ὕστερον δὲ καὶ τῆς ἐπισκοπικῆς ἱερατείας τῆς αὐτόθι Ἐκκλησίας λαχών, σὺν Παύλῳ ἔτι τότε ἀναγνώστῃ ὄντι, καὶ νοταρίῳ αὐτοῦ, ταῖς ἐν ταῖς νήσοις πάσαις Κυκλάσιν.

Οὗτοι πάντες οἱ ἅγιοι καὶ ἀποστολικοὶ ἄνδρες πάσαις ταῖς ὑπὸ τὸν οὐρανὸν ἁγίαις τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαις τὰ ἐν τῇ Νικαέων ἁγίᾳ μεγάλῃ καὶ οἰκουμε-
D νικῇ συνόδῳ κεκριμένα διαπορθμεύσαντες, πανταχοῦ γῆς παρέδωκαν, καθὰ ἀρτίως ὁ λόγος ἀπέδειξεν.

ΛΟΓΟΣ ΤΡΙΤΟΣ.

LIBER TERTIUS.

Constantinus Augustus Ario et Arianis.

(32) Malus interpres, re vera, effigies quædam et imago diaboli est. Ut enim illum periti artifices ad

Κωνσταντῖνος Σεβαστὸς Ἀρείῳ καὶ Ἀρειανοῖς.

Κακὸς ἑρμηνεὺς αὐτόχρημα εἰκών τε καὶ ἀνδριάς ἐστι τοῦ διαβόλου. Ὥσπερ γὰρ ἐκεῖνον οἱ δεινοὶ πλά-

(30) Alia est a Calabria sive veteri sive recentiore Italiæ provincia inter freta Adriaticum Siculumque extensa.

(31) Gallo-Græciam sive Galatiam intelligit.

(32) Citatur hæc Epistola ab Epiphanio, hæres 69, quæ est Arianorum num. 9. HARD.

(33) In Ms. nostro, Καλαβρίᾳ· et mox καὶ τοῖς. HARD.

σται πρὸς ἀπάτης δέλεαρ πλάττουσιν, οἱονεὶ κάλλους αὐτῷ εὐπρέπειαν προσμηχανώμενοι, αἰσχίστῳ καθάπαξ ὄντι τῇ φύσει, ὅπως ἂν τοὺς ταλαιπώρους ἀπολλύοι πλάνην αὐτοῖς προτείνων· τὸν αὐτὸν οὗτος ἂν οἶμαι τρόπον ποιήσειεν, ᾧ μόνον σπουδῆς ἄξιον τοῦτ' εἶναι δοκεῖ, τὸ, τὰ τῆς οἰκείας ἰταμότητος δηλητήρια ἀφειδῶς προβάλλεσθαι. Τοιγάρτοι καινὴν, καὶ ἀφ' οὗ γεγόνασιν ἄνθρωποι, οὐδεπώποτε φανεῖσαν ἀπιστίας εἰσάγει πίστιν. Διόπερ οὐδὲν τῆς ἀληθείας ἄρα ἀπᾷδον ἐκεῖνο φαίνεται, τὸ πάλαι τῇ θείᾳ ῥήσει διηρθρωμένον, ὅτι πρὸς τὸ κακόν εἰσι σοφοί. Τί δ' ἄν τις ἐκεῖνο λέγεσθαι τὴν τοῦ βουλεύεσθαι χάριν αὐτὸν ἀπολωλεκότα, μηκέτι κουφισμοῦ τινα ἐπικουρίαν εὑράσθαι ἐπιθυμεῖν; Τί τοίνυν φημὶ, Χριστὲ Χριστὲ, Κύριε Κύριε; τί δήποτε ἡμᾶς τὸ λῃστήριον ὁσημέραι τιτρώσκει; Ἕστηκεν ἐξεναντίας δεινή τις βιαία τόλμα, βρυχᾶται ἐπιπρίουσα τὸν ὀδόντα δύσμορφος ὑπ' ἀτιμίας, καὶ παντοδαποῖς περιτετρωμένη ἐγκλήμασιν. Αὕτη μέντοι ἐν τῷ νόμῳ καὶ τῷ περὶ σοῦ κηρύγματι, ὥσπερ τισὶ ζάλαις τρικυμίαις κακῶν διαφορουμένη, ἐξερεύγεται μὲν ἐξώλεις λόγους, γράφουσα δὲ τούτους ἐκφαίνει, οὓς οὐδέποτε ὁ τῷ ἀϊδίῳ τῆς σαυτοῦ πηγῆς τῷ πατρὶ συνυπάρχων, ταῖς περὶ σεαυτοῦ γνώσεσιν ἀφώρισας. Συνάγει δὲ ὅλως καὶ συμφορεῖ δεινὰ ἄττα καὶ ἄνομα ἀσεβήματα· νῦν μὲν τὰς γλώττας κραδαίνουσα, νῦν δ' αὖ πάλιν ταῖς τῶν ἀθλίων σπουδαῖς ἐπαιρομένη, οὓς ἐπ' ἀδείας αὐτὴ παρόντας ἐξαπατᾷ καὶ φθείρει. Βούλομαι δὲ ἤδη τοῦ προέδρου αὐτῆς τὴν φύσιν ἐξετάσαι. Τί γὰρ δὴ λέγει; Ἢ κατέχωμεν, φησὶν, οὗ ἤδη ἐγκρατεῖς γεγόναμεν, ἢ γενέσθω ὡς αὐτοὶ βουλόμεθα. Πέπτωκε, καὶ ταῦτα πέπτωκεν ἀναιρούμενος· δόλῳ, φησὶν, ἢ δεινότητι πανουργίας, οὐδὲν διαφέρει. Σεμνὸν μόνον ἡγεῖται, ὃ διὰ πονηρᾶς ἐπινοίας εἰς αὐτὸν εἰσερρύη. Πλῆθη, φησὶν, ἔχομεν· προβήσομαι δὴ μικρὸν αὐτὸς ἐπὶ τὸ πρόσθεν, ὡς ἂν τῶν τῆς μανίας πολέμων θεατὴς γένωμαι. Αὐτὸς, ἔφην ἐγὼ, προβήσομαι, ὁ τοὺς τῶν ἀφρόνων πολέμους παύειν εἰωθώς· Ἄγε δὴ, Ἄρες Ἄρειε, ἀσπίδων ἢ [ἴσ. ἦ] χρεία. Μὴ σύ γε τοῦτο ποιήσῃς, ἱκετεύομεν· ἐπισχέτω γοῦν σε ἡ τῆς Ἀφροδίτης ὁμιλία. Ἀλλὰ γὰρ εἴθε ὡς τοῖς ὄχλοις ἄριστα συνεκκροτεῖσθαι δοκεῖς, οὕτω σοι τῇ περὶ τὸν Χριστὸν εὐσεβείᾳ προσῆν ἀκμάζειν. Ἰδοὺ δὴ πάλιν αὖ ἱκέτης ἔρχομαι, καὶ τοῖς ὅπλοις πᾶν πλῆθος ἰσχύων, μάχεσθαι μὲν οὐκ ἐθέλω· τῇ δὲ τοῦ Χριστοῦ πεφραγμένος πίστει, σέ τε ἰάσασθαι καὶ τοὺς ἄλλους θεραπεῦσαι βούλομαι. Τί οὖν φῂς ταῦτα πράττειν, ἃ μὴ τοῖς ἤθεσι προσῆκε τοῖς σοῖς; Ἀλλὰ μετὰ ποίας ἡσυχίας, εἰπέ μοι, ἢ τίνα περιουσίαν περιβεβλημένος, μᾶλλον δὲ, ἐφ' ὅ τι προπετείας ἐληλακώς; Ὢ τόλμης ὑπὸ κεραυνῶν ἀξίας καθαιρεθῆναι! Ἀκούσατε γὰρ ἃ δεδήλωκε πρώην πρός με, ἰὸν ἀποστάζοντι γράφων τῷ καλάμῳ. Οὕτω, φησὶ, πιστεύομεν. Εἶτ', οἶμαι, προσθεὶς οὐκ οἶδα ἄττα σοβαρῶς πως καὶ μάλα ἀκριβῶς ἐξησκημένα, προϊὼν πορρωτέρω, οὐδὲν ὅ τι τῶν δεινῶν ἀπεσιώπησεν· ἀλλ' ὅλον ὡς ἂν

A omnem deceptionis dolum effingunt, velut pulchritudinis formæque decus affingentes illi, natura sua plane turpissimo, ut miseros mortales perdat, errorem iis objiciens, eodem plane modo, ut opinor, facit, cui illud solum studio dignum videtur, ut noxia impudentiæ et audaciæ suæ pharmaca profusius omnibus objiciat. Etenim novam, nec post homines natos unquam visam, infidelitatis fidem inducit. Quamobrem nec a veritate abhorrere illud videtur jampridem divina oratione explicatum, quod ad malum sunt sapientes [91]. Quid enim quispiam dixerit illum consilii capiendi gratiam perdidisse, qui non amplius sublevationis auxilium ullum invenire expetit? Quorsum igitur, Christe Christe, Domine Domine? quorsum nos quotidie prædones B vulnerant? Stat ex adverso dura quædam et violenta audacia, fremit frendetque dentibus infamia deformis, et innumeris sauciata criminibus. Ipsa certe in lege et promulgatione nominis tui velut quibusdam procellis et malorum fluctibus disjecta, effundit perniciosa verba, eaque scribens in lucem edit, quæ nunquam tu, qui cum æterno Patre tui ipsius fonte una exsistis, in cognitione tui definivisti. Cogit omnino et convehit graves et iniquas impietates, nunc quidem linguas crispans, nunc vero iterum miserorum studiis elata, quos ipsa præsentes præ securitate decipit simul et corrumpit. Jam autem volo præsidis ipsius ingenium expendere. Quid enim ait? Aut teneamus, C inquit, cujus jam compotes facti sumus; aut fiat sicut ipsi volumus. Cecidit, et cecidit quidem interfectus: dolone, inquit, an atroci aliqua calliditate, nihil refert. Illud solum grande ducit, quod propter pravas cogitationes in ipsum irrepsit. Multitudinem, inquit, habemus. Progrediar et ipse paulo ulterius, ut insani belli spectator fiam: ipse, inquam, progrediar, insanorum bella sedare antea solitus. Age sane, Mars Ari, clypeis utendum est: ne tu hoc feceris, obsecro: detineat igitur te Veneris congressus. Verum utinam quemadmodum turba plausibilis videris, sic et pietate vigeres erga Christum! Ecce iterum supplex venio, et armorum copia pollens, pugnare nolo: Christi vero fide munitus, cum te sanare, tum alios curare volo. Cur D igitur ais ea te facere quæ moribus tuis non conveniunt? Sed qua quiete, dic mihi, dic, quæso, aut quibus copiis cinctus, vel potius quo temeritatis provectus? O audaciam fulmine vindicandam! Audite quæ nuper mihi indicavit, calamo virus instillante scribens: Sic, inquit, credimus. Deinde addens nescio quæ insolenter, et valde accurate elaborata, progressus ulterius, nihil acerbitatis omisit, sed omnem, ut ita dicam, dementiæ thesaurum aperuit: Expellimur, inquit, et receptionis nostræ securitas omnis tollitur. Sed hæc parum ad rem; quæ sequuntur attendite: ipsius enim verbis utar:

[91] Jerem. IV, 22.

In rebus siquidem supernaturalibus Dei gloria cernitur. Patris autem gloriam appellat, propter auditorum imbecillitatem; et ad evitandam inanem gloriationem, non dixit, videbis gloriam meam, sed, Patris.

Vers. 43. « Hæc cum dixisset, voce magna clamavit : Lazare, veni foras. »

Animam quasi procul distantem clamando vocat, non utique, ut Græci fabulantur, quasi in sepulcro exsistentem. Ille autem Domini clamor, typus erat
B magnæ illius tubæ, quæ in universali resurrectione fiet, in momento, in ictu oculi. Simile fere resurrectionis indicium est, quod *ligatus pedes et manus*, et oculos, egressus sit ambulans. Ipsum autem solventes, testabantur non esse præstigium, sed ipsum Lazarum.

Illum arguebant quasi aliquid impium attentavisset, mortuum e sepulcro exire jubendo. Post tanta miracula sicut de puro homine adhuc loquebantur, nolentes agnoscere illum esse Christum qui prodigia operabatur.

Vers. 46. « Quidam autem ex ipsis abierunt ad Pha-
C risæos, » — et tanquam sacrilegi quid perpetrantem traduxerunt, utpote qui sepultum effodi curaverit.

Vers. 47. « Quid facimus, quia hic homo multa signa facit? »

Post tot signa, tanquam de vili homine loquebantur, nescientes ipsum esse Christum, et tantorum auctorem miraculorum.

Vers. 48. « Si dimittimus eum sic, omnes credent in eum : et venient Romani, et tollent nostrum locum, et gentem. »

Cum, inquiunt, credentes in eum, facturi sunt ipsum regem, supervenient nobis, tanquam tyrannidi subjectis, Romani, qui rebus omnibus nos exuent. Quod nimirum ipsum non ferrent, istiusmodi dicebant, quo e medio tolleretur. Cumque ipsum
D interfecerunt, tunc ea ipsa quæ timebant, eis mala evenerunt.

Vers. 51. « Hoc autem a semetipso non dixit : sed cum esset pontifex anni illius, prophetavit, quod Jesus moriturus erat pro gente. »

Ore tenus duntaxat proloquenti (divini Spiritus gratia cor ejus nequaquam attingente), propter sacerdotii dignitatem, concessum illi fuit (non tamen tanquam prophetæ), ut futura prædiceret. Sic autem aliquid prædicere, nihil prodest. Convenit enim hoc etiam pravis fidelibus ut quidpiam prædicant,

[1] Cr. Ἐν τ. ὑ. φ. φαίν. ἡ τ. Θεοῦ δόξα, διὰ τὸ ἀσθενὲς τῶν ἀκροατῶν. Τὴν τοῦ Πατρὸς δόξαν, φησὶ, διὰ τὸ ἀκενόδοξον οὐκ εἶπεν, Ὄψει τὴν δόξαν μου, ἀλλὰ, τὴν τοῦ Πατρός. [m] Cr. γενέσθαι. [n] Cr. sine δέ. [o] Cr. φάντασμα.

qui cum Christo in die judicii dicturi erunt, *Domine, nonne in nomine tuo prophetavimus?* audient, *Quia non novi vos*[57]. Ne hinc itaque decipiamur : nam prophetia non est fructus bonorum operum, secundum quæ sanctos æstimamus, sed totum opus sancti Spiritus est, licet per organa humana.

Vers. 52. « Et non tantum pro gente, sed ut filios Dei, qui erant dispersi, congregaret in unum. »

Filios Dei vocat evangelista fideles ex gentibus, qui procul abfuerunt, et propinqui facti sunt in corpus unum, unicum habentes caput Christum.

Vers. 54. « Jesus ergo jam non in palam ambulabat apud Judæos, sed abiit in regionem juxta desertum. »

Ad condemnationem Judæorum discedit, non quod metueret, sed ut nos doceret, ira fervescente, non temere in pericula irruendum esse. Fugiebat autem, ut opportunum passioni tempus exspectaret, atque illorum saluti consuleret.

Vers. 55. « Proximum autem erat Pascha Judæorum : et ascenderunt multi Hierosolymam de regione ante Pascha, ut sanctificarent seipsos. »

Qui voluntariis vel involuntariis delictis inquinati erant, Pascha minime faciebant nisi consueto ritu expiati essent.

Apparens non subito sese tantum ostendit, sed cum hominibus conversatus est, manducans et bibens, communia vitæ agens, quod admirans evangelista dixit.

CAPUT. XII.

Vers. 2. « Fecerunt autem ei cœnam ibi : et Martha ministrabat, Lazarus vero unus erat ex discumbentibus cum eo. »

Vers. 3. « Maria ergo accepit libram unguenti nardi pistici, pretiosi, et unxit pedes Jesu, et extersit pedes ejus capillis suis : et domus impleta est ex odore unguenti. »

Martha refert virtutem quæ in actione versatur, Maria vero spiritalem contemplationem. Alii accipiunt Martham pro veteri testamento, quod Domini mensam apparat, utpote antiquorum fere de Christo testimoniorum doctrinis constans : Mariam vero pro doctrina evangelica, quæ unguento pedes Domini inungens, id est ejus in terra conversationem celebrans, universum orbem terrarum, quæ domus est omnium hominum, odoris suavitate replevit. Alii Martham intelligunt Judæorum Synagogam, quæ carnalibus vacans ministeriis, Domino servire cupit : Mariam vero Ecclesiam ex gentibus, quæ sacrificia spiritalia, fidemque fragrantem Deo offert, et benedictione a carne ejus promanante per mysticam participationem se reficit.

« Lazarus autem unus erat ex discumbentibus. »

[57] Matth. vii, 22, 23

A πωσιν ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως τῷ Χριστῷ, *Κύριε οὐ τῷ σῷ ὀνόματι προεφητεύσαμεν;* ἀκούσονται, *Ὅτι οὐκ οἶδα ὑμᾶς*. Οὐ δεῖ οὖν ἐκ τούτου πλανηθῆναι· ἡ γὰρ προφητεία οὐκ ἔστι καρπὸς ἔργων ἀγαθῶν, ἐξ ὧν τοὺς ἁγίους καταλαμβάνομεν, ἀλλὰ τὸ πᾶν τοῦ Πνεύματος ἔργον, εἰ καὶ δι' ὀργάνων ἀνθρωπίνων.

« Καὶ οὐχ ὑπὲρ τοῦ ἔθνους μόνον, ἀλλ' ἵνα καὶ τὰ τέκνα τοῦ Θεοῦ τὰ διεσκορπισμένα συναγάγῃ, εἰς ἕν. »

Τέκνα Θεοῦ τοὺς πιστοὺς καλεῖ ὁ εὐαγγελιστὴς τοὺς ἐξ ἐθνῶν, τοὺς μακρὰν ὄντας, καὶ ἐγγὺς γεγονότας εἰς ἓν σῶμα, μίαν κεφαλὴν ἔχοντας τὸν Χριστόν.

« Ἰησοῦς οὖν οὐκέτι παῤῥησίᾳ περιεπάτει ἐν τοῖς Ἰουδαίοις, ἀλλὰ ἀπῆλθεν ἐκεῖθεν εἰς τὴν χώραν
B ἐγγὺς τῆς ἐρήμου, »

Εἰς κατάκριμα τῶν Ἰουδαίων ἀναχωρεῖ, οὐ δειλιῶν, καὶ ἡμᾶς διδάσκων ἐν ἀκμῇ τῆς ὀργῆς μὴ ἐπιῤῥίπτειν ἑαυτοὺς κινδύνοις. Ἔφυγεν δὲ ἀναμένων τὸν ἐπιτήδειον τοῦ πάθους καιρὸν καὶ τῆς ἐκείνων φειδόμενος σωτηρίας.

« Ἦν δὲ ἐγγὺς τὸ Πάσχα τῶν Ἰουδαίων, καὶ ἀνέβησαν πολλοὶ εἰς Ἱεροσόλυμα ἐκ τῆς χώρας πρὸ τοῦ Πάσχα, ἵνα ἁγνίσωσιν ἑαυτούς. »

Οἱ ἡμαρτηκότες ἑκούσια ἢ ἀκούσια πταίσματα, οὐκ ἐποίουν τὸ Πάσχα, εἰ μὴ ἡγνίσθησαν τὸν συνήθη ἁγνισμόν.

Οὐ φανεὶς εὐθὺς ἐπέφανεν, ἀλλ' ἐπέζησεν, ἐσθίων καὶ πίνων, καὶ τὰ συνήθη πράττων, ὅπερ
C ὡς ἀποθαυμάζων ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπε. [Cram.]

ΚΕΦΑΛ. ΙΒ'.

« Ἐποίησαν οὖν αὐτῷ δεῖπνον ἐκεῖ· καὶ ἡ Μάρθα διηκόνει· ὁ δὲ Λάζαρος εἷς ἦν τῶν ἀνακειμένων σὺν αὐτῷ. »

« Ἡ οὖν Μαρία λαβοῦσα λίτραν μύρου νάρδου πιστικῆς πολυτίμου, ἤλειψε τοὺς πόδας τοῦ Ἰησοῦ, καὶ ἐξέμαξε ταῖς θριξὶν αὐτῆς τοὺς πόδας αὐτοῦ· ἡ δὲ οἰκία ἐπληρώθη ἐκ τῆς ὀσμῆς τοῦ μύρου. »

Ἡ Μάρθα θεωρεῖται εἰς τὴν πρακτικὴν ἀρετήν, ἡ δὲ Μαρία εἰς τὴν πνευματικὴν θεωρίαν. Ἄλλοι τὴν Μάρθαν ἐκλαμβάνουσιν εἰς τὴν παλαιὰν διαθήκην, ἥτις τὴν τοῦ Κυρίου τράπεζαν εὐτρεπίζει, διὰ τῆς τῶν παλαιῶν μαρτυρίας, τοῖς περὶ Χριστοῦ
D συνισταμένη δόγμασι· τὴν δὲ Μαρίαν εἰς τὴν εὐαγγελικὴν παιδείαν, ἥτις μύρῳ τρίβουσα τοὺς πόδας τοῦ Κυρίου, τουτέστι τὴν περὶ τὴν γῆν αὐτοῦ οἰκονομίαν, εὐωδίας ἐπλήρωσεν ὅλην τὴν γῆν, ἥτις ἐστὶν οἶκος πάσης τῆς ἀνθρωπότητος. Ἄλλοι τὴν Μάρθαν νοοῦσι τὴν τῶν Ἰουδαίων Συναγωγήν, διὰ τῶν σαρκικῶν θεραπεύειν θέλουσαν τὸν Θεόν· τὴν δὲ Μαρίαν, τὴν ἐξ ἐθνῶν Ἐκκλησίαν τὴν πνευματικὰς θυσίας καὶ εὐώδη πίστιν προσάγουσαν Θεῷ, καὶ ἀναματτομένην τὴν ἀπὸ τῆς σαρκὸς αὐτοῦ εὐλογίαν διὰ τῆς μυστικῆς μεταλήψεως.

« Ὁ δὲ Λάζαρος εἷς ἦν τῶν ἀνακειμένων. » Οὐ γὰρ

εὐθὺς ἀπέθανεν, ἀλλ' ἐπέζησε, καὶ ἔμεινεν ἐσθίων A καὶ πίνων, καὶ τὰ συνήθη πράττων, ὅπερ ὡς ἀποθαυμάζων ὁ εὐαγγελιστὴς εἶπε.

« Λέγει οὖν εἷς ἐκ τῶν μαθητῶν αὐτοῦ, Ἰούδας Σίμωνος Ἰσκαριώτης, ὁ μέλλων αὐτὸν παραδιδόναι· »

Μέμφεται ὁ Ἰούδας ὅτι μύρον προσήνεγκε, καὶ οὐχ ἀργύριον, ἀγνοῶν τὸ ὄντως καλόν. Δεῖ γὰρ τὴν εἰς Θεὸν δωροφορίαν P, προτιμωτέραν εἶναι τῶν πτωχῶν.

« Εἶπε δὲ τοῦτο, οὐχ ὅτι περὶ τῶν πτωχῶν ἔμελεν αὐτῷ, ἀλλ' ὅτι κλέπτης ἦν, καὶ τὸ γλωσσόκομον εἶχε. »

Ἠνείχετο δὲ αὐτοῦ ὁ Κύριος κλέπτοντος, ἵνα μὴ εἴπῃ, ὅτι Διὰ χρημάτων ἔρωτα, καὶ ἔνδειαν ἐποιησάμην τὴν προδοσίαν. Ἱερόσυλος ἦν ὁ Ἰούδας, τὰ τῷ Θεῷ ἀνατεθειμένα χρήματα κλέπτων. B

« Εἶπεν οὖν ὁ Ἰησοῦς· Ἄφες αὐτήν, εἰς τὴν ἡμέραν τοῦ ἐνταφιασμοῦ μου τετήρηκεν αὐτό. »

Πρὸς ἔλεγχον τοῦ ἀναισθήτου Ἰούδα ἐμνήσθη τοῦ ἐνταφιασμοῦ· τῆς δὲ γυναικὸς ὑπεραπολογεῖται, ἵνα μὴ δόξῃ προτιμᾷν ἑαυτὸν τῶν πτωχῶν. Εἰπὼν, Ἄφες, τὴν τοῦ Ἰούδα ὑπόκρισιν ἐλέγχει, τὰ ἄξια ἐπαίνου μεμφόμενον. Ἐπειδὴ δὲ ἡ τοῦ μύρου δαπάνη, οὐ διὰ τρυφὴν ἐγένετο, ἀλλὰ διὰ χρείαν μυστικήν, ἀπολογεῖται ὑπὲρ τῆς Μαρίας, εἰ καὶ ἠγνόει τοῦ μυστηρίου τὴν δύναμιν, καὶ τὴν οἰκονομίαν. Δι' ὧν δὲ εἶπεν ἐνταφιασμὸν, καταισχύνει τὸν Ἰούδαν, ὅτι δι' αἰσχροκέρδειαν ἔμελλε προδοῦναι τὸν διδάσκαλον.

« Ἔλαβον τὰ βαΐα τῶν φοινίκων, καὶ ἐξῆλθον εἰς C ὑπάντησιν αὐτῷ, καὶ ἔκραζον· Ὡσαννά. »

Ὡς νενικηκότι τὸν θάνατον ὑπήντησαν αὐτῷ μετὰ βαΐων. Ἡ Δαβὶδ προφητεία διὰ τούτου πληροῦται. Τύπος ἐστὶ τοῦ νόμου τὰ ἔθνη, οὓς ὁ Κύριος ὄντας ἀκαθάρτους πεποίηκεν ὑποχειρίους. [Cram.]

Τύπος δέ ἐστιν ὁ πῶλος τῶν ἐθνῶν, ὧν ὁ Κύριος καθίσας, ἀνάγει εἰς τὴν ἄνω Ἱερουσαλήμ, ἧς τύπος ἡ ἐπίγειος. Πῶλον δὲ αὐτοὺς καλεῖ, ἐπειδὴ ἀγύμναστοι ἦσαν τῆς κατ' εὐσέβειαν πίστεως.

« Ταῦτα δὲ οὐκ ἔγνωσαν οἱ μαθηταί. »

Διὰ τοῦτο γὰρ ἠγνόουν, ἵνα μὴ σκανδαλισθῶσιν, εἴ γε βασιλεὺς ὢν τοιαῦτα μέλλει πάσχειν, καὶ ὅτι οὐκ ἠδύναντο εὐθὺς χωρῆσαι τὴν γνῶσιν τῆς βασιλείας.

« Ὁ δὲ Ἰησοῦς ἀπεκρίνατο αὐτοῖς, λέγων· Ἐλήλυθεν ἡ ὥρα, ἵνα δοξασθῇ ὁ Υἱὸς τοῦ ἀνθρώπου. » D

Καὶ μὴ χρώμενοι τῷ νόμῳ, ἀνέπεσαν προσκυνήσοντες εἰς τὸν νόμον, ὡς εἰς σεπτὸν τόπον διὰ τὰ γενόμενα θαύματα περὶ Ἰουδαίων. [Cram.]

Δόξαν δὲ καλεῖ τὴν ἀνάστασιν, μεθ' ἣν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐδοξάσθη. Καιρὸς οὗτος τοῦ μεταβῆναι τοὺς μαθητὰς ἐπὶ τὰ ἔθνη, εἰ καὶ κατὰ τὴν ἀρχὴν οὐκ ἐποίησαν τοῦτο, ἵνα μὴ σκανδαλισθῶσιν Ἰουδαῖοι.

« Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ἐὰν μὴ ὁ κόκκος τοῦ σίτου πεσὼν εἰς τὴν γῆν ἀποθάνῃ, αὐτὸς μόνος μένει. Ἐὰν δὲ ἀποθάνῃ, πολὺν καρπὸν φέρει. »

P Cr. τιμὴν καὶ δωροφορίαν.

Non enim illico mortuus est, sed supervixit, remansitque comedens et bibens, et consueta faciens, uti quasi admirabundus evangelista indicat.

Vers. 4. « Dixit ergo unus ex discipulis ejus, Judas Iscariotes, qui erat eum traditurus. »

Reprehendit eam Judas, quod unguentum obtulisset, et non pecuniam : nesciebat utique quid deceret. Munus enim quod Deo offertur, pretiosius esse debet, quam quod pauperibus erogatur.

Vers. 6. « Dixit autem hoc, non quia de egenis pertinebat ad eum, sed quia fur erat, et loculos habens. »

Eum etiam furem exsistentem Dominus toleravit, ne se divitiarum cupiditate, vel præ egestate proditionem adornasse diceret. Sacrilegus itaque erat Judas, ut qui res Deo oblatas furabatur.

Vers. 7. « Dixit ergo Jesus : Sinite illam, ut in diem sepulturæ meæ servet illud. »

Ad insensatum illum Judam reprehendendum, sepulturæ mentionem fecit : mulierem vero defendit, ne se pauperibus præferre videretur. *Dimitte*, inquit, Judæ simulationem increpans, ut qui digna laude reprehendat. Cum vero unguenti effusio et expensæ, non deliciarum causa facta essent, sed propter usum mysterii, Mariam excusat, tametsi vim mysterii, ac dispensationem ignorantem. Sepulturæ autem mentionem faciendo Judam confundit, quod nimirum turpis lucri gratia magistrum esset proditurus.

Vers. 13. « Acceperunt ramos palmarum, et processerunt obviam ei, et clamabant : Hosanna. »

Ut mortis victori processerunt obviam ei, cum ramis palmarum. Sic Davidis prophetia impletur. Typus legis gentes quos Dominus ex infidelitatis immunditia in ditionem suam adduxit.

Pullus autem figura est gentium, quibus insidens Dominus, adducit eas ad supernam Jerusalem, cujus hæc terrestris typus erat. Pullum vero eas vocat, quod ad pietatem ac fidem nondum essent informatæ

Vers. 16. « Hæc non cognoverunt discipuli. »

Idcirco enim ignorabant, ne scandalizarentur, si, rex cum esset, talia passurus erat, et quia non poterant ita statim regni ejus cognitionem capere.

Vers. 23. « Jesus autem respondit eis, dicens : Venit hora, ut clarificetur Filius hominis. »

Quamvis legem non observarent, in legem ut in locum sanctum procidentes adoraverunt propter miracula in Judæos facta.

Gloriam autem vocat resurrectionem, post quam Filius Dei glorificatus est. Tempus illud erat, quo discipulis ad gentes transeundum erat, licet ab initio id non fecerint, ne Judæi scandalizarentur.

Vers. 24. « Amen, amen dico vobis, nisi granum frumenti cadens in terram, mortuum fuerit, ipsum solum manet; si autem mortuum fuerit, multum fructum affert. »

Ne turbemini cum morior: tunc enim vel maxime prædicatio capiet incrementum, et gentiles credent. Neque diffidite: nam et in frumento id accidit. Cum per passionem mortuus fuero, resuscitatus majori gloria resurgam; omnes enim in me tanquam Deum credituri sunt.

Vers. 25. « Qui amat animam suam, perdet eam: et qui odit animam suam in hoc mundo, in vitam æternam custodit eam. »

Hæc dixit Dominus, non quasi anima quidquam inde patiatur: sed amorem vocat animæ, velle videri eam retinere, nec corpus periculis exponere. Ille itaque qui amat animam suam, et perdit eam, est is qui absurdis ejus indulget cupiditatibus. Qui autem odit et servat eam, est, qui eidem absurda præcipienti minime morem gerit.

Vers. 28. « Pater, clarifica nomen tuum. »

Gloriam autem vocat crucem, per quam homines cognoverunt nomen Patris.

Venit ergo vox de cœlo. Quomodo autem vox hæc facta sit, nostrum non est dicere: non enim, quasi corpus habeat Pater, locutus est, ut aliqui hæretici astruere voluerunt.

Conspicuus quidem semper erat Christus in miraculis suis, cooperatorem habens Patrem, qui et denuo eum glorificat signis in morte. In quantum enim homo est, a Patre suscitatus fuit; licet etiam Filius, in quantum est natura Deus, semetipsum suscitavit.

Vers. 29. « Turba ergo, quæ stabat et audierat, dicebat tonitruum esse factum. Alii dicebant: Angelus ei locutus est. »

Turbæ quidem vox illa erat obscura, forte autem discipulis per Christum innotuit. Oportuit autem scire Judæos, Patrem eo quo ipse nosset modo respondere: Christus enim non petierat tonitruum emitti.

Vers. 32. « Et ego si exaltatus fuero a terra, omnia traham ad meipsum. »

Cum dixit *omnia*, etiam gentiles designavit. Trahit autem, tanquam a tyranno detentos, et non valentes ex semetipsis effugere: quod alibi rapinam appellat. Nemo hic subjiciat: Quomodo ergo te superavit? Non enim resurgo solum, sed et omnes traho ut in me credant, quoniam Deus sum, et non merus homo.

Vers. 33. « (Hoc autem dicebat, significans qua morte esset moriturus.) »

Ostendens ipsum sponte passum, et scivisse non solum mortem, sed etiam modum ejus, evangelista eam crucem nominavit.

Vers. 34. « Nos audivimus ex lege, quia Christus manet in æternum. »

Ignorabant Judæi Christum tanquam ovem occidendum; post resurrectionem vero manere in æternum, non amplius moriturum.

A Μὴ θορυβεῖσθε ἂν[q] ἀποθάνω· τότε γὰρ μᾶλλον αὔξει τὸ κήρυγμα, καὶ οἱ ἐξ ἐθνῶν πιστεύσουσι. Καὶ μὴ ἀπιστεῖτε· καὶ γὰρ καὶ[r] ἐν τῷ σίτῳ τοῦτο[s] γίνεται. Ὅταν παθὼν ἀποθάνω, ἀνιστάμενος[t] μετὰ πλείονος δόξης ἐγεροῦμαι[u]· μέλλουσι γὰρ πάντες πιστεύειν εἰς ἐμὲ ὡς Θεόν.

« Ὁ φιλῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ, ἀπολέσει αὐτήν· καὶ ὁ μισῶν τὴν ψυχὴν αὐτοῦ ἐν τῷ κόσμῳ τούτῳ, εἰς ζωὴν αἰώνιον φυλάξει αὐτήν. »

Ταῦτα εἶπεν ὁ Κύριος, οὐχ ὡς τῆς ψυχῆς ἐνταῦθά τι πασχούσης, ἀλλὰ ψυχῆς φιλίαν καλεῖ τὸ δοκεῖν αὐτὴν κατέχειν, καὶ μὴ διδόναι εἰς κινδύνους τὸ σῶμα. Ἐκεῖνος οὖν ἐστιν ὁ φιλῶν τὴν ἑαυτοῦ ψυχὴν, καὶ ἀπολλύων αὐτὴν, ὁ τὰς ἐπιθυμίας αὐτῆς ποιῶν τὰς ἀτόπους. Ὁ δὲ μισῶν καὶ σώζων αὐτὴν, ὁ μὴ
B πειθόμενος αὐτῇ ἐπιταττούσῃ τὰ ἄτοπα.

« Πάτερ, δόξασόν σου τὸ ὄνομα. »

Δόξαν δὲ καλεῖ τὸν σταυρὸν, δι' οὗ οἱ ἄνθρωποι ἔγνωσαν τὸ τοῦ Πατρὸς ὄνομα.

Ἦλθεν οὖν φωνὴ ἐκ τοῦ οὐρανοῦ. Πῶς δὲ ἡ φωνὴ διεσκευάσθη, οὐχ ἡμῶν ἐστιν εἰπεῖν· οὐ γὰρ σῶμα ἔχων ὁ Πατὴρ ἐλάλησεν, ὥς τινες ἐπεχείρησαν εἰπεῖν αἱρετικοί.

Περίβλεπτος μὲν ἦν ἀεὶ ὁ Υἱὸς ἐν τοῖς παραδόξοις, συνεργὸν ἔχων τὸν Πατέρα, καὶ εἰσαῦθις δὲ δοξάζει αὐτὸν διὰ τοῦ ἐπὶ τῷ θανάτῳ σημείου. Ὡς γὰρ ἄνθρωπος, διὰ τοῦ Πατρὸς ἠγέρθη· εἰ καὶ ὡς φύσει Θεὸς ὁ Υἱὸς ἑαυτὸν ἤγειρε.

C « Ὁ οὖν ὄχλος ὁ ἑστὼς καὶ ἀκούσας, ἔλεγε βροντὴν γεγονέναι. Ἄλλοι ἔλεγον· Ἄγγελος αὐτῷ λελάληκεν. »

Τῷ μὲν πλήθει ἄσημος ἡ φωνὴ, ἴσως δὲ ὅτι τοῖς μαθηταῖς διὰ τοῦ Χριστοῦ ἐγνωρίσθη. Ἔδει νοῆσαι τοὺς Ἰουδαίους, ὅτι ὁ Πατὴρ ἦν, ὁ ἀντιφθεγξάμενος καθ' ὃν οἶδε τρόπον· οὐ γὰρ βροντὴν ᾔτησεν ὁ Ἰησοῦς γενέσθαι.

« Κἀγὼ ἐὰν ὑψωθῶ ἐκ τῆς γῆς, πάντας ἑλκύσω πρὸς ἐμαυτόν. »

Εἰπὼν *Πάντας*, καὶ τοὺς ἐξ ἐθνῶν σημαίνει. Ἕλκει δὲ ὡς ὑπὸ τυράννου κατεχομένους, καὶ οὐ δυναμένους ἀφ' ἑαυτῶν φυγεῖν, ὅπερ ἀλλαχοῦ καλεῖ ἁρπαγήν. Καὶ μὴ λεγέτω τις· Πῶς καὶ σοῦ περιεγένετο; Οὐ γὰρ μόνον ὅτι ἀνίσταμαι, ἀλλὰ καὶ πάν-
D τας ἕλκω, εἰς τὸ πιστεῦσαι εἰς ἐμὲ, ὅτι Θεός εἰμι, οὐ ψιλὸς ἄνθρωπος.

« (Τοῦτο δὲ ἔλεγε, σημαίνων ποίῳ θανάτῳ ἔμελλεν ἀποθνήσκειν.) »

Ἔδειξεν ὅτι ἑκὼν ἔπαθε, καὶ εἰδὼς ὅτι οὐ μόνον ἀποθνήσκει, ἀλλὰ καὶ ποίῳ τρόπῳ, ὁ εὐαγγελιστὴς τὸν σταυρὸν ὠνόμασε θάνατον.

« Ἡμεῖς ἠκούσαμεν ἐκ τοῦ νόμου, ὅτι ὁ Χριστὸς μένει εἰς τὸν αἰῶνα. »

Ἀγνοοῦσιν Ἰουδαῖοι ὅτι Χριστὸς ὡς μὲν πρόβατον σφαγιάσεται, ἀναστὰς δὲ μένει εἰς τὸν αἰῶνα, μηκέτι ἀποθνήσκων.

[q] Cr. ἐάν. [r] Cr. sine καί. [s] Cr. τούτῳ. [t] Cr. ἀνίσταμαι. [u] Cr. sine ἐγεροῦμαι.

« Περιπατεῖτε ἕως τὸ φῶς ἔχετε, ἵνα μὴ σκοτία ὑμᾶς καταλάβῃ. » A

Φῶς καλεῖ τὴν εὐαγγελικὴν διδασκαλίαν, σκότος δὲ τὴν ἄγνοιαν, ἢ τὴν τῶν ἀσεβῶν κατάκρισιν. Αὐτός ἐστι τὸ φῶς. Χρόνον δὲ λέγει καὶ τὸν πρὸ τοῦ πάθους καιρὸν, καὶ πᾶσαν τὴν νῦν ζωὴν, διὰ φιλανθρωπίαν προτρεπόμενος αὐτοὺς εἰς πίστιν.

Οἱ ἐν τῷ φωτὶ περιπατοῦντες, υἱοὶ φωτὸς γίνονται, ὡς καὶ ἄνω υἱοὺς Θεοῦ εἶπε τοὺς πιστούς· μία γὰρ ἐνέργεια Πατρὸς καὶ Υἱοῦ. Ὁδὸς δὲ σωτηρίας, ἡ εἰς Χριστὸν πίστις, ἥτις ποιεῖ υἱοὺς φωτὸς, καὶ τοῦ Πατρός· φῶς γὰρ ὁ Υἱὸς καὶ ὁ Πατὴρ, ὡς μιᾶς φύσεως.

« Διὰ τοῦτο οὐκ ἠδύναντο πιστεύειν, ὅτι πάλιν εἶπεν Ἡσαΐας. »

Οὐκ ἀπὸ τῆς προῤῥήσεως Ἡσαΐου ἐβιάσθησαν εἰς B τὸ μὴ πεισθῆναι, ἀλλ' ὅτι δύστροποι ἦσαν ἠπείθησαν. Ἐφόνευσαν οἱ Ἰουδαῖοι τὸν Κύριον διὰ οἰκείαν κακόνοιαν, οὐχ ἵνα πληρώσωσι τὰς προφητείας, ὅτι δυσσεβεῖς ἦσαν.

« Τετύφλωκεν αὐτῶν τοὺς ὀφθαλμοὺς, καὶ πεπώρωκεν αὐτῶν τὴν καρδίαν, ἵνα μὴ ἴδωσι τοῖς ὀφθαλμοῖς, καὶ νοήσωσι τῇ καρδίᾳ, καὶ ἐπιστραφῶσι, καὶ ἰάσωμαι αὐτούς. »

Οὐχ ὁ Θεὸς ἐπώρωσεν αὐτοὺς, ἀλλὰ συνεχώρησε ποιεῖν ἃ ἤθελον· ἔσχον δὲ τὴν πώρωσιν ἐκ τῆς ἀπιστίας. Ἀδύνατον δὲ ἦν μὴ ἐκβῆναι τὴν τοῦ Θεοῦ πρόγνωσιν, προβλέπουσαν τὴν ἀπιστίαν, οὐκ ἀναγκάζουσαν. Οἱ οὖν μὴ δυνάμενοι πιστεύειν, οὐ φύσιν ἔχουσιν ἀντιπράττουσαν τῷ πιστεύειν, ἀλλὰ C προαίρεσιν κακήν· διὸ ὁ διάβολος σκοτίζει αὐτοὺς, καὶ οὐ κωλύει ὁ Θεός. Τὸ *Ἵνα* οὐκ αἰτιολογίας ἐστὶν, ἀλλ' ἐκβάσεως. Οὐ γὰρ ἐπειδὴ εἶπεν, οὐκ ἐπίστευσαν· ἀλλ' ὅτι οὐκ ἔμελλον πιστεύειν, εἶπεν. Εἰ δὲ οὐκ εἶπεν οὕτως ὁ εὐαγγελιστὴς, ἀλλ' ἀπὸ τῆς προφητείας τὴν ἀπιστίαν εἶναι λέγει, τὸ ἀψευδὲς θέλων δεῖξαι τῆς ἐκβάσεως τῆς προφητείας εἶπε τοῦτο. Διὰ τοῦτο δὲ προλέγουσιν οἱ προφῆται, ἵνα οἱ νήφοντες φεύγουσι τοὺς διαβολικοὺς βόθρους. Καὶ γὰρ τὸ, *Οὐκ ἠδύναντο*, κεῖται ἀντὶ τοῦ, *Οὐκ ἤθελον*. Καὶ γὰρ καὶ ἐν ἄλλοις δύναμιν τὴν προαίρεσιν νοοῦμεν.

Ἀμμωνίου καὶ *Ἰωάννου*. Οὐχ ὁ Θεὸς ἐπώρωσεν αὐτῶν τὴν καρδίαν (ἢ γὰρ ἂν οὐκ ἂν ἀπῄτησεν αὐτοὺς εὐθύνας, ὅπου γε καὶ τὰ ἀκούσια πταίσματα συγχωρεῖ), τοὺς δὲ δυστρόπους τυφλωθέντας ὑπὸ τοῦ διαβόλου παραδίδωσιν εἰς πάθος καὶ ἀδόκιμον νοῦν· ἐν ᾧ γὰρ τοιοῦτοί εἰσιν, οὐ δίκαιον αὐτοὺς γνῶναι τοῦ μυστηρίου τὸ βάθος, τοὺς τῆς διανοίας αὐτῶν μύσαντας ὀφθαλμούς. [CRAM.] D

« Ἰησοῦς δὲ ἔκραξε, καὶ εἶπεν· Ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, οὐ πιστεύει εἰς ἐμὲ, ἀλλ' εἰς τὸν πέμψαντά με. »

Διὰ τὸ ἀσθενὲς τῶν ἀκροατῶν, ὡς ἄνθρωπος ἐλάλει. Ὡς ἂν εἴπῃ· Ὅταν ἐγὼ τιμῶμαι, μὴ ἄνθρωπον νομίσητε τιμᾷν· δι' ἐμοῦ γὰρ ὁ Πατὴρ τιμᾶται.

« Καὶ ὁ θεωρῶν ἐμὲ, θεωρεῖ τὸν πέμψαντά με. »

VERS. 35. « Ambulate dum lucem habetis, ut non vos tenebræ comprehendant. »

Lucem vocat evangelicam doctrinam, tenebras autem ignorantiam, vel impiorum condemnationem. Ipse Christus lux est. Tempus vero dicit illud quod præcedit passionem, atque etiam totius vitæ hujus, humaniter illos ad fidem invitans.

Qui in luce ambulant, filii lucis fiunt; quemadmodum etiam superius fideles, Dei filios vocavit: una siquidem eademque operatio est Patris ac Filii. Via vero salutis, est in Christum fides, quæ lucis ac Patris filios efficit: lux enim sunt Filius et Pater, utpote unius naturæ.

VERS. 39. « Propterea non poterant credere, quia iterum dixit Isaias. »

Nequaquam propter Isaiæ prædictionem coacti sunt non credere; sed quia improbi erant, idcirco non credebant. Propria sua malitia Judæi Dominum occiderunt, non ut implerent prophetias, quoniam impii erant.

VERS. 40. « Excæcavit oculos eorum, et induravit cor eorum: ut non videant oculis, et non intelligant corde, et convertantur, et sanem eos. »

Neque Deus eos induravit, sed permisit facere quæ vellent; indurati autem sunt incredulitate sua. Fieri porro nequibat, ut non evaderent infideles, quos Dei præcognitio præviderat, licet non coegerat ad non credendum. Qui itaque non possunt credere, non naturam habent fidei repugnantem, sed perversam voluntatem: quapropter diabolus eos excæcat, Deo non impediente. Vox *Ut* non causæ est, sed eventus. Neque enim quia dixit, non crediderunt; sed quia non erant credituri, ideo dixit. Si autem non ita dixerit evangelista, sed incredulitatem a prophetia exstitisse asserat; hinc vult eventus prophetiæ veritatem ac certitudinem demonstrare. Idcirco autem futura prædicunt prophetæ, ut scopuli diabolici diligenter evitentur. Etenim *Non poterant*, ponitur pro *Nolebant*. Nam et in aliis potestatem idem ac voluntatem et propositum intelligimus.

Ammonii et *Joannis*. Non Deus cor eorum induravit, quia non ab eis rationem peteret si involuntariis tantum gravarentur culpis; sed callidos a diabolo cæcitate affectos in passionem tradit et perversum sensum. Ii enim Judæi qui ut mysterii altitudinem dignoscerent erant indigni, quippe qui oculos mentis clauserant.

VERS. 44. « Jesus autem clamavit, et dixit: Qui credit in me, non credit in me, sed in eum qui misit me. »

Propter imbecillitatem audientium, ut homo loquebatur. Ac si diceret: Quando ego honoror, ne existimetis vos hominem honorare, per me enim Pater honoratur.

VERS. 45. « Et qui videt me, videt eum, qui misit me. »

Cum enim imago sit Patris, in semel ipse Patrem exhibet: quocirca etiam individuam ejus substantiam significat, et ejusdem identitatem demonstrat; incorporeus siquidem Deus est. Hanc itaque similitudinem denotat.

Vers. 46. « Ego lux in mundum veni: ut omnis, qui credit in me, in tenebris non maneat. »

Quemadmodum Pater lux est, ita et Filius. Quocirca Paulus cum vellet omnimodam ejus similitudinem declarare, splendorem Patris Filium appellabat [88]. Sicut enim lux, cum apparet, et se et alia reddit conspicua; sic et Filius, quippe lux, adveniens, et semetipsum nobis et Patrem notum fecit.

Vers. 49. « Quia ego ex meipso non sum locutus, sed qui misit me Pater, ipse mihi mandatum dedit quid dicam, et quid loquar. »

Scopus autem præsentis adventus, non erat ad judicandum, sed ad salvandum fideles. Ne vero iis occasionem daret incredulitatis, eorum infidelitatis in se causam ad Patrem refert.

Sermo humilitatis ejus condemnat illos. Ipse autem Filius incredulos judicaturus est, non vero sermo: ænigmatice enim loquitur. Sermo qui ad salutem vos vocavit, minime persuasos in die judicii condemnabit ac puniet.

Vers. 50. « Et scio quia mandatum ejus vita æterna est. Quæ ergo ego loquor, sicut dixit mihi Pater, sic loquor. »

Sicut dixit mihi Pater, sic loquor. Hoc dicendo, suam auctoritatem minime tollit, sed ostendit, in Filio nihil a Patre esse alienum, ac si dicat: Nihil loquor Patri contrarium, vel tanquam mihi soli proprium, sed commune.

Cum sit Verbum Patris, quæ in Patre sunt interpretatur ac manifestat, quapropter legem quoque se accepisse dicit. Sic enim verbum etiam quod in nobis est, quæ in mente sunt, evulgat. Ait se ista tanquam ex Patre facere, quandoquidem videbant Judæi, eum legis umbram in rem magis spiritalem commutare.

CAP. XIII.

Vers. 1. « Ante diem festum Paschæ, sciens Jesus quia venit hora ejus ut transeat ex hoc mundo ad Patrem: cum dilexisset suos, qui erant in mundo, in finem dilexit eos. »

Prævidebat passionem, quapropter dicendus est voluntarie passus esse. Non enim invitus tam ignominiosam mortem pertulisset. Horam vero vocat festum Paschæ quo passus est.

Amabat quidem eos etiam ante Pascha, utpote homo factus. Quando autem etiam tradidit semetipsum pro nobis in mortem, tum demum perfecte suum in homines amorem declaravit. Neque solum Judæos, sed et alios omnes ut Creator habet proprios. Suos autem vocat, quotquot in mundo sunt.

[88] Hebr. 1, 3.

Εἰκὼν γὰρ ὢν τοῦ Πατρὸς, δι' αὐτοῦ δείκνυσι τὸν Πατέρα· διὰ τοῦτο τὸ ἀπαράλλακτον σημαίνει τῆς οὐσίας, καὶ δείκνυσι τὸ ὁμοούσιον· ἀσώματον γὰρ τὸ θεῖον. Ταύτην οὖν ὁμοιότητα σημαίνει.

« Ἐγὼ φῶς εἰς τὸν κόσμον ἐλήλυθα· ἵνα πᾶς ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, ἐν τῇ σκοτίᾳ μὴ μείνῃ. »

Ὡς ὁ Πατὴρ φῶς, οὕτω καὶ ὁ Υἱός. Διὸ δεῖξαι θέλων ὁ Παῦλος τὴν πολλὴν ἐμφέρειαν, ἀπαύγασμα καλεῖ τοῦ Πατρὸς τὸν Υἱόν. Ὥσπερ γὰρ τὸ φῶς φανὲν, καὶ ἑαυτῷ [v] δῆλον, ποιεῖ καὶ τὰ ὁρώμενα· οὕτως ὁ Υἱὸς φῶς ὢν καὶ ἐλθὼν, καὶ ἑαυτὸν ἐγνώρισεν ἡμῖν [x] καὶ τὸν Πατέρα.

« Ὅτι ἐγὼ ἐξ ἐμαυτοῦ οὐκ ἐλάλησα, ἀλλ' ὁ πέμψας με Πατὴρ, αὐτός μοι ἐντολὴν ἔδωκε τί εἴπω καὶ τί λαλήσω. »

Ὁ δὲ [y] σκοπὸς τῆς νῦν παρουσίας γέγονεν, οὐ διὰ τὸ κρῖναι, ἀλλὰ διὰ τὸ σῶσαι τοὺς πιστούς. Ἵνα δὲ μὴ δῷ αὐτοῖς ἀφορμὴν ἀπιστίας, ἐπὶ τὸν Πατέρα ἀνάγει τὴν αἰτίαν τῆς [z] εἰς αὐτὸν ἀπιστίας.

Ὁ λόγος ὁ [z*] τῆς ταπεινοφροσύνης αὐτοῦ, κατακρίνει αὐτούς. Αὐτὸς ὁ Υἱὸς μέλλει κρίνειν τοὺς ἀπειθεῖς, οὐ μὴν ὁ λόγος· αἰνιγματωδῶς γὰρ λαλεῖ. Ἐν ἡμέρᾳ κρίσεως ὁ πρὸς σωτηρίαν ἡμᾶς καλέσας λόγος ἀπειθήσαντας [a] τιμωρεῖται.

« Καὶ οἶδα ὅτι ἡ ἐντολὴ αὐτοῦ ζωὴ αἰώνιός ἐστιν. Ἃ οὖν λαλῶ ἐγὼ, καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὕτω λαλῶ. »

Καθὼς εἴρηκέ μοι ὁ Πατὴρ, οὕτω λαλῶ. Τοῦτο λέγων, οὐ τὴν ἑαυτοῦ ἐξουσίαν ἀναιρεῖ, ἀλλὰ δείκνυσιν, ὅτι οὐδὲν ἀλλότριον τοῦ Πατρὸς ἐν Υἱῷ· ὡς ἂν εἴπῃ, Οὐδὲν ἐναντίον φθέγγομαι τῷ Πατρὶ, οὐδὲ ὡς ἐμοὶ ἴδιον μόνῳ, ἀλλὰ κοινόν.

Λόγος ὢν τοῦ Πατρὸς, αὐτὸς ἑρμηνεύει τὰ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ φανεροποιεῖ, διὸ καὶ ἐντολὴν ἑαυτὸν εἰληφέναι λέγει. Οὕτω γὰρ καὶ ὁ ἐν ἡμῖν λόγος δημοσιεύει τὰ ἐν τῷ νῷ. Ὡς ἐκ Πατρὸς λέγει ταῦτα ποιεῖν, ἐπείπερ ἑώρων αὐτὸν οἱ Ἰουδαῖοι τὴν τοῦ νόμου σκιὰν μεταπλάττοντα ἐπὶ τὸ πνευματικώτερον.

ΚΕΦΑΛ. ΙΓ'.

« Πρὸ δὲ τῆς ἑορτῆς τοῦ Πάσχα εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς, ὅτι ἐλήλυθεν αὐτοῦ ἡ ὥρα, ἵνα μεταβῇ ἐκ τοῦ κόσμου τούτου πρὸς τὸν Πατέρα· ἀγαπήσας τοὺς ἰδίους τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ, εἰς τέλος ἠγάπησεν αὐτούς. »

Προῄδει τὸ πάθος, διὸ λεκτέον ὅτι ἑκὼν ἦλθεν εἰς τὸ παθεῖν. Οὐ γὰρ ἂν ἄκων ὑπέμεινε τὸν οὕτως ἐφύβριστον θάνατον. Ὥραν δὲ λέγει τὴν τοῦ Πάσχα ἑορτὴν, καθ' ἣν πέπονθε.

Ἠγάπα μὲν αὐτοὺς καὶ πρὸ τοῦ Πάσχα, γεγονὼς ἄνθρωπος. Ὅτε δὲ καὶ ἐπέδωκεν ἑαυτὸν εἰς τὸ ἀποθανεῖν, τότε τελείως ἐνεδείξατο τὴν εἰς τοὺς ἀνθρώπους ἀγάπην. Οὐδὲ μόνον Ἰουδαίους, ἀλλὰ καὶ ἄλλους ἔχει ἰδίους ὡς Δημιουργός. Ἰδίους δὲ λέγει, πάντας τοὺς ἐν τῷ κόσμῳ.

[v] Cr. ἑαυτόν. [x] Cr. sine ἡμῖν. [y] Cr. sine δέ. [z] Cr. sine τῆς. [z*] Cr. om. ὁ [a] Cr. ἐκπειθήσας.

« Καὶ δείπνου γενομένου, τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν Ἰούδα Σίμωνος Ἰσκαριώτου ἵνα αὐτὸν παραδῷ. »

Τῇ πέμπτῃ τὸ δεῖπνον, τῇ τετράδι ὁ Ἰούδας συνέθετο παραδοῦναι τὸν Χριστόν. Διὸ εἶπε· *Τοῦ διαβόλου ἤδη βεβληκότος εἰς τὴν καρδίαν, ἵνα παραδῷ αὐτὸν Ἰούδας.*

« Εἰδὼς ὁ Ἰησοῦς ὅτι πάντα δέδωκεν αὐτῷ ὁ Πατὴρ εἰς τὰς χεῖρας, καὶ ὅτι ἀπὸ Θεοῦ ἐξῆλθε, καὶ πρὸς τὸν Θεὸν ὑπάγει. »

Παράδοσιν καλεῖ τὴν τῶν πιστῶν σωτηρίαν, ἣν καὶ αὐτὸς ἀντιπαραδίδωσι τῷ Πατρὶ, ὅτι ἐκ τῆς οὐσίας ἐγεννήθη τοῦ Πατρός.

« Καὶ λαβὼν λέντιον, διέζωσεν ἑαυτόν. »

Ὅρα πῶς οὐ τῷ νίψαι μόνον, ἀλλὰ καὶ ἑτέρως τὸ ταπεινὸν ἐνδείκνυται. Οὐ γὰρ πρὶν ἢ κατακλιθῆναι, ἀλλὰ μετὰ τὸ ἀναπεσεῖν πάντας, τότε *Ἀνέστη, καὶ λέντιον περιεζώσατο.* Καὶ οὐδὲ τούτῳ ἠρκέσθη, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἐγέμισε τὸν νιπτῆρα, καὶ οὐχ ἑτέρῳ ἐμπλῆσαι ἐκέλευσεν, ἀλλὰ πάντα αὐτὸς ἐργάζεται ταῦτα, διὰ πάντων δεικνὺς, ὅτι οὐχ ἀφοσιωμένως δεῖ ποιεῖν τὰ τοιαῦτα, ὅταν ποιῶμεν, ἀλλὰ μετὰ τῆς προθυμίας. Ἐμοὶ δοκεῖ τοῦ προδότου πρῶτον νίψαι τοὺς πόδας. Ἤρξατο γὰρ νίπτειν τοὺς πόδας, φησὶ, καὶ τότε ἦλθε πρὸς Πέτρον.

« Ἔρχεται οὖν πρὸς Σίμωνα Πέτρον, καὶ λέγει αὐτῷ ἐκεῖνος· Κύριε, σύ μου νίπτεις τοὺς πόδας; »

Διὰ τῆς ἀφῆς ἐκαθάρισεν αὐτῶν τοὺς πόδας εἰς ἑτοιμασίαν τοῦ Εὐαγγελίου. Ἄγει δὲ καὶ εἰς ταπεινοφροσύνην.

« Ἐὰν μὴ νίψω σε, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ. »

Ἐὰν μὴ καταδέξῃ τὸ τῆς ταπεινοφροσύνης μάθημα, οὐκ ἔχεις μέρος μετ' ἐμοῦ, ἤτοι, Ἐὰν μή τις ἀπονίψηται τὸν τῆς ἁμαρτίας ῥύπον διὰ τῆς χάριτος, οὐ τυγχάνει τῆς ζωῆς, οὔτε ἀπολαύει τῆς τῶν οὐρανῶν βασιλείας.

« Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὁ λελουμένος οὐ χρείαν ἔχει ἢ τοὺς πόδας νίψασθαι, ἀλλ' ἔστι καθαρὸς ὅλος. Καὶ ὑμεῖς καθαροί ἐστε, ἀλλ' οὐχὶ πάντες. »

Οὐχ ὅτι ῥυπαροὶ ἦσαν, νίπτει [b] αὐτοὺς, ἀλλ' ἵνα διδάξῃ μετριάζειν. Οὐ λουτροῦ τάξιν ἐπέχει ὁ νιπτὴρ, οὐδὲ ἁμαρτήματα κουφίζει, ἀλλ' εἰς τελείαν ἀρετὴν ὁδηγεῖ.

Καθαροὶ ἦσαν τῇ διδασκαλίᾳ φωτισθέντες, καὶ ἀπαλλαγέντες τῆς Ἰουδαϊκῆς πλάνης, καὶ πᾶσαν πονηρίαν ἀποβαλόμενοι τῷ συνεῖναι Χριστῷ. Δι' ὧν δὲ τοῖς ἄλλοις μαρτυρεῖ καθαρότητα, μεμολυσμένον ἀποδείκνυσι τὸν μὴ καθαρόν.

« Ὑμεῖς φωνεῖτέ με, ὁ Διδάσκαλος, καὶ ὁ Κύριος· καὶ καλῶς λέγετε· εἰμὶ γάρ. »

Εἰπὼν δὲ τὸ, « εἰμὶ, » ἔδειξεν, ὅτι φύσει Θεός ἐστι καὶ διδάσκαλος. [Cram.]

« Ὑπόδειγμα γὰρ ἔδωκα ὑμῖν, ἵνα καθὼς ἐγὼ ἐποίησα ὑμῖν, καὶ ὑμεῖς ποιῆτε. »

A VERS. 2. « Et cœna facta, cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas Simonis Iscariotæ. »

Feria quinta cœna erat, quarta vero constituit Christum prodere. Idcirco dixit : *Cum diabolus jam misisset in cor, ut traderet eum Judas.*

VERS. 3. « Sciens quia omnia dedit ei Pater in manus, et quia a Deo exivit, et ad Deum vadit. »

Traditionem vocat fidelium salutem, quam ipse Patri retribuit, quoniam ex substantia Patris erat genitus.

VERS. 4. « Et cum accepisset linteum, præcinxit se. »

B Considera quomodo non lavando solum, sed etiam aliter humilitatem ostendit. Non enim priusquam discumberent, sed post omnium accubitum, *Surgit a cœna, et linteo se præcinxit.* Neque his contentus, ipse pelvim implevit, et nemine altero jusso, ipsemet omnia fecit ; exemplo docens, non remisse ac frigide ejuscemodi opera, sed quam diligentissime facienda esse. Videtur mihi primum ipsius proditoris lavasse pedes. Cœpit enim, inquit, lavare pedes, et inde venit ad Petrum.

VERS. 6. « Venit ergo ad Simonem Petrum. Et dicit ei Petrus : Domine, tu mihi lavas pedes ? »

Per attactum mundavit pedes eorum, in præparationem Evangelii. Quin et ad humilitatem inducit. C

VERS. 8. « Si non lavero te, non habebis partem mecum. »

Nisi susceperis doctrinam humilitatis, non habebis partem mecum, vel, Nisi quis per gratiam peccati sordes abluerit, non consequetur vitam, neque regno cœlorum potietur.

VERS. 10. « Dicit ei Jesus : Qui lotus est, non indiget nisi ut pedes lavet, sed est mundus totus. Et vos mundi estis, sed non omnes. »

Non quod sordidi essent, eos lavit, sed ut modestiam doceret. Pelvis autem non lavacri vicem subibat, neque peccata tollebat, sed ad perfectam virtutem viam sternebat.

D Mundi erant, utpote doctrina illuminati, et Judaico errore liberati, et Christi præsentia omni malitia propulsata. Aliorum autem puritati testimonium perhibendo, coinquinatum arguebat eum qui non erat mundus.

VERS. 13. « Vos vocatis me Magister, et Domine : et bene dicitis : sum etenim. »

Per hoc verbum « sum » ostendit se esse naturaliter et Deum et magistrum.

VERS. 15. « Exemplum enim dedi vobis, ut quemadmodum ego feci vobis, ita et vos faciatis. »

[b] Cr. ἔνιπτεν.

Non solum verbo, sed et opere perfectæ humilitatis specimen dedit.

Vers. 17. « Si hæc scitis, beati eritis si feceritis ea. »

Non enim virtutem cognoscere, sed operari, laudabile est. Scire enim, et non facere, majus supplicium accersit. Plurimi siquidem sciunt, sed non omnes faciunt. *Beati eritis, si feceritis ea.*

Vers. 18. « Non de omnibus vobis dico : ego scio quos elegerim : sed ut adimpleatur Scriptura : Qui manducat mecum panem, levabit contra me calcaneum suum. »

Judas non ut Spiritus sancti sermo impleretur ad tradendum Dominum est coactus, quod omni blasphemia esset plenum; sed ut discamus Scripturam de illo prænuntiasse, quem videmus prædicta patrantem. Si Dominus Judam elegit qui prævaricatus est, nihil exinde, qui bonus erat cum Deus illum elegit, et postea mutatus est sicut Adam et Saul. Deus enim nemini tollit libertatem, sed unumquemque ad arbitrium suum agere permittit, ut mali puniantur et coronentur qui operantur virtutem.

Vers. 26. « Respondit Jesus : Ille est cui ego intinctum panem porrexero. »

Per buccellam implevit Dominus prophetiam quæ ait : *Qui edebat panes meos, magnificavit super me supplantationem* [39].

Vers. 27. « Et dixit ei Jesus: Quod facis, fac citius. »

Non quasi imperando hoc dicit, sed tanquam exprobrando ei, cui quod vellet facere permiserat, quandoquidem emendari nollet. Cum hoc, inquit, tibi decretum sit, accelera proditionem meam, non enim subterfugio passionem.

Vers. 28. « Hoc autem nemo scivit discumbentium ad quid dixerit ei. »

Cum forte Joannes clam eum rogarit, clam etiam responsum tulit, nemine id intelligente : quia si cognovissent, forte illum occidissent. Vel quod essent perturbati, tanquam ignari quid in corde Judæ coqueretur, id quod dicebatur ignorabant.

Vers. 30. « Cum ergo accepisset ille buccellam, exivit continuo. Erat autem nox. »

Quarta dies erat cum Satanas misit in cor Judæ ut Dominum traderet, et quinta die sub noctem de hoc collocutus est Judas cum Judæis. Cum ergo vidit Judam Dominum tradere reipsa volentem et in hoc opus properantem, introivit in eum Satanas. Aliud enim est mittere in cor ipsius, aliud in ipsum introire, quemadmodum aliud est alicui manum impingere, aliud illi lethale vulnus et gladium infigere.

Vers. 32. « Si Deus clarificatus est in eo, et Deus clarificabit eum in semetipso : et continuo clarificabit eum. »

[39] Psal. XL, 16.

A Οὐ μόνον λόγῳ, ἀλλὰ καὶ ἔργῳ τῆς τελείας ταπεινοφροσύνης δέδωκεν ὑπόδειγμα.

« Εἰ ταῦτα οἴδατε, μακάριοί ἐστε ἐὰν ποιῆτε αὐτά. »

Οὐ γὰρ τὸ εἰδέναι τὴν ἀρετὴν ζηλωτὸν, ἀλλὰ τὸ ἐργάζεσθαι. Τὸ γὰρ εἰδέναι, καὶ μὴ ποιεῖν, πλείω κόλασιν ἐπάγει. Τὸ μὲν εἰδέναι, τυχὸν πολλῶν· τὸ δὲ ποιεῖν, οὐ πάντων. Διὸ εἶπε, *Μακάριοί ἐστε, ἐὰν ποιῆτε.*

« Οὐ περὶ πάντων ὑμῶν λέγω· ἐγὼ οἶδα οὓς ἐξελεξάμην, ἀλλ' ἵνα ἡ Γραφὴ πληρωθῇ· Ὁ τρώγων μετ' ἐμοῦ τὸν ἄρτον, ἐπῆρεν ἐπ' ἐμὲ τὴν πτέρναν αὐτοῦ. »

Οὐ διὰ τὸ ἀποβῆναι τοὺς τοῦ Πνεύματος λόγους ἠναγκάσθη ὁ Ἰούδας προδοῦναι, ὅπερ ἐστὶ πάσης B βλασφημίας ἀνάμεστον, ἀλλ' ἵνα γνῶμεν, ὅτι περὶ ἐκείνου εἶπεν ἡ Γραφὴ, ὃν ὁρῶμεν ποιήσαντα τὸ προλεχθέν. Εἰ δὲ ὁ Κύριος ἐξελέξατο τὸν Ἰούδαν, καὶ παρέδη, οὐδὲν ἐκ τούτου· καλὸν γὰρ ὄντα αὐτὸν ἐξελέξατο, καὶ μετεβλήθη ὡς ὁ Ἀδὰμ καὶ ὁ Σαούλ. Τὸ γὰρ αὐτεξούσιον οὐκ ἀναιρεῖ ὁ Θεὸς, ἀλλὰ συγχωρεῖ ἕκαστον καθὼς βούλεται πράττειν, ἵνα καὶ οἱ κακοὶ κολασθῶσι, καὶ οἱ ἐνάρετοι στεφανωθῶσι. [Cram.]

« Ἀποκρίνεται ὁ Ἰησοῦς· Ἐκεῖνός ἐστιν ᾧ ἐγὼ βάψας τὸ ψωμίον ἐπιδώσω. »

Διὰ τοῦ ψωμίου ἐπλήρωσε τὴν προφητείαν ὁ Κύριος, τὴν λέγουσαν· *Ὁ ἐσθίων ἄρτους μου, ἐμεγάλυνεν ἐπ' ἐμὲ πτερνισμόν.*

« Λέγει οὖν αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὃ ποιεῖς, ποίησον C τάχιον. »

Οὐχ ὡς προστάττων τοῦτο λέγει, ἀλλ' ὡς ὀνειδίζων ὃν ἀφῆκε πράττειν ὃ ἔθελεν, ἐπείπερ οὐκ ἐβούλετο διορθωθῆναι. Ἐπειδὴ τοῦτο, φησὶ, σοὶ δέδοκται, σπούδασον ἐπὶ τὴν κατ' ἐμοῦ ἐπιβουλήν· οὐ γὰρ λυπεῖ με τὸ παθεῖν.

« Τοῦτο δὲ οὐδεὶς ἔγνω τῶν ἀνακειμένων πρὸς τί εἶπεν αὐτῷ. »

Ἐπειδὴ τάχα ὁ Ἰωάννης λάθρα αὐτῷ εἶπε, καὶ λάθρα ἤκουσεν, οὐδεὶς ἔγνω· ἐπεὶ [εἰ] ἔγνωσαν, τάχα ἂν καὶ ἀπέκτανον αὐτόν. Ἢ ὅτι ἐν θορύβῳ ἦσαν, ὡς μὴ εἰδότες τὰ ἐν καρδίᾳ τοῦ Ἰούδα, ἠγνόουν τὸ λεχθέν.

« Λαβὼν οὖν τὸ ψωμίον ἐκεῖνος, εὐθέως ἐξῆλθεν. D Ἦν δὲ νὺξ ὅτε ἐξῆλθε. »

Τῇ τετράδι ἐνέβαλεν ὁ Σατανᾶς τὸν Ἰούδαν, ἵνα προδῷ τὸν Κύριον, καὶ ἐλάλησε τοῦτο τοῖς Ἰουδαίοις τῇ πέμπτῃ ἑσπέρᾳ. Ἐπειδὴ εἶδε τὸν Ἰούδαν θέλοντα ἔργῳ παραδοῦναι τὸν Κύριον, καὶ σπεύδοντα εἰς τοῦτο, τότε εἰσῆλθεν εἰς αὐτόν. Ἄλλο οὖν ἐστι τὸ ἐμβαλεῖν, καὶ ἄλλο τὸ εἰσελθεῖν εἰς αὐτὸν, ὥσπερ ἄλλο ἐστὶ τὸ πλῆξαί τινα χειρὶ ἔξωθεν, καὶ ἄλλο τὸ δοῦναι τινὶ καιρίαν καὶ εἰσωθῆναι τὸ ξίφος. [Cram.]

« Εἰ ὁ Θεὸς ἐδοξάσθη ἐν αὐτῷ, καὶ ὁ Θεὸς δοξάσει αὐτὸν ἐν ἑαυτῷ· καὶ εὐθὺς δοξάσει αὐτόν. »

Ὁ Χριστὸς, ὡς διὰ τοῦ ἰδίου θανάτου θανατώσας A τὸν θάνατον, ἐδοξάσθη, διδάσκων ὅτι τὸ ὑπομεῖναι διὰ τὸν Θεὸν ἐπονείδιστα, δόξα ἐστίν.

Δι' ἑαυτοῦ ὁ Πατὴρ δοξάσει τὸν Υἱὸν, καὶ εὐθὺς, ὅ ἐστιν ἐν τῷ σταυρῷ, ὅτε ὁ ἥλιος ἐσκοτίσθη, αἱ πέτραι ἐσχίσθησαν, καὶ μετὰ πεντήκοντα ἡμέρας τὸ Πνεῦμα κατελθὸν πᾶσι κατάδηλον ἐποίησε τὸν Υἱόν.

« Ἐντολὴν καινὴν δίδωμι ὑμῖν, Ἵνα ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καθὼς ἠγάπησα ὑμᾶς, ἵνα καὶ ὑμεῖς ἀγαπᾶτε ἀλλήλους. »

Καινόν ἐστι τὸ εἶδος τῆς ἐντολῆς ταύτης, καὶ ὑπὲρ νόμον τὸ ἀγαπᾷν τὸν πλησίον ὑπὲρ ἑαυτόν. Οὐ θέλω ὑμᾶς ἀγαπᾷν ἐκείνους οὓς χρεωστεῖτε, ἀλλ' οἷς οὐχ ὀφείλετε· καὶ γὰρ κἀγὼ ὑπὲρ ὑμῶν ἀποθνήσκω, οἷς οὐδὲν ἐποφείλω.

B « Ἐν τούτῳ γνώσονται πάντες, ὅτι ἐμοὶ μαθηταί ἐστε, ἐὰν ἀγάπην ἔχητε ἐν ἀλλήλοις. »

Οὐκ ἐξ ὧν ποιεῖτε σημείων γνωσθήσεσθε, ὅτι μαθηταί μού ἐστε (τοῦτο γὰρ ὅλον τῆς ἄνωθέν ἐστι χάριτος), ἀλλ' ἐξ ὧν ἀγαπᾶτε ἀλλήλους, καὶ ὁμόνοιαν ἔχετε, καὶ οὐ χωρίζεσθε ἑαυτῶν. Ὁ Χριστὸς Υἱός ἐστιν ἀγάπης, ὅς ἐστιν ἡ κατὰ φύσιν ἀγάπη, καὶ καρπὸς ἀγάπης, οὐκ ἐπίκτητον ἔχων τὸ τῆς ἀγάπης ἀγαθόν.

« Λέγει αὐτῷ Σίμων Πέτρος· Κύριε, ποῦ ὑπάγεις; Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ὅπου ἐγὼ ὑπάγω, οὐ δύνασαί μοι νῦν ἀκολουθῆσαι· ὕστερον δὲ ἀκολουθήσεις μοι. »

C Τύπος ἡμῖν γέγονε Πέτρος ἐρωτᾷν τοὺς διδασκάλους ἅπερ ἀγνοοῦμεν.

Διὰ τὸ ἀδρανὲς ἀπαγορεύει τῷ Πέτρῳ ἀκολουθήσειν αὐτῷ, ὕστερον δὲ ὑπισχνεῖται διὰ τὸ εὔτολμον, καὶ ἐπειδὴ καὶ αὐτὸς ὡς ὁ Χριστὸς ἔμελλε σταυρωθῆναι, προλέγει τὸ μέλλον αὐτῷ μόνῳ συμβήσεσθαι.

« Ἀπεκρίθη αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Τὴν ψυχήν σου ὑπὲρ ἐμοῦ θήσεις; Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω σοι· οὐ μὴ ἀλέκτωρ φωνήσει, ἕως οὗ ἀπαρνήσῃ με τρίς. »

Ἐπειδὴ, φησὶν, οὐ θέλεις πιστευθῆναι, ὅτι ἀδύνατόν ἐστι μὴ γενέσθαι ὃ λέγω, ἐν τῇ ἀρνήσει αὐτὸ γνώσῃ. Τοῦτο δὲ ὑπέστη, οὐ τοῦ Χριστοῦ αὐτὸν εἰς τοῦτο ἀγαγόντος, ἀλλ' ἐάσαντος αὐτὸν ἔρημον, ἵνα μὴ ἀρθῇ εἰς ἀπόνοιαν. Μηδεὶς λεγέτω ὅτι ὁ Πέτρος διὰ τοῦτο ἠρνήσατο, ὅτι εἶπεν ὁ Χριστός· οὐ γὰρ ἀνάγκην ἐπέθηκεν αὐτῷ, ὥστε ἐλθεῖν αὐτὸν εἰς ἄρνησιν· ἀλλ' D ὅπερ ἔμελλε[c] πάντως ἔσεσθαι, προλέγει τῷ μαθητῇ ὡς Θεός. Οὐκ ἐξ ἀπίστου δὲ ψυχῆς γέγονεν ἡ ἄρνησις, ἀλλ' ἐξ ἀσθενείας.

ΚΕΦΑΛ. ΙΔ'.

« Καὶ εἶπε τοῖς μαθηταῖς αὐτοῦ· Μὴ ταρασσέσθω ὑμῶν ἡ καρδία. Πιστεύετε εἰς τὸν Θεὸν, καὶ εἰς ἐμὲ πιστεύετε. »

Οὐ πάντες, φησὶ, μέλλετέ με ἀρνήσασθαι, καὶ ἡ ἄρνησις τοῦ Πέτρου διὰ τῆς μεταμελείας καὶ ὁμολογίας ἐξαλειφθήσεται.

[c] Cr. ἤμελλε.

Christus, ut qui propria sua morte mortem deleverit, clarificatus est, nos docens, etiam probrosissima quæque pro Deo perpeti, gloriosum esse.

Per semetipsum Pater clarificabit Filium, et continuo, id est in cruce, cum sol obscuratus est, petræ scissæ sunt, et post quinquaginta dies descendens Spiritus omnibus notum fecit Filium.

VERS. 34. « Mandatum novum do vobis: Ut diligatis invicem, sicut dilexi vos, ut et vos diligatis invicem. »

Nova est forma mandati hujus, et legem excedit, ut quis amet proximum plus quam seipsum. Non volo vos amare eos quibus obstricti estis, sed quibus nihil debetis; nam et ego pro vobis mortem oppeto, quibus nihil debeo.

VERS. 35. « In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad invicem. »

Non ex signis quæ facitis, cognoscemini esse mei discipuli (nam hoc totum supernæ gratiæ est); sed ex dilectione quam habueritis ad invicem, et ex consensione animorum, et quod nimime dissideatis. Christus ipse Filius est dilectionis, quippe qui est natura sua charitas, et fructus dilectionis, ut cui minime ascititium sit dilectionis bonum.

VERS. 36. « Dicit ei Simon Petrus: Domine, quo vadis? Respondit Jesus: Quo ego vado, non potes me modo sequi: sequeris autem postea. »

Exemplum nobis dedit Petrus interrogandi magistros ea quæ ignoramus.

Propter imbecillitatem non permittit Petrum se sequi, attamen propter animositatem, et quia ipse quoque sicut Christus in crucem agendus erat, prædicit illi soli quid ei eventurum esset.

VERS. 38. « Respondit ei Jesus: Animam tuam pro me pones? Amen, amen dico tibi: non cantabit gallus, donec ter me neges. »

Cum, inquit, nolis credere fieri non posse quin eveniat id quod dico, in ipsa negatione id cognosces. Hoc autem sustinuit, Christo nequaquam ad hoc ipsum inducente, sed permittente ipsum deseri, ne arroganter efferretur. Nemo itaque dicat Petrum idcirco negasse, quia Christus dixerat; nullam enim ei imposuit necessitatem, qua ad negandum impelleretur: sed quod omnino futurum tanquam Deus discipulo prædixit. Non autem ex animo incredulo, sed ex imbecillitate negatio exstitit.

CAP. XIV.

VERS. 1. « Et dixit discipulis suis: Non turbetur cor vestrum. Creditis in Deum, et in me credite. »

Non omnes, inquit, me negabitis, sed et ipsa Petri negatio per pœnitentiam et confessionem abolebitur.

A VERS. 3. « Et si abiero, et præparavero vobis locum: iterum venio, et accipiam vos ad meipsum, ut ubi sum ego, et vos sitis. »

Non ascendendum est ut parem vobis locum, sed ut potestatem vobis faciam ascendendi ad angelorum domicilium, quod universæ carni erat inaccessum. Cum itaque hoc peregero, in regeneratione denuo rediens, accipiam vos ad meipsum, ut sitis ubi sum ego.

VERS. 6. « Dicit ei Jesus: Ego sum via, et veritas, et vita. Nemo venit ad Patrem, nisi per me. »

Via est, quia per ipsum veniebant, et ipse potens erat eos ad Patrem adducere: veritas, quia in eo non est mendacium, et sine dubio hæc erunt: vita vero, quia neque ipsa mors, inquit, vos prohibere B poterit ne ad me veniatis. Via est, per operationem; veritas, in quantum vera fidei regula; vita, quatenus nos suscitat, et ad immortalitatem adducit, et antiquam abolet maledictionem.

VERS. 7. « Si cognovissetis me, et Patrem meum utique cognovissetis: et amodo cognoscetis eum, et vidistis eum. »

Visum autem hic vocat mentis cognitionem. Qui itaque videt Filium, non in nuda substantia, sed carne indutum, cognoscit et Patrem ipsi in omnibus æqualem. Cognitio mentis significat cogitationem, visio vero plenam per divina opera persuasionem.

C VERS. 9. « Philippe, qui videt me, videt et Patrem. Quomodo tu dicis: Ostende nobis Patrem? »

Nihil, inquit, aliud est Filius, quam id quod est Pater, manens Filius. Si enim, ut accidit, dicas, o Philippe, quoniam Te novi quia Filius es, verum tamen non novisti me, quia totum habeo in meipso Patrem, et maneo tamen Filius exsistens.

VERS. 11. « Non creditis, quia ego in Patre, et Pater in me est? »

Verba illa intimum complexum et æqualitatem denotant. Idcirco ne quis incidat in hæresim Sabellii, personas dividendo, subjungit dicens: *Qui videt me, videt et Patrem.* Hoc autem intelligit per cognitionem, istaque de invisibili sua et Patris substantia loquitur. Divinum enim Numen corporeis oculis videri nequit, ideoque dicit: *Qui videt me,* D *videt et Patrem,* non quod ipse Pater sit, sed quia propter intimam conjunctionem, quicunque Filium videt, videt et Patrem. Habet enim quisque propriam hypostasim.

Propter naturæ identitatem naturaliter omnes in me Patris proprietates possideo. Substantialiter enim Filius Patrem complectitur, eique intime inexsistit.

VERS. 12. « Amen, amen dico vobis, qui credit in me, opera quæ ego facio, et ipse faciet, et majora horum faciet: quia ego ad Patrem vado. »

Quasi Filium cognoscens hoc dicit, existimans se statim suis oculis posse Deum videre.

« Καὶ ἐὰν πορευθῶ καὶ ἑτοιμάσω ὑμῖν τόπον, πάλιν ἔρχομαι, καὶ παραλήψομαι ὑμᾶς πρὸς ἐμαυτὸν, ἵνα ὅπου εἰμὶ ἐγὼ, καὶ ὑμεῖς ἦτε. »

Οὐ χρὴ ἕνεκα τοῦ ἑτοιμάσαι ὑμῖν τόπον ἀνελθεῖν, ἀλλ' ἵνα νομὴν ποιήσω ὑμῖν ἀνόδου, ὅπου τῶν ἀγγέλων οἰκητήριον, ὅπερ ἄβατον ἦν πάσῃ σαρκί. Ὅταν οὖν ποιήσω τοῦτο, ἐν τῇ παλιγγενεσίᾳ ἐλθὼν λαμβάνω ὑμᾶς μετ' ἐμαυτοῦ, ἵνα ἦτε ὅπου εἰμὶ ἐγώ.

« Λέγει αὐτῷ ὁ Ἰησοῦς· Ἐγώ εἰμι ἡ ὁδὸς, καὶ ἡ ἀλήθεια, καὶ ἡ ζωή. Οὐδεὶς ἔρχεται πρὸς τὸν Πατέρα, εἰ μὴ δι' ἐμοῦ. »

Ὁδός ἐστιν, ὅτι δι' αὐτοῦ ἤρχοντο, καὶ αὐτὸς κύριος ἦν τοῦ ἀνάγειν πρὸς τὸν Πατέρα· ἀλήθεια δὲ διὰ τὴν ἀψευδίαν, ὅτι πάντως ταῦτα ἔσται· ζωὴ δὲ, ὅτι οὐδὲ αὐτὸς, φησὶν, ὁ θάνατος δυνήσεται ὑμᾶς κωλῦσαι ἐλθεῖν. Ὁδός ἐστι διὰ τὸ πρακτικόν· ἀλήθεια, ὡς ἀληθὴς τῆς πίστεως ὅρος· ζωὴ, ὡς ἐγείρων ἡμᾶς, καὶ εἰς ἀφθαρσίαν ἄγων, καὶ τῆς ἀρχαίας ἐλευθερῶν ἀρᾶς.

« Εἰ ἐγνώκειτέ με, καὶ τὸν Πατέρα μου ἐγνώκειτε ἄν· καὶ ἀπ' ἄρτι γινώσκετε αὐτὸν, καὶ ἑώρακα αὐτόν. »

Ὄψιν ὧδε λέγει τὴν κατὰ διάνοιαν γνῶσιν. Ὁ οὖν θεωρῶν τὸν Υἱὸν, οὐ γυμνῇ τῇ οὐσίᾳ, ἀλλὰ σάρκα περιβεβλημένον, τὸν ἴσον αὐτῷ ἐν ἅπασι γινώσκει Πατέρα. Ἡ γνῶσις τὴν διὰ τῶν ἐννοιῶν θεωρίαν δηλοῖ, ἡ δὲ θέα τὴν διὰ τῶν θεοπρεπῶν ἔργων πληροφορίαν.

« Φίλιππε, ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα. Καὶ πῶς σὺ λέγεις· Δεῖξον ἡμῖν τὸν Πατέρα; »

Οὐδὲν, φησὶν, ἕτερόν ἐστιν ὁ Υἱὸς, εἰ μὴ ὅπερ ἐστὶν ὁ Πατὴρ μένων Υἱός. Εἰ γὰρ καὶ, ὡς ἔτυχε, λέγεις, ὦ Φίλιππε, ὅτι Σὲ οἶδα ὅτι ὁ Υἱὸς εἶ, ἀλλ' οὐκ ἔγνως με ὅτι ὅλον ἔχω ἐν ἐμαυτῷ τὸν Πατέρα, μένω πάλιν Υἱὸς ὤν.

« Οὐ πιστεύετέ μοι, ὅτι ἐγὼ ἐν τῷ Πατρὶ, καὶ ὁ Πατὴρ ἐν ἐμοί ἐστιν; »

Ὁ λόγος σημαίνει τὴν ἄγαν ἐμφέρειαν καὶ ἰσότητα. Διὸ ἵνα μὴ ἐμπέσῃ τις εἰς τὴν Σαβελλίου αἵρεσιν, διαιρῶν τὰς ὑποστάσεις, ἐπάγει λέγων· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα.* Τοῦτο δὲ δηλοῖ διὰ τὴν γνῶσιν, ταῦτα περὶ τῆς ἀοράτου λέγει οὐσίας ἑαυτοῦ τε καὶ τοῦ Πατρός. Οὐ γὰρ δυνατὸν σαρκικοῖς ὀφθαλμοῖς ἰδεῖν τὸ Θεῖον· διὸ εἶπεν· *Ὁ ἑωρακὼς ἐμὲ, ἑώρακε τὸν Πατέρα,* οὐχ ὅτι αὐτός ἐστιν ὁ Πατὴρ, ἀλλ' ὅτι διὰ τὴν ἄγαν ἐμφέρειαν, ὁ τὸν Υἱὸν ὁρῶν, τὸν Πατέρα βλέπει. Ἔστι γὰρ ἕκαστος ἰδιοσυστάτως.

Φυσικῶς ἐν τῇ ἰδίᾳ μου φύσει ἔχω τὰ τοῦ Πατρὸς ἴδια διὰ τὸ ὁμοούσιον. Οὐσιωδῶς γὰρ ὁ Υἱὸς ἐμπεριέχει τὸν Πατέρα, καὶ ἔστιν ἐν αὐτῷ.

« Ἀμὴν, ἀμὴν λέγω ὑμῖν, ὁ πιστεύων εἰς ἐμὲ, τὰ ἔργα ἃ ἐγὼ ποιῶ, κἀκεῖνος ποιήσει, καὶ μείζονα τούτων ποιήσει· ὅτι ἐγὼ πρὸς τὸν Πατέρα μου πορεύομαι. »

Ὡς τὸν Υἱὸν εἰδὼς εἶπε τοῦτο, οἰόμενος τάχα ὀφθαλμοφανῶς δύνασθαι ἰδεῖν τὸν Θεόν. [CRAM.]

« Κἀγὼ ἐρωτήσω τὸν Πατέρα, καὶ ἄλλον Παράκλητον δώσει ὑμῖν, ἵνα μένῃ μεθ' ὑμῶν εἰς τὸν αἰῶνα. »

Εἰπὼν *ἄλλον*, δείκνυσι τῶν ὑποστάσεων τὸ διάφορον· εἰπὼν δὲ, *ὡς ἐμὲ*, τῆς οὐσίας τὸ συγγενές. Ἐρωτᾷν δὲ λέγει τὸν Πατέρα, διὰ τὸ εἶναι αὐτοὺς ἀτελεῖς. Ἐπεὶ πῶς αὐτὸς αἰτῶν πέμπει, ὅπερ οἱ ἀπόστολοι τῇ ἐπιθέσει τῶν χειρῶν ἐδίδουν τοῖς πιστοῖς; Οὔτε δὲ τὸ Πνεῦμα πέμπεται, ἀλλ' αὐθεντικῶς ἐφίσταται, τὸ πανταχοῦ ὄν· ἀλλὰ τοῦτο εἶπε δεικνὺς τῆς παρουσίας τὸν καιρόν. Εἰ μὴ γὰρ ἐτύθη ὁ Χριστὸς, καὶ ἐλύθη ἡ ἁμαρτία, οὐκ ἐπεφοίτησε τοῖς πιστοῖς τὸ Πνεῦμα. Παράκλητος δὲ καλεῖται ὁ Υἱὸς καὶ τὸ Πνεῦμα, ὡς παραμυθίαν ἡμῖν ἐμποιοῦντες, καὶ ὡς παρακαλοῦντες ὑπὲρ ἡμῶν τὸν Πατέρα. Τὸ γὰρ ὄνομα τοῦτο παραμυθίας ἐστὶ ποιητικὸν, οὐ διάφορον οὐσίαν σημαῖνον Πνεύματος καὶ Πατρός.

Εἰπὼν τὸ, *ἵνα μένῃ*, ἐδίδαξεν, ὅτι οὔτε μετὰ τελευτὴν ἀφίσταται τὸ Πνεῦμα, ὥσπερ τις θεότητος ποιότης ἐν ἡμῖν γίνεται, καὶ ἀπομένει διαπαντὸς ἐν τοῖς ἁγίοις, ὅταν δι' ἀρετῆς καὶ καθαρότητος τηρεῖν ἐν ἑαυτοῖς σπουδάσωσι τὴν χάριν.

« Οὐκ ἀφήσω ὑμᾶς ὀρφανούς· ἔρχομαι πρὸς ὑμᾶς. »

Οὐδέποτε μὲν εἴασεν αὐτοὺς ἐρήμους τῆς αὐτοῦ προνοίας, πλὴν ὤφθη αὐτοῖς καὶ μετὰ τὴν ἀνάστασιν. Ἐπειδὴ ἐλθὼν ἐκάλεσεν αὐτοὺς *τεκνία*, μέλλων ἀπιέναι, εἶπεν *ὀρφανούς*. [Cram.]

Ὅτι ἔμελλε μόνοις αὐτοῖς ὀφθῆναι μετὰ τὴν ἀνάστασιν, πᾶσιν εἶπε, *μικρόν*· μικρὸν χρόνον λέγει τὸν ἕως τῆς δευτέρας παρουσίας. Μικρὸν γὰρ Θεῷ, καὶ ὁ μακρός [d]. Ὑμεῖς δὲ οἱ ἅγιοι διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνοικήσεως γνώσεσθέ με, οὐ μὴν οἱ τὰ τοῦ κόσμου ἀγαπῶντες. [Cram. add.] Ἀῤῥαβὼν [ὃν] τῆς μελλούσης ζωῆς ἔχετε λαβεῖν, ἐστὶν ἡ ἐμὴ ἀνάστασις.

« Ὁ ἔχων τὰς ἐντολάς μου, καὶ τηρῶν αὐτὰς, ἐκεῖνός ἐστιν ὁ ἀγαπῶν με. Ὁ δὲ ἀγαπῶν με, ἀγαπηθήσεται ὑπὸ τοῦ Πατρός μου, καὶ ἐγὼ ἀγαπήσω αὐτὸν, καὶ ἐμφανίσω αὐτῷ ἐμαυτόν. »

Ὅτε ἀνέστη ἐκ νεκρῶν, καὶ ἔτυχον τοῦ ἁγίου Πνεύματος, ἔλαβον γνῶσιν, ὅτι ὁ Υἱὸς τὴν αὐτὴν ἔχων δύναμιν τῷ Πατρὶ, ἐκείνου μὲν οὐκ ἀποσχίζεται διὰ τὴν τῆς οὐσίας ἑνότητα, αὐτοῖς δὲ σύνεστιν ἀεὶ βοηθῶν αὐτοῖς. Ἐγὼ ζωὴ φύσει ὑπάρχων, συνῆψα ἐμαυτὸν τῷ Πατρὶ, φύσει καὶ αὐτῷ ζωῇ ὄντι· συνῆψα δὲ καὶ ὑμᾶς τῷ Πατρὶ διὰ τῆς συνοικήσεως τοῦ ἁγίου Πνεύματος, θείας φύσεως ποιήσας ὑμᾶς. Ἐγὼ μὲν γὰρ φυσικῶς ἐν Πατρὶ ὡς καρπὸς αὐτοῦ, ὑμεῖς δὲ ἐν ἐμοὶ καθ' ὃ γέγονα ἄνθρωπος, καὶ ἐγὼ ἐν ὑμῖν διὰ τῆς τοῦ Πνεύματος ἐνοικήσεως.

Μετὰ τὴν ἀνάστασιν οἱ ὀρθῶς πιστεύοντες τελείως γνώσονται· νῦν γὰρ ἐκ μέρους γινώσκομεν. Ὅτι ὥσπερ ἐστὶν ὁ Υἱὸς ὁμοούσιος τῷ Πατρὶ, οὕτω καὶ ἓν ἀμφοτέρων θέλημα.

« Λέγει αὐτῷ Ἰούδας, οὐχ ὁ Ἰσκαριώτης· Κύριε,

[d] Cr. add. χρόνος.

A Vers. 16. « Et ego rogabo Patrem, et alium Paraclitum dabit vobis ut maneat vobiscum in æternum. »

Dicendo *alium*, personarum significat differentiam; dicendo vero, *mei similem*, substantiæ ostendit cognationem. Dicit vero se rogare Patrem, propter eorum imbecillitatem. Verum quomodo ipse rogando mittit, quem apostoli per manuum impositionem fidelibus dabant? Neque vero Spiritus mittitur, cum ubique locorum per se præsens sit: sed hoc dixit, ut tempus adventus declararet. Si enim Christus non fuisset immolatus, et solutum peccatum, Spiritus sanctus in fideles minime descendisset. Paraclitus autem tam Filius quam Spiritus nominatur, ut qui nobis consolationem afferant, B Patremque nobis concilient. Nomen enim hoc est consolatorium, neque diversam Spiritus a Patre substantiam significat.

Dicendo *ut maneat*, simul docuit ne post obitum quidem Spiritum deserere, ut qui quasi divina quædam qualitas in nobis exsistat, et semper in sanctis perseveret, quando per virtutem ac puritatem in semetipsis servare gratiam conantur.

Vers. 18. « Non relinquam vos orphanos: veniam ad vos. »

Nunquam eos providentia sua orbos reliquit; insuper visus est ipsis etiam post resurrectionem. Adveniens eos vocavit *filios*, cum esset profecturus *orphanos* dixit.

C Quia solis discipulis post resurrectionem apparituros erat, omnibus dixit *modicum*, sic appellans tempus usque ad secundum adventum. Modicum enim Deo est, tametsi nobis longum. Vos autem sancti per inhabitantem Spiritum cognoscetis me, secus quam qui mundum diligunt.

Vers. 21. « Qui habet mandata mea, et servat ea: ille est qui diligit me. Qui autem diligit me, diligetur a Patre meo: et ego diligam eum, et manifestabo ei meipsum. »

Vers. 1. « Post quinque autem dies descendit princeps sacerdotum, Ananias, cum senioribus quibusdam et Tertullo quodam oratore : qui adierunt principem adversus Paulum. »

Adierunt principem : hic rursus deest aliquid ad sensum, qui hic est : Qui adversus Paulum libellum obtulerunt.

Vers. 5. « Auctorem seditionis hæresis Nazaræorum. »

Nazaræos Tertullus dicit hæreticos, quia inter Judæos hæc quoque erat hæresis : vel potius Tertullus gentilis erat, et ideo rhetorum aut causidicorum more loquebatur.

Vers. 14. « Confiteor autem hoc tibi, quod secundum viam quam vocant hæresim sic deservio patrio Deo. »

Viam dicit aut fidem aut traditionem; notandum quoque est Nazaræos servire patrio Deo, mandatis legis et prophetis parere, et mortuorum resurrectionem credere; ostendit Paulus ex his quæ dicit, scilicet *deservio patrio Deo*, se in Jesum credere, nec alium Deum colere sed illum qui idem est cum Patre, lege et prophetis prædicato, et omnes in Christum credentes, ut Paulus ipse, Moysi legem et prophetas recipere. Neque ex verborum strictiori acceptione credas hos solum libros esse legendos, sed potius oportere, ea latiori sensu intelligendo, quia omnis vetus Scriptura divinitus inspirata et utilitatis plena, Esther etiam, et Judith, et Tobiæ libros recipere.

Vers. 22. « Quibus auditis, distulit illos Felix, certissime sciens de via hac, dicens : Cum tribunus Lysias descenderit, audiam vos. »

Notandum quod certissime fidem noverit Felix, quæ sunt Christi ex veteri Scriptura edoctus, non autem Paulum dimiserit, hominibus cum placere vellet, sicut declarant sequentia verba : *Volens gratiam Judæis præstare Felix*; et speraret pecuniam ab eo accipere : fidem autem ideo noverat, quia conjugem habebat Judæam, a qua hæc assidue audiebat.

A καὶ ἐψεύσαντο, ἀνάθεμά εἰσιν· εἴτε καὶ τὸν Παῦλον δίκαιον ἄνδρα καὶ ἀκατάκριτον ἐξεγεγόνει αὐτοῖς φονεῦσαι, πάλιν ὡς φονεῖς ἀνάθεμα ἑαυτοὺς ἐποίουν· ἤτοι ὁ Θεὸς ἐποίει αὐτοὺς, εἰ καὶ παρεσιώπων οἱ ἀρχιερεῖς.

« Ἀκούσας δὲ ὁ υἱὸς τῆς ἀδελφῆς Παύλου τὴν ἐνέδραν, παραγενόμενος καὶ εἰσελθὼν εἰς τὴν παρεμβολὴν, ἀπήγγειλε τῷ Παύλῳ. »

Μᾶλλον ὡς Ἰουδαῖος ὢν καὶ συνὼν αὐτοῖς ἤκουσε· σημειωτέον δὲ ὅτι οὐ συγγένεια ποιεῖ ὁμοπίστους, ἀλλ' ὁ τρόπος· ἢ καὶ οὐκ ἦν Ἰουδαῖος, καὶ ἀκούσας ἦλθε, καὶ προδιωρθώσατο τὸν Παῦλον.

« Ἐκέλευσέ τε αὐτὸν ἐν τῷ πραιτωρίῳ Ἡρώδου φυλάσσεσθαι. »

Σημειωτέον ὅτι ἐν Καισαρείᾳ ἐστὶ τὸ πραιτώριον
B Ἡρώδου.

ΚΕΦΑΛ. ΚΔ.

« Μετὰ δὲ πέντε ἡμέρας κατέβη ὁ ἀρχιερεὺς Ἀνανίας μετὰ πρεσβυτέρων τινῶν καὶ ῥήτορος Τερτύλλου τινός· οἵτινες ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι κατὰ τοῦ Παύλου. »

Ἐνεφάνισαν τῷ ἡγεμόνι · λείπει πάλιν τῷ ῥητῷ πρὸς τὸ νόημα λέξις, ἵνα ᾖ οὕτως· Οἵτινες ἐνεφάνισαν διδασκαλικὸν χάρτην κατὰ τοῦ Παύλου.

« Πρωτοστάτην τε τῆς τῶν Ναζωραίων αἱρέσεως. »

Αἱρετικοὺς λέγει τοὺς Ναζωραίους ὁ Τέρτυλλος, ὡς εἶναι καὶ ταύτην ἐν Ἰουδαίοις αἵρεσιν· μᾶλλον δὲ ὁ Τέρτυλλος Ἕλλην ἦν· διὸ καὶ ἐρρητόρευεν, ἤτοι ἐδικολόγει.

C « Ὁμολογῶ δὲ τοῦτό σοι, ὅτι κατὰ τὴν ὁδὸν ἣν λέγουσιν αἵρεσιν, οὕτως λατρεύω τῷ πατρῴῳ Θεῷ. »

Ὁδὸν λέγει τὴν πίστιν, ἤτοι τὴν παράδοσιν· καὶ σημειωτέον ὅτι[p.q] Ναζωραῖοι πιστεύουσι τῷ Θεῷ τῷ πατρῴῳ, καὶ τοῖς κατὰ τὸν νόμον, καὶ τοῖς προφήταις, καὶ εἰς ἀνάστασιν νεκρῶν· δείκνυσιν ὁ Παῦλος, ἐξ ὧν[r] φησι, Τῷ πατρῴῳ Θεῷ λατρεύω, ὅτι εἰς τὸν Ἰησοῦν πιστεύει[s]· ἀλλ' οὐκ ἄλλον σέβει Θεὸν, ἀλλὰ τὸν αὐτὸν ὄντα τῷ[t] Πατρὶ τῷ ἐκ νόμου καὶ προφητῶν κηρυχθέντι· καὶ ὅτι οἱ εἰς τὸν[u] Χριστὸν πιστεύοντες, ὡς καὶ ὁ Παῦλος, δέχονται Μωσέως τὸν νόμον καὶ τοὺς προφήτας· καὶ βλέπε μὴ ἐκ τῆς τοῦ ῥητοῦ ἀκριβείας μόναις δεῖ ἐγκύπτειν ταύταις ταῖς βίβλοις, εἰ μήτιγε καταχρηστικῶς, ὡς πάσης οὔσης Παλαιᾶς
D Γραφῆς θεοπνεύστου, καὶ ὠφελίμου, δέξοιτό τις καὶ τὴν Ἐσθὴρ καὶ Ἰουδὴθ, καὶ τὴν Τωβὶτ βίβλον.

« Ἀκούσας δὲ ταῦτα ὁ Φῆλιξ ἀνεβάλετο αὐτοὺς, ἀκριβέστερον εἰδὼς τὰ περὶ τῆς ὁδοῦ, εἰπὼν, ὅταν Λυσίας ὁ χιλίαρχος καταβῇ, διαγνώσομαι τὰ καθ' ὑμᾶς. »

Σημειωτέον ὅτι ᾔδει ὁ Φῆλιξ τὴν πίστιν ἀκριβῶς, κατηχηθεὶς ἐκ τῆς Παλαιᾶς τὰ περὶ Χριστοῦ, καὶ κατὰ ἀνθρωπαρέσκειαν[u'] οὐκ ἀπέλυε τὸν Παῦλον, ὡς παρακατιὼν ὁ λόγος φησί· *Θέλων δὲ χάριτας καταθέσθαι τοῖς Ἰουδαίοις ὁ Φῆλιξ*· ἔτι γε μὴν καὶ χρήματα ἐλπίζων λαμβάνειν διὰ τοῦτο παρ' αὐτοῦ· ᾔδει δὲ, ὡς ἔχων γυναῖκα Ἰουδαίαν, παρ' ἧς συνεχῶς ἤκουε ταῦτα.

[p.q] C. C. ὅτι οἱ. [r] C. C. ὄν. [s] C. C. πιστεύων. [t] C. C. τό. [u] C. C. om. τόν. [u'] Cod. ἀνθρωπαρέσκειαν.

« Μετὰ δὲ ἡμέρας τινὰς παραγενόμενος ὁ Φῆλιξ A σὺν Δρουσίλλῃ τῇ ἰδίᾳ γυναικὶ οὔσῃ Ἰουδαίᾳ. »

Σὺν Δρουσίλλῃ τῇ ἰδίᾳ γυναικί. Παρὰ τὸν νόμον αὐτῷ [v] συνήφθη Ἰουδαία οὖσα Ἕλληνι· ἢ τάχα ἦν μὲν Ἰουδαία, γαμηθεῖσα δὲ αὐτῷ ἐγένετο Ἑλληνίς· διὸ καὶ ἐξέλεγεν αὐτῷ τὴν ἑαυτῆς πίστιν· ἢ οὖν Ἰουδαία ἦν καὶ ἔλεγεν, ἵνα καὶ [x] μεταπείσῃ καὶ τὸν ἄνδρα· ἢ ὡς παραβᾶσα τὸν νόμον, καὶ εἰς τοῦτο παρέδη.

ΚΕΦΑΛ. ΚΕ'.

Ἀπολογουμένου δὲ αὐτοῦ, « Ὅτι οὔτε εἰς τὸν νόμον τῶν Ἰουδαίων, οὔτε εἰς τὸ ἱερὸν, οὔτε εἰς Καίσαρά τι ἥμαρτον. »

Ἰδοὺ μαρτυρία σαφὴς ὅτι ἐν πᾶσιν ἑαυτὸν ἀπρόσκοπον ὁ Παῦλος ἐφύλαττε· μήτε εἰς [y] τὸν νόμον ἢ εἰς ἄνθρωπον, ἢ εἰς τὸ ἱερὸν ἁμαρτήσας, ἀντὶ τοῦ, οὐδὲ B τὰ ἐκ λίθων οἰκοδομήματα τῶν Ἰουδαίων ἐνύβρισέ ποτε ὁ Παῦλος, καίπερ εἰδὼς καὶ κηρύσσων, μὴ ἐν χειροποιήτοις τὸν Ὕψιστον οἰκεῖν, ἀλλ' οὔτε ἱερέα ἐτόλμησεν ὑβρίσαι ἐν εἰδήσει Ἰουδαῖον, καίτοιγε μὴ πειθαρχῶν ἔτι τοῖς Ἰουδαίων ἀρχιερεῦσιν.

« Εἶπε δὲ ὁ Παῦλος· Ἐπὶ τοῦ βήματος Καίσαρος ἑστώς εἰμι, οὗ με δεῖ κρίνεσθαι. »

Καίσαρος ἑστώς εἰμι· οὗ με δεῖ κρίνεσθαι· ἀντὶ τοῦ, Ἐν τῇ Ῥώμῃ θέλω ἀπελθεῖν παρὰ τῷ βασιλεῖ, κἀκεῖ δικάσασθαι ἐκκαλοῦμαί σε, φησίν.

« Ἡμερῶν δὲ διαγενομένων τινῶν, Ἀγρίππας ὁ βασιλεὺς καὶ Βερνίκη κατήντησαν εἰς Καισάρειαν, ἀσπασόμενοι τὸν Φῆστον. »

Ἢ εἰς τάξιν βασιλέως κατῄει ἐν ταῖς ἐπαρχίαις C ὁ Ἀγρίππας, καὶ διὰ τοῦτο καὶ βασιλεὺς ἐχρημάτιζεν· ἢ καὶ τάχα βασιλεὺς ἦν καὶ αὐτὸς τῶν ἀνατολικῶν μερῶν· τοῦ Νέρωνος τῶν δυτικῶν ἄρχοντος καὶ ὄντος ἐν Ῥώμῃ· τὸ γὰρ Καῖσαρ ὄνομα Ῥωμαϊστὶ βασιλέα σημαίνει, ὡς κοινῷ ὀνόματι πάντας βασιλεῖς Ῥωμαίων Καίσαρας μὲν καλεῖσθαι, καθὸ βασιλεῖς· οὐ μὴν καὶ ἰδικὰ αὐτῶν εἶναι ὀνόματα ταῦτα· τοῦτο δὲ εἶπον, ἵνα μήτις ἐκ τῆς ὁμωνυμίας τοῦ καθολικοῦ ὀνόματος νομίσῃ, ὅτι ἐπὶ τοῦ αὐτοῦ βασιλέως καὶ ὁ Κύριος ἡμῶν ἐτέχθη, καὶ ὁ Παῦλος ἔπαθεν· ἐτέχθη μὲν γὰρ ὁ Κύριος, καθὼς οἱ χρόνοι δηλοῦσιν, ἐπὶ Αὐγούστου Καίσαρος· ἀπέθανε δὲ μετὰ τριάκοντα δύο ἔτη ἐπὶ Τιβερίου Αὐγούστου· ὁ δὲ Παῦλος ἀπέθανεν ἐπὶ Νέρωνος μετὰ εἰκοστὸν δεύτερον ἔτος [z] D τοῦ θανάτου τοῦ Κυρίου. Μᾶλλον δὲ καὶ ὁ Ἡρώδης ὡς ὁ [a] Ἀγρίππας ἐν τάξει βασιλέως κατῆλθε· διὸ καὶ αὐτὸς ἐκαλεῖτο βασιλεύς.

« Πρὸς οὓς ἀπεκρίθην, ὅτι οὐκ ἔστιν ἔθος Ῥωμαίοις χαρίζεσθαί τινα ἄνθρωπον εἰς ἀπώλειαν, πρὶν ἢ ὁ κατηγορούμενος κατὰ πρόσωπον ἔχοι τοὺς κατηγόρους, τόπον τε ἀπολογίας λάβοι περὶ τοῦ ἐγκλήματος. »

Ὥστε οὖν ὁ Πιλάτος χαρισάμενος τὸν Ἰησοῦν τοῖς Ἰουδαίοις, ἵνα αὐτὸν ἀνέλωσιν, δῆλος ἦν μιαιφονικῇ ψυχῇ τοῦτο ποιήσας, ὅπου γε οὐ μόνον τὸ τοῦ Θεοῦ ὑπερεῖδε κρῖμα εἰς τοῦτο, ἀλλὰ καὶ τὸν τῶν Ῥω-

VERS. 24. « Post aliquot autem dies, veniens Felix cum Drusilla uxore sua, quæ erat Judæa. »

Cum Drusilla uxore sua. Præter legem ei nupsit, Judæa gentili; aut, forsan e Judæa, ei nupta, facta est gentilis; quod autem ei notam fecerit suam fidem, vel quia Judæa erat, et ut virum converteret loquebatur; vel quia, legem prætergressa, eo usque transgressa est.

CAP. XXV.

VERS. 8. « Quoniam neque in legem Judæorum, neque in templum, neque in Cæsarem aliquid peccavi. »

Ecce manifestum argumentum Paulum se in omnibus injuriis abstinuisse; qui neque in legem, neque in hominem, neque in templum peccavit, quasi diceretur Paulus ne ædificia quidem Judæorum ex lapidibus constructa injuriis impetivisse, quamvis sciret et prædicaret non in manufactis Altissimum habitare, neque Judæum sacerdotem sciens, contumeliis afficere ausus est, licet non amplius Judæorum sacerdotum principibus obediret.

VERS. 10. « Dixit autem Paulus: Ad tribunal Cæsaris sto: ubi me oportet judicari. »

Ad Cæsarem sto: ubi me oportet judicari, pro, Romam volo ire ad regem, et ibi, ut judicer, in te appello.

VERS. 13. « Et, cum dies aliquot transacti essent, Agrippa rex et Bernice descenderunt Cæsaream, ad salutandum Festum. »

Vel regiæ potestatis in provinciis erat Agrippa, et ob eam causam rex dicebatur; vel forsan revera erat rex Orientalium partium, Nerone in Occidente regnante et Romæ commorante: nomen enim Cæsaris Latine regem sonat, unde omnibus Romanorum regibus Cæsar nomen erat, in quantum erant reges; propria autem eorum nomina non erant eadem: quod dixi, ne quis, ex nominis communitate, arbitretur sub eodem rege et Dominum esse natum et Paulum esse passum: natus est enim Dominus, ut tempora evincunt, sub Augusto Cæsare; mortuus est autem post duo et triginta annos, sub Tiberio Augusto; Paulus vero mortuus est sub Nerone, duo et viginti annos post Domini mortem. Sed potius Herodes, non secus ac Agrippa, regiam potestatem habebat, et ideo rex dicebatur.

VERS. 16. « Ad quos respondi: Quia non est Romanis consuetudo damnare aliquem hominem priusquam, is qui accusatur præsentes habeat accusatores, locumque defendendi accipiat ad abluenda crimina. »

Igitur Pilatus, Jesum Judæis ad occidendum propter gratiam tradens, apparuit ex perversitate egisse, quandoquidem non solius Dei judicium contempsit, sed etiam Romanorum leges pedibus calcavit.

[v] C. C. αὐτῇ. [x] C. C om. ἵνα καί. [y] C. C. τῶν Θεῶν ἤ. [z] C. C. εἰκοστοῦ δευτέρου ἔτους. [a] C. C. om. ὁ.

régisque mandata præterivit, ut sanguinem innocentem tradens Judæis placeret, quamvis fuerit, ut legum transgressor, judicandus a rege a quo missus fuerat ut provinciam Jerusalem procuraret.

VERS. 21. « Paulo autem appellante ut servaretur ad Augusti cognitionem, jussi servari eum, donec mittam eum ad Cæsarem. »

Augustum perperam regem vocat, sicut et Cæsarem, quem in sequentibus dominum vocat.

VERS. 25. « Ego vero comperi nihil dignum morte eum fecisse. Ipso autem hoc appellante ad Augustum judicavi mittere. »

Testatur judex eum innocentem esse, nec tamen dimisit, ita sane disponente Domino ut appellaret, et ex appellationis necessitate Romam mitteretur, unde adimpleretur quod prædixerat : *Quia oportet me Romam videre.*

CAP. XXVI.

VERS. 4, 5. « Et quidem vitam meam a juventute, quæ ab initio fuit in gente mea in Jerosolymis, noverunt omnes Judæi ; — præscientes me ab initio, si velint testimonium perhibere, quoniam secundum certissimam sectam nostræ religionis vixi Pharisæus. »

Pro, Verum sciunt, non autem dicere volunt, voluntarie decepti et delinquentes, non natura cogente. Quod pugnat adversus Manichæos et eos qui omnia facta astrologiæ, sorti et fato tribuunt. Notandum vero est Pharisæos fuisse hæreticos, licet præ omnibus aliis Judæorum sectis, Scripturas diligentius scrutarentur ; non dicit verius, sed diligentius ; non enim habebant veram Scripturarum scientiam : namque diligentia minutius inquirit et ratiocinatur, non quod omnino verum cognoscat, sed quod sæpe seipsam decipit.

VERS. 9. « Et ego quidem existimaveram me adversus nomen Jesu Nazareni debere multa contraria agere. »

Et ego quidem existimaveram, id est, meo judicio putavi hoc fieri debere. *Ampliusque insaniens*, perversa multa agebam, quæ faciunt omnino insanientes ; vel forte amplius iis insaniebam, siquidem libens male agebam.

VERS. 13. « Die media in via vidi, rex, de cœlo supra splendorem solis circumfudisse me lumen, et eos qui mecum simul erant. »

Vidi super splendorem solis ; sensibilium splendidissimum proferens, nec valens hoc lumen cum Jesu lumine conferre, ut hominis intellectui possibile est audire ; dicit hoc lumine vinci solis splendo-

μαίων νόμον κατεπάτησε, καὶ τῶν θεσμῶν ὑπερεφρόνησε τοῦ βασιλέως· ἵνα αἷμα ἀθῷον παραδοὺς εἰς θάνατον ἀρέσῃ τοῖς φονευταῖς, κἂν παρανομίας ἤμελλε κρίνεσθαι παρὰ τοῦ Ῥωμαίων βασιλέως· παρ' οὗ ἦν καὶ ἐκπεμφθεὶς ἄρξαι τῶν τῆς Ἱερουσαλὴμ ὅρων.

« Τοῦ δὲ Παύλου ἐπικαλεσαμένου τηρηθῆναι αὐτὸν εἰς τὴν τοῦ Σεβαστοῦ διάγνωσιν, ἐκέλευσα τηρεῖσθαι αὐτὸν, ἕως οὗ ἀναπέμψω αὐτὸν πρὸς Καίσαρα. »

Σεβαστὸν καταχρηστικῶς τὸν βασιλέα καλεῖ, ὥσπερ καὶ Καίσαρα· ὃν καὶ παρακατιὼν καὶ κύριον καλεῖ.

« Ἐγὼ δὲ καταλαβόμενος μηδὲν ἄξιον θανάτου αὐτὸν πεπραχέναι, καὶ αὐτοῦ δὲ τούτου ἐπικαλεσαμένου τὸν Σεβαστὸν, ἔκρινα πέμπειν. »

Τέως αὐτὸς ὁ δικαστὴς μαρτυρεῖ αὐτῷ ὅτι ἀνεύθυνος ἦν· πλὴν ὅμως οὐκ ἀπέλυσεν αὐτὸν, τάχα οὕτως οἰκονομήσαντος τοῦ Κυρίου, ἵνα ἐκκαλέσηται, καὶ ἀνάγκῃ τῆς ἐκκλήτου πεμφθῇ εἰς Ῥώμην, καὶ πληρωθῇ τὸ προφητευθὲν ὑπ' αὐτοῦ· *Ὅτε*[b] *δεῖ με καὶ Ῥώμην ἰδεῖν.*

ΚΕΦΑΛ. ΚϚ'.

« Τὴν μὲν οὖν βίωσίν μου ἐκ νεότητος, τὴν ἀπ' ἀρχῆς γενομένην ἐν τῷ ἔθνει μου ἐν Ἱεροσολύμοις, ἴσασι πάντες οἱ Ἰουδαῖοι· προγινώσκοντές με ἄνωθεν, ἐὰν θέλωσι μαρτυρεῖν, ὅτι κατὰ τὴν ἀκριβεστάτην αἵρεσιν τῆς ἡμετέρας θρησκείας ἔζησα Φαρισαῖος. »

Ἀντὶ τοῦ, Ἴσασι τὸ ἀληθὲς, ἀλλ' οὐ θέλουσιν εἰπεῖν, ἑκουσίᾳ γνώμῃ ψευδόμενοι καὶ ἁμαρτάνοντες, οὐκ ἐκ φύσεως ἔχοντες. Τοῦτο ἁρμόζει κατὰ Μανιχαίων, ἤτοι τῶν ἀστρολογίαις καὶ τύχῃ καὶ εἱμαρμένῃ τὰ πρακτέα ἀνατιθέντων, καὶ τὸ τῶν ἀνθρώπων αὐτεξούσιον ἀναιρούντων· σημειωτέον δὲ ὅτι καὶ οἱ Φαρισαῖοι αἱρετικοὶ, εἰ καὶ ἀκριβέστερον τῶν ἄλλων αἱρέσεων τῶν Ἰουδαϊκῶν τὰς Γραφὰς ἀνακρίνουσιν· ἀκριβῶς δὲ εἶπε καὶ οὐκ ἀληθῶς· οὐ γὰρ εἶχον τὴν ἀληθῆ τῶν Γραφῶν γνῶσιν· ἡ οὖν ἀκρίβεια λεπτολογεῖ καὶ συλλογίζεται· οὐ μὴν ὅτι πάντως γινώσκει τὸ ὂν, ἀλλ' ἔστιν ὅτε καὶ φρεναπατᾷ τις ἑαυτόν.

« Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ πρὸς τὸ ὄνομα Ἰησοῦ τοῦ Ναζωραίου δεῖν πολλὰ ἐναντία πρᾶξαι. »

Ἐγὼ μὲν οὖν ἔδοξα ἐμαυτῷ, ἐνόμισα ἐξ οἰκείας ἐπικρίσεως τοῦτο οὕτω δεῖν γενέσθαι. *Περισσῶς τε ἐμμαινόμενος*[c], ἄτοπά τινα ἐποίουν, ἅπερ οἱ πάνυ μεμηνότες ἐποίουν· ἢ τάχα καὶ περισσότερον ἐγὼ ἐκείνων ἐμαινόμην, ἐπείπερ ἑκὼν ἔπραττον τὸ κακόν.

« Ἡμέρας μέσης, κατὰ τὴν ὁδὸν εἶδον, βασιλεῦ, οὐρανόθεν ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου, περιλάμψαν με φῶς, καὶ τοὺς σὺν ἐμοὶ πορευομένους.

Εἶδον ὑπὲρ τὴν λαμπρότητα τοῦ ἡλίου, τῶν αἰσθητῶν τὸ φωτεινότερον παράγων, καὶ μὴ δυνάμενος ἀντισῶσαι τῷ φωτὶ ἐκείνῳ τὸ τοῦ Ἰησοῦ φῶς, καθὼς δύναται παραδέξασθαι ἀκοὴ ἀνθρώπου λαβεῖν·

[b] C. C. ὅτι. [c] Cod. Coisl. ἐμμαινόμενος, ὑπὸ γὰρ διαβολικῆς ἐνεργείας καὶ δαιμόνων οἷς στρατηλατούμενος.

ὑπερνικῶν τὸ ἡλιακὸν φῶς ἐκεῖνο φήσας *ἀνοῖξαι ὀφθαλμοὺς αὐτῶν*, τῷ ἐθνικῷ διαλεγόμενος, κηρύξαι τε αὐτῷ πρῶτον ἀνάστασιν νεκρῶν, ἐπιφέρει, καὶ τὸ δεῖν πιστεύειν τῷ μόνῳ Θεῷ, ἀποστάντα τινὰ τῆς τοῦ Σατανᾶ πλάνης· ἀφίσταται δὲ, εἰ τοῖς λόγοις τοῖς τῶν εὐαγγελιζομένων πειαθῇ τις· εἶτα καταλέγει καὶ τὰ τῶν πιστῶν ἀγαθὰ, τὴν ἄφεσιν τῶν ἁμαρτιῶν καὶ [d] μετὰ τῶν ἁγίων ἐγκαταλεγῆναι.

« Ὅθεν, βασιλεῦ Ἀγρίππα, οὐκ ἐγενόμην ἀπειθὴς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ. »

Ὁ Παῦλος κηρύξας δι' ὧν κρίνεται τὴν πίστιν, ἐπὶ τέλει τοῦ λόγου φησὶ, Τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσιν· ἵνα καὶ τὸν Ἀγρίππαν [e] καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ προτρέψηται ἐθνικοὺς, καὶ τοὺς ὅσοι παρῆσαν Ἰουδαῖοι. Καὶ πάλιν· *Ὅθεν, βασιλεῦ Ἀγρίππα, οὐκ ἐγενόμην ἀπειθὴς τῇ οὐρανίῳ ὀπτασίᾳ*· ὥσπερ οὖν ἐγὼ ἐπίστευσα, οὕτω δεῖ [f] καὶ τὸν ἀκούοντά μου, πιστεῦσαί μοι· οὐ γὰρ ἀκοὴν ἀπαγγέλλω λόγων ἑτέρων, ἀλλ' ὧν ἐγὼ ἤκουσα καὶ [g] εἶδον ἐξ οὐρανοῦ· κατὰ ὀπτασίαν δέ [h] ἐστιν ἡ καθαρὰ θέα, ἡ ὑπερβαίνουσα ἄνθρωπον· ἅπερ τις ἐν σαρκὶ [i] δίχα τοῦ ἀποκαλυφθῆναι αὐτοῦ τοὺς ὀφθαλμοὺς, οὐκ ἔστιν ἰδεῖν δυνατός.

« Εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ λαῷ καὶ τοῖς ἔθνεσι. »

Εἰ παθητὸς ὁ Χριστός· τὸ τοῦ Χριστοῦ ὄνομα Θεὸν ἔνσαρκον, σὺν ψυχῇ νοερᾷ παρέχον [j] νοεῖν ἡμῖν, οὐκ ἔξω λόγου, καὶ παθητὸν αὐτὸν λέγει· ταῦτα δὲ, φησὶ, Μωυσῆς καὶ οἱ προφῆται προεῖπον· εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως νεκρῶν, φῶς μέλλει καταγγέλλειν τῷ λαῷ, καὶ τοῖς ἔθνεσι τὸ τί, ἀντὶ τοῦ, ὅτι ἐστι. Μωσῆς [k] τε εἶπεν· *Εἰ παθητὸς ὁ Χριστὸς, εἰ πρῶτος ἐξ ἀναστάσεως*· ὅτι παθητὸς ὁ Χριστὸς, πρῶτος. Πρῶτος γὰρ οὗτος ἀνέστη, καὶ οὐκέτι ἀποθνήσκει· οἱ γὰρ ἀναστάντες δι' αὐτοῦ, ἢ τῶν μαθητῶν, πάλιν ἀπέθανον, ἕως τῆς καθολικῆς ἀναστάσεως μένοντες.

« Ὁ δὲ Παῦλος ἔφη· Εὐξαίμην ἂν τῷ Θεῷ, καὶ ἐν ὀλίγῳ καὶ ἐν πολλῷ, οὐ μόνον σὲ ἀλλὰ καὶ πάντας τοὺς ἀκούοντάς μου σήμερον γενέσθαι τοιούτους, ὁποῖος κἀγώ εἰμι, παρεκτὸς τῶν δεσμῶν τούτων. »

Τὸν ἐθνικὸν εἰς πίστιν θέλων ἑλκῦσαι, ἤθελεν αὐτὸν μαρτυρῆσαι τοῖς ὑπ' αὐτοῦ λεγομένοις, δι' ὧν φησιν, *Τί ἄπιστον κρίνεται παρ' ὑμῖν*; ἵνα, δι' ὧν αὐτὸς ὡμολόγει [l] σωθῇ· τῷ δὲ Θεῷ τὴν τῆς ἀναστάσεως τῶν νεκρῶν κατόρθωσιν ἀφορίζει πρὸς τῷ μηδένα τοῖς λεγομένοις ἀντειπεῖν· τίς γὰρ ουτος [m] ἠλίθιος ἢ βλάσφημος, ὃς τολμήσειεν εἰπεῖν, ὅτι οὐ δύναται ὁ Θεὸς [n] ποιῆσαι ὅσα θέλει; ἢ οὖν ἑκόντας διαπιστεῖν ἤθελεν ἐκείνους συνθέσθαι τῷ τῆς ἀναστάσεως λόγῳ, ἢ διὰ τὸν φόβον τοῦ μὴ θεομάχους ὑποπτευθῆναι αὐτούς.

Δείκνυσι τὸ τῆς θεοσεβοῦς αὐτοῦ ἀγάπης ὁ λόγος· εἰς μὲν τὰ καλὰ πάντας θέλων κοινωνοὺς εἶναι, μηδένα δὲ αὐτῷ κοινωνῆσαι εἰς βάσανον ἢ θλίψιν.

A rem ad aperiendos oculos eorum (quod gentili illi dicebat), et postquam ei primum nuntiavit resurrectionem mortuorum, addit oportere unum credere Deum, deserto diabolico errore, quem deserit quicunque evangelizantium sermonibus fidem adhibet; deinde fidelium bona enumerat, remissionem nempe peccatorum et cum sanctis adnumerationem.

VERS. 19. « Unde, rex Agrippa, non fui incredulus cœlesti visioni. »

Postquam Paulus fidem eorum de quibus in judicium venit, prædicavit, versus finem sui sermonis dicit: Populo et gentibus, ut Agrippam et qui cum eo erant gentiles, et quicunque aderant Judæos exhortetur. Et rursus: *Unde, rex Agrippa, non fui* B *incredulus cœlesti visioni*. Sicut igitur ego credidi, ita et mihi, qui audit me, credere eum oportet; non enim alia prædico quam quæ audivi de cœlo et vidi. Per visionem autem clare spectantur quæ supra hominem sunt, quæ nisi oculus apertus fuerit, cernere non potest.

VERS. 23. « Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo et gentibus. »

Si passibilis Christus. Nomen Christi significare Deum incarnatum, cum rationali anima, non absurde dicit, Christumque vocat passibilem; quæ, ait, Moyses et prophetæ prædixerunt: si primus ex resur- C rectione mortuorum, lumen annuntiaturus est populo et gentibus, quid sit, id est, quia est. Moyses autem dixit: *Si passibilis Christus, si primus ex resurrectione*: passibilis enim Christus, primus; primus surrexit, nec jam moritur; qui autem ab eo vel a discipulis ejus resuscitati sunt, rursus mortui sunt, generalem resurrectionem exspectantes.

VERS. 29. « Et Paulus: Opto apud Deum, et in modico et in magno, non tantum te, sed etiam omnes qui audiunt, hodie fieri tales qualis et ego sum, exceptis vinculis his. »

Gentilem ad fidem trahere volens, eum voluit testimonium perhibere de his quæ ab eo dicta erant (propter quod dicit: *Quid incredibile judicatur apud vos?*), ut ex sua confessione salvus fiat; Deo au- D tem mortuorum resurrectionem attribuit, præterquam nemo dictis contradicebat: quis enim tam stolidus aut blasphemus, qui dicere audeat Deum quæcunque velit facere non posse? Eos igitur incredulitati paratos vult sibi conciliare vel resurrectionis doctrina, vel metu, ne in suspicionem insurgendi in Deum venirent. — Declarant hæc verba ejus piam charitatem, quippe qui optat omnes participes fieri suorum bonorum, neminem autem suarum molestiarum aut tribulationum.

[d] C. C. καὶ τό. [e] C. C. Ἀγρίππα. [f] C. C. δή. [g] C. C. καὶ ἅ. [h] C. C. οὐρανοῦ κατὰ ὀπτασίαν· ὀπτασία δέ. [i] C. C. σαρκὶ ὤν. [j] C. C. παρέχων. [k] C. C. Μωϋσῆς. [l] C. C. ὁμ. (sic). [m] C. C. οὕτως. [n] C. C. ποιῆσαι ὁ Θεός.

(11) Crameri catena hoc scholium dat Chrysostomo.

CAP. XXVII.

VERS. 10. « Viri, video quoniam cum injuria et multo damno, non solum oneris et navis, sed etiam animarum nostrarum, incipit esse navigatio. »

Propheta enim cum esset Paulus, nuntiavit periculum quod eis in navi immineret, sed eis non persuasit ut in Creta hiemarent, non quod fatum eos ad id traxerit, sed propria voluntas.

VERS. 11. « Centurio autem gubernatori et nauclero magis credebat quam his quæ a Paulo dicebantur. »

Ratus nempe magis credendum esse peritioribus navigationis quam vectori illius artis ignaro; itaque non fati, sed voluntatis erat peccatum: nam, cum scimus natura duce periculum fugere, rerum ipsa experientia nos docet non debere quemquam se præcipitare, quasi in hoc non esset nisi dubium periculum, afferentem sortis aut fati discrimen; quod tamen, sive dormiat, sive vigilet, nihil potest adversus hominis voluntatem, quæ quo vult, ea quæ sibi subjiciuntur dirigit, uti fecerunt qui cum Paulo navigabant; sic enim secundum suam voluntatem agebant, ut statim favente vento lætati sunt, sicut dictum est: *aspirante autem austro, existimantes propositum se tenere*, eorum incredulitatem arguens Paulus dicit: *Oportebat quidem, o viri, audito me, non solvere a Creta.*

VERS. 15. « Cumque arrepta esset navis, et non posset aspicere contra ventum, data nave flatibus, ferebamur; »

Cumque arrepta esset navis, et non posset aspicere contra ventum; Non oportet in Scripturis verborum proprietatem requirere: quomodo enim proprie potest usurpari de navi vox *aspicere contra*, quæ homini convenit?

VERS. 24. « Et ecce donavit tibi Deus omnes qui navigant tecum. »

Donavit tibi Deus omnes. Unde falsum quod dicit Homerus:

Nullum hominem dico posse fata effugere,

Neque malum, neque bonum, nec si ex primoribus sit.

Quod significat non esse possibile necessitatem mortis effugere, quæ homini, cum nascitur, mortem determinat; ecce enim, sine Paulo, omnes mori habuissent, siquidem Deus vitam eis tribuit respectu justi; deinde, si fato fuisset decretum omnes esse morituros, certe, ut videtur, mortuus fuisset, ipse quatuordecim dies non manducans et postea naufragus: dicit enim mendax sermo,

Non malum, nec etiam bonum;

necesse igitur erat et bonos et malos, evidenti mor-

ΚΕΦΑΛ. ΚΖ'.

A « Ἄνδρες, θεωρῶ ὅτι μετὰ ὕβρεως καὶ πολλῆς ζημίας, οὐ μόνον τοῦ φορτίου καὶ τοῦ πλοίου, ἀλλὰ καὶ τῶν ψυχῶν ἡμῶν, μέλλειν ἔσεσθαι τὸν πλοῦν. »

Προφήτης γὰρ ὤν, ἀνήγγειλε τὸν ἐσόμενον ἐν τῷ πλοίῳ κίνδυνον Παῦλος· καὶ παραινῶν, οὐκ ἔπειθεν αὐτοὺς ἐν Κρήτῃ παραχειμάσαι, οὐ τῆς εἱμαρμένης αὐτοὺς εἰς τοῦτο εἰσαγούσης [o], ἀλλὰ τῆς ἑαυτῶν γνώμης.

« Ὁ δὲ ἑκατοντάρχης τῷ κυβερνήτῃ καὶ τῷ ναυκλήρῳ μᾶλλον ἐπείθετο, ἢ τοῖς ὑπὸ τοῦ Παύλου λεγομένοις. »

Νομίζων ὅτι δεῖ μᾶλλον τοῖς ἐμπειρίας ἔχουσι πρὸς τὸ πλεῖν πείθεσθαι, ἢ ἐπιβάτῃ ἀπείρῳ ναυτικῆς· ὥστε οὖν γνώμης ἦν καὶ οὐ τύχης τὸ ἁμάρτημα·

B ὅτι γὰρ οἴδαμεν κατὰ φύσιν ἐκφυγεῖν κίνδυνον, αὐτὴ ἡ πεῖρα τῶν πραγμάτων διδάσκει μὴ καταχρημνίζειν ἑαυτόν τινα, ὡς ἀναμφιβόλως τοῦ πράγματος κίνδυνον φέροντος, τῆς τύχης καὶ εἱμαρμένης εἰκὼν προύπτον κοιμωμένης, ἢ γρηγορούσης μὲν, μηδὲν δὲ δυναμένης ἀντιπράξασθαι κατὰ τῆς προαιρέσεως τῆς τῶν ἀνθρώπων· καθ' ἣν ᾧ ἂν βούλωνται, τὰ ἐφ' ἑαυτῆς [p] πράγματα ἄγουσι καὶ φέρουσιν, ὡς καὶ οἱ σὺν τῷ Παύλῳ ἐκδημοῦντες· οὕτω δὲ κατὰ προαίρεσιν ἔπραττον, ὅτι εὐθέως ἐπιτηδείου τυχόντες ἀνέμου ἔχαιρον κατὰ τὸ ῥητόν· φησὶ γάρ, *Ὑποπνεύσαντος δὲ νότου, δόξαντες τῆς προθέσεως κεκρατηκέναι*, ὧν τὸ ἀπειθὲς κατελέγχων ὁ Παῦλός φησιν· *Ἔδει μὲν*, [q] *ἄνδρες, πειθαρχήσαντάς μοι,*

C *μὴ ἀνάγεσθαι ἀπὸ τῆς Κρήτης.*

« Συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ, ἐπιδόντες ἐφερόμεθα. »

Συναρπασθέντος δὲ τοῦ πλοίου, καὶ μὴ δυναμένου ἀντοφθαλμεῖν τῷ ἀνέμῳ· ὥστε οὐ δεῖ κυριολεκτεῖν ἀπαιτεῖν τὴν Γραφήν· ἐπεὶ πῶς δύναται κυρίως ἐπὶ πλοίου λαβεῖν τὴν λέξιν τοῦ *ἀντοφθαλμεῖν*, ὅπου ἐπὶ ἀνθρώπου ἁρμόζει;

« Καὶ ἰδοὺ κεχάρισταί σοι ὁ Θεὸς πάντας τοὺς πλέοντας μετὰ σοῦ. »

Κεχάρισταί σοι ὁ Θεὸς πάντας· ὥστε οὖν ψευδὲς τὸ εἰρημένον τῷ Ὁμήρῳ·

Μοῖραν δ' οὔτινά φημι πεφυγμένον ἔμμεναι ἀνδρῶν,

D *Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν ἐσθλὸν, ἐπὴν τὰ πρῶτα γένηται.*

Ὃ σημαίνει ὅτι ἀδύνατον ἐκφυγεῖν τὴν τοῦ θανάτου εἱμαρμένην ἅμα τῇ γεννήσει ὁριζούσῃ [r] τοῦ ἀνθρώπου τὸν θάνατον· ἰδοὺ γὰρ εἰ μὴ διὰ Παῦλον πάντες εἶχον οἱ ἐν τῷ πλοίῳ ἀπολέσθαι, τοῦ Θεοῦ τοῦτο δωρησαμένου αὐτοῖς τιμῇ τοῦ δικαίου· ἔπειτα δὲ εἰ εἵμαρτο πάντας ἀπολέσθαι [s], ὅσον ἐκ τῶν εἰκότων, ἐν πελάγει ἄσιτος μείνας δεκατέσσαρας ἡμέρας ἐν τῷ πλοίῳ, καὶ ὕστερον ναυαγήσας· εἶπε γὰρ ὁ ψευδὴς λόγος,

Οὐ κακὸν, οὐδὲ μὲν [t] *ἐσθλόν·*

ἔδει γὰρ καὶ τοὺς καλοὺς καὶ τοὺς κακοὺς ἐν ἐν-

[o] C. C. ἀγαγούσης. [p] C. C. ἑαυτῆς. [q] C. C. ὦ. Παῦλος ἀπολέσθαι. [t] C. C. οὐδέμενον (*sic*). [r] C. C. ὁρίζουσα. [s] C. C. ἀπολέσθαι εἶχεν ἂν καὶ ὁ

πεσόντας πτώματι· ἀναμφίβολον φέροντι θάνατον, ἀποθανεῖν· ἀλλὰ τὸ ἐναντίον εἶπεν ἡ Γραφὴ, ὅτι ὁ δίκαιος ἐσώζετο ἐξ ὡμολογημένου κινδύνου, καίτοι πάντων τῶν ἐν αὐτῷ ἀποθνησκόντων· οὕτω γὰρ ἦν τῷ Θεῷ δόξαν ἀπελθεῖν αὐτὸν ἐν Ῥώμῃ· καὶ ἠδύνατο μὲν ὁ Θεὸς καὶ ἁρπάσας [u] ἀπὸ Ἱερουσαλὴμ δι' ἀγγέλου στῆσαι ἐν Ῥώμῃ, καθὼς τὸν Ἀμβακοὺμ ἐξ Ἰουδαίας ἁρπάσας παρέστησεν ἐν Βαβυλῶνι τῷ λάκκῳ τοῦ Δανιήλ· ἀλλ' οὐκ ἐποίησε· καὶ τοῦτο θαυματουργίας [v] ἔργον εἶναι δείξας, τὸ ἐξ ἀνελπίστου κινδύνου σῶσαι τὸν Παῦλον καὶ τοὺς σὺν αὐτῷ· ἐχαρίσατο δὲ τὰς μὲν ψυχὰς τῷ Παύλῳ (φιλόστοργος γὰρ ἦν καὶ φιλάδελφος)· τὸ δὲ πλοῖον καὶ τὰ σὺν αὐτῷ, ὡς μὴ ἀντιποιουμένου τοῦ θεοφιλοῦς τῶν ἐπὶ γῆς, μηδὲ ἀχθομένου ἐπὶ τῇ τούτων ἀπωλείᾳ· ὧδε οὖν διὰ τὸν δίκαιον [x] ζῶσιν οἱ ἀσεβεῖς· ἔστι δὲ ὅτε τὸ ἐναντίον· καὶ πρὸ ὥρας ὁ ἀσεβὴς ἀπόλλυται διὰ τὴν ἑαυτοῦ κακίαν· τοῦ Θεοῦ οὕτως πάλιν βουλομένου, καθὼς ὁ Ἐκκλησιαστής φησι, *Μὴ ἀσεβήσῃς πολὺ, μηδὲ γίνου σκληρὸς, ἵνα μὴ ἀποθάνῃς ἐν οὐ καιρῷ σου*· πιστεύω γὰρ τῷ Θεῷ ὅτι οὕτως ἔσται· πάντα μὲν δυνατὰ τῷ πιστεύοντι· πλὴν οὗτος οὐ διὰ πίστεως καὶ εὐχῆς ἤνυσε τὴν σωτηρίαν τῶν συμπλεόντων, ἀλλὰ πιστεύσας ὅτι οὕτως ἔσται, ὡς ἐλαλήθη αὐτῷ.

A tis periculo una obnoxios, una mori; e contra, tamen, dicit Scriptura justum ex evidenti periculo esse salvatum, quamvis omnes in eo morerentur; sic visum Deo fuerat eum Romam ire; et poterat Deus, eripiens eum ex Jerusalem, per angelum Romæ statuere, quemadmodum Habacuc in Judæa assumens, Babylone ad lacum Danielis constituit: hoc autem non fecit; sed tamen ostendit miraculosum esse factum, Paulum cum sociis salvum faciens; eique animas eorum donavit, eo quod charitatem in fratres haberet, non autem navim nec quæ in ea erant, quia vir pius non magni facit terrena, nec eorum jactura contristatur. Hic igitur propter pium vivunt impii; aliquando vero e contrario accidit, pro sua enim perversitate ante tempus moritur impius, B sic jubente Deo, sicut ait Ecclesiastes: *Ne impie agas, nec perversus fias, ne ante tempus tuum moriaris* [18]. Deo autem credo hæc ita fieri. Omnia quidem possibilia sunt credenti; attamen ille nec per fidem nec per orationes suorum sociorum salutem impetravit, sed quia credidit ea futura esse quæ sibi dicta erant.

« Εἶπεν ὁ Παῦλος τῷ ἑκατοντάρχῃ καὶ τοῖς στρατιώταις· Ἐὰν μὴ οὗτοι μείνωσιν ἐν τῷ πλοίῳ, ὑμεῖς σωθῆναι οὐ δύνασθε.—Τότε ἀπέκοψαν οἱ στρατιῶται τὰ σχοινία τῆς σκάφης, καὶ εἴασαν ἐκπεσεῖν. »

Ὅτε εἶδον ὅτι ἡ ἀβουλία αὐτῶν ἐποίησεν αὐτοὺς κινδυνεῦσαι, τότε ἤρξαντο τῷ Παύλῳ πείθεσθαι, ὡς μᾶλλον τῆς εὐκαίρου συμβουλῆς τῆς παρὰ ἁγίου ἀνδρὸς γινομένης, δυναμένης σῶσαι, ἢ εἱμαρμένης τῆς ἐν κινδύνῳ, μηδὲ ὄνομα ἐχούσης· εἰ γὰρ εἱμαρμένῃ ἐπείθοντο ἐκεῖνοι, καίτοι ὄντες ἐθνικοὶ, παριδόντες τὴν τοῦ θεοσεβοῦς συμβουλὴν, εἴων ἀπελθεῖν τοὺς ναύτας λέγοντες, ὅτι Οὐκ ἂν οὗτοι ἀπέλθωσι, μὴ φέρῃ δὲ ἡμᾶς ἀποθανεῖν οὐδὲν τοῦτο ποιεῖ. Ἀλλ' οὐκ εἶπον οὔτε ἐποίησαν τὸ ἠλίθιον τοῦτο, καὶ πάσης γέμον ψευδαπάτης καὶ ἀγνοίας [x]· δι' ἃ ἐκ πολλῶν ἐκβλητέος ὁ περὶ εἱμαρμένης ἢ τύχης λόγος.

VERS. 31, 32. « Dixit Paulus centurioni et militibus: Nisi hi in navi manserint, vos salvi fieri non potestis. — Tunc absciderunt milites funes scaphæ, et passi sunt eam excidere. »

Postquam viderunt sua mala voluntate se in periC culum incidisse, tunc Paulo cœperunt credere, rati opportunam viri justi orationem plus valere ad salutem suam quam fatum periculi, cui nec nomen est; si enim in fatum, utpote gentiles, credidissent, monito pii viri contempto, sivissent nautas abire dicentes: Quod hi abeant, nihil ad nostram salutem attinet; non autem ita stolide locuti sunt aut egerunt, nec sic decepti sunt, nec ignorantia irretiti sunt: et ex hoc a multis rejicienda est de fato et sorte opinio.

« Εἰπὼν δὲ ταῦτα, καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαρίστησε τῷ Θεῷ ἐνώπιον πάντων, καὶ κλάσας ἤρξατο ἐσθίειν. Εὔθυμοι δὲ γενόμενοι πάντες, καὶ αὐτοὶ προσελάβοντο τροφῆς. »

Καὶ λαβὼν ἄρτον, εὐχαριστήσας [y] *τῷ Θεῷ ἐνώπιον πάντων καὶ κλάσας ἤρξατο ἐσθίειν*· ἑωρακὼς [z] ὁ Παῦλος ὅτι διὰ τὴν ἀνάγκην ἐπείθοντο τῷ Παύλῳ οἱ συνόντες· καιρὸς δὲ οὐκ ἦν ἀθυμοῦσιν αὐτοῖς καὶ κινδυνεύουσιν εὐαγγελίζεσθαι τὸν Χριστόν· τέως ἐκ μέρους διδάσκει αὐτοὺς τὴν θεοσέβειαν, τὸ μὴ ἄλλως κλᾷν ἄρτον εἰ μὴ πρῶτον εὐχαριστήσαντας τῷ μόνῳ Θεῷ, καὶ οὕτως ἐσθίειν. Καὶ ἡμᾶς δὲ τὸ αὐτὸ διδάσκει· ὁ δὲ τῆς εὐχαριστίας τρόπος τοῦτο δοκεῖ ἔχειν, ὅτι Εὐχαριστοῦμέν σοι, ὦ [a]

VERS. 35, 36. « Et cum hæc dixisset, sumens panem gratias egit Deo in conspectu omnium: et cum fregisset cœpit manducare. Animæquiores autem facti omnes, et ipsi sumpserunt cibum. »

D *Et cum hæc dixisset, sumens panem gratias egit Deo in conspectu omnium; et cum fregisset, cœpit manducare.* Videns Paulus quod necessitate compulsi ipsi credidissent, et quod tempus non erat illis animo fractis et periclitantibus Christum evangelizandi, saltem ex parte eos docet pietatem, id est, non prius panem frangere quam uni Deo gratias egerint, et ita manducare; idem quoque nos docet; porro hoc modo grates videntur Deo actæ: Tibi grates agimus, Deus, quod nos usque modo digna-

[18] Eccles. VII, 18.

[u] ἁρπάσας αὐτόν. [v] C. C. θαυματουργήσας. [x] C. C. δικαί. [x] C. C. ἀγνοίας. [y] C. C. εὐχαριστησεν. [z] C. C. ἑωρακός. [a] C. C. ὁ.

tus es vivere sinere, non panem manducantes : itaque tibi gloriam reddentes, panem ad sumendum cibum frangimus.

VERS. 42, 43. « Militum autem consilium fuit ut custodias occiderent : ne quis, cum enatasset, effugeret. Centurio autem, volens servare Paulum, prohibuit fieri. »

Rursus notandum quod volens occidit homicida, non autem fato vel prohibente vel impellente : ecce enim, consilio inito, ad patrandam cædem sponte sua devenerunt, et, audito centurione, sponte etiam sua cessaverunt, quia eorum erat non obtemperare, cum multi essent et fortes et armati; sed voluntas et sui arbitra ratio quæ vult facit, et quæ non vult non facit; insulsum igitur est aliquid de inanibus verbis cogitare.

CAP. XXVIII.

VERS. 5. « Et ille quidem, excutiens bestiam in ignem, nihil mali passus est. »

Ille quidem excutiens bestiam in ignem : fideles enim omnibus impugnationibus majores sunt, sive ab hominibus sive a bestiis sint, et sunt diis similes, sicut dicit Scriptura : *Ego dixi : Dii estis : vos autem*, propter incredulitatem, *ut homines moriemini* [19]. Itaque Barbari videntes quia non moreretur, sed certam mortem effugeret, eum pro Deo habuerunt, omnem quicunque mirabilia faceret Deum putare soliti; quo etiam modo antiquos deos existimaverunt, sive propter virium præstantiam quibus fieri videbant supra proprias vires, ut puta Herculem Semeles filium, vel per magiam spectantibus admirationem cientes, qualis fuit in Samaria Simon. *Existimabant eum in tumorem convertendum.*

VERS. 8. « Contigit autem Publii patrem febribus et dysenteria vexatum jacere, ad quem Paulus intravit : et cum orasset, et imposuisset ei manus, sanavit eum. »

Dysenteria sanatu difficilis morbus; qui per Paulum sanationem acceperat, is multos ad fidem duxit; itaque fere semper miracula in infidelibus et propter infideles patrantur.

VERS. 13. « Et post diem unum, flante austro, secunda die venimus Puteolos. »

Ita celeriter currebat fidei in Christum prædicatio, ut Romam usque jam pervenerit et floruerit, etiam ante adventum Pauli; magna autem Paulo lætitia fidelem videre, et Deo gratias agebat propterea quod in eum pervenisset Dei dignatio.

VERS. 19. « Contradicentibus autem Judæis, coactus sum appellare Cæsarem. »

Notandum denuo est non solum scriptis legibus aut mandatis fideles oportere parere, quicunque in Christum credunt, sed etiam moribus : quod proprie

[19] Psal. LXXXI, 6, 7.

A Θεὸς, ὅτι ἠξίωσας ἡμᾶς ζῆσαι ἕως ἄρτι, ἀσίτους μείναντας· διό σοι δόξαν ἀναπέμποντες, κλῶμεν τὸν ἄρτον ἐπὶ τῷ μετασχεῖν τροφῆς.

« Τῶν δὲ στρατιωτῶν ἡ βουλὴ ἐγένετο ἵνα τοὺς δεσμώτας ἀποκτείνωσι, μή τις ἐκκολυμβήσας διαφύγῃ. Ὁ δὲ ἑκατοντάρχης βουλόμενος διασῶσαι τὸν Παῦλον, ἐκώλυσεν αὐτοὺς τοῦ βουλήματος. »

Σημειωτέον πάλιν ὅτι ἑκὼν τις φονεύει τινὰ, οὐ τῆς εἱμαρμένης κωλυούσης τοῦτο γενέσθαι, ἢ προτρεπομένης· ἰδοὺ γὰρ βουληθέντες πρᾶξαι, ἦλθον ἐπὶ τὸ ἔργον τοῦ φόνου αὐτόδουλοι, καὶ ἀκούσαντες τοῦ ἑκατοντάρχου, πάλιν ἑκόντες ἐπαύσαντο, ὡς ἐξῆν αὐτοὺς μὴ πεισθῆναι, πολλοὺς ὄντας καὶ ἰσχυροὺς καὶ ξιφηφόρους· ἀλλ' ἡ βουλὴ καὶ ἡ αὐθαίρετος γνώμη καὶ πράττει ἃ θέλει, καὶ οὐ πράττει ἃ μὴ
B βούλεται· μωρὸν οὖν τὸ ἐνθυμεῖσθαί τι περὶ ἀσυστάτων ὀνομάτων.

ΚΕΦΑΛ. ΚΗ'.

« Ὁ μὲν οὖν ἀποτιναξάμενος τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ, ἔπαθεν οὐδὲν κακόν. »

Ὁ μὲν οὖν ἀποτιναξάμενος τὸ θηρίον εἰς τὸ πῦρ· οἱ γὰρ πιστοὶ κρείττους εἰσὶ πάσης ἐπιβουλῆς, εἴτε ὑπὸ ἀνθρώπων, εἴτε ὑπὸ θηρίων γινομένης. καὶ ὅμοιοί εἰσι θεοῖς, καθὼς καὶ ἡ Γραφή· *Ἐγὼ εἶπα· Θεοί ἐστε*· ὑμεῖς δὲ [b] δι' ἀπιστίαν, ὡς ἄνθρωποι θνήσκετε [c]. Διὸ καὶ οἱ Βάρβαροι ἑωρακότες τοῦτον μὴ ἀποθανόντα, ἀλλ' ἐκφυγόντα τὸν ἀμφίβολον θάνατον, Θεὸν αὐτὸν ἐνόμισαν εἶναι, ὡς ἔθος ἔχοντες πάντα τὸν ποιοῦντά τι παράδοξον Θεὸν νομίζειν·
C ὥσπερ καὶ τοὺς παλαιοὺς θεοὺς ὠνόμαζον, ἢ δι' ἰσχὺν περισσόν τι τῶν καθ' ἑαυτοὺς ποιοῦντας, οἷος ἦν ὁ Ἡρακλῆς ὁ ἐκ Σεμέλης· ἢ διὰ μαγείαν [d] ἐξιστάνων τοὺς ὁρῶντας· οἷος ἦν ὁ Σίμων ἐν Σαμαρείᾳ. *Προσεδόκων μέλλειν ἐμπίπρασθαι.*

« Ἐγένετο δὲ τὸν πατέρα τοῦ Ποπλίου πυρετοῖς καὶ δυσεντερίᾳ κατεχόμενον κατακεῖσθαι· πρὸς ὃν ὁ Παῦλος εἰσελθὼν, καὶ προσευξάμενος, ἐπιθεὶς τὰς χεῖρας αὐτοῦ, ἰάσατο αὐτόν. »

Δυσεντερία τὸ δυσίατον τοῦ πάθους· ἴασιν λαβὼν διὰ τοῦ Παύλου πολλοὺς εἰς πίστιν ἤγαγεν· ὥστε οὖν ἀεὶ τὰ σημεῖα ἐν τοῖς ἀπίστοις καὶ διὰ τοὺς ἀπίστους ὡς ἐπιτοπολὺ γίνεται.

« Καὶ μετὰ μίαν ἡμέραν ἐπιγενομένου νότου, δευ-
D τεραῖοι ἤλθομεν εἰς Ποτιόλους. »

Τοσοῦτον ἦν διαδραμὸν τὸ τῆς πίστεως τῆς εἰς Χριστὸν κήρυγμα, ὅτι δὴ καὶ ἄχρι Ῥώμης ἦν φθάσαν καὶ ἐνεργῆσαν, καὶ πρὸ τῆς τοῦ Παύλου ἐπιδημίας· χαρὰ ἦν τῷ Παύλῳ μεγάλη τὸ ὁρᾷν πιστὸν, καὶ ὡς εἰς αὐτὸν φθανούσης τῆς εὐεργεσίας ηὐχαρίστει.

« Ἀντιλεγόντων δὲ τῶν Ἰουδαίων, ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα. »

Σημειωτέον πάλιν ὅτι οὐ μόνον ἐγγράφοις νόμοις ἤτοι παραγγελίαις δεῖ ἡμᾶς πειθαρχεῖν τοὺς τῇ πίστει τῇ εἰς Χριστὸν πιστεύοντας, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔθε-

[b] C. C. δή. — [c] C. C. ἀποθνήσκετε. — [d] C. C. μαγίας.

σιν· ὅπερ κυρίως ἐστὶν ἔγγραφος [e] νόμος· ἁρμόζει A κατὰ τῶν τὰ ἔθη τῆς Ἐκκλησίας πολυπραγμονούντων καὶ λογισμὸν ἀφ' ἑκάστου ζητούντων, ἢ ἔγγραφον παράδοσιν καινοτομίας εἰσάγειν πειρωμένων κατὰ τὴν ἄκριτον αὐτῶν βουλήν. *Ἀντιλεγόντων Ἰουδαίων ἠναγκάσθην ἐπικαλέσασθαι Καίσαρα·* εἰδὼς ὁ Παῦλος ὅτι ἄτοπον ἦν ὅλως [f] δικάσασθαι, καὶ μάλιστα παρὰ ἀπίστῳ, περὶ ἀμφοτέρων ἀπολογεῖται, ὅτι οὔτε παρὰ τὸν νενομισμένον πράξας, ἀλλὰ συκοφαντηθεὶς ἀνεκλήθην ὑπὸ Ἰουδαίων, οὔτε ἑκὼν ἐπεκαλεσάμην Καίσαρα, ἀλλ' αὐτῶν δεδωκότων τὴν αἰτίαν· ἀνθ' ὧν οὐκ ἠνείχοντο, οὔτε κατὰ τὸν τῆς Ἐκκλησίας νόμον δικάσαι μοι, οὔτε ταῖς τῶν ἀρχόντων πειθαρχῆσαι ἐννόμοις ἀποφάσεσι· εἵνεκα γὰρ τῆς ἐλπίδος τοῦ Ἰσραὴλ, μία γὰρ ἦν ἐλπὶς σωτηρία [g] τοῖς Ἰουδαίοις περιλιμπανομένη ἐκ τῶν Γραφῶν, ὁ Χριστὸς, ὃν ἐγὼ κηρύσσων εἰς ταύτην ἦλθον τὴν κατάστασιν τῶν δεσμῶν.

est lex non scripta. Pugnat porro contra eos qui Ecclesiæ mores curiosius scrutantur et uniuscujusque rationem expostulant, aut novitates inter scriptas traditiones ponere, secundum inordinatam voluntatem. *Contradicentibus Judæis, coactus sum appellare Cæsarem.* Sciens Paulus absurdum esse se judicari, præsertim autem ab infideli, de utroque se defendit : non legis transgressione, sed a Judæis calumniatus appellavi, neque libenter Cæsarem appellavi ; sed illi me coegerunt, quoniam non passi sunt me juxta consuetudinem Ecclesiæ judicari, et legitimis principum sententiis obedire ; quæ feci ob spem Israel : una enim salutis spes Judæis relinquitur in Scripturis, Christus scilicet, quem ego prædicans in hancce captivitatem veni.

« Περὶ μὲν γὰρ τῆς αἱρέσεως ταύτης, γνωστὸν B ἡμῖν ἐστιν. »

Αἵρεσιν καλοῦσιν Ἰουδαῖοι τὴν εἰς Χριστὸν πίστιν· *ὅτι πανταχοῦ ἀντιλέγεται*· ἰδοὺ καὶ Ἰουδαῖοι μαρτυροῦσιν ὅτι πανταχοῦ ἐκηρύχθη ὁ Χριστός· πλὴν οὐ πάντες, φησὶ, καταδέχονται τὸ κήρυγμα, ἀλλὰ ἀντιλέγουσί τινες Ἰουδαῖοι ἢ Ἕλληνες, ἢ καὶ ἄλλως αἱρετικοὶ, μὴ συμφωνοῦντες τῇ ἀληθῇ [h] πίστει· ἔδει γὰρ καὶ αἱρέσεις εἶναι, ἵνα οἱ δόκιμοι φανῶσι, καὶ πληρωθῇ διὰ πάντων τὸ προφητευθὲν εἰς τὸν Χριστὸν διὰ Συμεὼν τοῦ προφήτου εἰπόντος περὶ αὐτοῦ· *Ἰδοὺ οὗτος κεῖται εἰς πτῶσιν καὶ ἀνάστασιν πολλῶν ἐν τῷ Ἰσραὴλ, καὶ εἰς σημεῖον ἀντιλεγόμενον.*

VERS. 22. « Nam de hæresi hac notum est nobis, quia ubique ei contradicitur. »

Hæresim vocant Judæi in Christum fidem, *quia ubique ei contradicitur.* Ecce ipsi quoque Judæi testificantur ubique Christum esse prædicatum ; licet non omnes, inquit, prædicationem recipiant, sed contradicant aliqui Judæi aut gentiles, et diverso quidem modo hæretici veræ fidei non consentientes ; oportebat enim esse hæreses, ut apparerent electi, et impleretur ab omnibus quod prædictum erat de Christo a Simeone propheta dicente : *Ecce hic positus est in ruinam et in resurrectionem multorum in Israel, et in signum cui contradicetur* [20]. »

« Ταξάμενοι δὲ ἡμέραν, ἦλθον εἰς τὴν ξενίαν πρὸς αὐτὸν πλείονες· οἷς ἐξετίθετο διαμαρτυρόμε- C νος τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ, πείθων τε αὐτοὺς περὶ τοῦ Ἰησοῦ, ἀπό τε τοῦ νόμου Μωϋσέως καὶ τῶν προφητῶν, ἀπὸ πρωῒ ἕως ἑσπέρας. »

Ἐξ ἐγγράφων ἀποδείξεων συνιστᾷ τοὺς ἑαυτοῦ λόγους ὁ Παῦλος· καὶ οὐδὲ ἐξ ἀσήμων καὶ ἀκανονίστων βιβλίων, οὐδὲ ἐξ ἀλλοτρίας θρησκείας, ἀλλ' ἐξ ἑαυτῶν· διό φησι, *Καλῶς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐλάλησε διὰ Ἡσαΐου τοῦ προφήτου πρὸς τοὺς πατέρας ὑμῶν.* — *Καὶ μετ' ὀλίγα* — *Ἀλλ' ἐκ Μωσέως καὶ τῶν προφητῶν*· διὸ [i] πρὸς τοὺς μὴ πεισθέντας, ὡς κακοήθως καὶ ἄνευ λόγου ἀποτρεπομένους, αὐτὴν παρήγαγε τὴν Ἡσαΐου χρῆσιν· ἐν οἷς φησι, *Καὶ τοῖς ὠσὶ βαρέως ἤκουσαν, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς αὐτῶν ἐκάμμυσαν*· δεικνὺς ὅτι ἐν D εἰδήσει ὄντες τοῦ ἀληθοῦς, ἀποπροσποιοῦνται, μὴ θέλοντες πεισθῆναι· *καὶ οἱ μὲν ἐπείθοντο τοῖς λεγομένοις, οἱ δὲ ἠπίστουν*· ἀνενδότως εἶχε περὶ τὸ πρᾶγμα ὁ Παῦλος, μὴ ἀποκάμνων πρὸς τὸ ἔργον τῆς σωτηριώδους πίστεως, καὶ πρὸς τὸν εὐαγγελικὸν λόγον· διὸ καὶ ἔπειθέ τινας, τῶν ἄλλων διὰ κακίαν ἀπιστούντων.

VERS. 23. « Cum constituissent illi diem, venerunt ad eum in hospitium plurimi, quibus exponebat testificans regnum Dei, suadensque eis de Jesu ex lege Moysi et prophetis, a mane usque ad vesperam. »

E Scripturis desumptis argumentis sermones suos conficit Paulus, non autem ex libris ignobilibus aut non canonicis, neque extraneæ religionis, sed ipsorum ; itaque dicit : *Spiritus sanctus per Isaiam patribus vestris locutus est.*— Et post pauca :—*Sed et ex Moyse et prophetis ;* ideoque contra incredulos, tanquam perverse et absone resistentes, hanc Isaiæ profert sententiam : *Gravibus auribus audierunt, oculosque suos clauserunt* [21] ; ostendens eos, quamvis veritatis sint conscii, illam repudiare, credere nolentes : *Et quidam credebant iis quæ dicebantur, quidam vero non credebant.* Impigre negotio instabat Paulus, nunquam fessus in laborando pro salutari fide et Evangelii prædicatione; qua de causa, aliquos persuadebat, cæteris ob suam pravitatem non credentibus.

« Γνωστὸν οὖν ὑμῖν ἔστω, ὅτι τοῖς ἔθνεσιν ἀπεστάλη τοῦτο τὸ σωτήριον τοῦ Θεοῦ· αὐτοὶ καὶ ἀκούσονται. »

VERS. 28. « Notum ergo sit vobis, quoniam gentibus missum est hoc salutare Dei, et ipsi audient. »

[20] Luc. II, 34 [21] Isa. VI, 10.

[e] C. C. ἄγραφος, recte. [f] C. C. ὅλως τό. [g] C. C. σωτηρίας. [h] C. C. ἀληθεῖ. [i] C. C. διὸ καί.

Supra dictum etiam fuit quia, Judæis verbum repellentibus, *Convertimur ad gentes* : deest autem vox *per*, pro, salutare quod per Deum fidelibus datur.

Καὶ ὀπίσω ἐλέχθη ὅτι, τῶν Ἰουδαίων ἀποβαλλομένων τὸν λόγον, *Στρεφόμεθα εἰς τὰ ἔθνη*· λείπει δὲ τὸ *διὰ*, ἀντὶ τοῦ, ἡ σωτηρία ἡ διὰ τοῦ Θεοῦ διδομένη τοῖς πιστοῖς.

FRAGMENTUM IN PRIMAM S. PETRI EPISTOLAM.

(*Ex catena* CRAMERI *in Epistolas catholicas, p.* 68.)

CAP. III.

VERS. 19, 20. « In quo et his qui in carcere erant, spiritibus, veniens prædicavit, qui increduli fuerant aliquando, quando exspectabant Dei patientiam in diebus Noe, cum fabricaretur arca : in qua pauci, id est octo animæ salvæ factæ sunt per aquam. »

Interrogavit me Cæsarius scholasticus, num, descendente ad inferos Jesu, Dei Verbo, omnium animarum vincula soluta sint; et respondi : Utique. Et ille : Ipse etiam Judas liberatus est? Omnino, inquam : præsente enim universorum rege, non potuit tyrannus, et ipse subactus, mortem dico, ullam postea detinere captivam. Quid igitur fecit Dominus? inquit. Sicut super terram prædicaverat, ita omnibus qui in inferno erant prædicavit viam quæ ad æternam salutem duceret, nempe ut crederent in Patrem, et in ipsum, qui incarnatus est, mortuus est propter nos, et descendit ad inferos, necnon in Spiritum sanctum; et qui crediderunt, eos quidem secum abduxit, incredulos autem in priori statu reliquit. Tum ille : Quomodo, inquit, fieri potuit ut qui in inferno erant, per pœnitentiam liberarentur? *In inferno enim*, inquit Scriptura, *quis confitebitur tibi*[22]? Sane, inquam, pœnitentia, sive confessio, locum habere solet in iis qui, a prave actis resipiscentes, propria delicta confitentur : quod ibi minime factum est, siquidem sola fides eos salvavit qui in inferno crediderunt. Cæterum aperte legitur in Epistolis Catholicis, Christum incredulis in inferno prædicasse, nec frustra prædicasse, verum ut prædicationi credentes liberaret. Quemadmodum, dum in terris conversaretur, a peccatis per regenerationem liberabat credentes, ad archetypum eos reformans. Ipsine Judæ, inquit Cæsarius, etiam prædicavit, eique facultatem dedit per pœnitentiam secum ascendendi? Non opinor, inquam : frustra enim scienti prædicatum fuisset, siquidem ii qui baptizandi sunt, mystagogicas catecheses semel accipiunt; porro Judas, non modo, dum redemptionis mysterio initiatus est, illud est amplexus, verum etiam ipse aliis prædicavit, divinaque gratia dignatus est, adeo ut dæmonia ejiceret et sanationes operaretur; postea vero per liberum suæ voluntatis arbitrium a recta via aberravit : qui ne reprehensus quidem a Domino dicente : *Tu*

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

« Ἐν ᾧ καὶ τοῖς ἐν φυλακῇ πνεύμασι πορευθεὶς ἐκήρυξεν, ἀπειθήσασί ποτε, ὅτε ἀπεξεδέχετο ἡ τοῦ Θεοῦ μακροθυμία, ἐν ἡμέραις Νῶε, κατασκευαζομένης κιβωτοῦ, εἰς ἣν ὀλίγαι, τουτέστιν ὀκτὼ, ψυχαὶ διεσώθησαν δι' ὕδατος. »

Ἠρώτησέ με ὁ σχολαστικὸς Καισάριος, εἰ κατελθόντος εἰς ᾅδου Ἰησοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου, πασῶν τῶν ψυχῶν ἐλύθη τὰ δεσμά. Καὶ εἶπον· Ναί. Εἶτα οὖν φησι· Καὶ ὁ Ἰούδας λελυμένος ἦν; Καὶ εἶπον, Καὶ πάνυ. Οὐ γὰρ οἷόν τε ἦν, τοῦ παμβασιλέως παρόντος, τὸν τύραννον καὶ αὐτὸν χειρωθέντα, λέγω δὴ τὸν θάνατον, ἔτι τοὺς αἰχμαλώτους κατέχειν. Τί οὖν ὁ Κύριος ἐποίησε, φησίν; Ἐκήρυξεν ὡς ἐπὶ γῆς, καὶ τοῖς ἐν ᾅδου πᾶσι, τὴν εἰς αἰώνιον σωτηρίαν ἄγουσαν ὁδὸν, ὥστε πιστεύειν εἰς τὸν Πατέρα, καὶ εἰς αὐτὸν τὸν ἐνανθρωπήσαντα καὶ ἀποθανόντα ὑπὲρ ἡμῶν, καὶ κατελθόντα εἰς ᾅδου, καὶ εἰς τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Καὶ τοὺς μὲν πιστεύσαντας ἀνήγαγε σὺν ἑαυτῷ· τοὺς δὲ ἀπιστήσαντας εἴασε κάτω πάλιν ἐν τῇ πρώτῃ καταστάσει. Εἶτα πάλιν εἶπέ μοι· Καὶ πῶς οἷόν τε ἦν τοὺς ἐν ᾅδου διὰ μετανοίας ἐλευθερωθῆναι; *Ἐν δὲ τῷ ᾅδῃ τίς ἐξομολογήσεταί σοι;* Ἢ τάχα ἡ ἐξομολόγησις ἐπὶ τῶν μεταμελομένων ἐφ' οἷς ἔπραξαν, καὶ ἐξομολογουμένων τὰ ἴδια πλημμελήματα χώραν ἔχει, ὅπερ τότε οὐ γέγονε· ψιλὴ γὰρ πίστις ἔσωσε τοὺς ἐν ᾅδῃ πιστεύσαντας. Καὶ ἔστι μὲν σαφὲς ἀνάγνωσμα ἐν ταῖς Καθολικαῖς, ὅτι ἐκήρυξεν ἐν ᾅδου τοῖς ἀπειθήσασιν ἀνθρώποις, ἐκήρυξε δὲ οὐχὶ μάτην, ἀλλ' ἵνα τοὺς πιστεύσαντας τῷ κηρύγματι λυτρώσηται· ὥσπερ καὶ ἐπὶ τῆς γῆς ὢν, τοὺς πιστεύσαντας ἠλευθέρου τῶν προτέρων ἁμαρτημάτων διὰ τῆς θείας ἀναγεννήσεως, ἐπὶ τὸ ἀρχέτυπον αὐτοὺς ἀναστοιχειῶν. Εἶτα πάλιν εἶπέ μοι· Καὶ τῷ Ἰούδᾳ ἐκήρυξε, καὶ ἔδωκεν αὐτῷ ἄδειαν τοῦ ἐκ μετανοίας συναναβῆναι αὐτῷ; Καὶ εἶπον· Οὐ νομίζω. Καὶ γὰρ περιττὸν ἦν τῷ εἰδότι κηρύξαι, ὅπουγε καὶ τοῖς μέλλουσι βαπτίζεσθαι προσάπαξ αἱ μυσταγωγικαὶ κατηχήσεις γίνονται· ὁ δὲ Ἰούδας οὐ μόνον ὅτε κατηχήθη τὸ μυστήριον καὶ κατεδέξατο, ἀλλὰ καὶ ἄλλοις αὐτὸς ἐκήρυξε, καὶ θείας χάριτος ἠξιώθη, ὥστε καὶ δαίμονας ἐκβάλλειν καὶ ἰάσεις ποιεῖν· ὕστερον δὲ διὰ τοῦ αὐτεξουσίου τῆς ἑαυτοῦ γνώμης μετατραπεὶς ἐξώκειλεν· ὃς οὐδὲ ἐλεγχθεὶς παρὰ τοῦ

[22] Psal. VI, 6.

Κυρίου, ὅτι σύ με ἔχεις παραδοῦναι, ᾐσχύνθη, οὔτε νιπτόμενος τοὺς πόδας μετὰ τῶν ἕνδεκα παρὰ τοῦ Ἰησοῦ, ἐπὶ τῷ ἐλεγμῷ διετράπη, ἀλλ' ἔμεινε τῷ ἑαυτοῦ σκοπῷ. Καὶ μή μοί τις εἴπῃ, ὅτι ἄκων ἔπραξε τὸ κακόν· τοῦτο γὰρ οὐδεὶς Χριστιανῶν λέγειν ἀνέχεται· τάχα δὲ οὐδὲ ἄλλης θρησκείας ἄνθρωπος. Ἀλλ' οὔτε αὐτὸς ὁ Ἰούδας τοῦ πταίσματος τὴν αἰτίαν εἰς ἄλλον ἀνήγαγεν, ἀλλ' εἰς ἑαυτόν. Ἀμέλει γοῦν ὕστερον συνεωρακὼς τὸ πταῖσμα, ὃ ἐποίησεν, ἑαυτὸν ἐτιμωρήσατο καὶ ἀπήγξατο· καὶ ἐν τούτῳ δεικνὺς τὸ φονικὸν ἑαυτοῦ τῆς ψυχῆς κίνημα· οὐ γὰρ ἠρκέσθη ὅτι ἐφόνευσε τὸν Κύριον, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν ἀνεῖλεν· οὐ φόνῳ τὸν φόνον ἐξιλεούμενος· ᾔδει γὰρ ὅτι ὁ ἑαυτὸν φονεύων τιμωρεῖται ὡς ὁ ἄλλον φονεύων· ἀλλὰ μεστὸς ὢν ὑποψίας, καὶ μὴ ἀνεχόμενος ὀνειδισθῆναι ὡς προδότης, ἀγχόνῃ ἐχρήσατο. Οὐκ ἠγνόει γὰρ ὅτι ἐπιμόνος μετάνοια τὸν Θεὸν δυσωπεῖ, ἀλλ' ὡς ὑπερόπτης οὐκ ἠνέσχετο τοῦτο ποιῆσαι, ὅπερ ποιήσας καὶ Παῦλος ὁ τὸν Στέφανον φονεύσας δυνάμει ἠλεήθη· καὶ Πέτρος ὁ ἀρνησάμενος τὸν Χριστὸν, καὶ διὰ μετανοίας καὶ δακρύων συγχωρηθείς.

me trades [1], » pudefactus est, neque cum ipsi pedes simul ac undecim apostolis Jesus lavasset, tali admonitione mutatus est, sed in suo proposito perstitit. Nec mihi dicat aliquis tantum scelus invitum admisisse : nemo est enim Christianam, imo aliam quamcunque religionem profitens, qui illud dicere sustineat. Quinetiam nec ipse Judas lapsus sui causam in alium retulit, sed in seipsum : siquidem, sentiens postea quantum scelus commisisset, se ipsum ultus est et suffocavit, in hoc etiam homicidarium animæ suæ appetitum prodens : non enim occidisse Dominum satis habuit, sed et seipsum sustulit : homicidium homicidio minime expians, quippe qui optime nosset, quod qui seipsum occidit, eidem pœnæ obnoxius sit ac qui alium occidit; sed ab omnibus despectus, neque se ut proditorem contumeliis affici sustinens, suspendium elegit. Etenim non ignorabat quod pœnitentia perseverans Deum placare valeat; sed, ut superbus erat, hoc facere non sustinuit, quod faciens ipse Paulus, qui virtualiter Stephanum necaverat, misericordiam consecutus est, sicut et Petrus qui per pœnitentiam et lacrymas, negationis suæ remissionem obtinuit.

[1] Luc. xxii, 48.

Quæ Ammonius contra Monophysitas scripsit legere est inter Opp. sancti Anastasii Sinaitæ, hujusce Patrologiæ tom. LXXXIX, col. 235, 243 seqq.

ANNO DOMINI CDLX.

ANDREAS SAMOSATENSIS.

NOTITIA.

(Mich. Lequien, *Oriens Christianus*, t. II, p. 933.)

Quo tempore Ephesina synodus coacta est, Andreas Ecclesiæ Samosatensi præerat, ad eam tamen cum Joanne Antiocheno suisque Orientalibus non accessit : sed contra duodecim Cyrilli Alexandrini capitula seu anathematismos, quibus Nestorii impietas vapulabat, calamum strinxit, cujus lucubrationem Cyrillus vicissim refellit. In collectione ex Tragœdia Irenæi cap. 43, *epistola est sanctæ memoriæ Andreæ episcopi Samosatæ ad Alexandrum episcopum Hierapolitanum de Rabbula episcopo Edesseno, qui se ab Orientali synodo separavit*. Querebatur Rabbulam præsumere Theodorum beatum, *rectæ glorificationis* (ὀρθοδοξίας) *magistrum anathematizare*, et illos etiam qui volumina illius legunt, *insuper et illa quæ scripsimus*, inquit, *et qui non portaverint ad combustionem Theodori codicem, et eos qui præter illa quæ Cyrilli sunt, sapiunt*. Cap. 59, altera ejus epistola est ad eumdem Alexandrum, qua Cyrillo Apollinaris alterius appellationem impingebat, adjecta ad dicti confirmationem insomnii narratione. Aliæ demum cap. 62 et 63 aliæque rursus vicissim ad ipsum, quibus ejus pro Nestorio pertinacia efferebatur. Anno vero 432 concilio interfuit Antiocheno, in quo de pace cum Cyrillo ineunda tractatum est. Qua sancita nihilominus Andreas ad synodum quam Alexander metropolita suus ad illam impugnandam apud Zeugma oppidum cogebat, se venturum promisit, anno nimirum 433. Cæterum ille qui tot eas epistolas ex collectione Irenæi excerpsit, cap. 187, ubi Hypomnesticon visitur Joannis Antiocheni ad clerum Hierapolitanum, quo significabat optimos ex Dei amantissimis episcopis ad Alexandrum a se destinatos, qui eum commovere possent, ne infestaret ecclesiasticam pacem quam Deus orbi præter spem largitus erat, addit : *Quod per nullum episcoporum fecit Joannes nisi per Theodoretum et Andream*. Insuper inter obstinatiores Nestorii patronos, in quos imperator animadvertit, minime consentur, c. 190. Quinimo c. 109, Maximinus Anazarbi Alexandro Hierapolis scribit, se multo stupore affectum, ubi ex sanctitatis ipsius litteris comperit, *illum qui est Germaniciæ* (Joannes) *et eum qui est Samosatenorum* (Andreas) *semetipsos abrupisse a sancto ejus concilio* quod

Zeugmati celebraverat. Cap. 106 Andreas ipse ad œconomos Ecclesiæ Hierapolitanæ post allatam Alexandria epistolam communionis scribens : *Ego*, aiebat, *et amplector pacem, et omnibus ubique sanctissimis episcopis communico, et sanctissimo episcopo Sixto, et Cyrillo. et Maximiano, et Rabbulæ, et Melitinensi, et omnibus Ponticis.* et catholicam fidem professus se pacis tenacissimum fore declarat.

A Moyses dum dicit: *In principio fecit Deus cælum et terram*, non verum creationis initium memorarit; nam alia exstaret multo antiquior, qua invisibiles spiritualesque naturæ forent conditæ. Istos autem oportebat, mentem spiritus doctrinæ intendentes, veritatem diligentius inquirere. Illa enim speciosum istum errorem manifeste confutatum reperies. Nam cœlum, licet terra præstantius, una cum ea, non autem ante eam factum invenies; imo etiam lucis naturam, absque dubio tenebris meliorem, posterius tamen prolatam. Deinde semina, et postea arbores, ac denique genera volatilium et pecorum et terrestrium animalium, ac postremo tandem homines editi sunt. Dicent forte: Quamvis in istorum ordine posteriora usque prioribus B præstant, hoc nulla ratione doctrinam nostram refellit; non enim sensibilia cum sensibilibus conferimus, sed cum sensibilibus spiritualia, ideoque spiritualia diximus præ sensibilibus exstitisse. Ad hæc autem respondebimus animam hominis, licet spiritualis sit et rationalis, carne recentiorem esse. Nam primum finxit Deus hominem, pulverem de terra, ac deinde sufflavit in faciem ejus flatum vitæ. Idem declarat etiam propheta Zacharias dicens: *Et fingens spiritum hominis in eo* [1]. Platonis igitur doctrina falsa, Moysis autem effatum verum: *In principio fecit Deus cælum et terram.* Videtur etiam hic ordo rationi humanæ multo magis consentaneus. Innuit enim ratio hunc esse optiC mum ordinem, si minus, aut potius si deterius meliori prægrediatur. Nam per omnia ab imperfectis ad perfecta profectus. Unde non spiritualia primum, sed animalia condenda, et deinde spiritualia. At viliora, ut illi volunt, melioribus adjicere, contrarium præbet: pejoris accessionem et melioris imminutionem. Quod sane de sapientissimo rerum omnium Conditore cogitare nemo audebit. *Et paulo post:* At illis nulla ratione consentiendum; nam nihil aliud plerosque ad illas perversas de Filio et Spiritu sancto opiniones magis deduxit, quam pravæ istæ de rerum origine interpretationes. Nam plures creationes pro certo tenentes, et unam solamque creaturarum omnium originem respuentes, gradus quosdam et ordines deorum finxerunt, maD gnos et majores et maximos distinguentes. Qui profecto, si firmiter credidissent Deum nihil extra se ante ea creavisse, quæ a Moyse traduntur, a recta doctrina de sancta Trinitate nunquam deflexissent. Scientes enim omnia quæ sunt in hæc duo distingui, in Creatorem scilicet et creaturas, atque illorum unum quidem esse increatum et ingenitum, altera autem creata et genita, alterutrum horum profiteri oportuisset. Aut enim ex nihilo creatos docuissent Filium et Spiritum sanctum, cæterisque creaturis intra sex dies editis, non autem Deo, annumerandos, neque eos præ creationis viribus extulissent; aut, rejecto tam impio errore,

[1] Zachar. XII, 1.

utrumque Deum verum confessi; creaturarum ordini eos nunquam ascripsissent, quasi eorum gloriæ satis fieret, si ante cætera exstitisse dicerentur.

τε καὶ ἄκτιστος, τὰ δὲ, κτιστὰ καὶ γεννητὰ, πάντως ἂν τῶν δύο τὸ ἕτερον ἔγνωσαν. Ἢ γὰρ κεκτίσθαι τόν τε Υἱὸν καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον ἐξ οὐκ ὄντων ἀποφαινόμενοι, τοῖς λοιποῖς ἂν τῶν κτισμάτων αὐτοὺς τοῖς ἐν ταῖς ἓξ γενομένοις ἡμέραις, ἀλλ' οὐ Θεῷ συνηρίθμουν, οὐδὲ τῶν τῆς κτίσεως μέτρων ὑπερετίθουν· ἢ φεύγοντες τὸ προφανὲς δυσσεβὲς, οὐκ ἂν Θεὸν ἀληθῶς ἑκάτερον καθομολογοῦντες, τοῖς ποιήμασιν αὐτοὺς αὖθις συνέταττον, τοῦτο αὐτοῖς ὥσπερ τι θαυμάσιον χαριζόμενοι, τὸ συγχωρεῖν αὐτοὺς τῶν ἄλλων προγεγονέναι

VERS. 2. « Et tenebræ erant super faciem abyssi. »

Tenebras vocat non naturam quamdam malignam, uti inepte volunt impii Manichæi, sed lucis defectum et absentiam.

« Et Spiritus Dei ferebatur super aquas. »

Hoc nonnulli interpretes de Spiritu sancto intelligunt, propter adjectam vocem *Dei*, pia et fideli mente deducti; nam hinc probare conantur ipsum quoque creationis auctorem esse. At hæc probatio nec accurata nec inexpugnabilis. Nam primum si per illud *Dei* Spiritus sanctus significatur, quid vetat quin etiam illud : *Spirabit Spiritus ejus, et fluent aquæ* [1], simili ratione, non de aere interpreteris, sed de Spiritu sancto? Deinde indicat aperte vox *superferebatur* quam absurda sit hæc interpretatio; nam hoc non diceret quis vel de creatura animata, quanto minus de increata, et beata Spiritus sancti natura. Idem quidem hic beatus Moyses eadem voce de arca usus est, dicens eam super aquas superferri, at de animata creatura nunquam, licet multa innumeraque animalia per aquas et super aquas natent. Insuper ipse narrationis nexus aerem indicat; nam proposita Creatoris mentione, scriptor protinus de rebus creatis verba facit.

« Καὶ σκότος ἐπάνω τῆς ἀβύσσου. »

Σκότος λέγει οὐ πονηράν τινα φύσιν, ὡς ὁ τῶν ἀθέων Μανιχαίων βούλεται λῆρος, ἀλλὰ τὴν ἀπὸ τοῦ φωτὸς ἀπουσίαν τε καὶ ἀπόλειψιν.

« Καὶ Πνεῦμα Θεοῦ ἐπεφέρετο ἐπάνω τοῦ ὕδατος. »

Τοῦτό τινες τῶν προερμηνευσάντων περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐξειλήφασι, διὰ τὸ προσκεῖσθαι τοῦ Θεοῦ, σκοπῷ μὲν εὐσεβεῖ καὶ ὀρθοδόξῳ χρησάμενοι· πρὸς γὰρ ἀπόδειξιν τοῦ καὶ αὐτὸ δημιουργὸν εἶναι τῆς κτίσεως πεποιήκασιν· ὅμως οὐκ ἀκριβὴς, οὐδὲ ἀναντίρρητος ὁ λόγος. Πρῶτον μὲν γὰρ, εἰ διὰ τοῦ Θεοῦ, Πνεῦμα σημαίνει τὸ ἅγιον, τί κωλύει, καὶ τὸ, *Πνεύσει τὸ πνεῦμα αὐτοῦ, καὶ ῥυήσεται ὕδατα*, κατὰ τὴν ὁμοίαν ἔννοιαν, οὐ περὶ τοῦ ἀέρος, ἀλλὰ περὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἐκλαβεῖν; Ἔπειτα ἡ τοῦ *ἐπεφέρετο* λέξις ἄντικρυς ἐλέγχει τοῦ λεγομένου τὸ ἄτοπον. Τοῦτο γὰρ οὐδ' ἂν περὶ κτιστοῦ ζώου τις εἴποι ποτὲ κατὰ προαίρεσιν κινουμένου, μήτιγε δὴ περὶ τῆς ἀκτίστου, καὶ μακαρίας τοῦ ἁγίου Πνεύματος ὑποστάσεως. Αὐτὸς γοῦν οὗτος Μωσῆς ὁ μακάριος, ἐπὶ μὲν τῆς κιβωτοῦ κέχρηται τῇ αὐτῇ ταύτῃ φωνῇ, λέγων αὐτὴν τοῖς ὕδασιν ἐπιφέρεσθαι, ἐπὶ ζώου δὲ οὐδενός· καί τοι πολλῶν καὶ ἀπείρων ἐννηχομένων, καὶ ἐπινηχομένων αὐτοῖς. Πρὸς δὲ τούτοις αὐτὸς ὁ τῆς διηγήσεως εἱρμὸς, τὸν ἀέρα σημαίνει· ὀνομαστὶ γὰρ τὸν Ποιητὴν ὁ συγγραφεὺς ἡμῖν προεκθέμενος, ἑξῆς περὶ τῶν ποιηθέντων εἰκότως διέξεισι.

VERS. 6. « Dixit quoque Deus : Fiat firmamentum in medio aquarum : et dividat aquas ab aquis. »

Deus cum uno opere cunctam universamque rerum naturam perficere potuisset, nec ulla ratione ad hoc tempore aut diebus indigeret, intra sex dies omnia creavit, ista per partes et ex ordine facta creatione semetipsum, uti diximus, animis ratione præditis revelans. Conditis prioribus naturis, lucem ex nihilo edidit, docens ita manifeste se eum esse, qui ea crearet quæ non sunt. Quos ut doceat se vel eorum quæ ante lucem exstiterant esse auctorem, atque omnia pariter ex nihilo creasse, de spiritualibus tacet, donec hominis narraret fabricationem; tunc autem animam ex nihilo protulit natura spiritualibus haud imparem. Ex præexsistentibus nunc aquis firmamentum prodire jubet, priori cœlo simile. Qua ratione docet nos, quod ipse cœli et aquarum conditor : cœli quidem, dum illud nova forma instruit; aquarum vero, dum ex illis quodcunque libuerit, educit. Juxta unam tamen rationem informandum erat primo ita cœlum, et postea in aliam formam constituendum. Nam

« Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Γενηθήτω στερέωμα ἐν μέσῳ τοῦ ὕδατος· καὶ ἔστω διαχωρίζον ἀνὰ μέσον ὕδατος καὶ ὕδατος· καὶ ἐγένετο οὕτω. »

Δυνάμενος ὁ Θεὸς ὑφ' ἑνὶ συνθήματι τὴν σύμπασαν αὐτοτελῆ φύσιν παραγαγεῖν, καὶ οὐδὲν αὐτὸς πρὸς τοῦτο χρόνου δεόμενος, οὐδὲ ἡμερῶν, ἐν ἓξ αὐτὴν ὅμως ἡμέραις ποιεῖ, τῇ κατὰ μέρος ἐν τάξει δημιουργίᾳ γνωρίζων τοῖς λογικοῖς, ὡς ἔφαμεν, ἑαυτόν. Μετὰ τὰς πρώτας τοίνυν οὐσίας τὴν φωτὸς φύσιν ἐξ οὐκ ὄντων ὑποστήσας, ἐδίδαξεν αὐτοὺς ἱκανῶς, ὅτι τὰ μὴ ὄντα ποιεῖν ἐστὶ δυνατός. Ἐπεὶ δὲ ἔδει μαθεῖν αὐτοὺς, ὅτι καὶ τῶν τοῦ φωτὸς προϋπαρχόντων αὐτός ἐστιν ὁ ποιητὴς, καὶ σὺν αὐτοῖς ἐξ οὐκ ὄντων κἀκεῖνα ἐποίησε, τὸ μὲν κατ' αὐτοὺς, ὑπερτίθεται τέως ἐπὶ τῆς τοῦ ἀνθρώπου τηρῶν διαπλάσεως, (τότε γὰρ ψυχὴν ἐξ οὐκ ὄντων ἐδημιούργησε, συγγενῆ τοῖς νοητοῖς κατ' οὐσίαν.) Ἐκ τῶν ὄντων δὲ νῦν ὑδάτων ἤδη γενέσθαι προστάττει στερέωμα τῷ προγεγονότι παραπλήσιον οὐρανῷ· διὰ τούτου παιδεύων αὐτοὺς, ὅτι τοῦ οὐρανοῦ, καὶ τῶν ὑδάτων αὐτός ἐστι ποιητής· τοῦ μὲν, ὡς ποιήσας ἕτερον κατ' αὐτόν· τῶν δὲ, ὡς ἐξ αὐτῶν δημιουργήσας πρὸς ἐξουσίαν ὅπερ ἠθέλησε. Καθ' ἕνα μέντοι τοῦτον λόγον

[1] Psal. CXLVII, 18.

οὕτως ἡ τοῦ οὐρανοῦ τούτου ποίησις ἀναγκαία, A ἔπειτα καὶ καθ' ἕτερον. Οὐ γὰρ ἦν οἷόν τε φανῆναι τὴν γῆν, ὑδάτων ἐπικλυζομένην πλήθει τοσούτων. Νῦν δὲ ἐν αὐτοῖς μέσοις παγέντος τοῦ στερεώματος, καὶ μετεωρισθέντων μὲν τῶν ἡμίσεων ὑπὲρ τούτου, τῶν δὲ ἡμίσεων εἰς τὰς συναγωγὰς συλλεγέντων, ηὐτρεπίσθη πρὸς τὴν ἁρμόζουσαν χρείαν τοῖς ἐπ' αὐτῆς, καὶ πάντα τὸν νῦν αὐτῇ προσόντα κόσμον ἀπέλαβεν· ἀλλὰ καὶ κατὰ τοῦτο ἀναγκαίως αὐτό τε τὸ στερέωμα γέγονε, καὶ ἐπὶ τούτου ἡ τῶν ὑδάτων ἀφαίρεσις. Τὸ στερέωμα μὲν, διὰ τὸ μέλλειν ἐπ' αὐτοῦ τὸν ἥλιον σὺν τοῖς ἄστροις ἅπασι τίθεσθαι· ἡ δὲ ἐπὶ τοῦ στερεώματος τῶν ὑδάτων ἀφαίρεσις ἀναγκαία γέγονε. Διὰ τοῦτο δὲ ἐν τοῖς ὕδασι τὸ στερέωμα τὴν σύστασιν ἔσχεν· ὡς γὰρ ἐκ τούτων γενόμενον, κρυσταλλῶδες εἰκότως ἐστί· γειτονευούσης δὲ αὐτῷ τῆς B πυρώδους οὐσίας, ἔμελλεν εἰκότως ἐξ αὐτῆς θερμαίνεσθαι. Ἵνα οὖν μὴ τοῦτο πάσχων ἀπείπῃ πρὸς τὴν στάσιν ποτὲ, ἀλλ' ἀκάματον ὁμοίως καὶ ἀγήρω πάντοτε διαμένῃ, σοφῶς ὁ ἀριστοτέχνης Θεὸς τὴν ἀφαίρεσιν ἐπ' αὐτοῦ τῶν ὑδάτων ἐμηχανήσατο· τῆς ἐκ τούτων ἐγγινομένης αὐτῷ καταψύξεως πρὸς τὴν ἐκ τῶν ἄστρων ἀντικαθισταμένης θερμότητα, καὶ διὰ τῆς ἰσοῤῥόπου τούτων μάχης φυλαττομένης ἐκείνῳ βεβαίου τῆς στάσεως. Ἔτι πρὸς τούτοις ἡ ἀκριβὴς περὶ πάντων τοῦ Θεοῦ πρόγνωσις ἐπεδείκνυτο τῇ τε μετρίᾳ τῆς τῶν ὑδάτων φύσεως διαιρέσει, καὶ τῷ ἐξ ἀρχῆς τὴν ἐν Χριστῷ σωτηρίαν ἡμῶν προωρίσθαι, ἄνωθεν εὐθὺς εἰς δύο καταστάσεις τὴν κτίσιν διελομένου Θεοῦ, καὶ κατάλληλον εὐτρεπικότος ἑκάστῃ, C καὶ ἐπιτήδειον τὴν καταγωγήν. Τρεπτοῖς μὲν γὰρ οὖσιν ἔτι καὶ παθητοῖς, διὰ δὲ τοῦτο καὶ ὑπὸ νόμον, τὴν ἐπίγειον ταύτην οἴκησιν ἐδωρήσατο· μεθισταμένοις δὲ Χριστοῦ χάριτι πρὸς τελείαν καὶ παντελῶς ἀναμάρτητον, ἀναπετάσει τοὺς οὐρανοὺς, ὅπου πρόδρομος ὑπὲρ ἡμῶν εἰσῆλθεν Ἰησοῦς. Στερέωμά γε μὴν ὡς ἐκ τῆς δημιουργίας προσεῖπεν αὐτὸν, ὅτι ἐξ ὑγρᾶς τε καὶ ῥευστῆς φύσεως τῶν ὑδάτων, καὶ εὐδιαλύτου, στεῤῥὰν καὶ ἀδιάπτωτον τὴν πῆξιν ἐδέξατο.

terram apparere impossibile, quandiu tanta aquarum copia operiretur. Nunc autem stabilito in medio aquarum firmamento, et elatis eis partim supra illud, et partim in congregationes suas collectis, jam idoneam se præstitit terra in omnium usum incolarum, et convenientem sibi mundum suscepit. Quod autem non poterat fieri, nisi prius firmamentum constitueretur, et aquæ supra illud tollerentur: illud quidem, ut sol et cætera astra firmamento affigerentur; hoc autem pariter necessarium, et ea de causa in medio aquæ factum est firmamentum. Quod enim, utpote ex aquis ortum, in crystallorum speciem frigore astrictum videtur; admota igitur ignea materia, illa profecto calefaciendum erat. Ne autem ita calefactum unquam solveretur, ne unquam veterasceret et fatisceret, sapientissimus rerum conditor Deus aquas supra illud prudenter congregavit. Aquarum igitur frigor stellarum ardorem temperat, et re una sic cum altera æque compensata, inconcussus servatur firmamenti status. Indicatur insuper accurata Dei de rebus omnibus providentia dum tanta prudentia aquarum naturam distinguit, et jam ab initio futuram nobis in Christo salutem definit; nam tunc protinus divisit Deus omnem creationem in duos ordines, et suas cuique partes suumque locum convenienter tribuit. Hominibus enim adhuc mutationi et peccato inservientibus, atque hanc ob causam sub lege constitutis, terrestrem istam habitationem donavit; iisdem vero Christi gratia in statum perfectum et peccati omnino expertem constitutis, cœlos patefaciet, quos jam adiit præcursor noster Jesus. Vocatur autem firmamentum velut propter creationis rationem, quod ex humida et fluida et liquida aquarum natura procedens, firmam et stabilem formam suscepit.

« Καὶ εὐλόγησεν αὐτὰ ὁ Θεὸς, λέγων· Αὐξάνεσθε, καὶ πληθύνεσθε, καὶ πληρώσατε τὰ ὕδατα τὰ ἐν ταῖς θαλάσσαις· καὶ τὰ πετεινὰ πληθυνέσθωσαν ἐπὶ τῆς γῆς. »

VERS. 22. « Benedixitque illis Deus, dicens: Crescite, et multiplicamini, et replete aquas maris: avesque multiplicentur super terram. »

Ἐπὶ τῶν δένδρων, καὶ τῶν σπερμάτων τὴν αὐτὴν D ταύτην ὁ Θεὸς ῥητῶς εὐλογίαν οὐκ ἐποιήσατο· καίτοι κἀκείνων ἐν τῇ διαδοχῇ τήν τε διαμονὴν ἐχόντων καὶ τὴν ἐπίδοσιν. Τί ποτε οὖν ἄρα τούτου τὸ αἴτιον; Ἐμοὶ δοκεῖ, ὅτι παιδεῦσαι ἡμᾶς ταύτῃ βουλόμενος, πρῶτον μὲν, ὅτι πλείων αὐτῷ λόγος ἐστὶ τῶν αἰσθήσεώς τε καὶ ζωῆς μετεχόντων, ἤπερ τῶν αἰσθητῶν· ἔπειτα, ὅτι τοῖς σπέρμασι μὲν καὶ δένδροις ὁ Θεὸς τὴν ἐκ τῆς διαδοχῆς διαμονὴν, ἐκ τῆς γεωργίας δέδωκεν ἔχειν· τοῖς δέ γε ζώοις πᾶσιν, ἐκ τῆς πρὸς ἄλληλα συνουσίας. Ὅπως τοίνυν μὴ προαιρετικαῖς ὁρμαῖς δοκῇ ἐμποιεῖσθαι τήνδε τὴν κίνησιν, συνωθεῖσθαι δὲ μᾶλλον πρὸς τοῦτο τῷ προστάγματι τοῦ Ποιήσαντος εἰς τὴν τοῦ γένους διαμονὴν, εἰκότως ταύτην τὴν εὐλογίαν ῥητῶς ἐπὶ τούτων ἐποιήσατο.

Arbores et semina non benedixit Deus tam diserta voce, licet et illa crescere et multiplicari, procedente tempore, statutum fuerit. Quæ tandem hujus rei causa? Ut nos ita doceret Deus, ni fallor, primum se pluris facere ea quæ sensu et vita instruuntur, quam quæ sensu tantum; deinde arbores quidem et semina, de consilio Dei, agriculturæ opera in posterum esse servanda, animalia autem omnia sua quodque cum alio societate. Haud immerito igitur de animalibus expressam hanc benedictionem edidit, ut divino præcepto ad conservandum genus inservire, magis quam libidini suæ indulgere viderentur.

« Καὶ ἐποίησεν ὁ Θεὸς τὰ θηρία κατὰ γένος, καὶ

VERS. 23. « Et fecit Deus bestias terræ juxta spe-

cies suas, et jumenta juxta genus suum. Et vidit Deus quod esset bonum. »

Qua de causa cum quinto die pisces et volatilia ex aquis produci jusserit, sexto pecora creare statuit, qui eodem die hominem quoque de terra ficturus erat? Quando cuncta æque hominis gratia facta sint, at cuncta non æque eamdem illi utilitatem præstent (nam pisces ipsi non nisi ad cibum inserviunt, alia autem tot ac tanta præbent ut sine quibusdam ne vivere quidem possemus), rem recte ita disposuit conditor Deus, ut quæ magis necessaria et quæ majores nobis utilitates conferunt, eodem quoque die et eadem de terra conficerentur. Finxit etiam in utroque ordine quæ nobis omnino inutilia, imo formidanda videntur, ne nimia superbia efferamur, et immodeste sentiamus, omnia nonnisi ad utilitatem nostram fuisse facta. Quibus sane optime discimus, neque cætera nobis inservitura, nisi id a Deo statutum fuisset, sed potius fero et cæco impetu per silvas vagantia, nobis nociva fore.

A τὰ κτήνη κατὰ γένος αὐτῶν [a]. Καὶ εἶδεν ὁ Θεὸς, ὅτι καλά. »

Τίνος χάριν ἐν τῇ πέμπτῃ ἡμέρᾳ τά τε νηκτὰ καὶ πτηνὰ προελθεῖν ἐκ τῶν ὑδάτων εἰπὼν ἐν τῇ ἕκτῃ τὰ χερσαῖα παραχθῆναι προστάττει, ὅτε μέλλει καὶ τὸν ἄνθρωπον κατὰ τὴν ἡμέραν ταύτην ἐκ τῆς γῆς διαπλάττειν; Ἐπειδὴ τοίνυν πάντα μὲν ὁμοίως τοῦ ἀνθρώπου χάριν γεγένηται, ἅπαντα δὲ ὁμοίως τὴν αὐτὴν αὐτῷ χρείαν παρέχει [b], (τὰ μὲν γὰρ ἐκ τῶν ὑδάτων εἰς μόνην αὐτῷ τροφήν ἐστιν ἐπιτήδεια, ταῦτα δὲ [c], καὶ πρὸς ἄλλων ὑπηρεσίαν πλειόνων, ὧν ἐνίων ἐκτὸς οὐδὲ ζῆν ἐδυνάμεθα.) Καλῶς ὁ ποιητὴς Θεὸς ἔχειν ἡγήσατο, τὰ μᾶλλον ἡμῖν ἀναγκαιότερα, καὶ πλέον πως πρὸς τὴν χρείαν ἐγγίζοντα, ταῦτα καὶ ἐν ἡμέρᾳ τῇ αὐτῇ, καὶ ἐκ γῆς τῆς αὐτῆς ἡμῖν
B ὑποστήσασθαι. Πεποίηκέ γε μὴν ἐν ἀμφοτέροις ἡμῖν καὶ παντάπασιν ἄχρηστα, μᾶλλον δὲ καὶ ἐπίφοβα, ἵνα μὴ τηνάλλως ἁπλῶς βρενθυώμεθα, μηδὲ τοῦ μετρίου πέρα φρονοίημεν, αἰτίαν δὲ [d] ἁπάντων τοῦ γεγονέναι αὐτὰ τὴν ἡμετέραν χρείαν νομίζοντες· εἰδείημεν δὲ ἀκριβῶς ἐκ τούτων μανθάνοντες, ὅτι μὴ Θεοῦ βουληθέντος, οὐδὲ τῶν ἄλλων ἡμῖν οὐδὲν ὑπετέτακτο, ἀλλὰ τοῖς ἀνημέροις καὶ ταῦτα παραπλησίως ὁρμαῖς ἐξαγριαινόμενα θηριώδεσι, μᾶλλον ἂν ἡμᾶς ἐθανάτουν.

VERS. 26. « Et dixit Deus : Faciamus hominem ad imaginem et similitudinem nostram. »

Illud *ad imaginem nostram*, hoc est, ut sentiendi et ratiocinandi facultate præditus nostra sit imago, docet nos spirituum dotibus instrui, et velut domus cujusdam imperio totius mundi præponi. Etenim, ne plura dicam, Scriptura sacra dum divina describit, eumdem tribuit vocibus sensum, quo apud nos usurpantur. Quando igitur Deus Christi caput dicitur, hujus effati vim non prius intelligam, quam cum consideravero et percepero, quæ sint apud nos capitis partes et hoc ad prædicta retulero. Eadem ratione examinanda vox *imago*. Quod si vero cogitem quid apud nos imago designet, reperiam imaginem venerandam esse propter illum quem exprimit. Ad illum enim refertur manifeste mea hac de re cogitatio. Ipse igitur Dominus in Evangeliis dicit : *Quandiu fecistis uni ex his fratribus meis minimis, mihi fecistis*; et : *Quandiu non fecistis uni de minoribus his, nec mihi fecistis* [3]. Adjecit autem illud *ad similitudinem*, quia necessario similitudinem imago habet cum illo cujus est. Nostræ ergo imagines, cum corporum imagines sint, sunt et ipsæ corporeæ, aliæ quidem coloribus, aliæ forma archetypum referentes. Divinitatis autem imago, cum Deus incorporeus sit, hanc quoque cum eo similitudinem habeat oportet. Nec desunt in nobis nonnulla hujusce generis indicia. Ita Deum agnosco cuncta providere, ex eo quod ipse plura provideo; immensum esse et omnibus præsentem, quia vel perexigua mente ubicunque voluero adsum; rerum

« Καὶ εἶπεν ὁ Θεός· Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν. »

Τὸ μέντοι *κατ' εἰκόνα ἡμετέραν*, τουτέστιν, ὥστε αὐτὸν ἐξ οὐσίας τῆς αἰσθητῆς τε καὶ νοητῆς συμπαγέντα ἐν εἰκόνος ἡμετέρας εἶναι τάξει, τοῖς λογικοῖς δεικνυούσης προσήκειν, οἷον οἰκίας τινὸς ἡμῖν τοῖς
C ἀναθεμένοις αὐτὴν τοῦ παντὸς κόσμου τὴν δεσποτείαν. Ὡς γὰρ ἁπλῶς εἰπεῖν, ἐκ τῶν παρ' ἡμῖν ὀνομάτων ἡμᾶς ἡ θεία περὶ Θεοῦ διδάσκει Γραφή· ὥστε κἂν κεφαλὴν τοῦ Χριστοῦ τὸν Θεὸν ἀκούσω λεγούσης, οὐ πρότερον συνήσω τοῦ λεγομένου τὴν δύναμιν, ἄχρις ἂν ἐκλογισάμενος, καὶ εὑρὼν ἀκριβῶς, τί τῆς παρ' ἡμῖν κεφαλῆς ἐστι τὸ ἐξαίρετον, ἐπὶ τὸ προκείμενον οὕτως ἐνέγκω τὸ νοηθέν. Καὶ ἐπὶ πάντων δὲ τῶν ἄλλων τῶν τοιουτοτρόπων ὁμοίως. Οὕτως οὖν καὶ τὸ *κατ' εἰκόνα* νοήσω, ζητήσας πρότερον τῆς παρ' ἡμῖν εἰκόνος τὴν χρείαν· νοήσας δὲ, τιμήσω τὴν εἰκόνα διὰ τὸν οὗπέρ ἐστιν. Εἰς ἐκεῖνον γὰρ ἡ περὶ τούτων ἀνάγεταί μου γνώμη σαφῶς. Αὐτὸς γοῦν φησιν ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις ὁ Κύριος· *Ἐφ' ὅσον*
D *ἐποιήσατε ἑνὶ τῶν μικρῶν τούτων, ἐμοὶ ἐποιήσατε· καὶ ἐφ' ὅσον οὐκ ἐποιήσατε ἑνὶ τούτων, οὐδὲ ἐμοὶ ἐποιήσατε. Τὸ δὲ καθ' ὁμοίωσιν* προσέθηκεν, ἐπειδὴ χρὴ καὶ ὁμοιότητα κεκτῆσθαι τὴν εἰκόνα πρὸς ἐκεῖνον οὗπέρ ἐστιν. Ἐπὶ μὲν οὖν τῶν ἡμετέρων εἰκόνων, ἐπειδὴ καὶ σωμάτων εἰκόνες, καὶ ἐκ σωμάτων εἰσὶν, εἰκότως αἱ μὲν τοῖς χρώμασιν, αἱ δὲ τοῖς ὄγκοις μεμίμηνται τὸ ἀρχέτυπον. Ἐπὶ δέ γε τῆς εἰκόνος τῆς θείας, ἐπειδὴ ἀσώματός ἐστιν ὁ Θεὸς, ἐκ τῶν ἐκείνου δεῖ προσεῖναι καὶ τῇ εἰκόνι τὴν ὁμοιότητα. Καὶ ἔστι ταύτης ἐν ἡμῖν οὐκ ὀλίγα γνωρίσματα.

[3] Matth. xxv, 40-45.

[a] Τὸ, καὶ πάντα τὰ ἑρπετὰ τῆς γῆς κατὰ γένος, οὐ κεῖται ἐν τῷ κώδικι. Διὰ τοῦτο οὐκ ἐτέθη. [b] Ἀνάγν. οὐ παρέχει. [c] Ἴσ. τὰ δέ. [d] Ἤτοι τὸ δέ περιττὸν, ἢ τὸ, νομίζοντες ἀναγνωστέον νομίζοιμεν.

Οἷον, προνοεῖν οἶδα τὸν ἁπάντων Θεὸν, ἀφ' ὧν καὶ αὐτὸς ἐγὼ τινων προνοῶ· ἀπερίγραφον εἶναι, καὶ παρεῖναι τοῖς ἅπασιν, ἀφ' ὧν ἐν ἀκαρεῖ τῇ διανοίᾳ, καὶ αὐτὸς οἷς ἂν βουληθείην παρίσταμαι· βασιλέα τοῦ παντὸς, ἀφ' ὧν ἔχω τὸ καὶ αὐτὸς ἄρχειν τε καὶ δεσπόζειν τινῶν· κριτὴν ὑπάρχειν ἀδέκαστον, ἀφ' ὧν κἀμοὶ τούτου μετέδωκεν· ἀόρατον οὖν τοῖς ἅπασι καὶ ἀθάνατον, ἀφ' ὧν ἔχω καὶ αὐτὸς τοιαύτην ψυχήν· δημιουργὸν καὶ κτίστην, ἀφ' ὧν ἃ καὶ ἐμαυτὸν ὁρῶ κτίζειν δυνάμενον. Ἀλλὰ πρὸς τούτοις ἐστὶ μυρία δεικνύντα, καθὼς οἷόντε, τὴν πρὸς τὸ ἀρχέτυπον ἡμῶν ὁμοιότητα. Τούτου προδήλου τυγχάνοντος, ὅτι ὥσπερ ἡ τῶν ἀνθρώπων εἰκὼν, ὁμοία κατὰ τὸ σχῆμα τυγχάνουσα τῷ ἀνθρώπῳ, δοκεῖ μὲν ἔχειν καὶ πόδας, καὶ κεφαλὴν, ἔχει δὲ τούτων οὐδὲν κατὰ ἀλήθειαν, ἀλλ' ἄχρι μόνου τοῦ σχήματος· οὕτω, μᾶλλον δὲ πέραν τούτων, τὰ ἐμοὶ καθ' ὁμοιότητα τῶν θείων προσόντα, ἐνεργείᾳ πρὸς τὰ τῶν ὡς ἀληθῶς θείων ἀπολιμπάνεται. Θεὸς μὲν γὰρ αὐτὸς ἀΐδιος ὤν, ἐξ οὐκ ὄντων ἐμὲ τοῖς ἄλλοις ἅμα συνυπεστήσατο· ἐγὼ δὲ τὴν εἰκόνα πεποίημαι τὴν αὐτὸς ἐμαυτοῦ ἐξ ὕλης, μεθ' ἧς τοῦ εἶναι καὶ αὐτὸς εἴληφα τὴν ἀρχήν.

A omnium regem, quod ipse nonnullis dominor et impero; judicem incorruptum, quia et mihi hoc competit; omnibus invisibilem et immortalem, quia et mihi immortalis anima; creatorem et conditorem, quia ipse quædam condere valeo. Alia sunt insuper innumera, quæ nostram cum archetypo similitudinem, quoad fieri potest, declarant. Neminem fugit quod imago hominum, ad illorum speciem effecta, pedes quidem habere et caput videtur, reapse autem nihil hujusce generis habet, præter solam figuram. Simili ratione, imo multo fortiori ratione, quæ mihi per similitudinem cum Divinitate competunt, divina natura longe superantur. Nam Deus æternus, et me una cum cæteris ex nihilo protulit; ego autem imaginem meam ex ma-
B teria quadam fingo quæ mecum simul in lucem prodiit.

Δεῖ μέντοι καὶ τοῦτό σοι, τί ποτέ ἐστι τὸ *κατ' εἰκόνα* σαφῶς τε καὶ συντόμως εἰς ἐμὴν δύναμιν διελθεῖν. Ἀπὸ τῶν παρ' ἡμῖν εἴωθεν ὡς τὰ πολλὰ πρὸς ἡμᾶς ἡ Γραφὴ περὶ Θεοῦ διαλέγεσθαι, καὶ τὴν διδασκαλίαν ἐκ τῶν γνωρίμων ἡμῖν ποιεῖν ἐναργῆ. Ὡς οὖν, ὅταν ἀκούσῃς χειρὶ τὸν Θεὸν ἐκτετακέναι τὸν οὐρανὸν, ἢ γνόφον ὑπάρχειν ὑπὸ τοὺς πόδας αὐτοῦ, οὐκ ἀληθῶς χεῖρας ἔχειν νοεῖς τὸν Θεὸν, οὐδὲ πόδας (ἁπλοῦν γὰρ τὸ Θεῖον, ὅτιπερ καὶ ἀσώματον), ἀλλ' ἐκ τῶν ἡμετέρων, διὰ μὲν τῆς χειρὸς, οἶδας σημαίνεσθαι τὴν ἐνέργειαν, ἐπειδὴ χερσὶν ἡμεῖς ἐνεργοῦμεν· διὰ δὲ τοῦ ποδὸς, τὴν παρουσίαν, ἐπειδὴ ποσὶν ἡμεῖς οὗπερ ἐθέλομεν ἀφικνούμεθα· καὶ ἐπὶ πάντων δὲ τῶν τοιουτοτρόπων παραπλησίως ἡγῇ, καὶ οὐχ ἑτεροίως· οὕτως ἔκδεξαι καὶ τὸ τῆς εἰκόνος. Ἡ τοίνυν εἰκὼν τοῦτο δύναται παρ' ἡμῖν· τὸν οὐχ ὁρώμενον πολλάκις ἡμῖν ὑποδεικνύει οὗπέρ ἐστι, καὶ διὰ τῆς εἰκόνος παρεῖναι τὸν ἀπόντα νομίζομεν. Ἐπειδὴ τοίνυν καὶ ὁ Δεσπότης Θεὸς ἀόρατος παντελῶς, καὶ ἀπερινόητος πάσῃ γενητῇ φύσει καθέστηκε, πρὸς δὲ καὶ ἀνενδεὴς, ἐν εἰκόνι Θεοῦ τὸν ἄνθρωπον εἶναι τῇ κτίσει πεποίηκε, καὶ βασιλέα πάσης ἀπέδειξεν αὐτόν· ἵνα τὴν ἐποφειλομένην αὐτῷ τιμὴν παρ' αὐτῆς ἐν τούτοις, καὶ τῇ περὶ τούτων θεραπείᾳ κομίζοιτο. Καὶ ὅτι μὲν τὰ αἰσθητὰ πάντα πρὸς τὴν τούτου χρείαν σύνθητ... (5) γῆ, θάλαττα, ζώων φύσεις, ἀὴρ, ὡμολόγηται. Τάχα δ' ἄν τισι προσταίη τὸ, καὶ περὶ τῶν ἀγγέλων ταυτὸ τοῦτο φάσκειν ἡμᾶς· οὓς Παύλῳ παραπέμψαντες φάσκοντι, *Πάντας αὐτοὺς εἶναι λειτουργικὰ πνεύματα εἰς διακονίαν ἀποστελλόμενα διὰ τοὺς μέλλοντας κληρονομεῖν σωτηρίαν*, αὐτοὶ τῆς πρὸς αὐτοὺς φιλονεικίας ἀπαλλαξόμεθα. Ὅνπερ τοίνυν τρόπον τῶν κατὰ γῆν τούτων βασιλέων, ὅσαι μέν εἰσι τῶν πόλεων ὑπήκοοί τε καὶ φίλιοι περιέπουσί τε τὰς εἰκόνας αὐτῶν, καὶ τιμὴν αὐταῖς ἅπασαν προσ-

Oportet tamen quoque pro viribus tibi breviter et aperte explicare quid sibi voluerit illud *ad imaginem*. Solet quidem Scriptura ea de Deo adhibere quæ apud nos usurpantur, et doctrinam suam per ea illustrare quæ nobis innotescunt. Quod si igitur de Deo audieris, eum manu cœlum extendisse, aut caliginem habere sub pedibus suis, noli credere eum reipsa manibus aut pedibus instructum esse (nam simplex Deus, quia incorporeus); sed humana ratione
B indicatur per manus operatio, quando ipsi manibus operamur; et per pedes præsentia, quando pedibus nos quocunque libuerit conferimus. De omnibus rem se simili modo habere credas et non alio, idem valet et de illo *ad imaginem*. Ea est igitur apud nos virtus imaginis, ut rem, cujus est, vel ab oculis remotam plerumque demonstret, et illius ope vel absentia adesse putemus. Quando igitur Dominus Deus omnino invisibilis et incomprehensibilis, omni creaturæ, imo nulla re indigus hominem ad imaginem suam creavit, et regem omnis creaturæ demonstravit eum; fecit hoc primum ut debitum sibi a creaturis honorem per homines acciperet, ideoque merito cultu coleretur; deinde ut omnibus appareat cunctas res sensibiles, terram scilicet, et
D mare, et animantium naturas, et aerem, in hominum usum fuisse creata. Quod si quis indignabitur, nos idem de angelis profiteri, dimittemus eum ad Paulum dicentem : *Omnes esse administratorios spiritus, in ministerium missos propter eos, qui hæreditatem capient salutis* [b], soluto sic omni contentionis crimine. Quo modo igitur in terris regum subditi et amici imagines eorum reverentur, et eodem eas cultu prosequuntur, quo vel ipsos reges; ita quoque se habent Dei, rerum omnium domini, creaturæ. Qui Creatorem venerantur, imaginem

[b] Hebr. I, 14.

[c] Ἴσ. συντέθειται.

quoque magnifaciunt, et adhuc nunc eam summo studio amplectuntur. Qui autem a Deo defecerunt, iidem pro viribus ad tollendam imaginem desudant, et nunquam ad saniora revertentur.

A ἄγουσι, καὶ βασιλεῦσι προσήκουσαν· οὕτω καὶ τῶν ὑπὸ τοῦ παμβασιλέως γενομένων Θεοῦ. Οἱ μὲν αἰδεσθέντες τὸν Ποιητὴν, ἔστερξαν τὴν εἰκόνα, καὶ τὴν ἐπιβάλλουσαν αὐτοῖς σπουδὴν περὶ αὐτὴν εἰσέτι νῦν ἐπιδείκνυνται· ὅσοι δὲ ἀποστασίαν ἐνόσησαν, αὐτοὶ πάντα τρόπον εἰς τὴν καθαίρεσιν αὐτῆς ἐπεβούλευσαν, καὶ μεθίενται τῆς τοιαύτης γνώμης οὐδέποτε.

Prolatis tamen illis, *Faciamus hominem ad imaginem nostram, et ad similitudinem*, adjecit : *Et habeant principatum piscium, et volatilium, et ferarum terræ, et pecorum*, declarans, quod res omnes homini non vi et necessitate inserviunt, sed quoniam imagini Dei rerum omnium principatus competit.

Εἰπὼν μέντοι τὸ, *Ποιήσωμεν ἄνθρωπον κατ' εἰκόνα ἡμετέραν καὶ καθ' ὁμοίωσιν*, ἐπήγαγε· *Καὶ ἀρχέτωσαν τῶν ἰχθύων, καὶ τῶν πετεινῶν, καὶ τῶν θηρίων τῆς γῆς, καὶ τῶν κτηνῶν*· δεικνὺς, ὡς οὐχὶ κατὰ ἀνάγκην αὐτῷ τὰ πάντα, καὶ βίαν ὑπέταξεν, ἀλλ' ὡς ὀφειλομένην εἰκόνι θείᾳ τῶν ἁπάντων τὴν ἀρχὴν ἐγκεχείρικε.

CAP. II.

VERS. 22. « Et ædificavit Dominus Deus costam quam tulerat de Adam, in mulierem : et adduxit eam ad Adam. »

Cum Deus viro majorem vellet, secundum naturam, indere mulieris amorem, efformavit eam ex illo ; neque ex parte anteriori, ne videretur quasi adversam ei facere, neque ex parte posteriori, ut ne minus honorata putaretur, sed e latere quod velut medium erat, ut, respectu viri, medium teneret inter honorem et subjectionem.

ΚΕΦΑΛ. Β'.

B « Καὶ ᾠκοδόμησε Κύριος ὁ Θεὸς τὴν πλευρὰν, ἣν ἔλαβεν ἀπὸ τοῦ Ἀδὰμ εἰς γυναῖκα, καὶ ἤγαγεν αὐτὴν πρὸς τὸν Ἀδάμ. »

Βουλόμενος ὁ Θεὸς πλείονα τῷ ἀνδρὶ κατὰ φύσιν ἐνεῖναι τὴν περὶ τὴν γυναῖκα στοργὴν, διαπλάττει μὲν αὐτὴν ἐξ αὐτοῦ, οὔτε δὲ ἔκ τινος μέρους τῶν ἔμπροσθεν· ἵνα μὴ δόξῃ πρὸς ἀντίστασιν ὥσπερ αὐτῷ διαπλάττειν αὐτήν· οὔτ' αὖ πάλιν καθαρῶς ἐκ τῶν ὄπισθεν, ἵνα μὴ ἀτιμοτέρα λογίζοιτο· ἀλλ' ἐκ τῆς πλευρᾶς τῆς μεταξύ πως ἐχούσης· ὡς ἂν ἔχουσα πρὸς τὸν ἄνδρα φαίνοιτο καὶ αὐτὴ τὸ μέσον ἰσοτιμίας τε καὶ ὑποταγῆς.

CAP. III.

VERS. 2. « Sed et serpens erat callidior cunctis animantibus terræ quæ fecerat Dominus Deus. »

Serpentem hic appellat Satanam ob vim nocendi, quemadmodum Salvator quoque, *Vidi*, inquit, *Satanam fulguris instar decidentem e cœlo* [4*]. Et : *Ecce dedi vobis potestatem calcandi super serpentes et scorpios* [5], etc.

VERS. 8. « Et aperti sunt oculi amborum et cognoverunt se esse nudos. »

Et aperti sunt, inquit, *oculi amborum*. Quæri potest unde edoctus serpens hæc futura prædixerit. Quod enim ventura prævidere dæmonibus non competit, certum, cum hoc non nisi Dei proprium, et eorum quibus Deus concesserit. Unde propheta dæmones ita alloquitur : *Nuntiate nobis quæ ventura, et sciemus quoniam dii estis* [6]. Dicam igitur illum, cum prudentissimus sit juxta Scripturæ de ipso effatum, et ex minimis magna, atque ex paucis plura perspicere valeat, ab eis quæ Deus ad Adam protulerat ventura quæque providisse. Hæc enim sic sonant : *De ligno autem cognoscendi bonum et malum, non edetis de illo : qua die autem ederitis ex eo, morte moriemini*. Intellexit ergo, utpote prudens, a nomine arboris quid eveniendum erat : eos scilicet corroborandos esse, cum primum cibo illo fuerint usi. Hoc enim significatur apertis oculis. Corroborato autem in eis nativo torpore, ardendum erat eis circa nuptiales voluptates. Quo

ΚΕΦΑΛ. Γ'.

C « Ὁ δὲ ὄφις ἦν φρονιμώτατος πάντων τῶν θηρίων τῶν ἐπὶ τῆς γῆς, ὧν ἐποίησε Κύριος ὁ Θεός. »

Ὄφιν ἐνταῦθα τὸν Σατανᾶν, διὰ τὸ βλαπτικὸν, ὀνομάζει· καθὼς καὶ ὁ Σωτήρ φησιν· *Ἐθεώρουν τὸν Σατανᾶν ὡς ἀστραπὴν πεσόντα ἐκ τοῦ οὐρανοῦ*. Καὶ· *Ἰδοὺ δέδωκα ὑμῖν ἐξουσίαν πατεῖν ἐπάνω ὄφεων καὶ σκορπίων*, καὶ τὰ ἑξῆς.

« Καὶ διηνοίχθησαν οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο, καὶ ἔγνωσαν ὅτι γυμνοὶ ἦσαν. »

Καὶ διηνοίχθησαν, φησὶν, *οἱ ὀφθαλμοὶ τῶν δύο*. Ζητούμενόν ἐστι, πόθεν ὁ ὄφις γνοὺς, ταῦτα προέφη αὐτοῖς συμβήσεσθαι. Ὅτι γὰρ οὐ μέτεστιν αὐτῷ τῆς τῶν μελλόντων προγνώσεως, ἀναντίῤῥητον, ἐπειδὴ Θεοῦ τοῦτο ἐξαίρετον ἴδιον, καὶ ὅσοις ἂν αὐτὸς δωρήσηται. D Λέγει γοῦν ὡς πρὸς τοὺς δαίμονας ὁ προφήτης, *Ἀναγγείλατε ἡμῖν τὰ ἐπερχόμενα τί ἔσται, καὶ γνωσόμεθα ὅτι θεοί ἐστε*. Φημὶ τοίνυν, ὅτι φρονιμώτατος ὢν κατὰ τὴν τῆς Γραφῆς περὶ αὐτοῦ μαρτυρίαν, καὶ δεινὸς ἐκ μικρῶν μεγάλα, καὶ ἐξ ὀλίγων πολλὰ συνιδεῖν, ἐκ τῶν πρὸς τὸν Ἀδὰμ τοῦ Θεοῦ ῥημάτων ἐστοχάσατο τὴν ἀπόβασιν. Ἔχει γὰρ οὕτως· *Ἀπὸ δὲ τοῦ ξύλου τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρὸν οὐ φάγεσθε ἀπ' αὐτοῦ. Ἧ δ' ἂν ἡμέρᾳ φάγησθε ἀπ' αὐτοῦ, θανάτῳ ἀποθανεῖσθε*. Συνῆκεν οὖν ὡς φρόνιμος ἐκ τοῦ ὀνόματος τοῦ φυτοῦ τὸ ἀποβησόμενον· καὶ ὅτι τῆς τροφῆς μετασχόντες, ἐνισχύσουσι μὲν ὡς εἰκός· τοῦτο γὰρ λέγει διάνοιξιν ὀφθαλμῶν· ἐνισχύσαντες δὲ τὴν φυσικὴν

[4*] Luc. x, 18. [5] ibid. 19. [6] Isa. xli, 23.

ἐν αὐτοῖς νάρκωσιν, ἀναζωπυρήσουσι τὴν τῆς γαμικῆς εὐλογίας ἐπιθυμίαν· τούτου δὲ συμβάντος αὐτοῖς, τὰ τῆς αἰσχύνης ἐξ ἀνάγκης ἐπισυμβήσεται, καὶ ἥξουσιν οὕτως εἰς διάγνωσιν καλοῦ τε καὶ κακοῦ. Ἀλλὰ μὴν, ὡς τὴν ἐνίσχυσιν ἡμῶν, διάνοιξιν λέγειν ὀφθαλμῶν οἶδεν ἡ θεία Γραφὴ, λέγει ἡ πρώτη τῶν Βασιλειῶν, ὅτι τοῦ Σαοὺλ ποτε πολεμοῦντος ἀλλοφύλοις, καὶ καταρασαμένου τὸν λαὸν, εἰ πρὸ τῆς ἑσπέρας μεταλάβοι τροφῆς, Ἰωνάθαν ὁ υἱὸς αὐτοῦ τοῦτον οὐκ ἐπακήκοεν. Εἰσελθὼν δὲ κατά τι μέρος δρυμοῦ, περιτυγχάνει συστρέμματι μελισσῶν, καὶ ἐκτείνας τὸ ἄκρον τοῦ σκήπτρου τοῦ ἐν τῇ χειρὶ αὐτοῦ, ἐνέβαψεν αὐτὸ εἰς τὸ κηρίον τοῦ μέλιτος, καὶ ἐπέστρεψε τὴν χεῖρα αὐτοῦ εἰς τὸ στόμα αὐτοῦ, καὶ ἀνέβλεψαν οἱ ὀφθαλμοὶ αὐτοῦ. Μαθὼν δὲ μετὰ τοῦτο τοῦ πατρὸς, φησὶ, τὴν ἀρὰν, εἶπεν· *Ἀπήλλαχεν ὁ πατήρ μου τὴν γῆν. Ἴδε διότι ἐγευσάμην βραχὺ τοῦ μέλιτος τούτου· εἶδον οἱ ὀφθαλμοί μου.* Οὕτως οὖν καὶ ἐπὶ τῶν πρωτοπλάστων νοήσωμεν τῶν ὀφθαλμῶν τὴν διάνοιξιν. Ὅτι γὰρ αὐτοί; οὗτοι καὶ πρὸ τῆς βρώσεως οὐκ ἐκέκλειντο, πρόδηλον. *Εἶδε* γὰρ, φησὶν, *ἡ γυνὴ ὅτι καλὸν τὸ ξύλον εἰς βρῶσιν, καὶ ὅτι ἀρεστὸν τοῖς ὀφθαλμοῖς τοῦ ἰδεῖν.* Οὕτω μὲν οὖν κατ' ἐμὴν ἔννοιαν καὶ δόξαν ὁ ὄφις ἀπὸ τῆς τοῦ ξύλου προσηγορίας ἔγνω ταῦτα τῇ γυναικὶ προειπεῖν· ἐκακούργησε δὲ ἀφ' ἑαυτοῦ τὸ, *Οὐ θανάτῳ ἀποθανεῖσθε,* ψευσάμενος· καὶ τὸ, *ὡς Θεοὶ,* παρενθείς. Οὐ γὰρ τοῦτο φαγόντες ἐγένοντο, ἀλλ' ἀντὶ τούτων τὰ τῆς θνητῆς ἐπέγνωσαν ἐν ἑαυτοῖς αὐτίκα πάθη σαρκός· καὶ κεκυρῶσθαι τοῦ θανάτου κατ' αὐτῶν ἀληθῶς τὴν ἀπόφασιν ἔμαθον ἐκ τῆς ἀπὸ τῆς φύσεως αὐτῶν διαδοχῆς, διὰ τοῦ πρὸς παιδογονίαν ἐρεθισμοῦ.

A quidem facto, necesse erat ut pudore afficerentur, et ad agnitionem boni et mali venirent. Quod autem in divina Scriptura oculos aperiri idem sonet ac corroborari, apparet ex primo libro Regum. Nam Saul cum alienigenas lacesseret, et populum adjuravisset, ne quis ante vesperam caperet cibum, Jonathan filius ejus non audivit maledictum. Ingressus igitur nemus quoddam, apiario occurrit, et extendens summitatem sceptri sui quod in manu suæ tenebat, tinxit illam in favo mellis, et convertit manum suam ad os suum, et suspexerunt oculi ejus. Cognito autem postea maledicto patris, dixit: *Perturbavit pater meus terram. Vide quoniam gustavi breve quid de melle hoc, viderunt oculi mei* [7]. Similia ergo putemus primis hominibus evenisse, quando
B aperti sunt oculi. Quod enim antea clausi non fuerant, manifestum. Nam *vidit mulier,* ait, *quoniam bonum est lignum ad escam, et quia gratum oculis ad videndum.* Ita, ut opinor et censeo, cognovit serpens ab ipso ligni nomine quæ mulieri prænuntiavit. De semetipso autem mentitur illud: *Non morte moriemini,* haud secus ac illud: *et eritis sicut dii.* Non enim dii effecti sunt, esca sumpta, sed e contrario carnis cupiditates protinus agnoverunt in seipsis, et se reipsa morte damnatos esse ex eo intellexerunt, quod natura ipsorum immutata esset et ad procreandos pueros excitarentur.

« Καὶ ἔῤῥαψαν φύλλα συκῆς, καὶ ἐποίησαν ἑαυτοῖς περιζώματα. »

Ἐγὼ νομίζω τὸν Δεσπότην Θεὸν ἐνθεῖναι αὐτοῖς τὴν αἰσχύνην μετὰ τὴν παράβασιν, ὡς ἂν καὶ ταύτῃ πρὸς τὴν τῶν ἁμαρτημάτων ἀνακόπτωνται ἐπίδοσιν. Ἔοικε μέντοι διὰ πάντων περὶ τοῦ ξύλου τῆς συκῆς πεποιῆσθαι πρὸς αὐτοὺς ὁ Θεὸς τὸ παράγγελμα. Οὔτε γὰρ ἂν εὐθὺς μετὰ τὴν γεῦσιν, ἐπιγενομένης αὐτοῖς τῆς αἰσχύνης, ἔμελλον τὸ παρὸν δένδρον καταλιμπάνοντες, ἐκπεριιέναι ζητεῖν ἐξ ὅτου σκεπάσονται· καὶ τῆς θείας αἰσθόμενοι παρουσίας, οὐκ ἂν ἑαυτοὺς ὑπ' ἐκεῖνο κατέκρυπτον, περὶ ὃ παρανενομήκεισαν, μὴ ἀθρόον ὑπ' αὐτοῦ, καὶ σχεδὸν ἐσθίοντες ἔτι καταληφθέντες. Τούτου δὲ νῦν ἐπιμνησθῆναι καιρὸς, ὅτι κατὰ τὴν ἕκτην ἡμέραν ὁ ἄνθρωπος καὶ γενόμενος, καὶ εἰς τὸν παράδεισον εἰσαχθεὶς, ἐδέξατό τε τὴν περὶ τὸ φυτὸν ἐντολὴν, καὶ παραβὰς, ἐξωρίσθη. Οὔπω γοῦν οὐδενὸς τῶν ἄλλων μετειληφὼς, ἐπὶ τὴν τούτου γεῦσιν ὑπὸ τοῦ ὄφεως προυτράπη.

C « Et consuerunt folia fici, et fecerunt sibi succinctoria. »

Credo eos de Dei Domini consilio, violata lege, protinus pudore fuisse confusos, ut vel ideo a peccandi libidine averterentur. Videtur autem per omnia de ligno fici factum esse ad eos Dei mandatum. Non enim cum escam gustaverant, et rubore afficiebantur, decebat eos statim istud lignum effugere, et circumire ac quærere unde operirentur; ac Dei præsentiam reformidantes, nunquam se illuc confugissent, ubi peccaverant, ni ab eo improviso et prope comedentes adhuc deprehensi fuissent. Notandum est etiam hic hominem sexto die fuisse creatum, et in paradisum introductum, et legi de ligno subjectum, et eodem etiam legem violasse.
D Nondum enim de alio quovis fructu comederat, cum ad gustandum istud lignum a serpente perductus est.

« Καὶ ἐκάλεσεν Ἀδὰμ τὸ ὄνομα τῆς γυναικὸς αὐτοῦ, Ζωὴ, ὅτι αὕτη μήτηρ πάντων τῶν ζώντων. »

Ὥσπερ τὸ, *Ἀντὶ τούτου καταλείψει ἄνθρωπος τὸν πατέρα αὐτοῦ καὶ τὴν μητέρα,* τοῦ Ἀδὰμ κατὰ θείαν ἀποκάλυψιν εἰπόντος, τοῦτο ἐξ ἀρχῆς ὁ Σωτὴρ ἐν τοῖς Εὐαγγελίοις τὸν ποιητὴν Θεὸν ἔφησεν εἰρηκέναι· οὕτω καὶ νῦν Μωσῆς ὁ μακάριος τὴν

VERS. 21. « Et vocavit Adam nomen uxoris suæ Heva, eo quod mater esset cunctorum viventium. »

Quemadmodum illud: *Propter hoc relinquet homo patrem suum et matrem,* quod Adam ex divina revelatione protulit, ab ipso Deo conditore ab initio dictum asserit Salvator in Evangeliis [8]; ita dicitur hic Deus a beato Moyse Adam induisse, quod

[7] I Reg. xiv, 29. [8] Marc. x, 7.

illi per divinam revelationem suaserit sibi loco foliorum vestimenta ex pellibus conficere.

Vers. 22. « Et ait Dominus Deus: Ecce Adam quasi unus ex nobis factus est, sciens bonum et malum. »

Gravius his verbis cruciat Adam, ut hac leni increpatione quam optime intelligat serpentis fallaciam dicentis: *Eritis sicut dii, scientes bonum et malum.* Quid enim, inquit, adhuc deest Adamo, ex iis quæ speravit? Integre recepit quæ serpens de actus ejus exitu nuntiaverat. Ecce igitur amare didicit quomodo *unus e nobis effectus est.*

« Nunc ergo ne forte mittat manum suam, et sumat etiam de ligno vitæ, et comedat, et vivat in æternum. »

Jam hinc in posterum recedas, inquit. Non erat enim quo pacto præcepti divini transgressor, et per peccatum mortis servitio addictus, adhuc de ligno vitæ comederet. Hoc enim certa immortalium esca, homo autem præbuerat se immortali vita indignum.

Vers. 23. « Et collocavit Cherubim, et flammeum gladium atque versatilem, ad custodiendam viam ligni vitæ. »

Cherubim sunt virtutes invisibiles. Quæ cum custodiendo paradiso præficiantur, speciem referre finguntur rhomphææ flammeæ ac semper agitatæ, et ita Adam ab ingressu deterrere.

CAP. IV.

Vers. 4. « Et respexit Dominus ad Abel, et ad munera ejus; super Cain autem, et super sacrificia ejus non advertit. »

Quæsiverunt quidam hic, qua de causa propheta vocum significationem permutaverit, sacrificium fructuum oblationem, et munera ovium oblationem vocans. At mihi non videntur illæ voces ulla ratione diversa significare, et nonnisi Scripturæ lingua in varios sensus distingui, cum unum idemque utraque designet, juxta illud Pauli utramque conjungentis: *Ut offerat dona et sacrificia pro peccatis*[9]. Cujus tamen rei causas nonnulli afferunt: primam, quod animantibus nondum vescebantur homines; secundam, quod Scriptura solet per ænigmata ventura adumbrare. Quando igitur, inquiunt, sacrificia primum exigenda ac dein respuenda erant, haud immerito vocatur sacrificium ingrata Caini oblatio. Neminem autem fugit, quam vanus, quamque juvenilis hic sermo sit. Nam salutaris quoque Domini crux dicitur sacrificium: *In consummatione sæculorum, ad destitutionem peccati, per sacrificium suum apparuit*[10]. Qui autem, si

A ἐπίνοιαν, τὴν περὶ τὸν Ἀδὰμ τοῦ ἐκ φυλλῶν [f] ἀντὶ τῶν φύλλων χιτῶνας ἑαυτῷ μηχανήσασθαι, κατὰ θείαν ἀποκάλυψιν ἐνδοθεῖσαν, Θεοῦ προσεῖπεν ἐνέργειαν.

« Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεός· Ἰδοὺ Ἀδὰμ γέγονεν ὡς εἷς ἐξ ἡμῶν, τοῦ γινώσκειν καλὸν καὶ πονηρόν. »

Λίαν τοῖς ῥήμασι τούτοις ὠδύνησε τὸν Ἀδὰμ, εἰς συναίσθησιν αὐτὸν, διὰ τοῦ ἐν αὐτοῖς ἤθους, μάλιστα τῆς ἀπάτης τοῦ ὄφεως, ἀγαγὼν, εἰπόντος, *Ἔσεσθε ὡς θεοὶ γινώσκοντες καλὸν καὶ πονηρόν.* Τί γὰρ ἐνδεῖ λοιπὸν, φησὶ, τῷ Ἀδὰμ τούτων, ὧν προσεδόκησεν; αὐτοτελῆ τοῦ ὄφεως τὴν ἐπαγγελίαν ἐπὶ τῆς ἐκβάσεως τῶν ἔργων ἐδέξατο. Ἰδοὺ γοῦν ἀκοιδῶς μεμάθηκεν, ὅπως *γέγονεν εἷς ἐξ ἡμῶν.*

B « Καὶ νῦν μήποτε ἐκτείνῃ τὴν χεῖρα αὐτοῦ, καὶ λάβῃ ἀπὸ τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς, καὶ φάγῃ, καὶ ζήσεται εἰς τὸν αἰῶνα. »

Ἀλλὰ γὰρ ἐντεῦθεν, φησὶν, ἀπίτω λοιπόν. Οὐ γὰρ οἷόν τε παραβεβηκότα τὴν ἐντολὴν, καὶ τὸν θάνατον διὰ τῆς ἁμαρτίας ἐπισπασάμενον, ἔτι τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς μετασχεῖν. Τοῦτο μὲν γὰρ ἄνετος ἀθανάτων τροφὴ, ὁ δὲ ἀνάξιον ἑαυτὸν ἀπέφηνε τῆς ἀτελευτήτου ζωῆς.

« Καὶ ἔταξε τὰ Χερουβὶμ, καὶ τὴν φλογίνην ῥομφαίαν τὴν στρεφομένην φυλάσσειν τὴν ὁδὸν τοῦ ξύλου τῆς ζωῆς. »

Τὰ δὲ Χερουβὶμ εἰσι δυνάμεις ἀόρατοι. Ταύτας, φησὶ, δεξαμένας τοῦ παραδείσου τὴν φυλακὴν σχη-
C ματίζεσθαι εἰς ῥομφαίας ὄψιν φλογώδους τε καὶ ἀεικινήτου, καὶ τῷ Ἀδὰμ τὴν εἴσοδον ἀποκλείειν.

ΚΕΦ. Δ'.

« Καὶ ἐπεῖδεν ὁ Θεὸς ἐπὶ Ἄβελ, καὶ ἐπὶ τοῖς δώροις αὐτοῦ· ἐπὶ δὲ Κάϊν, καὶ ἐπὶ ταῖς θυσίαις αὐτοῦ οὐ προσέσχε. »

Τοῦτό τινες ἐζητήκασιν, ὅτου χάριν ὁ προφήτης τὴν χρῆσιν τῶν ὀνομάτων ἐνήλλαξε· θυσίαν μὲν, τὴν τῶν καρπῶν προσκομιδὴν, δῶρον δὲ, τὴν τοῦ ἀρνίου προσειπών. Ἐμοὶ μὲν οὖν οὐδέν τι δοκεῖ διαφέρειν, ἀλλὰ συνήθως κατὰ τὸ τῆς Γραφῆς ἰδίωμα διῃρῆσθαι, ἕν τι καὶ ταὐτὸν ὄντα τὰ συναμφότερα, καθώς που καὶ Παῦλος λέγει αὐτὰ συναριθμῶν· *Εἰς τὸ προσφέρειν δῶρά τε καὶ θυσίας ὑπὲρ ἁμαρτιῶν.*
D Ἃς μέντοι τούτου τινὲς αἰτίας εἰρήκασιν, αἵδε εἰσί· μία μὲν, ἐπειδὴ μήπω τότε τὰ ζῶα, φησὶ, κατεσφάττετο· δευτέρα δὲ, ὅτι ἔθος τῇ θείᾳ Γραφῇ δι' αἰνιγμάτων τὰ μέλλοντα προδηλοῦν. Ἐπειδὴ τοίνυν ἔμελλε, φησὶ, νομοθετεῖν περὶ θυσιῶν, εἶτα πάλιν αὐτὰς καταργεῖν, εἰκότως τὴν οὐ δεχθεῖσαν τοῦ Κάϊν προσφορὰν, θυσίαν ὠνόμασεν. Ὅτι δὲ ψυχρὸς, καὶ μειρακιώδης οὗτος ὁ λόγος, αὐτόθεν δῆλον· θυσίαν γοῦν καὶ τὸν σωτήριον τοῦ Κυρίου ὀνομάζει σταυρόν· *Ἐπὶ συντελείᾳ γὰρ τῶν αἰώνων εἰς ἀθέτησιν ἁμαρτίας διὰ τῆς θυσίας αὐτοῦ πεφανέρωται·* καὶ

[9] Hebr. v, 1. [10] Hebr. ix, 26.

[f] Ἴσως ἐκ φλοιῶν.

τοι πῶς ἂν ἀληθοῦς ὄντος ἐκείνου τοῦ λόγου, τῷ αὐτῷ τὸν τοῦ Κυρίου θάνατον ὀνόματι προσηγόρευσε;

ΚΕΦΑΛ. Ϛ'.

« Ἰδόντες δὲ οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων, ὅτι καλαί εἰσιν, ἔλαβον ἑαυτοῖς εἰς γυναῖκας ἀπὸ πασῶν, ὧν ἐξελέξαντο. »

Υἱοὺς Θεοῦ κατ' ἐξαίρετον λόγον τοὺς τοῦ Σὴθ ἀπογόνους ὠνόμασεν, ὡς πατρὸς περὶ αὐτοὺς κηδεμονίαν ἐπιδεικνυμένου τοῦ Θεοῦ, καθάπερ οἶμαι καὶ τοὺς ἐκ τοῦ Ἰακώβ· *Υἱοὺς γάρ, φησιν, ἐγέννησα καὶ ὕψωσα.*

« Ἔσονται δὲ αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι ἔτη. »

Ἔσονται δὲ, φησίν, *αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἔτη ἑκατὸν εἴκοσι*· τουτέστιν ἀλυσιτελὴς ὁ μακρὸς τοῖς οὕτως ἐμπαθέσιν αἰών. Διὸ τὸν βίον αὐτοῖς, ὡς ἐπὶ τὸ πλεῖστον, εἰς εἴκοσι καὶ ἑκατὸν ἐτῶν ἀριθμὸν συνέτεμε. Καὶ γοῦν κατ' ὀλίγον αὐτῶν ὑποτεμνομένων τὴν ζωήν, εἰς τοσοῦτον αὐτὴν ἐπὶ τῶν πατριαρχῶν λοιπὸν κατεστήσατο χρόνον. Ταύτῃ γε μὴν ἡμῶν τῇ ἐκθέσει συμφωνεῖ καὶ Ἰώσηπος, οὕτως εἰπών· « Συνετέμνετο γὰρ ἤδη τοῖς ἀνθρώποις τὸ ζῆν, καὶ βραχύτερον ἐγίνετο μέχρι τῆς Μωσέως γενέσεως, ἑκατὸν ἔτη πρὸς τοῖς εἴκοσι ζήσαντος. » Ἐπειδὴ δὲ φήθησάν τινες εἰρῆσθαι μὲν περὶ τοῦ κατακλυσμοῦ τὴν ἀπόφασιν ταύτην ἐν τῷ πεντακοσιοστῷ ἔτει τοῦ Νῶε, ὡς ἔκτοτε μετὰ τοσούτων ἐτῶν ἀριθμὸν ἐπαχθησομένου (ἐπήχθη δὲ οὗτος ἑξακοσιοστοῦ ἔτους τοῦ Νῶε), συλλογιζόμενοι τὸν χρόνον, ἔφησαν προειληφέναι τὸν Θεὸν εἴκοσι ἔτεσι τὴν οἰκείαν ἀπόφασιν. Ὅπερ ἐστὶ παντάπασιν ἀτοπώτατον, τοῦ Θεοῦ τὰς τιμωρίας ἀεὶ βραδύνοντος, καὶ ἀναβαλλομένου μᾶλλον, οὐ προλαμβάνοντος. Ἔνιοι μὲν οὖν προσιέμενοι ταύτης τῆς ἑρμηνείας τὰ πρότερα, καὶ συνομολογήσαντες τὴν προεγκειμένην ἀπόφασιν, τὴν ἐκ τοῦ κατακλυσμοῦ τοῖς ἀνθρώποις ὀλέθριον ἀπειλήν, πρὸς τὰ ἑξῆς, τὰ περὶ τῆς τοῦ χρόνου φημὶ προθεσμίας, ἀντιδεδήχασιν. Οὐδὲ γὰρ κατὰ ὁ πεντακοσιοστὸν ἔτος τοῦ Νῶέ φασι ταῦτα πάντως εἰπεῖν τὸν Θεόν, κἂν εἰ προλαβὼν ὁ συγγραφεὺς ἔφη τό, *Ἦν Νῶε ἐτῶν πεντακοσίων*· ὅθεν οὐδὲ πρὸς τὸν Νῶε τὸν Θεὸν αὐτὰ φῆσαι· ἀπολελυμένως δὲ οὕτως ἁπλῶς, ὡς ἐντεῦθεν εἶναι στοχάσασθαι μᾶλλον ἀκόλουθον, ὅτιπερ εἰκός, πολλῷ πρότερον καὶ τῶν ἑκατὸν εἴκοσι ἐτῶν ἐξενηνέχθαι παρὰ Θεοῦ τὴν ἀπόφασιν, ἣν πρὸς τὸν Νῶε εἰπεῖν τὸν Θεόν, καὶ ἐπὶ πέρας ἐθέλειν ἤδη προαγαγεῖν. Οὕτω μὲν οὖν ἔνιοι τῆς τῶν τινων ἑρμηνείας ἀποσκευάσασθαι τὸ ἄτοπον ἐπειράθησαν. Ἐγὼ δὲ τὸν πολὺν κύκλον παρείς, πιθανώτερόν τε οἶμαι, καὶ ἀληθέστερον, καὶ παρὰ πόδα μᾶλλον αὐτὸ προηρμηνευκέναι· ταύτην μὲν ἀπόφασιν τήν, *Ἔσονται αἱ ἡμέραι αὐτῶν ἑκατὸν εἴκοσι ἔτη*, γενομένην ἐπὶ τῇ πορνείᾳ τῶν ἐκ τοῦ Σήθ, περὶ τῆς τῶν μετέπειτα ζωῆς ἐκδεξάμενος, οὐ περὶ τῶν πρὸ τοῦ κατακλυσμοῦ, καὶ μέχρι τοῦ κατακλυσμοῦ· τὴν

[11] Isa. I, 2.

A valeret illa ratio, vocaret hic eodem nomine mortem Domini?

CAP. VI.

VERS. 3. « Videntes filii Dei filias hominum quod essent pulchræ, acceperunt sibi uxores ex omnibus quas elegerant. »

Filii Dei vocantur præ cæteris posteri Seth, ut paternam suam de eis curam Deus indicet, sicut et, ni fallor, quando de filiis Jacob dicit: *Filios genui et exaltavi* [11].

VERS. 3. « Erunt autem dies illorum centum viginti anni. »

B *Erunt autem dies eorum centum viginti anni*, hoc est, non est cur diutius vivant, qui istis affectibus inserviunt. Qua de causa ita vitam illorum definivit, ut nunquam numerum centum viginti annorum superaret. Imminuta est igitur sensim vita, donec post patriarcharum ætatem his finibus tandem terminaretur. Cui interpretationi consentit Josephus, dicens: « Nam abbreviata est hominum vita, et paulatim in brevius coarctata usque ad tempora Moysis, qui centum viginti annos vixit. » Quando autem quibusdam visum est hæc verba de diluvio dicta fuisse anno Noe quingentesimo, quasi illud post centum viginti annos eventurum esset, hoc vero anno Noe sexcentesimo factum est, dixerunt illi Deum consilia sua viginti annos ante sta- C tutum tempus prævenisse. Ast istud omnino absurdum, nam supplicia differt Deus semper, ac moratur potius quam properet. Alii igitur, hanc interpretationem quoad priorem partem probantes, et prædicta verba ad exitium hominum per diluvium referentes, posteriorem partem respuerunt, qua tempus prænuntiaretur. Hæc enim, aiunt, non protulit Deus anno Noe quingentesimo, licet paulo superius scriptor dixerit illud: *Erat Noe annorum quingentorum;* nec ideo his ipsum Noe allocutus est; sed absoluta ac adeo generali ratione prolata sunt, et non nisi conjectura intelligi potuerit quid significent; ut, uti decebat, longe ante illos centum viginti annos edita, quæ non prius Noe revelavit quam consilium jam perfecturus esset. Hocce modo D conati sunt nonnulli interpretationem illam ab omni crimine liberare. Ego vero seriem hanc indefinitam omittens, verisimilius puto, et verius, ac multo magis obvium dicere, Sententia hæc: *Erunt autem dies eorum centum viginti anni*, spectat ad flagitia filiorum Seth, et vitam eorum definit qui postea fuerunt, non eorum qui ante diluvium aut usque ad diluvium vixerunt. Illa autem alia sententia Dei dicentis, *Delebo hominem, quem feci, a facie terræ*, ideo data quod homines a deterioribus ad deterrima delaberentur, universam rerum omnium per diluvium ruinam intendit.

δὲ, Εἶπεν ὁ Θεὸς, *Ἀπαλείψω τὸν ἄνθρωπον, ὃν ἐποίησα ἀπὸ προσώπου τῆς γῆς*, ἐξενηνεγμένην ἀπόφασιν, διὰ τὴν ἐπὶ τὸ χεῖρον εἰς ἄκρον ἐκτροπὴν τῶν ἀνθρώπων, ταύτην εἶναι περὶ τῆς διὰ τοῦ κατακλυσμοῦ παντελοῦς τοῦ παντὸς ἀπωλείας.

VERS. 4. « Et post illud, cum intrarent filii Dei ad filias hominum et generabant eis; illi erant gigantes a sæculo homines nominati. »

Deficientibus scilicet filiis Dei a Deo, et iniquas nuptias admittentibus, ortum est illud impiissimorum hominum genus, quorum impietas toties deinceps celebrata est. Gigantes enim solet Scriptura eos vocare, qui nimiæ impietati et arrogantiæ inserviunt, quique suæ virtuti per omnia confidunt. Unde Psalmista: *Et gigas*, inquit, *non salvabitur in multitudine virtutis suæ* [11].

CAP. VIII.

VERS. 15, 16. « Ait Dominus Deus ad Noe, dicens: Exi tu, et uxor tua, et filii tui, et uxores filiorum tuorum, » et cætera.

Nonnulli quidem diversam rationem considerantes, qua juxta Scripturam ingressus Noe in arcam et exitus ejus narrantur, non inelegantem dederunt hujusce rei causam. Nam cum intraret in arcam, subierunt statim post Noe, testante Scriptura, filii ejus, ac dein uxor ejus, ac demum uxores filiorum ejus; nunc autem egredientem insequitur primum uxor, ac dein exeunt filii cum uxoribus suis. Dicunt igitur illi rem ita se habere, ideoque eos singulos ingredi, conjugatosque ex arca exire, quia in arca manentibus a conjugio abstinendum erat, egressi autem rursus crescere et multiplicari Dei benedictione juberentur.

CAP. IX.

VERS. 4. « Excepto quod carnem cum sanguine non comedetis. »

Deus ea de causa, ni fallor, vetat ne carnem cum sanguine comedamus, quia sanguis animalibus ratione carentibus animæ munera præstat: anima autem nobis non comedenda.

VERS. 25. « Et ait: Maledictus Chanaan, servus servorum erit fratribus suis. »

Ideo maledicitur Chanaan, non autem Cham, quia æquum est, meo quidem judicio, in puero suo filium pœnas dare, qui in patrem suum peccaverit. Ac propterea etiam occupaturi erant deinceps filii Sem regionem Cham: *Et intravit Israel in Ægyptum: et Jacob accola fuit in terra Cham* [12]. Usurpata est Chananæa, et Chananæorum alii trucidati sunt, alii vero, uti Gabaonitæ, ita oppressi sunt, ut aquarii et calones fieri cogerentur.

« Dilatet Deus Japheth, et habitet in domibus Sem: et fiat Chanaan puer ejus. »

Cum Sem participat benedictionem Japheth, At

[11] Psal. XXXII, 16. [12] Psal. CIV, 23.

« Καὶ μετ' ἐκεῖνο ὡς ἂν ἐπορεύοντο οἱ υἱοὶ τοῦ Θεοῦ ἐπὶ τὰς θυγατέρας τῶν ἀνθρώπων [8]· ἐκεῖνοι ἦσαν οἱ γίγαντες, οἱ ἀπ' αἰῶνος ἄνθρωποι οἱ ὀνομαστοί. »

Μετὰ γὰρ τὸ ἀποστῆναι Θεοῦ, φησὶ, τοὺς υἱοὺς τοῦ Θεοῦ, καὶ γάμῳ παρανόμῳ προσομιλῆσαι, τῶν ἀθεωτάτων ἀνδρῶν ἐκείνων γέγονεν ἡ φορὰ, καὶ ὧν ἀνέκαθεν ἐπ' ἀσεβείᾳ λόγος πολύς. Γίγαντας γὰρ οἶδεν ἡ Γραφὴ καλεῖν τοὺς καθ' ὑπερβολὴν ἀσεβεῖς, καὶ ὑπερηφάνους, καὶ τῇ οἰκείᾳ ῥώμῃ τὸ πᾶν ἐπιτρέποντας. Οὕτω φησὶν ὁ Ψαλμῳδός· *Καὶ γίγας οὐ σωθήσεται ἐν πλήθει ἰσχύος αὐτοῦ.*

ΚΕΦΑΛ. Η'.

« Καὶ εἶπε Κύριος ὁ Θεὸς τῷ Νῶε, λέγων, Ἔξελθε σὺ, καὶ ἡ γυνή σου, καὶ οἱ υἱοί σου, καὶ αἱ γυναῖκες τῶν υἱῶν σου, » καὶ τὰ ἑξῆς.

Τινὲς ἐπισημηνάμενοι τῷ διηλλαχότι τῆς Γραφῆς περὶ τῆς εἰς τὴν κιβωτὸν εἰσόδου τε καὶ ἐξόδου τοῦ Νῶε (ἐν μὲν γὰρ τῇ εἰσόδῳ, μετ' αὐτὸν εὐθὺς αὐτοῦ τοὺς υἱοὺς ἔφησεν ὁ συγγραφεὺς εἰσελθεῖν, εἶτα τὰς γυναῖκας οὕτως αὐτῶν· ἐνταῦθα δὲ τὴν γυναῖκα μετ' αὐτὸν, εἶτα τοὺς υἱοὺς αὐτῶν, καὶ οὕτως αὖθις τὰς ἐκείνων γυναῖκας), οὐκ ἄκομψον τῆς τοιαύτης αἰτίας ἀποδεδώκασι λόγον· ὅτι τότε αὐτοὺς οὐ κατὰ συζυγίαν εἰσαγαγὼν ὁ Θεὸς, νῦν οὕτως ἐξήγαγε, διὰ τὸ ἐν τῇ κιβωτῷ μένοντας αὐτοὺς κατὰ γάμον ἀλλήλοις μὴ συνοικεῖν· ἐξελθόντας δὲ τὴν τοῦ, *Αὐξάνεσθε καὶ πληθύνεσθε*, πάλιν εὐλογίαν ἀναλαβεῖν.

ΚΕΦΑΛ. Θ'.

« Πλὴν κρέας ἐν αἵματι ψυχῆς οὐ φάγεσθε. »

Τοῦτο λέγει, ὅτι οὐ μὴ βρωτέον ἡμῖν αὐτὰ σὺν τῷ αἵματι, διὰ τὸ, ὡς οἶμαι, τοῦτο τοῖς ἀλόγοις ψυχῆς τάξιν ἐπέχειν· εἶναι δὲ ἄβρωτον αὐτοῖς τὴν ψυχήν.

« Καὶ εἶπεν, Ἐπικατάρατος Χαναὰν, παῖς οἰκέτης ἔσται τοῖς ἀδελφοῖς αὐτοῦ. »

Καταρᾶται τὸν Χαναὰν, οὐ τὸν Χὰμ, διὰ τὸ, ὡς οἶμαι, δίκαιόν τε εἶναι δοῦναι δίκην ἐν παιδὶ παῖδα τὸν εἰς πατέρα παρανομήσαντα· καὶ διὰ τοῦτο μέλλειν ὕστερον τοὺς ἐκ τοῦ Σὴμ τῇ μὲν τῇ τοῦ Χὰμ παροικεῖν· *Εἰσῆλθε* γὰρ, φησὶν, *Ἰσραὴλ εἰς Αἴγυπτον, καὶ Ἰακὼβ παρῴκησεν ἐν γῇ Χάμ*· τὴν δὲ Χαναναίαν κληρονομοῦντας, τοὺς μὲν ἀπολλύειν τῶν Χαναναίων, ἐνίους δὲ ἐξ αὐτῶν, οἷον τοὺς Γαβαωνίτας, εἰς ὑδροφόρους ἑαυτοῖς καὶ ξυλοφόρους καταδουλώσασθαι.

« Πλατύναι ὁ Θεὸς τῷ Ἰάφεθ, καὶ κατοικησάτω ἐν τοῖς σκηνώμασι Σήμ· καὶ γενηθήτω Χαναὰν παῖς αὐτοῦ. »

Τῇ τοῦ Σὴμ εὐλογίᾳ καὶ Ἰάφεθ συμπαρέλαβεν.

[8] καὶ ἐγέννωσαν αὐτοῖς.

Ἢ τὸ, *κατοικησάτω ἐν τοῖς οἴκοις τοῦ Σὴμ ὁ Θεὸς*, ἀντὶ τοῦ, ἵνα ᾖ τοιοῦτόν τι τὸ λεγόμενον, ὅτι Εὖ μὲν ποιήσαι ὁ Θεὸς καὶ Ἰάφεθ, ἅπασαν μέντοι τὴν ἑαυτοῦ πρόνοιαν παράσχοι μᾶλλον τῷ οἴκῳ τοῦ Σήμ.

A assumptum. Si autem mutata est, quomodo non est consubstantialis caro et coæterna Patri, sicut et Verbum? Si autem alterius substantiæ est caro Patri, in quantum recentior est, Pater autem sine tempore est, quomodo non recens et Verbum? sicut enim unam esse naturam carnis et Verbi Dei dicis, et Filium alterius substantiæ Patri, dicis. Si autem non est eadem natura Verbi Dei et carnis, quomodo non sunt duæ, caro et Verbum? Si autem omnino deitas caro facta est, quomodo mansit Verbum quod fuit? Quomodo autem incommutabiliter incarnatum est, si non est Christus in duabus naturis? Quomodo incarnatus Deus Verbum mansit quod fuit? Et si est Deus Verbum passibilis, impassibilis autem Pater, quomodo unus et solus est Deus? Quomodo
B autem et istorum una est natura? Si autem et impassibilis est Trinitas, quomodo Deus Verbum passus est pro nobis? Si autem non passus est, quomodo altera natura carnis non est passa? Et si omne patiens creatum est, quomodo Deus Verbum non est creatus, patiens carne? Si autem carne patitur Deus, quomodo non patitur sibi ipsi Deus? Si autem idem est dicere, Deum passum carne; et dicere, Christum passum carne: quomodo non erit idem dicere, Spiritum divinum carne pati, cum Spiritus Deus sit? Si autem non simile, Deum passum carne dicere, et Christum pati carne: quomodo possibile erit, plus appropriari Deum Verbum carnis, cujus appropriat Pater ea quæ sunt Dei
C Verbi? Quomodo autem et si appropriatione Deus Verbum patitur carne, non erit appropriatione [*f.* appropriatio] et Pater Deo Verbo patiens? Et si mortuus est Deus Verbum carne, quomodo est consubstantialis Patri immortalitate? Mortuus enim pro nobis non est immortalis: mortuus certe est secundum Scripturas [f]. Et si unus de Trinitate mortuus est, quandoque Trinitas dualitas facta est. Et si Trinitas nunquam dualitas facta est, quomodo unus de Trinitate mortuus est? Et si altera natura Verbi Dei, scilicet hominum natura non est mortua [g]: et si trisagia vox, Trinitas, non subsistit, manifestum est quod unius substantiæ [h] esse dicis Trinitatem. Et quomodo non ostendis esse [*f.* esse te] Sabellianum? Et si in tribus hypostasibus una
D natura subsistit trisagiæ vocis, quomodo non dicis Trinitatem esse crucifixam, et sine Deo teipsum, sicut Marcionistæ, esse non dicis?

—

S. QUINTIANI XII ANATHEMATISMI.

Α'. Πᾶς γοῦν, ὅστις λέγει μίαν φύσιν Θεοῦ Λόγου καὶ σαρκὸς, καὶ οὐ δύο ἡνωμένας, καθαιρείσθω.

I. Omnis ergo qui dicit unam naturam Dei Verbi et carnis, non duas unitas indivisasque, damnetur.

Β'. Καὶ εἴ τις [ἴσ. ἄνουν] φέρει τὰς δύο τοῦ Χριστοῦ φύσεις, λέγων Θεὸν παθόντα σαρκὶ, καὶ οὐ παθόντα Χριστὸν σαρκὶ, κατὰ τὸν Ἀπόστολον, καθαιρείσθω.

II. Si quis confundit duas Christi naturas, dicens Deum passum carne et non passum Christum carne, secundum Apostolum, damnetur.

[f] Citatur hic locus ab Anastasio ms. fol. 184 ex Quintilliano. HARD. [g] Forte in Græco *mortuus*. HARD. [h] In Græco, *hypostaseos*. HARD.

III. Si quis impassibilem et immortalem Deum Verbum dicit conversum in passionem et mortem, et non hoc reddit ejus carni, damnetur.

IV. Si quis nomen *trisagion*, hoc est, *ter sanctum*, dicit propter nos crucifixum, et non Dominum Jesum Christum Filium Dei unigenitum, damnetur.

V. Si quis post vocem *ter sanctam*, Deum dicit crucifixum propter nos, et non potius unum Filium, cui in medio ter sanctæ vocis hymnus dicitur, damnetur.

VI. Si quis hominem dicit qui pro nobis crucifixus est, sive Deum, dividendo naturas, et non eas copulando in crucifixione ejus, damnetur.

VII. Si quis nudum hominem dicit, sicut Paulus Samosatenus, aut sicut Photinus, damnetur.

VIII. Si quis dicit duas personas, seu subsistentias, et non potius duas naturas in unam personam et unam subsistentiam concurrentes, damnetur.

IX. Si quis alterius substantiæ dixerit carnem Domini a carne nostra, et non potius nobis consubstantialem absque peccato, damnetur.

X. Si quis Deum hominem, et non magis Deum et hominem dicit, damnetur.

XI. Si quis dicit creatum Patris Verbum, et non magis ejus carnem, et si quis dicit consubstantialem carnem Domini Deo et Patri, et non potius Deum Verbum, damnetur.

XII. Si quis dicit sine mente et sine anima Dominum nostrum Jesum Christum, et pro ea habuisse divinitatem, et ex hoc dicendum passum carne Deum, et non magis mentem cum anima rationali humanatum Deum Verbum, et impassibilem dicendum eumdem divinitate, humanitate vero passibilem, damnetur.

Has duodecim depositiones (1) misi tibi, ut terrefactus istorum judiciis, removearis ab omni tua iniqua novitate; sciens, quod oportet sequi revelationem sanctissimi Procli Constantinopolitanæ Ecclesiæ episcopi, quomodo in campum cum toto populo concurrit, fluctuante ipsa civitate sub terræmotu, et omnibus fletum emittentibus, repente puerum in aera levari a quadam virtute, et huic imponi trisagium litaniæ, et dicere: *Sanctus Deus, sanctus fortis, sanctus immortalis, miserere nobis*; et hæc annuntiare episcopo jussus est: sicque per tres horas in tribunali stans secus pedes ipsius episcopi, hæc narravit. Et sic postquam litanias fecerunt, stetit terræmotus. Sic ergo et tu litanias fac, et pausabit ira quæ contra te proferenda est. Si autem non, veniet super te depositio a patre nostro Felice. Custodiet autem Deus mundum a scandalis. Cui gloria nunc et semper et in sæcula sæculorum. Amen.

A Γ'. Καὶ εἴ τις τὸν ἀπαθῆ καὶ ἀθάνατον Θεὸν Λόγον τετράφθαι εἰς πάθος καὶ εἰς θνῆσίν φησι, καὶ οὐχ ἀποδιδῷ τὸ πάθος τῇ αὐτοῦ σαρκὶ, καθαιρείσθω.

Δ'. Καὶ εἴ τις τὴν *τρισαγίαν* λέγει δι' ἡμᾶς σταυρωθεῖσαν θεότητα, καὶ οὐχὶ τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, καθαιρείσθω.

Ε'. Καὶ εἴ τις κατὰ τὴν τρισαγίαν φωνὴν, Χριστὸν λέγει σταυρωθέντα, καὶ οὐχὶ μᾶλλον τὸν ἕνα Υἱὸν, τὸν ἐν μέσῳ τῆς τρισαγίας φωνῆς ἀνυμνούμενον, καθαιρείσθω.

Ϛ'. Καὶ εἴ τις ἄνθρωπον λέγει τὸν δι' ἡμᾶς σταυρωθέντα, ἤτοι τὸν Θεὸν, χωρίζων τὰς φύσεις, καὶ οὐ συνάπτων ἐν τῷ σταυροῦσθαι αὐτὸν, καθαιρείσθω.

Ζ'. Καὶ εἴ τις ψιλὸν ἄνθρωπον λέγει, ὡς Παῦλος ὁ
B Σαμοσατέων, ἢ ὥσπερ Φωτεινὸς, ἀναθεματιζέσθω.

. . . .
. . . .
. . . .

Θ'. Καὶ εἴ τις ἑτεροούσιον λέγει τῆς ἡμετέρας σαρκὸς τὴν σάρκα τοῦ Χριστοῦ, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον ἡμῖν ὁμοούσιον, χωρὶς ἁμαρτίας, καθαιρείσθω.

Ι'. Καὶ εἴ τις θεανθρωπίαν λέγει, καὶ οὐχὶ Θεὸν καὶ ἄνθρωπον μᾶλλον λέγει, ἀναθεματιζέσθω.

. . . .
. . . .
. . . .
. . . .

ΙΒ'. Καὶ εἴ τις λέγει [ἴσ. φύρει] ἄνθρωπον, καὶ
C ἄψυχον τὸν Κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστὸν, καὶ ἀντὶ ψυχῆς ἔχειν τὴν θεότητα, καὶ ὡς ἐκ τούτου πάσχειν σαρκὶ τὸν Θεὸν Λόγον λέγει, καὶ οὐχὶ δὴ μᾶλλον νοῦν ἔχειν, τὴν ψυχὴν τὴν λογικὴν ἀνειληφέναι τὸν Θεὸν Λόγον, καὶ ἀπαθῆ λέγει αὐτὸν τῇ θεότητι, παθητὸν δὲ τῇ ἀνθρωπότητι, καθαιρείσθω.

Ταύτας τὰς δώδεκα καθαιρέσεις ἀπέστειλά σοι, ὅπως φοβηθεὶς τούτων τὰς κρίσεις, διεστηκὼς ἔσῃ τῆς πανδεινοτάτης σου καινοτομίας· εἰδὼς ὅτι χρὴ ἐξακολουθεῖν τῇ ἀποκαλύψει τοῦ ὁσιωτάτου τῆς Κωνσταντινουπόλεως Ἐκκλησίας ἐπισκόπου Πρόκλου· πῶς ἐν τῷ κάμπῳ καταδραμὼν σὺν παντὶ τῷ λαῷ, κυματιζομένης ὑπὸ σεισμῶν τῆς αὐτῆς πόλεως, καὶ θρήνου ὑπὸ πάντων ἀναπεμπομένου, ἄφνω παῖδα εἰς τὸν οὐρανὸν ἀρθῆναι ὑπό τινος δυνάμεως, καὶ
D τούτῳ ἐνθέσθαι τοῦ λιτανεύειν τὸ τρισάγιον, καὶ λέγειν· *Ἅγιος ὁ Θεὸς, ἅγιος ἰσχυρὸς, ἅγιος ἀθάνατος, ἐλέησον ἡμᾶς*· καὶ ταῦτα τοῦ ἀγγεῖλαι τῷ ἐπισκόπῳ προσετάχθη. Ὃς καὶ μετὰ τρίωρον ἔστη ἐν τῷ τριβουναλίῳ παρὰ τοὺς πόδας τοῦ αὐτοῦ ἐπισκόπου, καὶ ταῦτα διηγήσατο. Καὶ οὕτως λιτανευσάντων, ἔστησαν οἱ σεισμοί. Οὕτως οὖν καὶ σὺ λιτάνευε, καὶ παύσεται ἡ κατὰ σοῦ μελετωμένη ἐξενεχθῆναι ὀργή. Εἰ δὲ μὴ, ἥξει ἐπὶ σὲ καθαίρεσις ὑπὸ τοῦ πάπα ἡμῶν Φήλικος. Φυλάξει δὲ ὁ Θεὸς τὸν κόσμον ἀπὸ τῶν σκανδάλων. Ὧ ἡ δόξα νῦν, καὶ ἀεὶ, καὶ εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

(1) *Has duodecim depositiones*, etc. Vides hoc loco non plures quam duodecim fuisse Quintiani anathematismos. Reliqui igitur octo alii, qui tom. II Concil. in editionibus anterioribus post hos duodecim sequuntur, non sunt Quintiani episcopi Asculani, sed Asclepiadis Trallensis antistitis, ut ex codice Vaticano apparet. BINIUS.

ANNO DOMINI CDXCI.

CANDIDUS ISAURUS,

CHRISTIANUS SCRIPTOR.

NOTITIA.

(FABRIC., *Bibl.*, *Græc.* ed. Harles, t. VIII, p. 453; X, 521.)

Candidus Isaurus, Christianus scriptor et concilio Chalcedonensi favens, sub Anastasio, ut videtur, scripsit affectata, ut arguit Photius, dictione, *Historiarum* ab auspiciis Leonis Thracis (*a*), usque ad obitum Zenonis Isaurici (*b*), *libros tres*. Idem Photius cod. 79, ubi argumentum operis recenset, de auctore, qui Christianus fuit, hæc habet : Ἔστι δὲ πατρίδος μὲν Ἰσαυρίας, ὥς αὐτός φησι, τῆς Τραχείας, ἐπιτήδευμα δ' ἔσχεν ὑπογραφεὺς (notarius sive tabularius) τῶν ἐν Ἰσαύροις πλεῖστον ἰσχυσάντων. Τὴν δὲ θρησκείαν Χριστιανὸς ἦν καὶ ὀρθόδοξος, τήν τε γὰρ τετάρτην σύνοδον ἐπαίνοις στέφει, καὶ τῶν κατὰ αὐτῆς καινοτομούντων καθάπτεται δικαίως. Libros tres hosce *Historiarum* desideramus, præter excerpta a Photio servata cod. cit., quæ tomo I Scriptorum Historiæ Byz. post excerpta de legationibus cum notis suis dedit Philippus Labbeus, Paris., 1648, fol. Fragmentum ex Candido historico habet Suidas in Χειρίζω, ubi pro Κάδδος ἱστοριογράφος, quem ex corrupto Suidæ loco retulit etiam Simlerus in suam Bibl. et Mallincrotus in sua de historicis Græcis Paralipomena, legendum esse Κάνδιδος, monuit Küsterus, et ante eum Reinesius III, II, *Var. Lect.*, pag. 366, et Valesius pag. 74 ad Evagrii II, 16.

(*a*) In imperatorem evecti a. C. 457. (*b*) Anno 491.

ΕΚΛΟΓΑΙ ΕΚ ΤΗΣ ΙΣΤΟΡΙΑΣ

ΚΑΝΔΙΔΟΥ ΙΣΑΥΡΟΥ.

EX HISTORIA

CANDIDI ISAURI

EXCERPTA.

(*Ex Corp. script. Historiæ Byzantinæ, ed. B. G. Niebuhrii C. F. Bonn.* 1829.)

[17*] Ἀνεγνώσθησαν Κανδίδου ἱστορίας λόγοι τρεῖς. Ἄρχεται μὲν τῆς ἱστορίας ἀπὸ τῆς Λέοντος ἀναῤῥήσεως, ὃς ἦν ἐκ Δακίας μὲν τῆς ἐν Ἰλλυριοῖς (1), A

Lecti sunt Candidi historici libri tres. Inchoat historiam ab electione Leonis, qui e Dacia Illyrica oriundus, cum militari agmini Selymbrianisque cohor-

PHILIPPI LABBEI NOTÆ.

* Paginæ *Eclog. Hist. de rebus Byzantinis*, Labb., Paris., 1648, repræsentantur.

(1) *Λέων ἦν ἐκ Δακίας τῆς ἐν Ἰλλυριοῖς.* Daciam fuisse duplicem, Trans-Danubianam scilicet sive veterem, quam Gothiam ac Gepidiam suo tempore dictam fatetur Jornandes, et novam cis Danubium sitam, in duas postea, Ripensem Mediterraneamque, divisam norunt eruditi. Hanc ad prioris distinctionem Δακίαν τὴν ἐν Ἰλλυριοῖς, Daciam Illyricam vocat sive Photius, sive is cujus verba sententiasque excerpit, Candidus, qui tribus libris historiam annorum 35 complexus est. Totidem quippe fluxerunt ab anno Dominici Natalis 457, (quo, studio præsertim Asparis, genere Alani, Ar-

tibus præesset, Asparis studio imperium adeptus est. Hic Aspar genere Alanus erat, a pueritia militiam secutus, qui ternis nuptiis totidem filios, Ardaburium, Patricium, Ermenarichum (2), duasque filias sustulit. Incipit ergo, uti diximus, historicus ab initio Leonis imperatoris, desinit vero cum Anastasius imperator renuntiatus est. Patria illi ea Isauria est, ut ipse fatetur, quæ Trachea sive Aspera dicitur. Tabellio fuit vitæ instituto sub iis, qui apud Isauros poterant plurimum : religione vero Christianus, et quidem orthodoxus. Quartam enim synodum laudibus ornat, meritoque perstringit eos, qui eam oppugnant. Stylum habet historiæ non satis accommodatum. Nam et poetarum phrasibus sine delectu ac juveniliter abutitur : et compositio ejus durior et absona, dithyramborum ritu, quæ alias iterum in dissolutum atque inconcinnum dilabitur. Constructiones innovat non ad ornatum majorem ac venustatem, ut reliqui solent, sed ita, ut auditu molestus fiat, omnisque adeo expers suavitatis. Interdum autem se ipso verbis melior prorsus evadens, promiscuam historiam, etiam ex admodum dissimilibus, concinnare deprehenditur. Hic Isauriam ab Esau nomen mutuatam dicere (3) audet.

Primo libro narrat Asparis liberorumque ejus potentiam, et Leonis per Asparem electionem (4). De urbis conflagratione exorta (5), quæque hic ab Aspare reipublicæ commodo gesta sint. De Titiano et

A στρατιωτικῷ παραγγείλας τάγματι καὶ τελῶν ἄρξας τῶν ἐν Σηλυμβρίᾳ, τὴν βασιλείαν δὲ σπουδῇ Ἄσπαρος ἐγχειρισθεὶς, ὃς ἦν Ἀλανὸς μὲν γένος, ἐκ νεαρᾶς δὲ στρατευσάμενος ἡλικίας καὶ παιδοποιησάμενος ἐκ τριῶν γάμων Ἀρδαβούριον, Πατρίκιον, Ἑρμενάριχον, καὶ θηλείας δύο. Ποιεῖται μὲν ὁ συγγραφεὺς, ὡς εἴρηται, ἀρχὴν τῆς ἱστορίας τὴν ἀρχὴν τῆς Λέοντος βασιλείας, τελευτᾷ δ' εἰς τὴν ἀναγόρευσιν Ἀναστασίου. Ἔστι δὲ πατρίδος μὲν Ἰσαυρίας, ὥς αὐτός φησι, τῆς Τραχείας· ἐπιτήδευμα δὲ ἔσχεν ὑπογραφεὺς τῶν ἐν Ἰσαύροις πλεῖστον ἰσχυσάντων· τὴν δὲ θρησκείαν Χριστιανὸς ἦν καὶ ὀρθόδοξος. Τήν τε γὰρ τετάρτην σύνοδον ἐπαίνοις στέφει, καὶ τοὺς κατ' αὐτῆς καινοτομοῦντας καθάπτεται δικαίως. Τὴν δὲ φράσιν οὐκ ἔχει πρέπουσαν λόγῳ ἱστορικῷ· ταῖς τε B γὰρ ποιητικαῖς λέξεσιν ἀπειροκάλως τε κέχρηται καὶ μειρακιωδῶς, καὶ ἡ συνθήκη αὐτῷ εἰς τὸ τραχύτερον καὶ δύσηχον ἐκδιθυραμβοῦται, ὥσπερ αὖ πάλιν εἰς τὸ ἐκλελυμένον τε καὶ ἐκμελὲς ὑπτιάζει. Νεωτερίζει δὲ καὶ ταῖς συντάξεσιν οὐκ εἰς τὸ γλαφυρὸν μᾶλλον καὶ ἐπαφρόδιτον, ὥσπερ ἕτεροι, ἀλλ' ὥστε δυσχερὴς ἀκοῦσαι, καὶ τοῦ ἡδέος ὑπερόριος. Πλὴν αὐτὸς ἑαυτοῦ πολὺ βελτίων ἐνιαχοῦ τοῖς λόγοις πάντα γινόμενος, συμμιγῆ τὴν ἱστορίαν καὶ ἐξ ἀνομοιοτάτων ἁρμόζων ἁλίσκεται. [18] Οὗτος ἰσχυρίζεται τὴν Ἰσαυρίαν ἀπὸ τοῦ Ἡσαῦ λαβεῖν τὴν ἐπωνυμίαν.

Διέρχεται δὲ ἐν μὲν τῷ πρώτῳ λόγῳ τὴν Ἄσπαρος καὶ τῶν παίδων αὐτοῦ δυναστείαν· τὴν ἀνάῤῥησιν διὰ τοῦ Ἄσπαρος Λέοντος, τὸν συμβάντα τῇ πόλει ἐμπρησμὸν, καὶ ὅσα Ἄσπαρι περὶ τούτου ἐπὶ

PHILIPPI LABBEI NOTÆ.

daburii, de quo ad Olympiodorum diximus, filii, Marciano Augusto suffectus est Leo imperator), usque ad mortem Zenonis, et Anastasii Silentiarii anno 491 factam Ariadnæ opera inaugurationem. Leonem hunc alii Thracem appellant, et cognominatum fuisse Magnum, Seniorem ac Μακέλλην volunt. Theodorus Anagnostes libro primo Collectaneorum : Προχειρίζεται δὲ εἰς βασιλέα Λέων τις, Θρᾷξ μὲν τὸ γένος, τριβοῦνος δὲ τὴν ἀξίαν, quam dignitatem Candidus longa circuitione exponit : στρατιωτικῷ παραγγείλας τάγματι καὶ τελῶν ἄρξας τῶν ἐν Σηλυμβρίᾳ. De patria et officio consentit Theophanes in Chronico iisdem usus verbis, quibus subnectit : μηνὶ Φεβρουαρίῳ, Ἰνδ. ι' στεφθεὶς ὑπὸ Ἀνατολίου πατριάρχου, quod an verum sit, in Chronico videbimus.

(2) *Ardaburium, Patricium et Hermenarichum.* Tres Asparis filios ex tribus uxoribus susceptos memorat Candidus. De quibus plura paulo post, cum ex ipsomet, tum ex aliis coætaneis scriptoribus dicentur a nobis ; interim observa, implexam nimis apud Zonaram orationem levi mutatione sanari posse : εἶχων ἀνάγκῃ Καίσαρα ποιεῖ ἀπὸ πατρικίου (lege τὸν Πατρίκιον) τὸν τοῦ Ἄσπαρος παῖδα, Ἀρδαβουρίου δὲ ἀδελφόν.

(3) *Isauriam ab Esau nomen mutuatam.* Idem quoque infra eadem pagina inculcat. Sed de hac originatione mirum apud cæteros silentium.

(4) *Leonis per Asparem electionem.* Auctor Chronici Alexandrini ab exercitu creatum Leonem Magnum testatur VII Idus Februarii, Constantino et Rufo coss., anno Dominici Natalis 457 : Καὶ ἐπήρθη Λέων ὁ μέγας βασιλεὺς ὑπὸ τοῦ ἐξερχέτου μηνὶ Περιτίῳ πρὸ ζ' ἰδῶν Φεβρουαρίου. Propius ad Can-

C didi narrationem accedit tum Suidas in voce *Ardabarius*, tum Priscus rhetor apud Evagrium, l. II, cap. 16 : Ἄπερ ἀκριβέστατα Πρίσκῳ τῷ Ῥήτορι πεπόνηται. Ὅπως τε δόλῳ περιελθὼν ὁ Λέων μισθὸν ὥσπερ ἀποδιδοὺς τῆς ἐς αὐτὸν προαγωγῆς ἀναιρεῖ Ἄσπαρα τὴν ἀρχὴν αὐτῷ περιθέντα, παῖδάς τε αὐτοῦ Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον, ὃν Καίσαρα πεποίητο πρότερον, ἵνα τὴν Ἄσπαρος ἄνοιαν κτήσηται, seu potius, εὔνοιαν, ut jampridem emendavit doctissimus Jacobus Billius lib. I, cap. 38 *Observationum sacrarum*. Aspari senatum conjungit Constantinus Manasses in Compendio chronico, pag. 58 editionis Regiæ :

Ἡ σύγκλητος σὺν Ἄσπαρι τῷ τότε πατρικίῳ
Εἰς Λέοντα κατάγουσι τὴν σκηπτροκρατορίαν.
Τὸν φροντιστὴν τὸν λογιστὴν τῶν Ἄσπαρος πραγμάτων,]
Καθυποσχόμενος αὐτῷ θάτερον τῶν υἱέων
Τῷ στέφει τοῦ Καίσαρος τὴν κεφαλὴν κοσμῆσαι·
D Οὐδὲ γὰρ ἦν τὸν Ἄσπαρα κράτους ἐπιλαβέσθαι
Τῇ λύσσῃ κατεχόμενον Ἀρείου τοῦ βεβήλου.

(5) *De urbis conflagratione exorta.* Primum illud sub Leone imperatore incendium regiæ urbis fusissime describit Evagrius, lib. II, cap. 13 : Ἐν μὲν τῷ βορείῳ κλίματι, ἐν ᾧ καὶ νεώρια τῆς πόλεως καθεστᾶσιν ἀπὸ τοῦ καλουμένου Βοὸς πόρου μέχρι τοῦ παλαιοῦ Ἀπόλλωνος· ἐν δὲ τῷ νοτίῳ ἀπὸ τοῦ Ἰουλιανοῦ λιμένος μέχρι οἰκιῶν οὐ πολὺ κειμένων τοῦ εὐκτηρίου τῆς ἐπίκλην ὁμονοίας ἐκκλησίας· ἐν δὲ τῷ μεσαιτάτῳ τῆς πόλεως μέρει ἀπὸ τοῦ Κωνσταντίνου προσαγορευομένου φόρου μέχρι τῆς τοῦ ταύρου καλουμένης ἀγορᾶς. Quibus ac præcedentibus maxime verbis significat, quam fœde grassata

τὸ κοινῇ συμφέρον διαπέπρακται· καὶ περὶ Τατιανοῦ καὶ Βιβιανοῦ, καὶ ὡς περὶ αὐτῶν διηνέχθη Ἄσπαρ καὶ ὁ βασιλεὺς, καὶ οἷα εἰς ἀλλήλους ἀπεφθέγξαντο· καὶ ὡς ὁ βασιλεὺς διὰ τοῦτο ἡταιρίσατο τὸ Ἰσαύρων γένος διὰ Ταρασικοδίσσα Ῥουσουμβλαδεώτου, ὃν καὶ Ζήνωνα μετονομάσας γαμβρὸν ἐποιήσατο, τὴν προτέραν γυναῖκα θανάτου νόμῳ ἀποβαλόντα. Καὶ ὡς Ἀρδαβούριος εἰς τὸ ἐναντίον μελετῶν τῷ βασιλεῖ, καὶ αὐτὸς οἰκειοποιήσασθαι τοὺς Ἰσαύρους διενοήθη· καὶ ὅτι Μαρτῖνος, οἰκεῖος ὢν Ἀρδαβουρίου, μηνύει Ταρασικοδίσσᾳ ἅπερ Ἀρδαβουρίῳ κατὰ βασιλέως ἐτυρεύετο· καὶ ὡς ἐντεῦθεν ἐς τὸ τραχύτερον τῆς ἐς ἀλλήλους ὑπονοίας προϊούσης, ἀναιρεῖ Λέων ὁ βασιλεὺς Ἄσπαρα καὶ τοὺς παῖδας, Ἀρδαβούριον καὶ Πατρίκιον τὸν Καίσαρα.

A Viviano (6), atque de illis Aspar cum imperatore contenderit, et quæ ac qualia inter eos verba tum jactata sint. Imperatorem ea ex causa cum Isaurorum genere societatem iniisse per Tarasicodissam (7), Rusumbladeotiam, quem etiam Zenonem, mutato nomine vocatum, generum sibi asceivit, cum is priorem conjugem mortalium lege amisisset. Ardaburium (8) item, quod imperatori adversaretur, Isauros æque suarum partium facere constituisse: atque Martinum quemdam, Ardaburii familiarem, Tarasicodissæ indicasse, quæcunque in imperatorem machinaretur Ardaburius. Quomodo exinde asperius in dies crescente mutua suspicione Leo imperator Asparem sustulit ejusque liberos, Ardaburium et Patricium (9) Cæsarem; etsi Cæsar excepta plaga, inopinato salvus evasit,

PHILIPPI LABBEI NOTÆ.

sit hæc clades et quantam urbis partem flamma populata sit. Ejusdem conflagrationis mentio apud Priscum in excerptis legationum, pag. 43 D. editionis regiæ, et Marcellinus comes in Chron., *Basilisco et Hermenerico coss.*, hoc est, anno Christi 465, *Constantinopolim magno invasam incendio facieque fœdatam deplanxisse*, memorat. Diem præscribere videtur Theodorus Anagnostes Magnæ Ecclesiæ, lib. I Collectan.: Ἐμπρησμὸς ἐγένετο μέγας τῇ δευτέρᾳ τοῦ Σεπτεμβρίου μηνὸς ἀπὸ τοῦ νεωρίου ἀρξάμενος, καὶ φθάσας ἕως τοῦ ἀποστόλου Θωμᾶ τοῦ Ἀμαντίου. Quo tempore idem testatur, Marcianum Œconomum super tegulas ecclesiæ Sanctæ Anastasiæ conscendisse, et Evangeliis manu prehensis precibus lacrymisque templum illud illæsum servasse. Eadem habet Theophanes in Chronico iisdemque pene verbis, hoc duntaxat insuper addito, quod ad annum Leonis quintum atque indictionem XV, sive annum Dominici Natalis 461, incendiariam illam populationem referat, in quo, ut vides, C quadriennio dissidet a Marcellini calculo. Chronicon Alexand. duplex distinguit incendium, et primum quidem accidisse refert Basilisco et Armenarico coss., post dies 30 ab injusta cæde Menæ, præfecti vigilum, ac vindicta numinis conflagrasse in urbe octo regiones 2 Sept. fer. 4, indict. III (seu potius IV), cum celebraretur memoria sancti Mamantis. Alterum vero refert ad annum Christi 469, Zenone et Marciano coss., quo arsisse urbem scribit a mari ad mare. Utrumque videtur confudisse Zonaras, apud quem leges, Asparem tunc vas aqua plenum humeris ferentem vicos percurrisse, populum cohortatum fuisse et singulis nummum argenteum pro mercede dedisse.

(6) *De Titiano et Viviano.* Reponendus forte pro Titiano Tatianus, de quo Priscus historicus in Excerptis legationum, pag. 74 editionis Regiæ: Ὅτι ἐπὶ Λέοντος βασιλέως Ῥωμαίων ἐπρεσβεύετο παρὰ μὲν Βανδήλους ὑπὲρ Ἰταλῶν Τατιανὸς ἐν τῇ τῶν πατρικίων ἀξίᾳ καταλεγόμενος, quæ verba ibidem habentur, p. 43 D. Vivianus vero sive Bibianus anno Dominici Natalis 463, ind. I, cum Felice, aut, ut alii habent, Basilio consulatum gessit, quemadmodum discimus ex Fastis consularibus apud Cassiodorum, Marcellinum et auctorem Chronici Alexandrini.

(7) *Tarasicodisam, Rusumbladioti filium.* Patrem Zenonis solus, quod sciam, commemorat Candidus: de patria nemo ambigit. Primigenium autem illius ac barbarum nomen varie a variis concipitur, ut fieri amat in perigrinis vocibus. Omnium maxime aberrat a recto tramite Evagrius lib. II, cap. 15: Λέων δὲ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ προσλαμβάνεται Ζήνωνα, Ἀρικμήσιον μὲν ἐκ σπαργάνων καλούμενον. B Rectius Agathias Scholasticus lib. IV, pag. 135 editionis Græcæ: Ζήνων ὁ Ῥωμαίων βασιλεὺς ὁ Ἴσαυρος, ὃς δὴ πρώην Ταρασισχωδίσσεος ἐπωνομάζετο, ὑπὸ Ἴλλου τε καὶ Βασιλίσκου καὶ Κόνωνος ἐπιβουλευθεὶς, συνεργούσης ἐς τὰ μάλιστα καὶ Βηρίνης, ἐκπέπτωκε τῆς ἀρχῆς etc. Interpres dialysi vitiosa usus sic vertit, pag. 127: *Zeno ille Isaurus Romanorum imperator, qui antea Tarasis Codiseus cognominabatur, insidiis ei per Hillum et Basiliscum et Cononem structis, coadjuvante præcipue Berine, imperio excidit*, etc. Auctor Chronici Alexandrini errandi ansam Vulcanio præbere poterat, si jam e tenebris in lucem editus fuisset: sic enim dimidiatam duntaxat vocem usurpat ind. XII, sub consulatu Leonis Junioris: Ἐβασίλευσε Ζήνων ὁ Κοδισσεὺς ὁ Ἴσαυρος μετὰ τοῦ ἰδίου ἐγγόνου Λέοντος ὀλίγον χρόνον. Theophanes in Chronico ad annum Zenonis 8, sacram Verinæ Augustæ, Zenonis socrus, refert, in qua imperium se Zenoni tradidisse gloriatur: C Ἴστε, ὅτι τὸ βασίλειον ἡμέτερόν ἐστι, καὶ ὅτι μετὰ τὴν ἀποβίωσιν τοῦ ἐμοῦ ἀνδρὸς Λέοντος προεχειρισάμεθα βασιλέα Ταρασκαλισσαῖον τὸν μετακληθέντα Ζήνωνα etc. Certiora de his affirmare possemus, si injuria temporum non periisset Eustathii Syri lucubratio, in qua, teste Evagrio mox citato, *unde iste Zeno ad tantam dignitatem ascendisset, et quam ob causam omnibus a Leone fuisset prælatus*, commemorabatur.

(8) *Ardaburium.* Hunc majorem natu Asparis filium avoque suo cognominem a Leone Aug. Cæsarem creatum fuisse persuadebit interpres Evagrii iis, qui, usitato plurimis more, Græca consulere dedignantur. Locum vide, quem paulo ante exscripsimus. Priscus, pag. 40 editionis Regiæ, ab eo superatos Saracenos ad Damascum, memorat. Eumdem tyrannidem in Occidente molientem expulit Anthemius imperator apud, Cassiodorum in Chron., Marciano et Zenone coss. Chronicon Alexandrinum, Rustico et Olybrio coss., anno Christi 464, D ind. II, scribit e vita migrasse sanctum Symeonem Stylitam, ὄντος τότε κόμητος ἀνατολῆς Ἀρδαβουρίου τοῦ πατρικίου τοῦ υἱοῦ Ἄσπαρος τοῦ στρατηλάτου. Videndus etiam Suidas in Excerptis nostris, pag. 34 editionis regiæ.

(9) Patricium Cæsarem, Asparis filium, excepta duntaxat plaga, præter opinionem salvum evasisse ac fuisse superstitem, solus, quod viderim legerimve, testatur Candidus: alii quippe omnes una cum Aspare filios Ardaburium atque Patricium interemptos fuisse memorant: Marcellinus Illyricianus in Chron. ind. IX, Leone Aug. IV et Probiano coss., hoc est anno Christi 471: *Aspar, primus patriciorum, cum Ardabure et Patriciolo filiis, illo quidem olim patricio, hoc autem Cæsare generoso*

vixitque : et alius item de Aspari filiis, Armenerichus, quod abesset tum forte a patre, cædem perinde effugit (10). Tarasicodissam ergo sibi generum, data Ariadna filia, imperator ascivit, Zenonemque nominatum, exercitus in Oriente ducem creavit (11). Refert deinde quæ in Africa secunda adversaque gesserit Basiliscus (12). Leonem quoque multa volentem molientemque, quo Zenonem generum imperatorem renuntiaret subditis repugnantibus, minime id quidem efficere potuisse, sed paulo ante obitum nepotem ex Ariadna et Zenone natum creasse : ita post Leonis excessum a Leone filio Zenonem patrem, assentiente senatu, esse imperatorem coronatum (13). Hinc Isaurorum stemma per series descripsit auctor, atque illos esse Esau posteros ac sobolem, studiose

Ἀλλ' ὁ μὲν Καῖσαρ τῶν πληγῶν ἀνενεγκὼν, παραδόξως διεσώθη καὶ διέζησεν. Ἀλλὰ καὶ ὁ ἕτερος τῶν παίδων, Ἀρμενέριχος, οὐ συμπαρὼν τῷ φύντι τὸν φόνον τότε διέφυγε. Ταρασικοδίσσαν δὲ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ Λέων ὁ βασιλεὺς ποιεῖται, καὶ μετονομάζει Ζήνωνα, στρατηγὸν τῆς ἕω χειροτονήσας. Καὶ τὰ κατὰ Ἀφρικὴν Βασιλίσκου εὐτυχήματά τε καὶ δυστυχήματα. Καὶ ὡς Λέων πολλὰ βουληθεὶς καὶ διαμηχανησάμενος Ζήνωνα τὸν γαμβρὸν ἀνειπεῖν βασιλέα, τῶν ὑπηκόων μὴ παραδεχομένων, οὐκ ἴσχυσε· καὶ ὡς πρὸ τελευτῆς αὐτοῦ τὸν ἔγγονον μὲν αὐτοῦ ἐκ Ζήνωνος φύντα τῇ Ἀριάδνῃ· καὶ ὡς μετὰ τελευτὴν Λέοντος ὁ παῖς Λέων Ζήνωνα τὸν πατέρα, συναινέσει τῆς βουλῆς, βασιλέα ἔστεψε. Λεπτομερής τε τῆς Ἰσαύρων γενεαλογίας

PHILIPPI LABBEI NOTÆ.

que Leonis principis appellato, Arianus cum Ariana prole spadonum ensibus in palatio vulneratus interiit. Chronicon Alexandrinum, etsi non suo loco, Pusæo et Joanne coss., hoc est anno Christi 467 : Τούτῳ τῷ ἔτει τυραννίδα μελετήσαντα (sic enim legendum est, non μελετήσας τις) Ἄσπαρα τὸν πατρίκιον, ὡς πρῶτον τῆς συγκλήτου, ἐφόνευσεν ἐν τῷ παλατίῳ ἔσω, καὶ Ἀρδαβοῦριν καὶ Πατρίκιον τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐν κομβένδῳ καὶ αὐτοὺς συγκλητικοὺς ὄντας, κατακόψας τὰ σώματα αὐτῶν. Damascius in vita Isidori philosophi apud Photium cod. 242 : ἡγεμόνα τῶν Γότθων Ἄσπαρα βασιλεὺς Λέων ἐδολοφόνησεν, αὐτὸν καὶ παῖδας, ut omittam ea quæ de spectro Anthusæ in nubibus oblato fabulatur. Theophanes in Chronico bis terve illud idem repetit, aperitque causas cur Aspar Leoni suspectus fuerit, eamque præcipue, aliis intactam, quod Zenoni, genero imperatoris, in Thraciam misso, insidias tetendisset Aspar, occidissetque imparatum, nisi re detecta Sardicam Zeno aufugisset. Scio Procopium, lib. I *Vandalic.* solius Ardaburii cum patre cæsi meminisse, sed de Patricio salvo ne γρὺ quidem. Cur vero Patricius Cæsaris dignitatem præ Ardaburio fratre natu majore nactus sit, discimus ex eodem Theophane, qui quoniam nondum editus est, verba illius ex nostro codice ms. tibi repræsentabimus : Τούτῳ τῷ ἔτει Λέοντος ιβ' Πατρίκιος ὁ υἱὸς Ἄσπαρος, ὃν Καίσαρα ὁ βασιλεὺς Λέων πεποίηκε διὰ τὸ ἑλκύσαι τὸν Ἄσπαρα ἐκ τῆς Ἀρειανικῆς δόξης καὶ εὐνοεῖν τῷ βασιλεῖ, παρεγένετο ἐν Ἀλεξανδρείᾳ μετὰ μεγάλης φαντασίας etc. Quod si verum est, immerito Marcellinus Asparem ejusque filios, cum occisi sunt, Arianæ hæreseos crimine infamat. Porro, ne id fugiat ad alia properantem, Victor Tunnunensis in Chronico : *Joanne et Severo coss.*, hoc est anno 470, *Leo Augustus Patricium, Asparis filium, Cæsarem facit ;* tum anno sequenti : *Leone Augusto* V *et Probino coss. Aspar et duo filii ejus, Patricius Cæsar et Ardaburius CP. præcepto Leonis occiduntur.*

(10) *Alius item de Aspari filiis, Armenarichus, cædem effugit.* Nomen illud variis modis pingitur in editis manuscriptisque codicibus. Damascius in Vita Isidori philosophi Armerichum vocat, docetque, Severiani adversus Zenonem conjurationem ab eo fuisse detectam : Ἀρμερίχου τοῦ Ἄσπαρος παιδὸς ἐξειπόντος τὴν συνωμοσίαν τῷ Ζήνωνι. Basilium et Hermenericum coss. anno Christi 465 assignat Marcellinus comes : Herminericus dicitur Cassiodoro, Fastis vero Siculis sive Chronico Alexandrino Ἀρμενάριχος. Theophanes in Chron. Armenarichi hujus non meminit.

(11) *Zenonem data Ariadne filia generum adscivit et in Oriente ducem exercitus creavit.* Jam ab anno Leonis imp. septimo Theophanes Zenonem generum Leonis appellat et in Orientem missum scribit : Λέων ὁ βασιλεὺς Ζήνωνα τὸν γαμβρὸν αὐτοῦ στρατηγὸν τῆς Ἑῴας πάσης πεποίηκε, etc., quæ sic Latine reddidit Anastasius Biblioth. in *Hist. eccl.* p. 44, edit. Lupar., quæ sub prelo calet : *Per idem tempus Leo imp. Zenonem, generum suum, magistrum totius Orientis fecit, et Basiliscum, fratrem Verinæ Augustæ, magistrum Thraciæ constituit. Zeno autem veniens Antiochiam invenit in ea episcopum sacrum Martyrium. Petrus autem Cnapheus sequebatur Zenonem*, etc., quæ ad institutum nostrum non pertinent. Anno vero ejusdem Leonis 13, idem chronographus, antequam cædem Asparis filiorumque ejus referat, Zenonem similiter generum Leonis, in Thraciam missum asserit. Theodorus quoque Lector lib. I Coll. ubi Zenonem στρατηλάτην καὶ γαμβρὸν ἐπὶ θυγατρὶ Ἀριάδνῃ τοῦ Λέοντος appellat, eum Antiochiam venisse asserit cum Petro Cnapheo, templi Sanctæ Bassæ martyris, quod Chalcedone erat, presbytero. At vero Candidus noster, Marcellinus et quidam alii nuptias Leonis cum Ariadna post necem Asparis differre videntur : *Sunt tamen quidam auctores*, inquit Zonaras, *Asparem et Ardaburium ea gratia a Leone interfectos, ut nepotem ex filia Leonem Juniorem imp. crearet, veritum illorum potentiam, ne despecta hujus infantia imperium sibi vindicarent.*

(12) *Quæ in Africa secunda adversaque gesserit Basiliscus.* Hujus aliorumque ducum infelicem in Africa expeditionem pluribus in Chronico exponemus ex Idatio, Marcellino, Theodoro Lectore lib. I Collect., ubi inter cætera : Βασιλίσκος χρήματα λαβὼν πάντα προέδωκε παραινέσει Ἄσπαρος, Procopio lib. I *Vandalic.*, Theophane, Zonara, Cedreno, Constantino Manasse, Nicephoro aliisque. Quædam hic in antecessum verba Theophanis repræsento ex MS. nostro codice : Ναυμαγίας πολλάκις τοῦ Γεντζερίχου μετὰ τῶν νηῶν τῷ βυθῷ παραδοὺς, εἶτα καὶ αὐτὴν ἠδυνήθη Καρχηδόνα κρατῆσαι, ὕστερον δὲ ὑπὸ Γεντζερίχου καὶ πλείστοις χρήμασι δελεασθεὶς ἡττήθη ἑκών, ὡς Περσικὸς (forte Πρίσκος) ἱστόρησεν ὁ Θρᾷξ.

(13) *A Leone filio Zenonem patrem imperatorem coronatum.* Videndi Theodorus Lector, Theophanes, Marcellinus, Evagrius, Chronicon Alexandrinum, Procopius, lib. I De bello Vandalic., aliique passim. Unum hic tacere non possum, Victorem Tunnunensem in Chronico affirmare, Leonem illum Juniorem ad necem a Zenone patre quæsitum, ab Ariadne matre servatum fuisse : *Alium*, inquit, *pro eo ejus uxor similem puerum ad mortem obtulit, et Leonem eumdem Augustum occulte totondit, eumque clericum unius ecclesiæ CP. fecit. Qui Leo usque*

ἀφήγησις, καὶ ὡς εἴησαν ἀπόγονοι τοῦ Ἡσαῦ, πολλὴ σπουδὴ καὶ διήγησις. Ὅπως τε Ζήνων ὑπὸ Βηρίνης ἀπατηθεὶς, φεύγει γυναικὶ ἅμα καὶ μητρὶ τῆς πόλεως καὶ τῆς βασιλείας· καὶ ὡς Βηρῖνα, ἐλπίδι τοῦ συναφθῆναι Πατρικίῳ τῷ μαγίστρῳ καὶ βασιλεύειν αὐτὸν, τὸν γαμβρὸν αὐτῆς φυγαδεύσασα, ἐξ ἀπάτης, καὶ αὐτὴ τῆς ἐλπίδος ἐσφάλη, τῶν ἐν τέλει Βασιλίσκον τὸν αὐτῆς ἀδελφὸν ἀνειπόντων βασιλέα. Περί τε τῆς Ἰσαύρων ἐν Κωνσταντινουπόλει ἀμυθήτου σφαγῆς. Καὶ ὡς μετὰ Νέπωτα βασιλέα Ῥώμης Αὐγούστουλον ὁ πατὴρ Ὀρέστης Ῥώμης κατεπράξατο βασιλεύειν. Ταῦτα ὁ πρῶτος λόγος.

[19] Ὁ δὲ δεύτερος, ὅπως Πατρίκιος ὁ μάγιστρος ὁ Βηρίνῃ συμφθειρόμενος, ἐπαγανακτήσαντος αὐτῷ Βασιλίσκου, ἀπεβίω. Καὶ διὰ τοῦτο Βηρῖνα δι᾽ ἔχθρας πρὸς τὸν ἀδελφὸν καταστᾶσα, καὶ Ζήνωνι διὰ χρημάτων τὴν τῆς βασιλείας ἀνάληψιν συμπράττουσα, τὰ ἔσχατα ἔπασχεν ὑπὸ τοῦ ἀδελφοῦ, καὶ εἰ μὴ διέκλεψεν αὐτὴν Ἀρμάτος ἐκ τοῦ ναοῦ, τάχα ἂν καὶ διεφθάρη. Ὡς Ἀρμάτος τῇ γαμετῇ συνδιαφθειρόμενος Βασιλίσκου, ἐπὶ μέγα δυναστείας ἤρθη· καὶ ὡς ὕστερον τὸν κατὰ Ζήνωνος πιστευθεὶς πόλεμον, ἀπέκλινεν ἐπὶ συνθήκαις δι᾽ Ἴλλου πρὸς αὐτόν. Καὶ εὐδοκιμῶν ἐπὶ Ζήνωνος, ὡς καὶ τὸν υἱὸν Βασιλίσκον Καίσαρα ἰδεῖν, ὕστερον ἐκρεουργήθη, καὶ ὁ παῖς ἐκ τοῦ Καίσαρος εἰς τοὺς ἐν Βλαχέρναις ἀναγνώστας ἐτέλεσεν. Ὡς πρὸ τούτων Βασιλίσκος Μάρκον τὸν ἴδιον υἱὸν Καίσαρα ἀνεῖπεν, εἶτα καὶ βασιλέα·

A persuadere conatur. Ut a Verina deceptus Zeno (14) fugerit cum uxore ac matre ex urbe imperioque: utque Verina spe adjungendi sibi Patricium magistrum, foreque ut imperaret, generum suum Zenonem fugaverit per fraudem, quæ tamen spes eam fefellerit, cum ii, qui in magistratu erant, Basiliscum, ejus fratrem, Imperatorem renuntiarunt. De Isaurorum incredibili Constantinopolitana in urbe cæde, utque post Nepotem (15), Romanorum imperatorem, Orestes pater Augustulum Romano præfecerit imperio. Et hæc fere libro primo narrat Candidus.

Altero vero libro ista: Patricius magister, qui cum Verina consuetudinem habebat, indignante ipsi Basilisco, periit. Eapropter in fratrem Verina odio B concepto, ac Zenonem opibus ad recuperandum imperium adjuvans, extrema quæque a fratre pertulit, ac nisi e templo Armatus eam clam subduxisset, forte et ipsa e medio sublata fuisset. Cum Basilisci deinde uxore adulteratus Armatus (16), ad summam pervenit potentiam, adeo ut tandem ei bellum, quod adversus Zenonem gerebatur, creditum fuerit, ad quem tamen certis pactis Hilli opera conditionibus defecit. Sub Zenone igitur tanti cum esset nominis Armatus, ut et filium Basiliscum Cæsarem viderit, post nihilominus in frusta discerptus est, et puer ipse ex Cæsare inter lectores in Blachernis profiteri cœpit (17). Basiliscus ante hæc Marcum filium (18)

PHILIPPI LABBEI NOTÆ.

ad Justiniani principis tempora vixit. Eadem habet Isidorus Hispal. in Chronico, atque ex alterutro Gothefridus Viterbiensis in Pantheo parte XVI, qui huic fabulæ plura etiam de suo addidit.

(14) *A Verina deceptus Zeno.* Causam illius in Zenonem odii auctor Chronici Alex. hanc profert, quod Zeno socrum nescio quid petentem repulerit. Alteram memorat Candidus, quod in Patricium Magistrum derivare vellet imperii dignitatem, qua spe frustrata, Basiliscum fratrem imperatorem renuntiarit. Plura Theophanes, Procopius, Agathias, Suidas, Evagrius, Theodorus Lector, Marcellinus, Victor, Anonymus post Ammianum editus, aliique, quos hic conciliare aut exscribere non est animus. Græca sic distingue: Καὶ ὡς Βηρῖνα ἐλπίδι τοῦ συναφθῆναι Πατρικίῳ τῷ μαγίστρῳ καὶ βασιλεύειν αὐτὸν, τὸν γαμβρὸν αὐτῆς φυγαδεύσασα.

(15) De Nepote, Oreste, filioque ejus Augustulo, sive Romulo, Græce apud Theophanem et Evagrium Ῥωμύλλῳ (unde vulgaris de Momyllo erroris origo emanavit) non est quod plura quis a me exspectet in re contrita καὶ καθημαξευμένῃ. Ex recentioribus de his consule Henricum atque Adrianum Valesios, par fratrum eruditissimum, hunc libro V *Rerum Francicarum*, illum in notis ad fragmentum Anonymi ex schedis R. P. Jacobi Sirmondi post Ammianum Marcellinum evulgati. Cabadem ac Zenonem imperiis spoliatos ea recuperasse observat post Agathiam aliosque Constantinus Manasses, pag. 60 edit. Regiæ. Solum Nepotem dejectum fortuna benignis oculis non respexit.

(16) *Armatus*, sive *Armatius*, (cui voci sunt qui aspirationem præfigant,) non ignotus erit iis, qui Malchum Philadelphiensem, pag. 94 editionis Regiæ, Suidæ Excerpta, pag. 34 ejusdem editionis, Chronicon Alexandrinum, Procopium, lib. I *Vandalic.*, Theophanem similesque scriptores frequenti

C lectione familiares sibi fecerint. Malchus ac Suidas interfectorem Armati Onulphum sive Onnolphin nominant eumdemque Barbarum ac genere Thuringum fuisse testantur. Neque vero Armatus hic idem videtur cum altero ejusdem nominis præfecto prætorio Galliarum, ad quem anno 425 Valentinianus III rescripsit, ut habes tom. I Conciliorum Galliæ.

(17) *Basiliscus ex Cæsare inter lectores in Blachernis profiteri cœpit.* Aliter rem narrat auctor Chronici Alex. Theodorico et Venantio coss., hoc est, anno Dominici Natalis 484: Καὶ μετὰ τὸ φονευθῆναι Ἀρμάτον, τότε καὶ τὸν υἱὸν αὐτοῦ Βασιλίσκον τὸν Καίσαρα νεώτερον ὄντα ἐπίσκοπον ἐχειροτόνησεν εἰς Κύζικον, μητρόπολιν Ἑλλησπόντου, ἐπειδὴ ἦν φορέσας πορφύραν βασιλικὴν ὡς Καῖσαρ, hoc est, *post cædem Armati Basiliscum, filium ejus, Cæsarem adhuc adolescentem, episcopum Cyzici, Hellesponti metropoleos, inauguravit, propterea* D *quod purpuram gestaret regiam non secus ac Cæsar.* Audi Constantinum Manassem, pag. 61 editionis Regiæ:

Τὸν μὲν Ἀρμάτιον οἰκτρῷ θανάτῳ παραπέμπει
Προδότην δολομήχανον φανέντα τῷ δεσπότῃ.
Πληροῖ δὲ τὴν ὑπόσχεσιν καὶ τὸν ἐκείνου παῖδα
Κατακοσμεῖ τῷ Καίσαρος ὀλβιωτάτῳ στέφει.
Μετ᾽ οὐ πολὺ κἀκείνου δὲ τὰς τρίχας ἀποκείρας
Ἐφίστησι Κυζικηνοῖς ἀρχιερέα βίᾳ.

Evagrium paulo post citabimus. De celeberrimo Blachernarum templo plura, Deo dante, dicemus in nostris adnotationibus ad topographiam CP. Petri Gyllii.

(18) *Basiliscus Marcum filium Cæsarem tum imperatorem facit.* Evagrius lib. III, cap. 4, recitat illorum litteras ad Timotheum Ælurum hoc titulo: Αὐτοκράτωρ Καῖσαρ Βασιλίσκος εὐσεβής, νικητής,

Cæsarem crearat, ac post etiam imperatorem. Hillus, cum Zenone conciliata amicitia, imperium eidem recuperare studuit. Basiliscus itaque a seditiosis superatus, cum Zenonide conjuge ac liberis in templum se recepit, unde Armati fraudibus extractus, et in Cappadociam relegatus, mox cum tota stirpe cæsus est (19). Cum Petrus ille impius Orientis turbaret Ecclesias, misit Zeno imperator Calandionem (20), ut Antiochenæ sedis episcopus sacraretur. Cum autem pecunia indigeret imperator, quærendæ illi pecuniæ rationes ostensæ sunt. Multi rebus novis contra illum studentes, capti pœnas dederunt. Multa Hillus Romanæ reipublicæ contulit (21), cum militiæ rebus fortiter gestis, tum domi honestis studiis

A καὶ ὡς Ἴλλους συνέβη Ζήνωνι εἰς φιλίαν, καὶ πάλιν ἀναλαβεῖν παρεσκεύασε τὴν βασιλείαν· καὶ ὡς καταστασιασθεὶς Βασιλίσκος σὺν τῇ γυναικὶ Ζηνωνίδι καὶ τέκνοις καταφεύγει εἰς τὴν ἐκκλησίαν, κἀκεῖθεν ἀπάτῃ Ἀρμάτου ἐκβληθεὶς, ἐξορίζεται εἰς Καππαδοκίαν, εἶτα παγγενεὶ κατασφάζεται. Ὡς Πέτρου τοῦ δυσσεβοῦς τὰς τῆς ἀνατολῆς ταράσσοντος Ἐκκλησίας, Καλανδίωνα Ζήνων ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ ἱερᾶσθαι Ἀντιοχείας ἀπέστειλε, καὶ δεόμενος χρημάτων ἐκ μηνυμάτων ἐπέτυχε. Καὶ πολλοὶ νεωτερίσαντες κατ' αὐτοῦ καὶ ἑαλωκότες δίκην ἔδοσαν. Ὡς Ἴλλους πολλὰ τῇ Ῥωμαίων συνήνεγκε πολιτείᾳ, ταῖς τε κατὰ πόλεμον ἀνδραγαθίαις, καὶ ταῖς κατὰ πόλιν φιλοτιμίαις τε καὶ δικαιοπραγίαις. Ὡς μετὰ

PHILIPPI LABBEI NOTÆ.

τροπαιοῦχος, μέγιστος, ἀεισέβαστος, αὔγουστος, καὶ Μάρκος ὁ ἐπιφανέστατος Καῖσαρ Τιμοθέῳ τῷ εὐλαβεστάτῳ καὶ θεοφιλεστάτῳ ἀρχιεπισκόπῳ τῆς Ἀλεξανδρέων μεγαλοπόλεως· tum cap. 5, subdit episcoporum Asiæ, qui Ephesi convenerant, libellum ad impp. scriptum : Τοῖς κατὰ πάντα εὐσεβεστάτοις καὶ φιλοχρίστοις δεσπόταις ἡμῶν Βασιλίσκῳ καὶ Μάρκῳ αἰωνίοις νικηταῖς αὐγούστοις. Ex quibus iisque conficitur, errasse qui aut Marcum Cæsarem duntaxat creatum, aut eodem cum Cæsarea tempore imperatoriam dignitatem a patre fuisse consecutum. In iis sunt Theodorus Lector, Marcellinus et auctor Chronici Alexandrini, ut cæteros silentio premam, atque in primis Theophanem, ex quo Anastasius Bibliothecarius pag. 45 editionis Regiæ : *Basiliscus in campo acclamatur imperator. Marcum filium Cæsarem fecit, et Zenobiam, uxorem suam, Augustam coronavit, et statim contra fidem prœliatus est, Zenobia maxime incitante illum ad istud, Timotheumque Helurum revocavit per typum, et Petrum Cnaphea, qui abstrusus erat in monasterio Acœmetensium.* Tum paulo post : *Zeno cum Ariadne ad regiam perveniens urbem susceptus est a populo ac senatu. Basiliscus vero veniens ad ecclesiam, imperiali deposita in divina mensa corona, ad baptisterium confugit cum Zenobia malæ opinionis uxore sua.* Ubi vides Zenobiam dici, quam passim alii omnes Zenonidem cum Candido nostro appellitant; Zenonidam vero Marcellinus, familiari per ea tempora dialecto, qua apsidam, lampadam, Helladam similisque formæ nomina barbare per primam flectebant.

(19) *In Cappadociam relegatus cum tota stirpe cæsus est.* Fame sitique periisse omnes ferme affirmant. De loco dissentiunt : turrim castri Limnarum in Cappadocia habet Chronicon Alex., cui accedit Marcellinus Illyricianus in Chronico : *In oppidulum, quod Leminis in provincia Cappadociæ dicitur, trusus fame extabuit.* Victor Tunnunensis : *Basiliscum cum filiis atque uxore exsilio in Sasimis Cappadociæ mittit*, etc. At Theodorus Lector, libro I Collect. : Βασιλίσκος καὶ Ζηνωνὶς ἐν Βουσάμοις ἐπέμφθησαν. Evagrius autem libri III cap. 8 : ἐν Ἀκουσῷ δὲ τῷ σταθμῷ ἅμα γυναικὶ καὶ τέκνοις ἀποσφάττεται. In Theophane nostro ms. locum ascriptum non reperi; en ipsa ejus verba : Ἔλαβεν τὸν Βασιλίσκον, δοὺς αὐτῷ λόγον μὴ ἀποκεφαλίζειν αὐτόν τε καὶ τὰ τέκνα αὐτοῦ, ὃν ἀποκλεισθῆναι προσέταξεν εἰς ἕνα πύργον σὺν γυναιξὶ καὶ τέκνοις, καὶ τῷ λιμῷ διαφθαρῆναι. Τινὲς δὲ φασὶν, ὅτι ἐπαγόμενος ἀποσφάττεται· quibus haud dubie præivit noster Candidus : Εἶτα παγγενεὶ κατασφάζεται. Anonymus post Ammianum Marcellinum editus communi subscribit sententiæ : *Basiliscus fugiens ad ecclesiam, intra baptisterium cum uxore et filiis ingreditur. Cui Zeno dato sacramento securum esse de sanguine,* B *exiens inclausus cum uxore et filiis intra cisternam siccam ibidem frigore defecerunt.*

(20) De *Petro Fullone* et *Calandione*, obortisque in Oriente turbis Evagrius aliique historici. Unum hic appellabo Theophanem, quem magna ex parte Latine reddidit Anastasius Bibliothecarius, p. 46 et seqq. : *Anathematizabat eos qui non dicunt Deum crucifixum esse, et scindens populum Antiochenum addit in Trisagio hymno : « qui crucifixus est propter nos. » Quod ex tunc hodieque apud Theopaschitas dici obtinuit.* Tum postea : *Zeno jussit Acacio CP. episcopum Antiochiæ constituere, qui ordinavit Calandionem. Consecraverunt autem et Antiocheni per ignorantiam Joannem, qui dicebatur Codonatus, quem Calandio in Tyrum, quæ primus est thronus Antiochenæ diœceseos, translatum inthronizavit.* Tum ut videas versatile Zenonis ingenium, aut versipellis hæretici subdolam indolem in demulcendo sibi, quem Basilisco favens offenderat, imperatore, C subdit : *Zeno requie potitus a barbaris, ab Antiochena Calandionem pellit ecclesia, exsulem faciens apud Oasin, Petrumque Cnaphea constituit.* Græca sic se habent in ms. codice, quo utor : Ζήνων δὲ ὁ βασιλεὺς ἀνεθεὶς τῶν τυράννων ἐξέβαλε τῆς ἐκκλησίας Ἀντιοχέων Καλανδίονα, καὶ ἐξώρισεν εἰς Ὄασιν· Πέτρον δὲ τὸν Κναφέα κατέστησε. Causam exsilii aperit Evagrius, lib. III, cap. 16 : Ὃς ὕστερον τὴν εἰς Ὄασιν οἴκησιν κατακρίνεται, ἀμῦναι νομισθεὶς Ἴλλου καὶ Λεοντίῳ καὶ Παμπρεπεῖ περὶ τὴν Ζήνωνος τυραννίδα.

(21) *Hillus multa Romanæ reipublicæ contulit.* Laudatur a Candido, quem alii ut magum et incantatorem traducunt. Vide Suidæ Excerpta, p. 47 et 60 Regiæ editionis. At noster hic culpam omnem confert in Pamprepium, hominem impium, Ægyptium, grammaticum et præstigiatorem. Hilli artibus Armatus a Basilisco ad Zenonem defecit, ut Candidus narrat, ejusdemque suasu, teste Evagrio, Zeno Armatum interfecit : Ὁ δὲ Ζήνων Ἴλλου D γνώμῃ καὶ τὸν Ἀρμάτον ἀναιρεῖ συγγενῆ Βερίνης τῆς βασιλίδος etc., lib. III, cap. 24, ubi subjicit, Basiliscum, Armati filium, Cæsarem Nicææ creatum, sacerdotem primum, tum postea episcopum fuisse creatum. Illius quoque sedula opera ac promissis multi a Marciano et Procopio abstracti, ut docet Theophanes. De eodem Hillo plurima scripserat μάλα λογίως Eustathius Syrus, quem multis laudibus effert Evagrius, lib. III, capp. 26, 27 et 29, quæ per otium consules : neque enim juvat conferre quæ de insidiis a Verina aut Zenone Hillo paratis uterque refert. Nec desunt, qui etiam ab Ariadne paratas illas scribant apud Suidam. Cæterum de Marso et Pamprepio qui singularia volet, adeat Damascium in Vita Isidori philosophi apud Photium, pag. 1050, 1058, 1071, edition. Genev.

τὴν ἀναίρεσιν τοῦ βασιλέως Νέπωτος Ῥώμης καὶ τὸν διωγμὸν τοῦ μετ' αὐτὸν Αὐγουστούλου, Ὀδόαχρος Ἰταλίας καὶ αὐτῆς ἐκράτησε Ῥώμης. Καὶ στασιασάντων αὐτῷ τῶν δυσμικῶν Γαλατῶν, διαπρεσβευσαμένων τε αὐτῶν καὶ Ὀδοάχρου πρὸς Ζήνωνα, Ὀδοάχρῳ μᾶλλον ὁ Ζήνων ἀπέκλινεν. Ὡς Ἀλανός τις Ἴλλουν ἀνελεῖν βουληθεὶς καὶ πλήξας, Ἐπινίκιον εἶπεν, ὃς ἦν οἰκεῖος Βηρίνῃ, τὴν ἀναίρεσιν ὑποθέσθαι· καὶ ὡς ἐξεδόθη Ἐπινίκιος Ἴλλου· καὶ ὡς ὑποσχέσει καὶ ἀμνηστίας καὶ εὐεργεσιῶν ἐξεῖπε πάντα Ἐπινίκιος, ὅσα ἐπεβούλευε Βηρῖνα κατὰ Ἴλλου· καὶ ὡς Ζήνων Βηρῖναν διὰ τοῦτο ἐκδίδωσιν, ὁ δὲ αὐτὴν εἰς φρούριον Κιλικίας ὑπερορίσας ἠσφαλίσατο· ὡς Παμπρεπίῳ τῷ δυσσεβεῖ διὰ Μάρσου Ἴλλους φιλιωθεὶς, ἅπαντα κατὰ μικρὸν συνέχεε τὰ αὐτοῦ. Ὡς ἐμφύλιος συνέστη Ζήνωνι πόλεμος, ἐξάρχοντος Μαρκιανοῦ καὶ Προκοπίου υἱῶν τοῦ βασιλεύσαντος [20] Ῥώμης Ἀνθεμίου, καὶ κρατήσαντος Ζήνωνος δι' Ἴλλου, πρεσβύτερος μὲν Μαρκιανὸς ἐχειροτονήθη, ὁ δὲ Προκόπιος πρὸς Θεοδώριχον τὸν ἐν Θρᾴκῃ διέφυγε· καὶ ὡς ὑπεροριοθεὶς Μαρκιανὸς ἐν Καππαδοκίᾳ καὶ διαφυγὼν ἐτάραξε τὴν κατ' Ἄγκυραν Γαλατίαν· εἶτα συλληφθεὶς εἰς Ἰσαυρίαν διῳκίσθη. Καὶ ὡς ἡ πρὸς Ἴλλουν ἔχθρα τῷ βασιλεῖ συνέστη καὶ ηὐξήθη. Οὕτω μὲν οὖν καὶ ὁ δεύτερος.

A ac justitiæ cultu. Post interemptum Nepotem, imperatorem Romanum, et ejus successorem, Augustulum, expulsum, Odoacer Italia atque ipsa adeo Urbe potitus est. Rebellantibus autem huic Occidentis Gallis, et legatione ab ipsis, aliaque ab Odoacro ad Zenonem missa, in Odoacrum magis Zenonis animus inclinavit (22). Alanus quidam occidere Hillum conatus, cum eum percussisset, ab Epinicio, qui erat Verinæ domesticus, subornatum se ad cædem ait; itaque traditus Hillo Epinicius est, qui data fide et oblivionis et præmiorum, ordine cuncta enarravit, quæ in Hillum Verina moliretur. Quare Zeno Verinam Hillo tradidit, qui eam in Ciliciæ castellum ablegavit (23), atque ita tutum sese reddidit. Hillus Pamprepio, homini impio, Marsi opera, factus cha-
B rus, paulatim omnia ipsius negotia perturbavit. Civile Zenoni bellum fuit atque intestinum, insurgentibus Marciano et Procopio, filiis ejus, qui Romæ imperaverat, Anthemii (24). Quos cum Hillus Zenonis auspiciis devicisset, Marcianus quidem natu grandior ordinatus est presbyter: Procopius vero ad Theuderichum in Thraciam confugit. Quin et extorris in Cappadocia Marcianus, fuga elapsus, quæ ad Ancyram pertinet, Galatiam turbavit, donec captus in Isauriam est relegatus. In Hillum quoque ab imperatore odium conceptum est auctumque. Atque hæc libro secundo prodita.

Ὁ δὲ τρίτος ἄλλα τε περιέχει καὶ ὡς εἰς τὸ ἐμφανὲς Ἴλλους ἐπαναστὰς Ζήνωνι βασιλέα Λεόντιον σὺν Βηρίνῃ ἀνεῖπεν. Ὅπως τε δυσπραγήσαντες ἐπολιορκήθησαν, καὶ ἁλόντες ἀπετμήθησαν, καὶ τἄλλα ἕως τῆς Ζήνωνος τελευτῆς.

Tertius deinde liber cum alia continet, tum quomodo palam in Zenonem Hillus insurrexerit, Leon-
C tiumque imperatorem cum Verina renuntiaverit (25), utque re infeliciter gesta, obsessi captique capite truncati sint: aliaque ad exitum usque Zenonis.

PHILIPPI LABBEI NOTÆ.

(22) *In Odoacrum magis Zenonis animus inclinavit.* Per Gallos Occidentis, qui Odoacro non acquiescebant, Romanos intellige, qui Galliarum partem aliquam incolebant, et adversus Francos, Vesogothos et Burgundiones, civitates aliquot propugnabant. Ita enim expono δυσμικοὺς Γαλάτας, ad distinctionem Γαλατῶν τῶν ἐν τῇ Ἀσίᾳ. Eadem locutione propemodum usus Priscus Panites Sophista, pag. 57 Excerptorum de legationibus edit. Regiæ, meminit Γαλατῶν τῶν ἐν τῇ Ἑσπερίᾳ. De Odoacre, Erulorum rege, qui pulso Roma Augustulo Italiæ per 18 annos imperavit, plura alias ex coætaneis maxime scriptoribus proferemus. Interim lege ignoti fragmentum post Ammianum Marcellinum editum, alteriusque Anonymi a Cuspiniano Cassiodori Fastis inserti pretiosas reliquias.

(23) *Verinam in Ciliciæ castellum ablegavit.* Papyrium Isauriæ nominatim designant Theodorus Lector sub finem libri primi Collectaneorum et initio secundi, ac Theophanes, cujus sententiam integram curiosis lectoribus exhibeo: Ἐβουλεύσατο Ἴλλος ὁ Μαΐστρος (dignitate magistrum officiorum Marcellinus appellat) τῷ βασιλεῖ Ζήνωνι, ὅπως Βερίναν τὴν πενθερὰν αὐτοῦ ἐκβάλῃ τῆς πόλεως, καὶ δόλῳ τινὶ πέμψας αὐτὴν εἰς Χαλκηδόνα, μετ' ὀλίγον δὲ εἰς τὸ Παρίου (corrigo Παπυρίου) κάστελλον ταύτην ἀπέστειλε συνδιάγειν Μαρκιανῷ καὶ Λεοντίᾳ τῇ ἰδίᾳ θυγατρί. Reliqua ob prolixitatem omitto, in quibus de amputata auricula, et Orientis præfectura aliisque uberrime pertractatur, quibus illustrari possint quæ habet Marcellinus comes in Chronico, Theodorico et Venantio coss. sive anno
D Dionysiano 484: *Illus natione Isaurus, amputata apud Comitatum auricula, Orientem Zenoni infestus invasit. Porro cum Leontio tyrannidem arripuit.*

(24) *Marciano et Procopio, filiis... Anthemii.* Civilis illius belli causam tacuit Candidus quam Theodorus Lector extremo libro primo, Theophanes Chronico, aliique pluribus explicant: Marcianus Leontiam duxerat Leonis ex Verina filiam, cui eo nomine regnum deberi asserebat, quod regnante patre nata esset, cum Ariadne, ejus soror Zenonis conjux, antequam Leo imperaret, fuisset in lucem edita. Idem bellum eleganter descripserat Eustathius Syrus et Malchus Philadelphiensis, ut tum ex pag. 86 Excerptorum de legationibus editionis Regiæ, tum ex cap. 26 libri tertii *Historiæ ecclesiasticæ* Evagrii clarum est. Marciano et Procopio tertium adjungunt utriusque fratrem Romulum, citati paulo ante Theodorus et Theophanes, quem silentio Candidus obvolvit, et Marcianum quidem in Papyrii castellum relegatum, Procopium vero ac Romulum in Occidentem sive Romam aufugisse testantur.

(25) *Hillus insurrexerit et Leontium imp. renuntiaverit.* Rebellionem Hilli ac casum referunt Theodorus Lector initio libri II, Evagrius, lib. III, cap. 27, ex Eustathio Syro, quem vulgo Epiphaniensem nuncupant, ubi et Theodorici, Gothorum ducis, meminit, qui postea Romæ regnavit; Damascius in Vita Isidori loco supra indicato, Marcellinus comes, Dynamio et Sifidio coss., ann. Christi 488: *Leontius rex et Hillus tyrannus in Papyrio, Isauriæ castello, capti decollatique sunt. Capita eorum CP.*

Sequentia leguntur apud Suidam s. v. Χειρίζω.

A Candidus historicus refert a Leone Lanione in bellum adversus Vandalos infinitam pecuniam erogatam fuisse. Fuerunt enim, testibus illis qui eam tractarunt, per præfectos numerata auri pondo quadraginta septem millia : argenti vero septingenta millia, cum ex bonis publicatis, tum ab imperatore Anthemio.

Κάνδιδος ἱστοριογράφος φησὶν ὅτι Λέων ὁ Μακέλλης περὶ τὴν ἐκστρατείαν τὴν κατὰ Βανδάλων ἄπειρα χρήματα δεδαπάνηκε. Ἦσαν γὰρ, ὡς οἱ ταῦτα ἐφανέρωσαν κεχειρικότες, διὰ μὲν τῶν ὑπάρχων χρυσίου λίτραι τετρακισμύριαι πρὸς ἑπτακισχιλίαις· διὰ δὲ τοῦ κόμητος τῶν θησαυρῶν ἑπτακισχίλιαι πρὸς μυρίαις· καὶ ἀργυρίου λίτραι ἑπτακόσιαι χιλιάδες, ἔκ τε τῶν ἀνηλωμένων ἀρχόντων ἐκ δημευσίμων, καὶ ἐκ τοῦ βασιλέως Ἀνθεμίου.

PHILIPPI LABBEI NOTÆ.

allata præfixa hastilibus tabuere. Victor Tunnunensis in Chronico, et Theophanes, qui uberrime singula quæque persequitur, suo tempore alias proferenda, ex quibus hæc pauca delibavit Anastasius Bibliothecarius, pag. 46 edit. Regiæ : *Hillus Patricius cum Leontio et reliquis venit ad castellum Papyrii, et educta Verina Augusta in Tursum Ciliciæ, fecit eam coronari extra civitatem apud Sanctum Petrum.* Scribe *eum*, nempe *Leontium*, ut Græca manifeste

B edocent : Ὁ δὲ πατρίκιος Ἴλλος σὺν Λεοντίῳ καὶ τοῖς λοιποῖς παραγίνεται ἐς τὸ Παπυρίου καστέλλιον καὶ ἐξαγαγὼν Βερίναν εἰς Ταρσὸν τῆς Κιλικίας, ἐποίησεν αὐτὴν στέψαι ἔξω τῆς πόλεως εἰς τὸν ἅγιον Πέτρον Βασιλέα Λεόντιον τὸν πατρίκιον. Καὶ ἔγραψεν ἡ δέσποινα Βερίνα σάκραν τοῖς Ἀντιοχεῦσι Σύροις etc. Quæ vero ad mortem Zenonis spectant repete sis ex vulgaribus historicis Chronicorumque scriptoribus.

ANNO DOMINI CDLX.

ANTIPATER,

BOSTRENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA.

(FABRIC. *Biblioth. Græca edit. Harless*, tom. X, 518.)

Antipater Bostrensem in Arabia Ecclesiam rexit statim post Constantinum episcopum, qui concilio Chalcedonensi a. 451 interfuit, siquidem paucis post concilium annis ad Antipatrum jam episcopum litteras dedit Leo imperator tom. II Concil. Harduini, p. 690. Ad eumdem scripsisse S. Euthymius traditur ab auctore Vitæ Euthymii in tom. II, pag. 281, *Monument.* Cotelerii, cujus addesis notas pag. 636 seq. et *Acta Sanctor.* Junii tom. II, pag. 685. FABR. —Conf. Cave *Hist. lit. SS. Eccl.* I, pag. 447, ad a. 460, in primis Oudin. in *Comment. de SS. Eccl.* II, pag. 101, sqq., qui distinguit duo Antipatros, n. *Seniorem*, (qui secundum Caveum circa a. 460 floruisse creditur, saltem ante synodum Nicænam II, a. 787, qui scripsit Ἀντίρρησιν,) et *Juniorem*, auctorem homiliarum, cujus ætatem collocat ante a. 840, et cujus meminit Leo Allatius in *diatriba de Simeonum scriptis*, p. 89, et, « Verum, inquit, in Msstis codd. (quos enumerat), alia plura encomia Antipatri, Bostrorum episcopi, de diversis argumentis, quorum titulis et inscriptionibus si fidem habeamus, non omnino a. 460, vel ante synodum Nicænam II exstiterit, sed longe post ipsam, vixque ante annum 840, vel sæculum nonum medium. » — Saxius in *Onom. litt.* I, p. 517, it in sententiam Cavei et Fabricii. HARL.

1. Præcipuum ac celeberrimum ejus opus fuit Ἀντίρρησις *contra Pamphili apologiam pro Origene*. Incipit a verbis : Ἐγὼ μὲν ἀρκούντως ἐνόμιζον γεγραφηκέναι, ut notatur in Actis synodi Nicænæ secundæ a. 787 celebratæ, actione v, tom. VII Labbei, p. 367 sq. (Harduin. tom. IV, p. 304), ubi fragmenta quædam e libro primo exstant. Longe plura et ampliora ἐκ τῆς κατὰ τῶν βλασφημιῶν Ὠριγένους πραγματείας κεφαλ. ιε', ις', servavit Jo. Damascenus in *Parallelis sacris* tom. II edit. novæ, p. 764 ad 772. Vide etiam Cyrillum Scythopolitanum in *Vita S. Sabæ*, tom. III *Monument.* Cotelerii pag. 362, ubi narrat, Gelasium præpositum, ut succrescenti Origenianismo occurreret, Antipatri opus in ecclesia publice legendum ordinasse : Τὸ σύγγραμμα τοῦ ἐν ἁγίοις ἐπισκόπου Βόστρων Ἀντιπάτρου, τὸ κατὰ τῶν Ὠριγένους δογμάτων ἐπ' ἐκκλησίας ἀναγινώσκεσθαι παρεσκεύασεν. Mentio iterum pag. 364. FABR. — In duobus codd. Mazarin. sunt quædam Antipatri opp.; sed quænam illa sint, non indicatur a Montfaucon. in

Bibl. biblioth. Msstar. II, pag. 1306, E, nec in vol. I, pag. 593, E, de cod. August. Vindel. 66 qui variorum Patrum homilias continet. — In cod. Coislin. 286 in Joannis monachi eclogis sunt excerpta ex Antipatro contra Origenem. V. Montfauc. Bibl. Coislin. p. 390. Harl.

2. Εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν καὶ εἰς τὴν σιγὴν Ζαχαρίου, καὶ εἰς τὸν ἀσπασμὸν τῆς ὑπεραγίας Θεοτόκου. Homilia *in S. Joannem Baptistam, silentium Zachariæ et salutationem sanctissimæ Deiparæ*. Incipit : Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν. Ms. in bibl. Cæsarea. Lambec. V. pag. 18. [p. 42. Koll.] Vidit etiam in Italiæ bibliothecis Allatius, qui ejus meminit pag. 89 libri de Simeonibus. Habuit et Thom. Galeus. Si recte memini (neque enim liber jam ad manus), Latine eam dedit Combefisius in bibl. Concionatoria. Fabr. tom. VII Bibl. concion. p. 106. Exstat præterea homilia in *S. Joann. Baptistam, silentium Zachariæ, et salutationem Mariæ*, in cod. Taurin. 135. V. Cat. codd. Gr. Taur. p. 232. — Orat. in Joannem, Paris. in quinque codd. bibl. publ. — Florent. in cod. Laurent, Medic. 27, n. 4, plut. 70. V. Bandin. Cat. codd. Gr. Laur. II, pag. 687, et in tom. I, pag. 445, n. 6. — Oxon. in cod. Barocciano 199. — In bibl. Sforliana. V. Montfauc. Bibl. biblioth. Msstar. pag. 700, E, et pag. 1317, A, in cod. Mazarino 72. Harl.

3. Εἰς τὰ ἅγια Θεοφάνεια. Ms. apud eumdem Galeum. Fabr. In cod. Thomæ Gale 38, sive n. 5871 Catal. Msst. Angliæ tom. II. — In cod. Bodlei. V. n. 26. s. n. 2500, cat. cit. tom. I, pag. 129. Harl.

4. Εἰς τὴν αἱμόῤῥουν. *In mulierem sanguinis profluvio laborantem*. Incipit : Ὅτι μὲν πρώτη ἡ Ἰουδαίων κλῆσις. Locus ex illa affertur in Actis synodi Nicænæ secundæ actione IV, tom. VII Labbei, pag. 208. (Harduin. tom. IV, pag. 169). Fabr.

Homiliam *in ramos Palmarum* alii tribuunt Antipatro; alii, juniori, Tito (1). Harl.

In cod. Thomæ Gale 31, descripto ex antiquissimo cod. in insula Chio, s. n. 5865, cat. Mss. Angliæ II, pag. 185, sq., Antipatro Bostrensi multæ homiliæ, etc., ascribuntur : n. 1) Encomium S. Athanasii; 2) Oratt. adhortatoriæ, quarum prima est de publicano et pharisæo ; 3) Hom. in Dominica filii prodigi ; 4) In Dominica septuagesima ; 5) In Dominica quinquagesima ; 6) In Præsentationem B. Virginis ;) Laudatio B. Virginis, quando præsentabatur in templo ; 8) Homil. in Assumptionem B. Virginis; 9) In Præsentation. B. Virginis in templo ; 10) De paralytico; 11) De cruce; 12) De dæmoniaco ; 13) De prædictione Passionis Dominicæ; 14) Encomium S. Joannis evangelistæ; 15) Homilia de Joanne theologo ; 16) Encomium Lucæ evangelistæ; 17) Encom. Cosmæ et Damiani, medicorum sine mercede; 18) Homil. in introitum B. Virginis ; 19) In Christi Nativitatem. Sed Oudin. l. c. p. 102 seq. docet et concludit, propter celebritates festorum dierum B. Virginis, (de quibus codex habet homilias,) quæ et festivitates Sanctorum synodo Nicæna ii, a. 787 sunt posteriores, vel esse hæc omnia Antipatro Bostrensi seniori a Græcis recentioribus supposita, vel homilias illas pertinere ad Antipatrum aliquem recentiorem, qui circa sæculum nonum medium floruerit : et alia argumentorum pondera cumulat.

Citatur quoque Antipater ab Andrea Cæsariensi in Apocalypsin serm. 22, pag. 124, Maximo ad cap. 7 Dionysii *De eccles. Hierarchia*, etc. (2). Sunt etiam, qui ejus homiliam in Annuntiationem B. Virginis et in Nativitatem Christi commemorent.—Fabr. Citatur, aut fragmenta in catenis Patrum alienisque collectionibus occurrunt. V. Lambec. iii, p. 165; Montfaucon. in Bibl. Coislin. p. 251 et 390, et in Bibl. biblioth. Msstar. pag. 1309, E. Harl.

(1) Exstat inter Opera Titi Bostrensis, hujusce *Patrologiæ* tom. XVIII, col. 1263.]

(2) Hujusce *Patrol.* tom. IV, col. 175.

MONITUM IN DUAS HOMILIAS SEQUENTES.

Multos reperies qui nullam aut saltem minimam auctoritatem quibusdam homiliis tribuant, ea sola ratione innixi, quod nullibi reperiantur, nisi in collectionibus eo tempore editis, in quo nondum vigebat ars critices. Quamvis mihi ista sententia plane non arrideat, fatendum tamen est operum illorum auctoritatem exinde multum minui, et non ita efficaciter ex iis testimonia posse depromi, præsertim si agatur de confirmanda doctrina aut de stabiliendo dogmate. Et hæc præcipua hujus sententiæ ratio, quia multiplici et quotidiana edocti experientia, haud immerito dubitamus utrum sint vere genuina auctoris cui ascribuntur opera, et consequenter an ea ætate ad quam referuntur apparuerint; utrum vero ex omni parte sinceræ, aut plus minusve corruptæ; utrum tandem, si sermo sit de externo axiomate, fideliter transcriptæ, verum referant auctoris sensum.

Ratio aderat quæ nos impelleret ad accurate requirendum Græcum textum homiliæ cujusdam nomen Antipatri Bostrensis præ se ferentis, quam olim Latina lingua vulgaverat Laurentius Surius (1), et ex Surio Combefisius (2) in sua Bibliotheca concionatoria inseruerat. Hujus laboris suscipiendi causa erat

(1) Ad diem xxv Junii. (2) Vol. VII, pag 106.

quod docti viri (3) communiter post Leonem Allatium (4) existimant hanc homiliam jure merito Antipatro esse tribuendam; et longe antiquior testis Nicetas his accedit, sensum illorum confirmans, qui sub nomine Antipatri fragmentum quoddam hujus homiliæ affert in sua SS. Patrum super Evangelium Lucæ catena, quam Græce evulgavit eminentissimus cardinalis Angelus Mai in sua veterum scriptorum Nova Collectione (5). Spem nostram non fefellit eventus; nam, divino favente auxilio, cito nobis obviam fuit duplex Græci textus codex, et uterque maximi pretii: alter nempe Vaticanus, sub n° 820 codic. Græc. inscriptus; alter Barberinus, sub n° 488 cod. Græc. qui olim ad illustrissimum Lucam Holstenium pertinuerat, sin manu ejus exaratus, saltem eo jubente et dirigente redactus.

Attamen utrum integer textus Græce esset edendus, incerti ambiguique hærebamus, et hujus hæsitationis duplex aderat causa. Ex una parte, in hac homilia multæ erant sententiæ ad nostrum scopum perutilissimæ; et exinde nostri erat Lectorum oculis non solum sententias auctoris, sed etiam earum contextum, quem aliter consulere non potuissent, et exinde homiliam integram subjicere. Ex altera vero, pars homiliæ fere dimidia aliud habet argumentum, prout ex titulo videre est, qui sic se habet: *Εἰς τὸν ἅγιον Ἰωάννην τὸν Βαπτιστὴν καὶ εἰς τὴν σιγὴν Ζαχαρίου, καὶ εἰς τὸν ἀσπασμὸν τῆς παναγίας Θεοτόκου. In S. Joannem Baptistam et in silentium Zachariæ, et in salutationem sanctissimæ Deiparæ.* Si igitur integram ederemus homiliam, lector qui primo intuitu rem animadverteret, nos ea quæ ad rem non pertinebant miscuisse exprobraret. Tandem, omnibus rite perpensis, ne homilia truncata et incompleta evaderet, quod certe plane displiceret, si tantum partem quæ ad Deiparam Virginem pertinet ederemus, textum integrum exhibemus; eoque magis quo aliter sic truncata brevis nimis evasisset nostra Antipatri homilia.

Insuper haud inutile erat in lucem proferre quæ ad sanctum Joannem et ad Zachariam pertinebant. Nam Laurentius Surius, quamvis laude dignus et a nobis bene meritus sit, multa in sua versione non bene exarata et quæ non satis humana caverat natura reliquit; ita ut in locis non paucis, si quis cum textu Græco Latinam lectionem contulerit, non solum auctoris acumen, sed etiam aliquando sensum ipsum male exprimi deprehendet. Quapropter eam versionem polire aut potius refingere non dubitavimus. In hac nostra homilia neque uni Vaticano neque uni Barberino omnino adhæsimus; sed quando inter se dissidebant codices, illum prætulimus sensum, qui magis consentaneus nobis videbatur, ad calcem tamen remittentes varias lectiones ex quibus uno intuitu videbitur in quo consentiant vel discrepent manuscripti. Insuper versiones quasdam addidimus ex Antipatri Fragmentis a Niceta in suam Catenam relatis.

Nunc dicere superest de controversia ab Oudino excitata, qui posteriorem excogitavit Antipatrum a Bostrensi diversum, cui homilias de quibus hic agitur ascribit. Ubinam ergo invenit Oudinus quid impediat quin veteri Antipatro tribuantur hæ homiliæ? Illum loquentem audiamus: *Festivitates*, inquit, *beatæ Virginis et sanctorum synodo secunda Nicæna, quæ anno* 787 *celebrata est, posteriores sunt... Hæc igitur homiliarum collectio posterior est controversia de cultu imaginum ac sanctorum, quæ... ab imperio Leonis Isauri anno* 716 *incepit, atque ad imperium Theophili et annum* 842 *perduravit. Hujus ætatis sunt tot homiliæ in Præsentationem beatæ Virginis in templo et homilia in Assumptionem beatæ Virginis. Cultus enim sanctorum ac beatæ Virginis, invocatio illorum, institutio festorum in eorum memoriam et cultum Nicæna secunda synodo plane recentiores sunt.* Sic habet Oudinus. Fatendum quidem est opiniones tam nefarias nonnisi a cæco furore contra catholicam Ecclesiam impie lasciviente excogitari potuisse; sed immensæ cæcitatis esset qui non sentiret controversiam de cultu sanctorum et imaginum non oriri ex eo quod, regnante Leone Isauro, novus cultus introductus fuerit, sed e contra venit ex eo quod Leo Isaurus bellum intulerit cultui jam recepto et pluribus retro sæculis antiquiori. Et certe, sui compos non esset qui ob hanc rationem negaret vel dubitaret, ante septimam synodum habitas fuisse homilias de cultu sanctorum vel beatæ Virginis. Igitur Oudini verba non impediunt quin Bostrensi nostro Antipatro tribuantur homiliæ de quibus sermo nobis est.

Sed licet rationes a Casimiro Oudino allatæ, omni fundamento destitutæ, perabsurdæ, et prorsus inauditæ ab omnibus eruditis habeantur, fatendum tamen est, ex hac quæstione, si sub alio respectu consideretur, gravissimam oriri difficultatem. Quamvis enim profiteamur omnes in omni tempore Ecclesiam cultum sanctorum admisisse et celebravisse, attamen simul profitemur hujus cultus modum sæpe mutatum fuisse. Sic ab incunabilis Ecclesiæ augustissimo Eucharistiæ sacramento cultus latriæ fuit exhibitus; attamen solemnitas Corporis Domini recentiori tempore fuit instituta. Porro in hoc consentiunt docti viri, festivitates *Præsentationis beatæ Mariæ in templo*, vel *Assumptionis in cœlum*, post ævum Antipatri fuisse institutas. Unde gravis oritur ratio dubitandi utrum collectio homiliarum inter quas nonnullæ inscribuntur in Præsentationem vel in Assumptionem, reipsa Antipatrum habuerit auctorem.

Sed hæc omnia nihil ad nos: nam ex duabus quas subjicimus homiliis, prior in honorem *Nativitatis sancti Joannis Baptistæ* habita est; porro nullum est dubium quin solemnitas sancti Joannis Antipatri tempus antecesserit in Ecclesia sive Græca sive Latina. Posterior vero homilia, nedum sit de peculiari quo-

(3) Diatribe de Simeonum scriptis, pag. 89.
(4) Conf. Guill. Cave ad ann. 660.
(5) Vol. IX, pag. 629.

dam mysterio beatæ Virginis, vel per aliquam solemnitatem ejus dicta videatur, e contra videtur esse habita die Dominica, in qua explicatio dabatur brevissima de historia evangelica; cujus homiliæ aliquot exstant vestigia in *Scholiis antiquis in Evangelium Lucæ*, quæ eminentissimus cardinalis Angelus Mai in tom. IX *Classicorum Auctorum* Græce edidit (4).

Insuper addi potest in nostro sensu nullo modo opus esse cur ad recentiorem Antipatrum recurramus, cui ascribantur homiliæ de Præsentatione et de Assumptione Virginis. Quidquid sit de Trombellii (5) sententia, qui contendit hanc inscriptionem *In Deiparæ Assumptionem* a manu recentiori in textu Antipatri insertam fuisse, cum in toto sermone nulla mentio hujus mysterii habeatur, nulla est necessitas alium fingere Antipatrum quem solus somniavit Oudinus, etiamsi prædicta homilia de Virgine assumpta ageret, sicut et quatuor alii, si titulis fides habeatur, quæ de ejus Præsentatione tractant. Si objicias hæc festa recentiori tempore fuisse instituta, ex eo quod nullum sit horum vestigium in anterioribus sæculis, facile reponetur hoc vestigium esse vel homilias eorum occasione habitas, vel horum festorum mentio in Calendariis Ecclesiæ; et in hocce casu quæri potest cur ex Antipatri homiliis non concluderetur anterior horum festorum exsistentia. Quinam melior ratiocinandi modus? Quinam sanæ criticæ accommodatior? Utrum melius est ex testimonio scripto facti exsistentiam concludere, vel ex silentio aliorum, dubitare de exsistentia ejusdem facti, vel scripta testimonia falsi arguere? Insuper facile videre est nullius esse roboris hoc negativum argumentum. Quæ sunt enim monumenta ex quorum silentio concluditur festa non instituta fuisse? Ea videlicet quæ ad Ecclesias occidentales vel orientales pertinent, nullo modo vero ad Arabicas vel Bostrensem. Etiamsi concederemus, in Ecclesiis ubi exstant quædam monumenta ex silentio quid posse concludi, absurdum esset sic ratiocinari de aliis: ratio est quia si in aliquo varius fuerit usus Ecclesiarum, maxime in festorum celebratione; ergo ex eo quod aliquod festum serius receptum fuerit in quodam loco, concludi non potest hoc festum antea in alia Ecclesia non celebratum fuisse.

Addi insuper potest, argumentum exinde petitum quod deficiant homiliæ, ad concludendum festum quoddam non exstitisse, nullius esse roboris. Nam ad singula festa non habebantur homiliæ, vel istæ ad nos universæ non pervenerunt. Si talis admitteretur ratio, concludi posset in Ecclesia Bostrensi festa Paschatis et Pentecostes ante quintum sæculum non fuisse instituta, ex eo quod nullus sit de eis sermo vel homilia in Antipatro (6). Sed de his satis superque dictum.

(4) Titulus est: Σχόλια παλαιὰ εἰς Εὐαγγέλιον κατὰ Λουκᾶν. Conf. scholia ad cap. I, v. 34 seqq., pag. 434 seqq.

(5) L. c., p. 363.

(6) Apud Oudinum l. c., pag. 102, et apud Harlesium in *Addit. ad Græc. Biblioth. Fabricii*, vol. X, pag. 519.

ANTIPATRI EPISCOPI BOSTRORUM

HOMILIÆ.

(Anton. BALLERINI, *Sylloge monumentorum*, etc., tom. II.)

—

I.

A

IN SANCTUM JOANNEM BAPTISTAM, ET IN SILENTIUM ZACHARIÆ, ET IN SALUTATIONEM DEIPARÆ.

I. *Inter natos mulierum*, prout Servatoris sententia declaratum est, *nullus major Joanne Baptista* [a]. Quomodo ergo laudum coronam ei offeram, qui talem a Domino coronam reportavit? Quibus encomiis eum celebrabo, qui antequam nasceretur, absconditum mysterium didicit? Priusquam enim in lucem hic prodiret, Christus primordia gratiæ revelare ei cœpit; in eum thesauros gratiæ contulit; et quæ angelis, in cœlo choros ducentibus, incomperta erant, Joannes in utero, ut nuper audistis, adhuc degens per matrem loquebatur. Thronorum oculis se Deus subtraxit, nec tamen ei qui in utero claudebatur, occultus permansit. Incarnationis mysterium abscondidit Dominationibus, quod tamen in sinu materno latenti manifestavit; et lætum illud nuntium, ad quod afferendum e cœlo venit archangelus, fœtus intra uterum exsultans confirmavit. Cum enim ad nos descendisset generis nostri Redemptor, sicut modo audistis, statim in utero gestatus ad amicum suum itidem in utero clausum venit.

II. Erat autem videre lutum salutari a figulo, regem in militis tabernaculo excipi, et Dominum ad servi domunculam divertisse. Quem cum in matrice ex matrice aspexisset Joannes, illum ante se intuens, exsiliens naturæ terminos transgredi conatus est. Nescio, inquit, terminos naturæ, video enim Dominum, qui terminos naturæ statuit; non exspecto tempus, quo gestari in utero fœtus solet: tempus novem mensium non est mihi necessarium; est enim coram me qui tempus nescit. Quænam mater Deum Verbum pellexit (1), ut manifeste inter nos versari vellet? Quisnam legatione suscepta e paterno sinu filium sine matre genitum excitavit?

Quænam est et ista virgo, quæ potestatibus ipsis

Α'.

ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΓΙΟΝ ΙΩΑΝΝΗΝ ΤΟΝ ΒΑΠΤΙΣΤΗΝ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΗΝ ΣΙΓΗΝ ΖΑΧΑΡΙΟΥ, ΚΑΙ ΕΙΣ ΤΟΝ ΑΣΠΑΣΜΟΝ ΤΗΣ ΠΑΝΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

Α'. *Ἐν γεννητοῖς γυναικῶν οὐδεὶς Ἰωάννου μείζων*, ὁ Σωτήριος ἀπεφήνατο λόγος. Πῶς τοίνυν λόγου στέφανον προσενέγκω, τῷ τηλικοῦτον κομισαμένῳ παρὰ Κυρίου τὸν στέφανον; Πῶς εὐφημήσω τὸν πρὸ τοῦ τόκου μαθόντα τὸ ἀποκεκρυμμένον μυστήριον; Τούτῳ γὰρ πρὸ γεννήσεως Χριστὸς [1] τὸ τῆς χάριτος προοίμιον [2] ἐμφανίσας ἐνεχείρησε [3]· τούτῳ τοὺς τῆς χάριτος παρέθετο θησαυροὺς καὶ ἅπερ ἠγνόησαν οἱ [4] ἐν οὐρανῷ χορεύοντες ἄγγελοι, Ἰωάννης, καθὼς ἀρτίως ἀκηκόατε, κυοφορούμενος ἔλεγε [5] διὰ τῆς μητρός. Θρόνους ἔλαθε, καὶ τὸν ἐν μήτρᾳ Θεὸς οὐ παρ-

B

έδραμεν [6], Κυριότητας ἔκρυψε, καὶ τῷ ἐν γαστρὶ τὸ τῆς οἰκονομίας μυστήριον ἀπεκάλυψε· καὶ ὅπερ [7] ἐλήλυθεν ὁ Ἀρχάγγελος κομίζων Εὐαγγέλιον, ἔνδοθεν τὸ ἔμβρυον ὑπηγόρευσεν ἀλλόμενον. Ἐπιδημήσας γὰρ, καθὼς ἀρτίως ἠκούσατε, τοῦ γένους ἡμῶν ὁ Λυτρωτὴς πρὸς τὸν ἑαυτοῦ φίλον ἀφίκετο κυοφορούμενον, παραχρῆμα κυοφορούμενος.

Β'. Καὶ ἦν ἰδεῖν τὸν πλαστουργὸν ἀσπαζόμενον τὸν πηλόν· τὸν βασιλέα εἰς τὴν τοῦ στρατιώτου σκηνὴν αὐλιζόμενον· τὸν Δεσπότην εἰς τὸ τοῦ δούλου δωμάτιον [8] ἀφιγμένον. Ὃν ἐκ μήτρας ἐν μήτρᾳ θεασάμενος Ἰωάννης, προορῶν, ἀλλόμενος [9-10] τοὺς τῆς φύσεως ὅρους

C

παραδραμεῖν ἐπεχείρησεν, Οὐκ οἶδα, λέγων, φύσεως ὅρους· ὁρῶ γὰρ τὸν τῆς φύσεως ὁροθέτην Κύριον· οὐκ ἀναμένω κυήσεως χρόνον ἐν γαστρί· ἐνναμηνιαῖος [11] χρόνος οὐκ ἀναγκαῖος ἐμοί· ὁ γὰρ αἰώνιος παρ' ἐμοί [12]. Τίς ἄρα μήτηρ τὸν Θεὸν [13] Λόγον πέπεικεν, ἐμφανῶς πρὸς ἡμᾶς ἐπιδημῆσαι; Τίς ἄρα πρεσβευσάμενος ἐκ τῶν πατρικῶν κόλπων ἤγειρε τὸν ἀμήτορα;

Τίς δὲ καὶ ἡ Παρθένος αὕτη, ἡ τῶν ὅλων Δυνά-

[a] Matth. XI, 11.

VARIÆ LECTIONES.

[1] C. Barb. Χριστοῦ: legisse videtur Θεός. [2] Surius videtur legisse μυστήριον. [3] C. Barb. ἐνεχείρησαν [4] C. Vat. abest οἱ. [5] C. Barb. ἔλεγεν. [6] C. Vat. παρέδραμε. [7] Surius hic addit *in cœlo:* unde in codice suo legisse videtur hic vocem οὐρανόθεν, quæ responderet sequenti ἔνδοθεν· eam in versione retinebimus. [8] Cod. δωματεῖον. [9-10] C. Barb. καὶ ἀλλόμενος· particula καί aberat etiam a codice Surii. [11] C. Vat. mend. ἐναμηνίαι. [12] A Surii codice abfuisse videntur verba, ὁ γὰρ αἰώνιος παρ' ἐμοί. [13] C. Vat addit ἡμῖν.

NOTÆ.

(1) Sententia Patribus communis, pulchritudine nempe Deiparæ Virginis Deum erbum e Patris æterni sinu in terras attractum fuisse.

μεων τιμιωτέρα φανεῖσα Θεῷ; Τίς ἡ τὸν ἀχώρητον ἐν τῇ νηδύϊ ἔχουσα; τίς ἡ τὸν ἀπρόσιτον φέρουσα ὑπογάστριον; Τίς ἡ μεσιτεύσασα τῷ τῆς ἀνθρωπότητος χόρτῳ, τὸ πῦρ ἐνεγκεῖν [14] τῆς θεότητος; Τίς ἀναγγελεῖ τῇ τοῦ προπάτορος Ἀδὰμ [15] γυναικὶ τὸ νῦν τελούμενον μυστήριον; Τίς λέξει, ὅτιπερ ἡ κατάκριτος ἐλήλυθεν ἔνδον ἔχουσα τὸν κριτὴν [16] καὶ ἡ, *Ἐν λύπαις τέξει* [17] *τέκνα*, ἀκούσασα, βαστάζουσα παρεγένετο τὸν τῆς λύπης ἡμῖν τὴν λύσιν ὑπαγορεύοντα;

A universis excellentior visa est Deo (2)? Quænam ista est, quæ utero suo eum continet, qui nullo capi loco potest? Quænam ea est, quæ illum qui inaccessus est, ventre inclusum gerit? Quænam ista est, quæ mediatrix fœno humanitatis fuit, ut ferre posset ignem divinitatis? Quis protoparentis Adæ uxori renuntiabit mysterium, quod nunc perficitur? Quis (ipsi) referet, mulierem, quæ olim damnata fuerat, nunc ipsum judicem in utero habere, quæque olim illud audierat [b], *In dolore paries filios*, hanc modo sinu suo illum gestare, qui nobis doloris solutionem annuntiat?

Βαβαὶ τῆς τιμῆς! Βαβαὶ τῆς ἀφάτου μεταβολῆς! Τοῦ παραδείσου ὁ Θεὸς ἐχώρισε τὸν πρωτόπλαστον, καὶ αὐτὸν ἐχώρησεν ἡ τούτου ἀπόγονος! Ὁ δέρματα ῥάψας ἐν παραδείσῳ, ἐν νηδύϊ καλύπτεται! ἐν ᾗ τὸν προπάτορα ὀργισθεὶς ἐξέβαλεν, ἐν ταύτῃ σπλαγχνισθεὶς ἐπεδήμησεν! Ἣν κατηράσατο γῆν, ταύτην ἐπάτησε τῇ θείᾳ βάσει, τὴν ἀπόφασιν ἀκυρῶν, ἀχράντοις ἴχνεσι συντρίβων τῆς ἁμαρτίας ἄκανθαν!

fuerat, hanc, sententia illa deleta, divino calcavit terens!

Proh quantus honor! Proh ineffabilis rerum immutatio! Primum a se conditum hominem Deus e B paradiso exclusit; et Deum in se conclusit primi hominis soboles! Qui in paradiso protoparentes pellibus contexit, ipse virgineis contegitur visceribus! Quæ in causa fuerat ut indignatus protoparentem ejiceret, hæc effecit ut misericordia motus ad homines adventaret! Quam exsecratus terram gressu, peccati spinam impollutis vestigiis pro-

Γʹ. Ταῦτα Ἰωάννου τὰ σκιρτήματα, μᾶλλον δὲ ῥήματα· ῥήματα γὰρ ἦν τοῦ μήπω τεχθέντος παιδὸς τὰ σκιρτήματα. Τίς ἐξ αἰῶνος Ἑλλήνων ἐν πολιᾷ σοφῶν [18] ἐδίδαξεν, οἷα πρὸ σπαργάνων ὁ Πρόδρομος [19] ὑπηγόρευσε; Τοιαῦτα γὰρ τῆς παρούσης πανηγύρεως τὰ μυστήρια, ἃ κηρύττειν ἐθέλων, εὑρεθήσομαι βυθῷ θαυμάτων ἐγκυβιστῶν [20], καὶ ἀεροπορεῖν οὐράνια διηγούμενος· διό μοι ἱκετεύω, Βαπτιστά, τῆς εὐχῆς ἐπιδίδου τὴν ἄγκυραν [21], καὶ ἄπταιστα τάδε μοι διαφύλαξον, ὡς [22] φωνὴ τυγχάνων, τῶν φωνητικῶν ὀργάνων τὰ αἰσθητήρια· πιστεύσας γὰρ οὐκ ἀπιστήσας ἐλήλυθα τὸ τῶν λόγων σοι προσφέρων θυμίαμα, ᾧ [23] καὶ πεποιθὼς τοὺς σοὺς ἀγῶνας ἐκδιηγήσομαι· εἰ δὲ, καὶ [24] ἡττηθήσομαι χαίρων· νίκη γάρ μοί ἐστι τοῦ ἐμοῦ προστάτου νικηθῆναι τοῖς θαύμασι.

III. Hæc sibi volebant illæ Joannis exsultationes, seu potius verba; nam exsultationes illæ nondum nati instar verborum erant. Quis gentilium sapientum vel in canitie tam sublimia unquam edocuit, qualia vel antequam fasciis involveretur Præcursor C enuntiavit? Ejusmodi enim sunt solemnitatis hujus mysteria, quæ persequi si velim, miraculorum profunditate me obrui, dumque cœlestia enarro, quasi per aerem gradi me sentiam. Quocirca, te rogo, o Baptista, tuarum precum anchoram mihi tribue; et tu, utpote vox exsistens, integros serva mihi vocalis organi sensus. Certa enim fide innixus ac nihil ambigens accessi, ut sermonis tibi suffitum offeram; ac propterea fidenter tua certamina enarrabo, inde etiam sumens argumentum gaudii, si longe inferior laudibus tuis sermo meus evaserit; instar enim victoriæ mihi est, quod patroni mei miraculis vincar.

Δʹ. *Ἐγένετο*, φησὶν, *ἐν ταῖς ἡμέραις Ἡρώδου τοῦ βασιλέως*. Μήτις τῇ ἐπωνυμίᾳ τῶν Εὐαγγελίων κλαπῇ τὴν ἐξήγησιν. Ἕτερος γὰρ ὁ Ἡρώδης, ὁ [25] τὸν Πρόδρομον ἀνελὼν, καὶ ἄλλος οὗτος Ἡρώδης ὁ τῶν νηπίων ἐχθρίσας τὴν χλοίην [26], τὸν τῆς εὐσεβείας στάχυν [27] ζητῶν. *Ἐν ταῖς* τούτου *ἡμέραις, ἐγένετο ἱερεύς τις, ὀνόματι Ζαχαρίας, καὶ ἡ γυνὴ αὐτοῦ Ἐλισάβετ· ἦσαν δὲ δίκαιοι ἀμφότεροι*· ἐκοινώνει γὰρ βίου [28] κοινωνίας τὸ γύναιον τῷ ἀνδρὶ εὐτάκτως

IV. *Fuit*, inquit, *in diebus Herodis regis* [c]. Nemo hic ob nominum similitudinem in Evangeliis inter- D pretandis decipiatur. Alius enim fuit Herodes qui præcursorem sustulit, et alius Herodes iste qui germinantem infantium herbam messuit, cum pietatis spicam (ad necem) quæreret. *In diebus* hujus *Herodis fuit sacerdos quidam nomine Zacharias, et uxor ejus Elisabeth. Erant autem justi ambo* (concordem enim vitæ societatem cum viro mulier age-

[b] Gen. III, 16. [c] Luc. I, 6.

VARIÆ LECTIONES.

[14] C. Vat. ἐνέγκαι. [15] Vox Ἀδὰμ a codice Surii abfuisse videtur. [16] Surius addit: *et præcursorem*; codex ejus forte addebat: καὶ πρόδρομον· at abs re. [17] Attice pro τέξῃ, quod apud LXX in hoc Geneseos loco legimus. [18] Codd. πόλει σοφῶς. [19] B. cod. ὑποδρόμος. [20] C. Barb. ἐκκυβιστῶν. [21] C. Barb. ἄγγυραν. [22] Abest ὡς a C. Barb. [23] Abest ᾧ a C. Barb. et a cod. Surii. [24] Abest εἰ δὲ καὶ a cod. Barb. [25] Artic. ὁ a Vat. C. abest. [26] C. Vat. χλόην. [27] C. Vat. ἀστάχυν. [28] C. Barb. βίον· forte legend. βίου κοινωνίαν.

NOTÆ.

(2) Non divinæ tantum maternitatis decore, sed etiam puritatis et sanctitatis excellentia.

[A] bat, honeste se gerens), jugum legis ferentes, justitia abundantes, liberos non habentes. Matrice enim longo ætatis processu debilitata, sine filiis Elisabeth erat et sterilis. *Ambo autem processerant in diebus suis* [d]. Ex naturæ conditione, inquit, sobolis erant expertes, et cum propter ætatem procreandorum filiorum definitum tempus fuissent prætergressi, non quidem spem abjicientes, sed statam cæteris legem excedentes secundum quodammodo tempus (procreandæ sobolis) nacti sunt. Elanguida erat generandi virtus; at infirma non exstitit vis precum.

ὁδεῦον, τὸν τοῦ νόμου βαστάζοντες ζυγὸν, δικαιοσύνην εὐποροῦντες, παῖδας οὐκ ἔχοντες. Πηρωθείσης γὰρ τῆς μήτρας [29] τῷ τοῦ χρόνου μήκει, ἄπαις ἡ Ἐλισάβετ καὶ στεῖρα ἦν· *Ἀμφότεροι δὲ προβεβηκότες ἦσαν* [30] *ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῶν*. Ἄτεκνοι, φησὶ, γεγόνασι φύσει, καὶ χρόνῳ τῆς παιδοποιίας τὴν νομικὴν ἁλώσαντες [31], οὐ τὴν ἐλπίδα, ἀλλὰ τὸν νόμον ἀπολέσαντες, δεύτερον [32] χρόνον τὸν τρόπον ἐκτήσαντο. Ἐξέλιπεν ἡ γονὴ, ἀλλ' οὐκ ἠτόνησεν ἡ εὐχή.

V. *Factum est autem cum sacerdotio fungeretur Zacharias* [e] (solemnis autem agebatur festivitas), sanctificationis stolam indutus, lamina redimitus et incensum assumens, in sanctorum adyta ingrediebatur; [B] atque sub tintinnabulorum sonitu (3) multitudo sacerdotem ceu augustum nuntium ad Deum legans, ante fores supplicabat.

Ε'. *Ἐγένετο δὲ* [33] *ἐν τῷ ἱερατεύειν τὸν Ζαχαρίαν* (ἐπιφανὴς δὲ [34] ἦν ἡ πανήγυρις, τῆς ἁγιαστείας), ἐνδυσάμενος τὴν στολὴν, καὶ τὸ πέταλον περιθέμενος, λαβὼν τὸ θυμίαμα [35], εἰς τὰ τῶν ἁγίων ἐβάδιζεν ἄδυτα· προτρεχούσης δὲ τῆς τῶν κωδώνων ἠχῆς, ἧτε πληθὺς πρὸ τῶν θυρῶν ἐλιτάνευε τὸν ἱερέα καθάπαξ ἄγγελον πρέσβυν τῷ Θεῷ ἀποστείλασα.

Qui cum intra velamen venisset, visus est *ei angelus Domini stans a dextris altaris incensi* [f]. *Turbatus est autem Zacharias* [g], et angeli aspectu actus retrorsum, ulterius progredi non valuit. Diu autem stupore defixus permansit immotus, hæc animo volvens: Sane quid illud sit, quod cerno, prorsus ambigo: alius ad altare incensi ministerium explet; quomodo vero ego incensum in ignem injiciam? Præscribit enim lex ut unus duntaxat sacerdotis munus obeat. At angelus est, quem video, non homo; non ergo adeundum (mibi) hoc sacrarium est; [C] neque enim didicimus ministerio sacro simul cum angelis fungi. Quid de me fiet? Quid agam? A quo petam consilium? An sancta sancto permittam? Num accedens eum salutabo? Tradamne ipsi thuribulum? Nunquid me socium admittet? An potius advenit ut rationes a sacrorum ministris exposcat?

Ὡ γενομένῳ τοῦ καταπετάσματος ἔνδον, ὤφθη *ἄγγελος Κυρίου ἐκ δεξιῶν ἑστὼς τοῦ θυσιαστηρίου τοῦ θυμιάματος. Ἐταράχθη δὲ Ζαχαρίας*, καὶ προβαίνειν οὐκ ἴσχυσεν τῇ τοῦ ἀγγέλου θέᾳ εἰς τὰ ὀπίσω πεμπόμενος· ἐπιπολὺ δὲ μεμένηκεν ἀχανὴς ταῦτα λέγων καθ' ἑαυτόν· Τί δὴ τὸ ὁρώμενον; ἀπορῶ· ἕτερος ἱερατεύει παρὰ τὸ θυσιαστήριον τοῦ θυμιάματος· ἐγὼ δὲ πῶς ἐπιθήσω τῷ πυρὶ τὸ θυμίαμα; Ἕνα μόνον ἱερατεύειν ὁ νόμος ἐκέλευσεν· ἄγγελος, οὐκ ἄνθρωπος ὁ ὁρώμενος, καὶ οὗτος ὁ ναὸς ἄβατος [36]· οὐ γὰρ ἐμάθομεν ἀγγέλοις συλλειτουργεῖν. Τί γένωμαι; Τί πράξω; Τίνα σύμβουλον λάβω; Παραχωρήσω τῷ ἁγίῳ τὰ ἅγια; Ἀσπάζομαι προσελθὼν [37] τὸ θυμιατήριον ἐπιδώσω; Ἆρά με λήψεται κοινωνόν; Ἆρα μὴ λογοθετήσων ἐλήλυθε τῶν ἁγίων λειτουργούς;

Terribilem eum cerno simul et hilarem. Venitne bonum aliquod nuntium allaturus, an vero famem bellumve minitaturus? Et sane quod minister aulæ cœlestis sit, qui ante oculos astat, non autem Deus, inde patet quod stantem video. Isaias enim [h] Dominum vidit sedentem; et supra thronum Ezechiel vidit incorporeum [i]; iterumque Daniel Antiquum dierum aspexit sedentem [j]. Hic autem stat velut ministerium explens, partemque altaris nobiliorem [D] tenens. Hei mihi! nunquid præter peccatum meum etiam pro peccatis populi a me rationem exiget? Nunquid honoris amplitudo gravioris pœnæ mihi occasio evadet?

Φοβερὸν ὁρῶ καὶ φαιδρόν· εὐαγγέλια κομίζων ἐλήλυθε, λιμὸν, ἢ πόλεμον ἀπειλῶν; καὶ ὅτι μὲν οὐράνιος δορυφόρος ὁ ὁρώμενος, καὶ οὐ Θεὸς, ἡ στάσις δηλοῖ. Ἡσαΐας γὰρ καθήμενον εἶδε τὸν Κύριον· Ἰεζεκιὴλ ἐπὶ θρόνον κατενόησε τὸν ἀσώματον· Δανιὴλ ὡσαύτως τὸν Παλαιὸν τῶν ἡμερῶν καθήμενον. Οὗτος ἕστηκε τὴν διακονίαν πληρῶν [38], τά τε τιμιώτερα μέρη τοῦ θυσιαστηρίου λαβών. Οἴμοι! μήποτε πρὸς τῇ ἐμῇ ἁμαρτίᾳ καὶ τοῦ λαοῦ τὰς εὐθύνας εἰσπράξηται [39]; Μήποτέ μοι τὸ μέγεθος τῆς τιμῆς μείζονος γένηται τιμωρίας ἀφορμή;

VI. Hæc Zacharias secum ipse mente pervolvens, interno jactabatur tumultu. At angelum Ga-

Ζ'. Ταῦτα Ζαχαρίας λογιζόμενος, ἐταράττετο. Οὐκ ἔλαθε δὲ τὸν ἄγγελον Γαβριὴλ τοῦ ἱερέως ὁ τάραχος·

[d] Luc. I, 7. [e] ibid. 8. [f] ibid. [g] ibid. 12. [h] Isa. VI, 1. [i] Ezech. I, 26. [j] Dan. VII, 9.

VARIÆ LECTIONES.

[29] Seq. aliter C. Barb. καὶ χρόνου μῆκος ἀνήλωσε τὴν νομικὴν Ἐλισάβετ στεῖρα. [30] Abest ἦσαν a C. Barb. [31] Cod. Vat. ἀλόσαντες. [32] C. Barb. hic addit δέ. [33] Abest δέ a C. Barb. [34] C. Vat. γάρ. [35] C. Barb. μᾶλλον τὸ θυμιάματι. [36] C. Barb. ὁ ἄβατος. [37] C. Barb. προσελθών. [38] C. Barb. δηλῶν. [39] C. Barb. εἰσπράξεται.

NOTÆ.

(3) Cf. Exod. XXXIX, 23.

διὸ παραχρῆμα ἥμερον αὐτῷ φωνὴν καθάπερ τινὰ [40] ἐπέδωκε δεξιάν, βοῶν· *Μὴ φοβοῦ, Ζαχαρία*. Πρότερον αὐτοῦ τὸ δέος ἐξέβαλε [41] καὶ τότε τὸ εὐαγγέλιον ὑπηγόρευσεν, ἵνα ἀταράχῳ ψυχῇ τὸ μήνυμα δέξηται ὁ Ζαχαρίας, λέγων [42]· *Μὴ φοβοῦ Ζαχαρία*· τὸ εὐαγγέλιον καταθύμιον· *Εἰσηκούσθη ἡ δέησίς σου· ἡ γυνή σου γεννήσει υἱὸν, καὶ τοῦτον καλέσεις Ἰωάννην*. Ἦλθον γάρ σοι οὐρανόθεν, οὐ μόνον παῖδα κομίζων, ἀλλὰ καὶ τοῦ τικτομένου τὸ ὄνομα· ἐκ τῆς ἄνωθεν βίβλου τὴν προσηγορίαν ἐλήλυθα μαθών. Ἐπολιτογράφησεν ὁ Θεὸς [43], ὃν οὐκ ἐβλάστησε γαστήρ. *Πολλοὶ ἐπὶ τῇ γεννήσει αὐτοῦ χαρήσονται*. Σὸν μὲν γὰρ τέκνον, σὸς ὁ βλαστὸς, ὁ καρπὸς δὲ κοινός. Σὺ πατὴρ, ὁ δὲ τικτόμενος πάντων λαμπτήρ.

Ζʹ. Ταῦτα ὁ Ζαχαρίας ἀκούσας, περιχαρὴς [44] ἅμα γέγονε καὶ περίεργος. Λογισμῷ γοῦν [45] περιέργῳ δεξάμενος τὸ μήνυμα τοῦ Γαβριὴλ, ἀπεκρίνατο σὺ πιστῶς· *Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο;* Οὐκ ἤνεγκε [46] τοῦ Ζαχαρίου τὴν πεῦσιν ὁ Γαβριὴλ, ἀλλ' ἐξουδένωσε τὸν ἱερέα, θυμίαμα μὲν προσφέροντα, πίστιν δὲ οὐκ ἔχοντα, καὶ τῷ προσώπῳ μηνύσας τὴν ἀγανάκτησιν, ἔφησε τάδε· Εὐθύνας μοι [47] ὦ Ζαχαρία, ὧν εἴρηκα, αἰτεῖς; Λογοθετεῖς τοῦ Θεοῦ τὸν διάκονον; εὐαγγέλια φέροντι [48] ἐνέχυρα ἀπαιτεῖς; Οὐκ εὐχαριστῶν, ἀλλὰ βασανίζων τὰς θείας δέχῃ δωρεὰς, καὶ λέγεις, *Κατὰ τί γνώσομαι* [49] *τοῦτο; Ἐγώ εἰμι Γαβριήλ*· ἐνέχυρον τῶν λαληθέντων λάμβανέ μου τὸ ὄνομα [50], καὶ εἰ μικρόν σοι τοῦτο, μάνθανε τὸ ἀξίωμα [51]. *Ἐγώ εἰμι ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον Κυρίου* [52]. λοιπὸν εἰ ψευδήγορον ὑπονοεῖς, ἄρα ποῦ σοι [53] τὰ τῆς κατηγορίας χωρεῖ; Ἐγὼ γάρ εἰμι ὁ παρεστηκὼς ἐνώπιον Κυρίου, καὶ λέγεις, *Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο;* Κατὰ τί γνώσῃ; σὺ γὰρ, φησὶ, *πρεσβύτης καὶ ἡ γυνή σου προβεβηκυῖα ἐν ταῖς ἡμέραις αὐτῆς*. Ὁ χρόνος, ἱερεῦ, τοῦ δημιουργοῦ τοῦ χρόνου κυριώτερος παρὰ σοί; Οὐ παύῃ Θεῷ μὴ θαῤῥῶν καὶ χρόνον [54] παραχωρῶν, ἀλλὰ λέγεις, *Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο;* πῶς μεμάθηκας τῷ Ἀβραὰμ [55] τεχθῆναι τὸν Ἰσαάκ; Ἐπειδήπερ ἐπίστευσε, τὸν χρόνον ἠκύρωσεν· οὐκ, ἐπειδήπερ ἐπίστευσε, τὸ γῆρας ἐπήκουσεν; Εἰ δέ σοι τὸ τῆς στείρας ἀδύνατον, πῶς τὸ τῆς παρθένου μυστήριον θαῤῥήσω σοι; Εἰ οὖν ἔχων εἰκόνας πολλὰς, ἐνέχυρα ἀπαιτεῖς, πῶς τὴν ἀνωτέραν λόγου λοχείαν [56] σοι [57] διηγήσομαι, ἧς ἕνεκα πρὸ πολλῶν γενεῶν Ἡσαΐας προεφήτευσε [58] λέγων· *Ἰδοὺ ἡ παρθένος ἐν γαστρὶ ἕξει, καὶ τέξεται υἱόν;*

A brielem haud latuit sacerdotis perturbatio. Quocirca statim quasi amicam ei dexteram porrigens, placida eum voce alloquitur, inquiens: *Ne timeas, Zacharia* [k]. Ut Zacharias animo tranquillo id quod sibi significaretur exciperet, primo metum ab ipso expulit, et tunc bonum nuntium exposuit, dicens. *Ne timeas, Zacharia*; jucundum ad te defertur nuntium, *exaudita est deprecatio tua: uxor tua pariet filium, et vocabis eum Joannem* [l]. E cœlo enim ad te veni non modo ut nuntiarem de filio, sed etiam ut nomen nascentis indicarem. Veni, postquam e superno libro appellationem ejus didici. In censu cœlestium civium descripsit eum Deus, quem necdum venter concepit. *Multi in nativitate ejus gaudebunt* [m]. Tuus enim est filius, tuum germen;
B sed fructus omnibus est communis. Tu pater ei es; sed qui nascitur lucerna est omnium [n].

VII. Hæc cum audiisset Zacharias, gaudio repletus est simul, et multa captus curiositate. Cum itaque curiosis cogitationibus Gabrielis sermonem excepisset, haud satis plena fide respondit: *Unde hoc sciam* [o]? Non tulit Gabriel hanc Zachariæ interrogationem; sed pro nihilo habuit sacerdotem, qui cum thymiama offerret, fide tamen carebat; et vultu præferens indignationem, hæc dicit: Rationem a me, o Zacharia, exposcis eorum quæ locutus sum? A Dei ministro rationes exigis? pignus ab eo qui tibi fausta fert nuntia, postulas? Dona divina excipis non quidem cum gratiarum actione,
C sed curiosis inquisitionibus, et dicis: *Unde hoc sciam? Ego sum Gabriel* [p]: pignus eorum quæ dicta sunt, nomen meum habe; et si parum tibi hoc videtur, (meam) nosce dignitatem: *Ego sum qui asto ante Dominum* [q]. Cæterum num causas forte in promptu habes, quamobrem me falsa loqui suspiceris? Ego enim sum qui asto ante Dominum; et tu dicis: *Unde hoc sciam?* Unde scies? Tu enim, scilicet, *senex es, et uxor tua processit in diebus suis* [r]. Tempus te magis permovet, o sacerdos, quam temporis conditor? Deo ergo minus fidere et senectutem objicere nunquam cessas; sed reponis, *Unde hoc sciam?* Nosti quo pacto Abrahæ natus sit filius Isaac? Quandoquidem credidit, ætatis obicem devicit: nonne enim senectus cessit, quo-
D niam credidit? Quod si impossibile id tibi videtur, cum de sterili agitur, quomodo mysterium virginis tibi committere ausim? Si ergo, ubi multa ante oculos habes exempla, pignus tamen exposcis, quomodo sublimiorem tibi proponam Verbi conceptio-

[k] Luc. I, 13. [l] ibid. [m] ibid. 14. [n] Joan. V, 35. [o] Luc. I, 18. [p] ibid. 19. [q] ibid. [r] ibid. 18.

VARIÆ LECTIONES.

[40] C. Vat. καθάπέρ τινα. [41] C. Vat. κατέστειλε, scil. *timorem ejus compescuit*. [42] Abest λέγων a cod. Barb. [43] C. Barb. ἐπολιτογράφησε Θεός. [44] Voces ἀκούσας, περιχαρὴς a C. Barb. exciderunt. [45] C. Barb. δέ. [46] C. Barb. ἤνεγγε. [47] Nicetas in Catena apud Mai: με. [48] C. Vat. φέρων· sensus esset: *bona suscipiens nuntia postulas pignus?* Nicet. φέροντα. [49] C. Barb. γνώσῃ. [50] Apud Nicetam sic inverso ordine: ἐνέχυρον τῶν λαληθέντων λάμβανέ μου τὸ ὄνομα· ἐγώ εἰμι Γαβριήλ, et continuo addit: ὅ ἐστιν ἄνθρωπος τοῦ Θεοῦ· quæ tamen ceu glossa Nicetæ haberi potest. [51] Apud Nicet. pergitur ὅτι παρέστηκα. [52] Apud Nicet. additur: παρ' οὗ καὶ ἀπεστάλην λαλῆσαί σοι ταῦτα. [53] C. Barb. τοι. [54] C. Barb. χρόνῳ. [55] C. Vat. παρὰ τοῦ Ἀβραάμ. [56] C. Barb. λοχίαν. [57] Abest σοι a C. Barb. [58] C. Barb. εὐαγγέλιον ὑπηγόρευσε.

nem de qua Isaias multis ante sæculis prophetavit dicens : *Ecce virgo in utero habebit, et pariet filium* [s] ? Ille fidem habens, id quod majus est prædicavit; tu vero, in re leviori incredulus, a me rationes exigis, qui ad te propter te e cœlis missus sum! Sed quoniam tibi cordi est signum aliquod accipere, (id enim petiisti, atque utinam non petiisses!) gignendæ prolis pignus habe tibi loquelæ impedimentum : mutus eris, donec sermones meos facta confirmaverint. Transeant a generandi organis ad organa vocis sterilitatis vincula : voce impeditus, gigne mihi eum qui vox futurus est. Illi enim soli patris peccatum condonabo. Amicus est Domini : quæcunque vult, tanquam amicus petit.

VIII. Cum hæc intra sanctuarium agerentur seu dicerentur, protracta (sacerdotis) mora magnum multitudini stuporem creabat, eorumque suspicio in varias partes distracta unicuique varias ingerebat conjecturas, donec prodiens Zacharias silentio suo edocuit quæ, dum intus lateret, passus fuerat. Cum autem dies ministerii explesset, domum se contulit, in præcordiis bonum nuntium, in ore autem frenum gerens. Et hoc quidem, si ita loqui lubet, initium est conceptionis Præcursoris : cujus nativitatem celebrare si velimus, necesse prorsus est ut cognatæ solemnitatis mentionem faciamus.

IX. Sexto enim a conceptione Joannis mense, Gabriel in urbem Nazareth venit, ut faustas a Patre annuntiationes ad Virginem deferret. Quam cum domi visisset, prior salutavit (dicens) : *Ave, gratia plena, Dominus tecum* [t]. Ave, inquiens, quæ prima et sola paris infantem a maledictione liberum. Ave, quæ mundo gignis originem vitæ. Ave, quæ incorrupta, sed non expers es prolis. Ave, quæ innupta manes, sed non infecunda. Ave, quæ satu, sed non fructu cares. Ave, quam acerbissimi dolores manent, et partus tamen dolores nescies. Ave, quæ primo tuo parenti Adæ defensorem profers. Ave, quæ sine lassitudine geris totius creatæ naturæ fundamentum. Ave, quæ facile humanitati mediatrix intercedis. Ave, quæ Deum sed non nudum, et hominem sed non merum hominem paris. *Ave, gratia plena, Dominus tecum.*

X. Illa vero etsi gaudium nuntiari audiret, non arrexit aures, sed sermonem perpendebat, secum inquiens : *Qualis est ista salutatio* [u] ? Quis iste est (inquit) qui non vocatus nostram ingressus est domunculam? non familiaris, non cognatus, non genus ducens ab Adamo; ex ipsa forma id arguo.

A 'Εκεῖνος πιστεύσας τὸ μεῖζον ἐκήρυξε· σὺ δὲ, τῷ ἐλάττονι ἀπιστήσας, εὐθύνας εἰσπράττει μοι [59] τὸν οὐρανόθεν ἀποσταλέντα πρὸς σὲ, διὰ σέ. 'Αλλ' ἐπειδὴ σοι καταθύμιον σημεῖον λαβεῖν (τοῦτο γὰρ ᾔτησας, ὡς οὐκ ὤφελες [60]), δέχου τὴν ἀφωνίαν, τῆς παιδοποιίας ἐνέχυρον· ἔσῃ σιγῶν μέχρις ἂν τοὺς λόγους [61] κυρώσῃ τὰ πράγματα. 'Εκ τῶν γεννητικῶν εἰς τὰ φωνητικὰ ὄργανα μεταβαινέτω [62] τῆς στειρώσεως τὰ δεσμὰ, πεδηθεὶς τῇ φωνῇ, κυοφόρει μοι τὴν φωνήν [63]· ἐκείνῳ γὰρ μόνῳ παραχωρήσω τοῦ πατρὸς τὸ παράπτωμα. Δεσποτικὸς φίλος ἐστίν· ἅπερ θέλει [64], ὡς φίλος αἰτεῖ.

H'. Τούτων ἔνδον τελουμένων ἢ λεγομένων, ὁ και-
B ρὸς συστελλόμενος [65] εἰς θαῦμα ἦγε [66] τὴν πληθύν· ἥ τε [67] ὑπόνοια εἰς πολλὰ μεριζομένη, ἑκάστῳ τὸ δοκοῦν ὑπηγόρευσε [68], μέχρις οὗ Ζαχαρίας φανεὶς, ἐδίδαξε σιγῶν ἃ πέπονθε λαθών. Τὰς δὲ τῆς λειτουργίας ἡμέρας ἀποδοὺς, ἀπῆλθεν [69] οἴκαδε ἔχων ἐν τοῖς σπλάγχνοις τὸ εὐαγγέλιον, καὶ ἐν τῷ στόματι χαλινόν. Καὶ αὕτη μὲν, ὡς ἂν εἴποι [70] τις, τῆς τοῦ Προδρόμου συλλήψεως ἡ ἀρχή· οὗ τὸν τόκον κηρύττειν ἐθέλοντας [71], ἀνάγκη πᾶσα τῆς γείτονος ἑορτῆς ἐπιμνησθῆναι.

Θ'. Ἕκτῳ γὰρ μηνὶ τῆς συλλήψεως τῇ Ναζαρὲτ [72] ἐπεδήμησε Γαβριὴλ Παρθένῳ κομίζων Πατρὸς εὐαγγέλια· ἣν ἐπ' οἴκου θεασάμενος, ἠσπάζετο πρότερος·
C *Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.* Χαῖρε, λέγων, ἡ πρώτη καὶ μόνη [73] τίκτουσα βρέφος κατάρας ἐλεύθερον. Χαῖρε, ἡ κόσμῳ γεννῶσα ζωῆς ἀφορμήν. Χαῖρε, ἡ ἄφθορος, ἀλλ' οὐκ ἄτεκνος. Χαῖρε, ἡ ἄγαμος, ἀλλ' οὐκ ἄγονος [74]. Χαῖρε, ἡ ἄσπορος, ἀλλ' οὐκ ἄκαρπος. Χαῖρε, ἡ ὀδύνας [75] ἀναμένουσα, ὠδῖνας οὐκ ἔχουσα. Χαῖρε, ἡ τῷ σῷ προπάτορι 'Αδὰμ προστάτην φέρουσα. Χαῖρε, ἡ ἀκόπως βαστάζουσα τῆς κτίσεως τὸν θεμέλιον. Χαῖρε, ἡ ἀπόνως μεσιτεύουσα τῇ θνητότητι. Χαῖρε, ἡ τίκτουσα Θεὸν οὐ γυμνὸν, καὶ ἄνθρωπον οὐ ψιλόν. *Χαῖρε, κεχαριτωμένη, ὁ Κύριος μετὰ σοῦ.*

I'. Ἡ δὲ χαρὰν ἀκούσασα, οὐχ ἥπλωσε τὴν ἀκοὴν,
D ἀλλ' ἐβασάνισε τὴν φωνήν· *Ποταπὸς*, λέγουσα, *ὁ ἀσπασμὸς οὗτος;* Ὁ αὐτόκλητος [76] εἰς τὸ δωμάτιον ἡμῶν εἰσελθὼν, Τίς, φησὶν, οὗτος; οὐ συνήθης, οὐ συγγενὴς, οὐκ 'Αδὰμ ἀπόγονος· τεκμαίρομαι τῇ μορφῇ [77] ὡς [78] ξένος ὁ ἀσπασμός· οὐ πάρεστιν 'Ιω-

[s] Isa. VII, 14. [t] Luc. I, 28. [u] ibid. 29.

VARIÆ LECTIONES.

[59] Εἰσπράττει Attic. pro εισπράττῃ· μοι autem vel redundare videtur, vel legendum μέ. [60] C. Vat. ὤφελες. [61] C. Barb. χρόνους. [62] C. Barb. μεταβαλλέτω. [63] Τὴν φωνὴν abest a C. Barb. [64] C. Barb. θέλῃ. [65] Apud Nic. παρελκόμενος. [66] Apud Nic. ἦγον ἔξω ἑστῶσαν. [67] C. Barb. ἦτε. [68] C. Vat. ὑπηγόρευσεν. Apud Nic. ὑπηγόρευε. [69] C. Barb. ἀπῆλθε. [70] C. Barb. εἴπῃ. [71] G. Vat. εἰ κηρύττειν ἐθέλοιμεν. [72] C. Barb. Ναζαρήτ. [73] C. Vat. χαῖρε, ἡ πρώτη καὶ μόνη, λέγων. [74] C. Barb. hic repetit ἄτεκνος. Surius vero hanc pericopen penitus omisit. In propatulo autem causa est omissionis, vox nempe χαῖρε sæpius repetita. [75] C. Vat. ὠδῖνας, et secundum hanc lectionem Surius, *Ave, quæ partus dolores exspectas, qui te minime invadent.* [76] C. Vat. αὐτοκλήτως. [77] C. Vat. φωνῇ. [78] Abest ὡς a C. Barb.

σήφ· οὐκ ἀπάγομαι τῇ φωνῇ· μόνῃ γάρ, ὥς φασι, A λελάληκεν ὁ ἀρχέκακος τῇ πρωτοπλάστῳ.

Ὁ δὲ ἄγγελος πρὸς αὐτήν· *Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· χάριν γὰρ εὗρες*, ἣν ἀπώλεσεν ἡ πρωτόπλαστος· ἐκείνη μόνη τὴν ἀπάτην ἐδέξατο, σὺ δὲ μόνη τῆς ἀπάτης τὴν λύσιν ἐκόμισας. *Τέξεις υἱὸν, καὶ τοῦτον καλέσεις* [79] *Ἰησοῦν.*

Ἡ δὲ τόκον ἀκούσασα καὶ υἱὸν [80], *Πῶς*, ἔλεγεν, *ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;* Οὐκ ἀντιλέγουσα, ἀλλὰ κατὰ πεῦσιν μανθάνουσα· *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο;* Ἐγὼ, φησὶ, μόνη τὴν φύσιν καινοτομῶ; Ἐπ' ἐμοὶ λυθήσονται τῆς τεκνογονίας αἱ ἀφορμαί; Λέγε μοι, ξένε, τὸν τρόπον· ξένον γάρ B σου τὸ εὐαγγέλιον.

ΙΑ'. *Πνεῦμα ἅγιον*, ἔφησεν ὁ Γαβριήλ [81], *ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.* Δέχου, φησὶ, Παρθένε, τὸ λεχθὲν, καὶ μὴ πολυπραγμόνει τὸ σιγηθέν· τῷ τόκῳ μαρτυρῶ, τῷ τρόπῳ παραχωρῶ [82]. Ἄγγελος γὰρ, οὐ διδάσκαλός σοι τῆς οἰκονομίας ἐλήλυθα· κῆρυξ ἀπεστάλην τῆς Δεσποτικῆς ἐπιδημίας, οὐχ ἑρμηνεύς.

Πῶς ἔσται τοῦτο [83]; τὸ πῶς οἶδεν αὐτὸς ὁ παρών· ὅτι μὲν γὰρ πάρεστιν, ἐπίσταμαι· προπηδᾷ γὰρ ἐν σοὶ τὸ ἔνδοθεν τεκμήριον· τὸν δὲ τρόπον λέγειν, οὐ δύναμαι. Ὅτι δὲ οὐ ψευδολόγος ἐγὼ, Ἐλισάβετ μαρ- C τυρήσει μοι, ἐν στειρώσει καὶ γήρᾳ τοῦ ἐν σοὶ [84] κυοφοροῦσα τὸν Πρόδρομον. Εἰ δὲ ἐν στειρώσει καὶ γήρᾳ κυοφόρον [85] εἴρηκα, οὐ μικρὸν τὸ ἐνέχυρον. Στείρας γὰρ πρεσβύτιδος καὶ παρθένου ἐς τὸ τεκεῖν μέσον οὐδέν.

ΙΒ'. Ταῦτα ἡ Παρθένος ἀκούσασα, Ζαχαρίου κατέλαβε τὸ δωμάτιον, καὶ τὴν Ἐλισάβετ εὑροῦσα κυοφόρον, ἠσπάζετο. Μαρία τὴν Ἐλισάβετ ἠσπάζετο [86] καὶ τὸ βρέφος ἔνδοθεν ἀπεκρίνατο· τῷ γὰρ ἐμβρύῳ γέγονεν ἀκοὴ ἡ τῆς μητρὸς ἀκοή· καὶ ἐπειδήπερ [87] φύσεως ὅροις Ἰωάννης εἰργμένος οὐκ ἴσχυε [88] λαλεῖν, ἀλλόμενος ἔλεγε τῇ οἰκείᾳ μητρὶ διὰ τῶν σκιρ- D τημάτων φθεγγόμενος, τῇ δὲ τοῦ Σωτῆρος μητρὶ διὰ τῆς μητρικῆς γλώσσης ἀποκρινόμενος.

Οὐκ ἐνέγκασα δὲ ἡ Ἐλισάβετ τὰ τοῦ τέκνου σκιρτήματα, Πνεύματος ἁγίου πλησθεῖσα ἀνεφώνησε, λέγουσα τῇ Παρθένῳ· *Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου.* Σὺ,

Quam nova hæc salutatio! Non adest Joseph; verbis me abduci haud committo. Primam a Deo conditam mulierem, ut narrant, cum sola esset, allocutus est primus malorum auctor.

Angelus vero ad eam : *Ne timeas, Maria; invenisti gratiam* [v] (4) quam perdidit quæ primo condita est. Ipsa, cum sola esset, deceptionem admisit; tu vero, dum sola manes, deceptionis solutionem obtinuisti : *Paries filium, et hunc vocabis Jesum* [x].

Ipsa autem cum partum audiret et filium, *Quomodo*, inquit [y], *erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco?* Non ut contradiceret, sed ut sciscitando edoceretur (respondit) : *Quomodo erit hoc mihi?* Egone, inquit, sola naturæ leges innovo? Num in me liberorum procreationis evertentur rationes? Expone mihi, peregrine, modum : peregrinum enim est, quod affers, nuntium.

XI. *Spiritus sanctus*, ait Gabriel, *superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [z]. Tene, inquit, o Virgo, quod dictum est; et ne sis sollicita de eo quod silentio occultum manet. Certum de partu testimonium fero; modum docere, hoc facultates meas excedit. Nuntius enim mysticæ dispensationis ad te veni, non ejusdem interpres : missus fui ut Dominicum manifestarem adventum, non ut rationem explicarem.

Quomodo (inquis) *hoc erit?* quomodo, novit ipse qui adest; adesse enim eum scio; nam certum in te signum ab intrinseco se prodit : at modum dicere in mea non est potestate. Quod vero falsa non loquar, testimonium mihi ferèt Elisabeth, quæ, sterilis licet et senex, illius, qui in te est, Præcursorem gestat. Quod si habentem in utero memoravi sterilem et senescentem, jam haud levis momenti pignus habes. Quod enim ad gignendum attinet, nihil a sterili anu ea demum distat, quæ virgo esse perseveret.

XII. Hæc cum Virgo audiisset, ad Zachariæ domunculam se contulit, cumque Elisabeth prægnantem reperisset, eam salutavit. Maria salutavit Elisabetham, et infans intrinsecus respondit. Auris fœtui exstitit matris auris; et quoniam naturæ finibus constrictus Joannes lingua uti non poterat, locutus est, matrem quidem propriam per saltationes affatus, Salvatoris vero matri per maternam linguam respondens.

Cum autem Elisabeth filii saltationes jam ferre non posset, repleta Spiritu sancto exclamavit, dicens : *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui* [a]. Tu, inquit, benedicta, quæ

[v] Luc. I, 30. [x] ibid. 31. [y] ibid. 34. [z] ibid. 35. [a] ibid. 42.

VARIÆ LECTIONES.

[79] C. Vat. καλέσεις τοῦτον. [80] Verba, Ἡ δὲ τόκον ἀκούσασα καὶ υἱόν, a C. Barb. absunt. [81] Absunt a C. Barb. verba, Ἔφησεν ὁ Γαβριήλ. [82] Cod. Barb. τρόπῳ παραχωρῷ. [83] Abest a C. Vat. incisum, πῶς ἔσται τοῦτο; [84] Voces τοῦ ἐν σοὶ a codice Surii abfuisse videntur. [85] Abest a C. Barb. κυοφόρον. [86] Pericope, Μαρία τὴν Ἐλισάβετ ἠσπάζετο, abest a C. Vat. et a versione Surii. [87] C. Barb. ἐπηδήπερ. [88] C. Barb. ἴσχυσε.

NOTÆ.

(4) Gratiam scilicet originalem.

maledictionis portas solutionem. Tu benedicta, quæ A donum sapientiæ affers. Tu benedicta, quæ illum in utero gestas, qui in paradiso deambulavit. Tu benedicta, cujus venter sanctum templum evasit. *Benedicta tu in mulieribus, et benedictus fructus ventris tui*, e quo cum Adam comederit, inimicum superabit. Benedictus fructus, qui mundi factus est alimentum et indumentum. *Et unde hoc mihi, ut veniat mater Domini mei ad me* [b]? Hæc, o Virgo, intus me docuit infans, ad salutationem tuam supra naturæ ordinem exsiliens. Hæc inspirata divinitus fuere Elisabeth verba.

φησίν, εὐλογημένη, ἡ τῆς κατάρας τὴν λύσιν βαστάζουσα. Σὺ εὐλογημένη, ἡ τὴν τῆς σοφίας κομίζουσα δωρεάν. Σὺ εὐλογημένη, ἡ κυοφοροῦσα τὸν ἐν παραδείσῳ περιπατήσαντα. Σὺ εὐλογημένη, ἧς ἱερὸν ὅσιον ὑπῆρξεν ἡ γαστήρ. *Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξὶ, καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου*, ἐξ οὗ φαγὼν ὁ Ἀδὰμ νικήσει τὸν ἐχθρόν. Εὐλογημένος ὁ καρπὸς, ὁ κόσμου γενόμενος τροφὴ καὶ στολή. *Καὶ πόθεν μοι τοῦτο, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρός με;* Ταῦτά με [89], Παρθένε, τὸ ἔμβρυον ἐδίδαξεν ἔνδοθεν, ἐπὶ τῷ σῷ ἀσπασμῷ ὑπὲρ φύσιν ἁλλόμενον. Ταῦτα τῆς Ἐλισάβετ τὰ θεόπνευστα ῥήματα.

XIII. Zacharias autem, prout dixi, constrictus freno, quod incredulitas ipsi imposuerat, domo non secesserat, utpote qui vocem ab eo tempore amise- B rat, quo Joannes conceptus est, nec ante pueri nativitatem finem pœnæ inflictæ vidit. Sed postquam e solitaria matricis sede in lucem prodiit solitudinis incola, pater, pugillarem postulans, scripsit fideliter quæ incredulus audierat, et cum infanti nomen imposuisset, vocem recepit.

ΙΓ'. Ζαχαρίας δὲ ἐπὶ οἴκου, καθάπερ εἶπον [90], μεμένηκε τὸν τῆς ἀπιστίας περικείμενος χαλινόν· σύγχρονον τῇ κυήσει τὴν ἀφωνίαν λαβὼν, ὅρον τῆς καταδίκης τοῦ παιδὸς τὸν τόκον δεξάμενος. Ὡς δὲ προῆλθεν ἐκ τῆς ἐρήμου μήτρας ὁ τῆς ἐρήμου πολίτης, δέλτον αἰτήσας ὁ πατὴρ εὐγνωμόνως ἔγραφεν, ἅπερ ἀκήκοεν οὐ πιστῶς· καὶ τῷ παιδίῳ τὴν προσηγορίαν ἀποδοὺς, ἀπέλαβε τὴν φωνήν [91].

Talia sunt, o Præcursor et Baptista, mysteria tua, antequam nascereris; talem tibi Deus vel ante conceptionem honorem largitus est. Idem enim et Dominicam nativitatem, et tuam conceptionem Gabriel annuntiavit, et in templo, veluti in thalamo, conceptum tuum prædicavit. Ortum tuum, tanquam donum Deo acceptum, per solemnem festivitatem archangelus templo detulit: in utero degens divino C afflatus fuisti spiritu, prophetiæ dono exornatus, et saliens in ventre materno ea prædicasti quæ Deus Moysi jam seni manifestavit: ideo majorem prophetis te Sponsus Ecclesiæ appellavit [c]. Quis enim inter prophetas ex utero mysteria matri suæ revelavit? Quisnam e justis in ortu suo vocem parenti tanquam xenium obtulit? Tu vero eum qui te genuerat, a linguæ impedimento liberasti, et simul prophetiæ munere dignum effecisti. Qui enim paulo ante mutus erat, repletus Spiritu sancto, canticum nobis modulatus est, quod paululum immutans, opportune recantabo. Ille enim dicit: *Benedictus Dominus Deus Israel* [d]; ego autem dico: Benedictus Deus Christianorum: ipsi gloria in sæcula sæculorum. Amen.

Τοιαῦτά σου, Πρόδρομε καὶ [92] Βαπτιστὰ, τὰ πρὸ τοῦ τόκου μυστήρια, τοιαύτην σοι ὁ Θεὸς πρὸ τῆς [93] συλλήψεως ἀξίαν κεχάρισται. Γαβριὴλ γὰρ [94] τὸν Δεσποτικὸν τόκον καὶ τὴν σὴν εὐηγγελίσατο σύλληψιν, ἐν τῷ ναῷ καθάπερ ἐν νυμφῶνι τὴν σὴν ὑπηγόρευσε κύησιν. Δῶρον τῷ ναῷ [95] ἐν πανηγύρει θεοφιλὲς τὸν σὸν τόκον ἤγαγεν ὁ ἀρχάγγελος· Πνευματοφόρος γέγονας, προφητείας χάρισμα ἐν μήτρᾳ λαβὼν καὶ [96] ἁλλόμενος ἔλεγες ἐν γαστρὶ, ἃ γεγηρακότι Μωσεῖ ἐδήλωσεν [97] ὁ Θεός· διό σε μείζονα προφητῶν ὁ τῆς Ἐκκλησίας νυμφίος ἐκάλεσε. Τίς γὰρ προφητῶν ἐκ μήτρας μυστήριον ὑπηγόρευσε; Τίς δικαίων [98] τεχθεὶς, ξένιον φωνὴν προσήνεγκε [99] πατρί; σὺ δὲ ἐν ταυτῷ τὸν γεγεννηκότα ἀφωνίας ἀπήλλαξας, καὶ προφητείας ἠξίωσας. Ὁ γὰρ πρὸ βραχέος ἄφωνος, ἁγίου Πνεύματος πλησθεὶς, ᾠδὴν ἡμῖν ὑπηγόρευσεν, ἣν μικρὸν ὑπαλλάξας εἰς εὔκαιρον ἀναχρούσομαι. Ὁ μὲν γάρ φησιν· *Εὐλογητὸς Κύριος ὁ Θεὸς τοῦ Ἰσραήλ*· ἐγὼ δέ φημι· Εὐλογητὸς ὁ Θεὸς τῶν Χριστιανῶν. Αὐτῷ ἡ δόξα εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων Ἀμήν.

II. D
IN SANCTISSIMÆ DEIPARÆ ANNUNTIATIONEM (a)

Benedic, Pater

I. Anteacta die Dominica interpretatio præces-

Β'.
ΕΙΣ ΤΟΝ ΕΥΑΓΓΕΛΙΣΜΟΝ ΤΗΣ ΥΠΕΡΑΓΙΑΣ ΘΕΟΤΟΚΟΥ.

Εὐλόγησον, Πάτερ.

Α'. Προέδραμεν ἐν τῇ προτέρᾳ Κυριακῇ ἡ ἐξήγη-

[b] Luc. I, 43. [c] Luc. VII, 28. In Ecclesiæ hymnis *Maximus vatum* appellatur. [d] Luc. I, 68.

VARIÆ LECTIONES.

[89] C. Vat. Ταῦτά μοι. [90] C. Vat. καθὰ προεῖπον. [91] Apud Nicet. additur: καὶ ἡ χεὶρ ἔλυε τῆς γλώττης τὴν σιωπήν. [92] A C. Vat. abest καί. [93] Abest τῆς a Vatic. C. [94] Abest γὰρ a C. Vat. [95] C. Vat. λαῷ, et cum eo Surii versio legit, *populo*. [96] Abest a C. Vat. καί. [97] C. Barb. ἔλεγεν. [98] C. Barb. δικαίος. [99] C. Barb. προσήνεγγε.

NOTÆ.

(a) Brevis hæc homilia et simplicitate et elegantia præstans, ejusdem est auctoris ac præcedens, uti stylus aperte demonstrat. E codice Augustano, nunc Monachensi, deducta est, a doctissimo viro Andrea Steinhuber, sacræ theologiæ in collegio Romano doctore, Græce propria manu transcripta, et ab illustrissimo Georgio Krabingero cum prototypo collata. Uterque de nobis bene meritus.

σις ἡ περὶ τοῦ Προδρόμου· ἄγει δὲ νῦν ἡμᾶς ὁ Πρόδρομος εἰς τὸν κηρυττόμενον. Εἰ δὲ εὔφρανεν ἡ γέννησις τοῦ Προδρόμου, εὐφρανάτω πλέον ἡμᾶς ἡ γέννησις τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος. Ἐκεῖνος μὲν γὰρ προέδραμεν μόνον εἰς τὸ κηρῦξαι· οὗτος δὲ ἐλήλυθεν εἰς τὸ σῶσαι. Καὶ διὰ Χριστὸν Ἰωάννης· ὁ δὲ Χριστὸς οὐ διὰ Ἰωάννην, ἀλλὰ διὰ τὸν Πατέρα.

A sit, quæ circa Præcursorem versatur; nunc vero Præcursor ad eum quem prædicavit, nos adducit. Porro, si fausta illuxit Præcursoris nativitas, multo magis opus est ut nos nativitas Salvatoris communis exhilaret. Ille enim tantummodo præcurrit, ut hunc annuntiaret; hic vero ut salutem afferret, advenit. Et Joannes quidem propter Christum: Christus vero, non propter Joannem, sed propter Patrem.

Β'. Ἔλθωμεν τοίνυν εἰς τὴν ἐξήγησιν τῶν εὐαγγελικῶν ῥημάτων. Ὁ γὰρ αὐτὸς ἀρχάγγελος διακονεῖ, καὶ Ἰωάννου γεννωμένου [1] καὶ τοῦ Σωτῆρος συλλαμβανομένου. Ἐκεῖ μὲν οὖν στείρας ὁ ἀνὴρ εὐαγγελίζεται· ἐνταῦθα δὲ Παρθένος διδάσκεται. Ἀποστέλλεται γοῦν ὁ ἀρχάγγελος οὐκ ἔτι εἰς ναὸν, ὡς ἐπὶ Ἰωάννου, ἀλλ' ἐπὶ τὸν ἔμψυχον ναὸν τὴν Παρθένον. Ἐκεῖ Ζαχαρίας ὁ ἱερεὺς εἰσῆλθεν θυμιᾶσαι, καὶ ἤκουσεν τοὺς εὐώδεις λόγους τοὺς παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου· ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἔτι ναὸς, ἀλλὰ ναὸς ἡ Παρθένος. Οὐκ ἔρχεται ὁ ἄγγελος πρὸς τὸν ἀρχιερέα· ἀλλ' ἔρχεται πρὸς τὴν τίκτουσαν τὸν οὐράνιον ἀρχιερέα. Ἐκεῖ ἦλθεν ὁ ἀρχάγγελος ἐν καιρῷ λειτουργίας· ἐνταῦθα οὐκ ἐν καιρῷ λειτουργίας· ἔμελλεν γὰρ ὁ τικτόμενος παύειν τὴν σωματικὴν λατρείαν. Ἐκεῖ ἔρχεται ὁ ἀρχάγγελος πρὸς τὸν πατέρα· ἐνταῦθα δὲ οὐκ ἔρχεται πρὸς τὸν μὴ γενόμενον πατέρα Ἰωσὴφ, ἀλλ' ἔρχεται πρὸς τὴν Παρθένον τὴν γενομένην ἄνευ πατρὸς μητέρα. Ἐκεῖ ἦν Ἐλισάβετ καὶ Ζαχαρίας· ἐνταῦθα δὲ μόνη Μαρία. Ἦν γὰρ ὁ Ἰωσὴφ ὡς μνηστὴρ ἀνήρ· εἶχε δὲ τὴν παρθένον παρθένον. Οὐκ ἔρχεται τοίνυν πρὸς αὐτὸν ὁ ἀρχάγγελος· ἀλλ' ἔρχεται πρὸς τὴν Παρθένον.

II. Veniamus itaque ad evangelicorum verborum explanationem. Atque idem sane archangelus fungitur ministri munere tum in natalitio Joannis, tum in Servatoris conceptione. Illic igitur nuntium viro sterilis uxoris defertur; hic vero res Virgini aperitur. Idcirco archangelus non jam ad templum, B quemadmodum cum de Joanne agebatur, sed ad templum animatum, ad Virginem nempe, mittitur. Ibi Zacharias sacerdos ad thymiama adolendum ingressus est, et ab archangelo suaves sermones audivit; hic vero non jam templum oculis objicitur, sed templum (5) ipsa est Virgo. Non ad summum illum sacerdotem angelus venit, sed ad eam pergit, quæ cœlestem summum Sacerdotem generat. Ibi archangelus venit tempore sacrificii; hic autem non apparet hora sacrificii, quoniam qui nascebatur, cultui illi materiali finem impositurus erat. Ibi archangelus se confert ad genitorem; hic vero non se Josepho sistit, quippe qui nullatenus pater fuit, sed Virginem adit, quæ semoto genitore C mater evasit. Ibi locum habuere Elisabeth et Zacharias: hic vero sola Maria (6). Nam utique Josephus ei, utpote sponsus, connubii jure conjunctus erat; verum quam virginem habuit virginem servavit. Hac igitur de causa non eum convenit archangelus; sed ad Virginem se contulit.

Γ'. Καὶ τί λέγει αὐτῇ; *Χαῖρε, κεχαριτωμένη*· ἐπειδὴ εἶπεν ὁ Θεὸς τῇ Εὔᾳ· *Ἐν λύπαις τέξῃ τέκνα. Χαῖρε, κεχαριτωμένη*· λύεται γὰρ ἡ λύπη τῆς Εὔας. Ἡ Εὔα ἐν λύπαις ἔτικτεν· αὕτη τοίνυν ἡ χαρὰ λύει ἐκείνην τὴν λύπην. Διὰ τοῦτο ἔλεγεν· *Χαῖρε, κεχαριτωμένη· ὁ Κύριος μετὰ σοῦ*. Ἦν γὰρ μετ' αὐτῆς ὁ μικρὸν ὕστερον ἐξ αὐτῆς.

III. Quid porro dicit Virgini? *Ave, gratia plena* [e], quandoquidem Deus Evæ dixerat: *In doloribus paries filios* [f] (7). *Ave, gratia plena*; solvitur enim Evæ dolor. Eva in doloribus pariebat; hoc igitur gaudium dolorem illum abigit. Propterea dixit (angelus): *Ave, gratia plena, Dominus tecum.* Erat enim cum ea, qui paulo post ab ipsa oriturus erat.

Δ'. *Ἡ δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ διεταράχθη*· οὐ γὰρ ἠσπάσατο γυνὴ γυναῖκα, ἀλλ' οὐράνιος πολίτης τὴν ἐπὶ γῆς προσηγόρευσεν. *Ἡ δὲ ἐπὶ τῷ λόγῳ διεταράχθη.* Τάχα δὲ καὶ ὡς πρὸς ἀνδρὸς φωνήν· ἀήθης γὰρ ἦν ἡ ἁγία ὡς πρὸς ἀνδρῶν ἀσπασμόν. Μένει τοίνυν πτήξασα τὴν φωνὴν, καὶ διελογίζετο ἐν αὐτῇ, *ποταπὸς*

IV. Illa vero *turbata est in sermone* [g]; non enim mulier mulierem salutaverat, sed cœlestis civis in D terris degentem allocutus fuerat. *Ipsa autem in sermone turbata est.* Fortassis porro expavit etiam ad vocem quasi virilem; quod enim ad virorum salutationes attinet, nullatenus sancta illa his erat

[e] Luc. I, 28. [f] Gen. III, 16. [g] Luc. I, 29.

VARIÆ LECTIONES.

[1] Cod. γεννομένου.

NOTÆ.

(5) In officio Conceptionis immaculatæ dicitur: *Beata Dei Genitrix Maria Virgo, templum Domini.* Liturgia Græca de conceptu in utero Annæ hanc laudem prædicat: *Templum divinum ac salutare in utero concipitur ac construitur; in matris visceribus plantatur scala, quæ mortales omnes ad cœlestia reducit; fideliter conceptionem ejus summis laudibus celebremus:* γαστρὶ χωρεῖται καὶ πλάττεται ναὸς ὁ θεϊκὸς καὶ σωτήριος· ἡ πρὸς τὰ ἄνω πάντας βροτοὺς ἐπαναγαγοῦσα· ἧς τὴν σύλληψιν πιστῶς πανηγυρίσωμεν.

(6) Græci beatam Virginem ut *solam Dei matrem* frequenter salutant.

(7) Frequentissima apud Patres Mariam inter ac Evam antithesis. Posterior Eva in medelam mali prioris cessit.

assueta. Hæret igitur vocis illius timore perculsa, A et intra se cogitat, *qualis sit ista salutatio*[h]; quid nempe sibi vult iste sermo?

εἴη [a] *ὁ ἀσπασμὸς οὗτος* · τί θέλει αὕτη εἶναι ἡ προσηγορία;

V. Porro ad eam angelus: *Ne timeas*, inquit, *Maria; invenisti enim gratiam apud Deum: et ecce in utero concipies*[i]. Illud, *invenisti gratiam*, commune aliis fuit; nam et alii ante eam gratiam invenerunt. Quod vero additur, *concipies*, non jam commune erat, sed prorsus singulare ratione promissionis[j]; et *ecce in utero concipies* virgo: novum sane ac mirabile! *Invenisti gratiam apud Deum*; cum enim prorsus necesse sit ut ex virgine prodeat qui nasciturus est, præ omnibus virginibus tibi hic honor delatus est.

Ε'. Καὶ εἶπεν ὁ ἄγγελος αὐτῇ· *Μὴ φοβοῦ, Μαριάμ· εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ· καὶ ἰδοὺ ἐν γαστρὶ συλλήψῃ* [b]. Τὸ, *εὗρες χάριν*, κοινὸν ἦν· εὗρον γὰρ ἄλλοι πρὸ αὐτῆς χάριν. Τὸ δὲ εἰπεῖν, *συλλήψῃ*, οὐκ ἔτι κοινὸν ἦν, ἀλλ' ἰδιάζον εἰς ἐπαγγελίαν· καὶ *ἰδοὺ συλλήψῃ ἐν γαστρὶ* παρθένος· ξένον τὸ πρᾶγμα [c]! *Εὗρες χάριν παρὰ τῷ Θεῷ*· δεῖ μὲν γὰρ τοῦ τικτομένου ἀναγκαίως ἐκ παρθένου· σὺ δὲ τῶν ἄλλων παρθένων προτετίμησαι.

VI. *Invenisti enim gratiam apud Deum, et paries filium, et vocabis nomen ejus Jesum.* Virgo itaque B cum ab angelo salutata esset, angebatur animo, et rem secum ipsa perpendebat; ubi vero persentit quo spectet fausta illa annuntiatio, non amplius adversus sermonem obnititur, verum de re quæ sibi proponitur anceps hæret. Hinc dicit angelo: *Quomodo erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco*[k]? Fidem dictis non negat; sed de modo inquirit. Incredulum ergo utique se Zacharias præbuit; non autem Virgo pariter incredula exsistit. Idcirco ille sciscitatus est: *Unde hoc sciam*[l]? Ut enim crederet, signum sibi exhiberi postulabat. Virgo vero inquit: *Quomodo hoc erit?* Nempe, sermo quidem fide dignus est; at modus menti impervius: naturalis intellectus nequaquam assequitur, quæ dicis: C nam illud, *ecce concipies*, ad præsentem mei conditionem spectat, neque locum viro præbet. Quomodo hoc erit? Eva non prius concepit quam cum Adam congrederetur: talis est ordo naturæ; hæc ratio prolis suscipiendæ; hæc lex in propaganda sobole. Quomodo erit hoc mihi, quoniam virum non cognosco?

Ϛ'. *Εὗρες γὰρ χάριν παρὰ τῷ Θεῷ, καὶ τέξῃ υἱόν· καὶ καλέσεις* [d] *τὸ ὄνομα αὐτοῦ Ἰησοῦν.* Ὅτε μὲν οὖν ἐδέξατο τὴν ἀγγελικὴν προσηγορίαν, ἠγωνία [e] καὶ διελογίζετο ἡ παρθένος· ὅτε δὲ ἀκούει τὸν εὐαγγελικὸν λόγον, οὐκ ἔτι ἀγωνιᾷ πρὸς τὸν λόγον· ἀλλ' ἐπαπορεῖ πρὸς τὴν ἐπαγγελίαν. Καὶ λέγει πρὸς τὸν ἄγγελον· *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;* Οὐκ ἀπιστεῖ πρὸς τὸν λόγον· ἀλλ' ἀπαιτεῖ τὸν τρόπον. Ὁ μὲν οὖν Ζαχαρίας ἠπίστησεν· ἡ δὲ παρθένος οὐκ ἀπιστεῖ. Ἐκεῖνος γοῦν ἔλεγεν· *Κατὰ τί γνώσομαι τοῦτο;* Ἐζήτει γὰρ σημεῖον λαβεῖν, ἵνα πιστεύσῃ. Ἡ δὲ παρθένος ἔλεγεν· *Πῶς ἔσται τοῦτο;* Ὁ μὲν λόγος ἀξιόπιστος· ὁ δὲ τρόπος ἄπορος· οὐκ οἶδεν ἡ φύσις, ἃ λέγεις· τὸ γὰρ, *ἰδοὺ συλλήψῃ*, τὸ παρὸν ἐσήμανεν, οὐκ ἄνδρα ἐξεδέχετο. *Πῶς ἔσται τοῦτο;* Εὔα συνέλαβεν οὐ πρὶν ἢ συνελθεῖν τὸν Ἀδάμ· οὗτος ὁ βαθμὸς τῆς φύσεως· αὕτη ἡ κάθοδος τῆς παιδοποιίας· οὗτος ὁ θεσμὸς τῆς διαδοχῆς. *Πῶς ἔσται μοι τοῦτο, ἐπεὶ ἄνδρα οὐ γινώσκω;*

VII. Quandoquidem Virgo sapienter interrogabat, angelus ipsi reponit: Quod ambigas, facilis tibi venia. Zachariæ quidem non parcit (angelus); verum male fidem abnuenti os obstruxit; at Virgini ignoscit: neque enim Virginis (quæ genuisset) exemplum præcesserat. Venia (inquit) tibi, quod addubites, tribuitur; quoniam nunquam antea id factum est; imo hoc idem et initium abs te et finem in te habebit. Modum autem ipse tibi promo; D ne suspiceris accessurum ad te virum: ne timeas de viri consuetudine: sine carnis opera caro prodibit; sine viri conversatione erit partus. Quo tandem pacto? *Spiritus sanctus superveniet in te*[m]. Spiritualiter accipe, quæ sunt Spiritus. Sine semine (gignes), descendente (in te) sancto Spiritu: Dei enim voluntate formatur quod nascitur.

Ζ'. Ἐπειδὴ καλῶς ἠρώτα, ὁ ἄγγελος πρὸς αὐτήν· Συγγνώμη σοι ἀπορούσῃ [f]· τῷ μὲν Ζαχαρίᾳ οὐ συγγινώσκει· ἀλλ' ἐπεστόμισεν αὐτὸν κακῶς ἀπιστήσαντα· τῇ δὲ Παρθένῳ συγγινώσκει· οὐ γὰρ ἦν ὑπόδειγμα Παρθένου. Συγγνώμη σοι ἀπορούσῃ, ἐπειδὴ οὐ γέγονε πρότερον· ἀλλ' ἀπὸ σοῦ καὶ ἕως σοῦ στήσεται τὸ πρᾶγμα. Ἐγὼ δέ σοι λέγω καὶ τὸν τρόπον· μὴ ἐκδέχου ἄνδρα· μὴ ἀνάμενε ἀνδρὸς κοινωνίαν· ἄνευ σαρκὸς ἡ σάρξ· ἄνευ κοινωνίας τὸ τικτόμενον. Τίνα δὴ τρόπον; *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ.* Πνευματικῶς ἄκουε περὶ Πνεύματος. Ἄνευ σπέρματος, καταβολῇ Πνεύματος· βουλήματι γὰρ Θεοῦ συνίσταται τὸ γινόμενον.

VIII. *Spiritus sanctus superveniet in te.* Quomodo superveniet? Dum superveniet, oculis eum non videbis; sed, utcunque invisibilis, operabitur. *Spiritus sanctus superveniet in te.* Quorsum supervenit

Η'. *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ.* Πῶς ἐπελεύσεται; Οὐκ ὄψει τὸ ἐπερχόμενον· ἐνεργήσει δὲ μὴ φαινόμενον. *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ.* Ἵνα τί [g] ἐπέρχεται Πνεῦμα ἅγιον; Ἐπειδὴ ἁγία μὲν

[h] Luc. I, 29. [i] ibid. 30. [j] Isa. VII, 14. [k] Luc. I, 34. [l] ibid. 18. [m] ibid. 35.

VARIÆ LECTIONES.

[a] Εἴη cum textu L. Lucæ; nam codex habet εἶ. [b] Cod. hic et paulo post, συλλήψει· communem autem sacri textus lectionem sequendam duxi. [c] Cod. hic et alibi, πράγμα. [d] Cod. καλλσείς. at in margine corrigitur eadem manu καλέσεις. [e] Cod. ἠγονία. [f] Cod. ἀπορούση. [g] Cod. ἱνατί.

ὑπάρχεις· δεῖ δέ σε γενέσθαι ἁγιωτέραν. Ὅταν γὰρ λάβῃ ὁ τέκτων ξύλον, ἢ χαλκεὺς σίδηρον, ἔτι αὐτὸ καθαίρει, καὶ ἐπιτηδειότερον πρὸς τὴν τέχνην ἐργάζεται. Καὶ σὺ τοίνυν παρθένος μὲν εἶ· δεῖ δέ σε ἁγιωτέραν γενέσθαι, ἵνα τὸν ἅγιον συλλάβῃς.

Θ'. *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι.* Δύο λέγει· Πνεῦμα ἅγιον, καὶ δύναμιν. Τίς ἡ δύναμίς ἐστιν; *Χριστὸς Θεοῦ δύναμις.* Ἔρχεται τοίνυν τὰ δύο· καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον, καὶ ὁ Χριστὸς ὁ μονογενὴς τοῦ Θεοῦ. *Ἐπειδὴ τὸ γεννώμενον* [9] *ἐκ σοῦ ἅγιον κληθήσεται.* Ὅρα μοι [10], πῶς ὅλον ἤκουσεν, Πνεῦμα ἅγιον, καὶ δύναμιν Ὑψίστου. Ὁ ἄγγελος οὐδὲν ἀφῆκεν, οὐδὲν ἐσιώπησεν. *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σὲ, καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάσει σοι,* περιβαλεῖ καὶ ἐνδύσει [11] σε, καὶ κύκλῳ σου γενήσεται καὶ περιχαρακώσει σε, καὶ σκέπη σοι ἔσται.

Ι'. Πνεῦμα ἅγιον, Δύναμις, Ὕψιστος· ἀρίθμησόν μοι τὰ πράγματα, καὶ εὑρίσκεις ὅλα ἠκριβωμένα. Τί γάρ ἐστι ταῦτα; Ἄνθρωπος ἐπὶ γῆς· ἄγγελος ἐν οὐρανῷ· Πνεῦμα ἅγιον, καὶ Υἱὸς, καὶ Πατήρ. Ὅτ' ἂν ἀναβῇς εἰς τὴν ἀρχὴν, οὐκ ἔτι χωρεῖς ἀνώτερον· αὐτὸς γάρ ἐστιν ὁ Ὕψιστος, οὗ οὐδὲν φαίνεται. Τοίνυν ὡς ἐν τῷ λόγῳ τῷ [12] περὶ γενέσεως τοῦ Υἱοῦ, ὅλα συνῆπτε, καὶ ὅλα κεκοινώνηκε, καὶ εἰς ἑνότητα συνῆλθεν. Ἔστιν γὰρ μόνα ταῦτα· ἄγγελος, ἄνθρωπος, Πνεῦμα ἅγιον, Υἱὸς, καὶ Πατήρ· καὶ παρὰ ταῦτα, ἄλλα οὐκ ἔνι. Ἄφες γάρ μοι τὰ ἄλογα ζῶα, ἃ ἔστι διὰ τὸν ἄνθρωπον· λόγου οὐ μετέχει, οὐχ ἁμαρτάνει [13], οὐ κρίνεται, οὐ κατορθοῖ; οὐκ ἐπαινεῖται, ζωὴν αἰώνιον οὐκ ἔχει, ὧδε γίνεται καὶ ὧδε ἀπόλλυται. Ἄνθρωπος δὲ λογικὸν ζῶον, βασιλικώτατον τῶν ζώων, κόσμου πολίτης, κύριος τῶν [14] δι' αὐτὸν γενομένων. Ἐπεὶ τοίνυν ταῦτά ἐστι μόνα, ἄνθρωπος, ἄγγελος, Πνεῦμα ἅγιον, Υἱὸς καὶ Πατὴρ, ὅρα, πῶς συνῆπται τὰ πράγματα· Ἄνθρωπος ἡ Παρθένος, παρθένος παρθένου ἀνακαλουμένη τὸ σφάλμα· ἔχεις ἄνθρωπον τὴν Παρθένον· ἄγγελος ὁ Γαβριήλ· Πνεῦμα ἅγιον τὸ ἐπερχόμενον· δύναμις Ὑψίστου, ἡ ἐπισκιάζουσα δύναμις. Ὅρα, πῶς τῷ λόγῳ ἐν τῇ γενέσει τοῦ Κυρίου συνῆλθεν τὰ ὄντα. Ἄγγελος κατῆλθε πρὸς τὴν Παρθένον· Πνεῦμα ἅγιον ἐπέρχεται· καὶ δύναμις Ὑψίστου ἐπισκιάζει· αὐτὸς ὁ ὕψιστος ὁ γεννήσας τὸν Μονογενῆ, καὶ οἰκονομήσας, αὐτὸν καὶ ἐκ Παρθένου τεχθῆναι, ἵνα ὁ ἐξ ἀρχῆς σφαλεὶς διὰ τῆς Εὔας, αὐτὸς διασωθῇ διὰ τῆς συλλήψεως τῆς Παρθένου.

A Spiritus sanctus? Quia scilicet sancta quidem es, sed opus est ut adhuc sanctior fias. Nam et cum faber lignarius sumit lignum, aut ærarius ferrum, idem etiam expoliunt, et aptius ad opus efficiunt. Et tu igitur es quidem virgo (8); sed sanctior evadas oportet, ut sanctum illum concipias.

IX. *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi* [n]. Duo dicit: Spiritum sanctum, et virtutem. Quænam ista est virtus? *Dei Virtus est Christus* [o]. Duo igitur adveniunt; nempe et Spiritus sanctus, et Christus Dei unigenitus. *Quod enim ex te nascitur, sanctum vocabitur.* Vide, quæso, quomodo totum (illa) percepit, Spiritum sanctum et Altissimi virtutem. Nihil angelus omisit, nihil tacuit. B *Spiritus sanctus superveniet in te, et virtus Altissimi obumbrabit tibi,* circumdabit et circumvestiet te, et circumquaque te ciñget, ac vallabit te, et tegimen tibi erit.

X. Spiritus sanctus, Virtus, Altissimus: enumera mihi ejusmodi, et universa reperis accurate recensita. Sane quænam hæc sunt? Homo in terra; in cœlo angelus; Spiritus sanctus, et Filius, et Pater. Quandoquidem si initium versus ascendas, profecto altius non excurres; ipse enim est Altissimus, qui plane invisibilis est. Igitur cum agitur de Filii generatione, colliguntur omnia, et omnia conveniunt, atque in unitatem concurrunt. Hæc enim tantummodo habentur: angelus, homo, Spiritus sanctus, Filius, et Pater; et præter hæc, nil inest aliud. C Irrationalia enim fac mihi omittas animalia, quæ sunt propter hominem; rationis sunt expertia, non peccant, non subeunt judicium, recta facta non norunt, non habent laudem, vitam non sortiuntur æternam, talia nascuntur, talia moriuntur. Ast homo animal est ratione præditum, animantium omnium nobilissimum, mundi civis, dominus eorum quæ in gratiam ipsius creata sunt. Quoniam igitur hæc sola habentur, homo, angelus, Spiritus sanctus, Filius, et Pater, vide quomodo hæc in mysterio conveniunt. Homo (adest) Virgo, virgo nempe lapsum virginis reparans; in Virgine itaque habes hominem; angelus (adest) Gabriel; Spiritus sanctus est qui descendit; virtus Altissimi est virtus quæ obumbrat. Vide quomodo vere in generatione D Domini quotquot sunt, concurrant. Angelus ad Virginem descendit: Spiritus sanctus supervenit; et virtus Altissimi obumbrat (9), Altissimus ipse est, qui unigenitum Filium generavit, et constituit ut e Virgine quoque hic generaretur, quo is qui ab initio per Evam deceptus fuerat, ipse per conceptum Virginis salvaretur.

[n] Luc. I, 35. [o] I Cor. I, 24.

VARIÆ LECTIONES.

[9] Cod. γεννόμενον. [10] Cod. μή. [11] Cod. ἐνδύσῃ. [12] Cod. τοῦ. [13] Cod. οὐχ ἁμαρτάνει. [14] Cod. τόν.

NOTÆ.

(8) Non propter corporis tantum sed maxime propter animæ integritatem. Ergo habuit Deipara hanc virginitatem, e qua dicit Chrysostomus, ob Adæ prævaricationem mortalium genus excidisse.

(9) Antipater ipse Virginis obumbrationem Dei Verbo attribuit.

XI. Et respondens Angelus dixit illi : *Et ecce Elisabeth cognata tua et ipsa concepit filium* [p]. Sterilis nempe conceptum Virgini præbet veluti signum. *Et hic mensis sextus est illi* (10), *quia non erit impossibile apud Deum omne verbum* [q]. Scilicet, Deus est qui operatur ; ne ambigas.

Dixit autem Maria : Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum [r]. Ancilla Domini sum, tabella sum in qua scribatur : scriptor quod vult scribat : in promptu est materia ; quod vult, artifex faciat. *Et discessit ab ea angelus* [s] ; accepit verba consensus, et discessit.

Ecce ancilla Domini, fiat mihi secundum verbum tuum. Videlicet non reponit Virgo : Apage, vanum est quod dicis ; ego sum virgo ; non cognosco virum ; haud consentaneum est quod loqueris ; sed postquam angelus dixit : *Spiritus sanctus superveniet in te*, spiritualis spiritualiter audiens, et sancta sanctis verbis sancte credens, constans in fide perstitit, ac promissiones excepit. Discessit igitur angelus ab ea.

XII. *Exsurgens autem Maria in diebus illis, abiit in montana cum festinatione* (11) ad cognatam. Maria nempe venit ad Elisabeth, quemadmodum et Christus venit ad homines. Nam decebat ut Elisabeth veniret ad Mariam ; et magis congruus hic erat ordo, ut mater Præcursoris se conferret ad matrem Domini. Sed Maria exsurgit, et venit ad Elisabeth, mater Domini ad matrem servi.

XIII. *Et intravit in domum Zachariæ* [t]. Postquam enim angelus ei dixit : *Ecce cognata tua concepit*, eam adivit, ut ipsi congauderet, quod præter spem concepisset. *Et intravit in domum Zachariæ, et salutavit Elisabeth. Et factum est, ut audivit salutantem Mariam Elisabeth* (12), (salutationis vocem) per aures transmisit ad mentem, mens vero (transmisit) ad Præcursorem ; et Præcursor, antequam aures acciperet, audivit ; audivit (inquam) non mentis facultate ad hoc jam parata, sed Spiritus (sancti) virtute. Et Præcursor ad significandum gaudium, et ad indicandum suum prophetæ munus, exsultat ; exsultat scilicet in utero Elisabeth. Elisabeth autem rem advertit ; non tamen humana advertit intelligentia, sed sancto Spiritu (revelante) quid fieret percepit.

XIV. *Et exclamavit voce magna, et dixit : Benedicta tu in mulieribus* (13). Quid me tu salutans prævertis ? Quid prior tu me compellas ? Nunquid ego sum quæ Salvatorem pario ? Me oportebat ad

ΙΑ'. Καὶ ἀποκριθεὶς ὁ ἄγγελος, εἶπεν αὐτῇ· *Καὶ ἰδοὺ Ἐλισάβετ, ἡ συγγενής σου, καὶ αὐτὴ συνειληφυῖα υἱόν*. Καὶ δίδωσι σημεῖον τῇ Παρθένῳ σύλληψιν τῆς στείρας. *Καὶ οὗτος αὐτῇ μὴν ἕκτος*[15] *ὅτι οὐκ ἀδυνατήσει παρὰ Θεῷ πᾶν ῥῆμα.* Θεὸς ὁ ἐνεργῶν· μὴ ἀμφίβαλλε.

Εἶπεν δὲ Μαριάμ· Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Δούλη εἰμὶ Κυρίου· πίναξ εἰμὶ γραφόμενος· ὃ βούλεται ὁ γραφεὺς, γραφέτω· ἕτοιμος ἡ ὕλη· ποιείτω ὃ θέλει ὁ τεχνίτης. *Καὶ ἀπῆλθεν ἀπ' αὐτῆς ὁ ἄγγελος·* Ἔλαβε τὰ πιστὰ ῥήματα, καὶ ἀπῆλθεν.

Ἰδοὺ ἡ δούλη Κυρίου, γένοιτό μοι κατὰ τὸ ῥῆμά σου. Καὶ οὐκ εἶπεν ἡ Παρθένος· Ἄπαγε, περιττὸν ὃ λέγεις· ἐγὼ παρθένος εἰμί· ἄνδρα οὐ γινώσκω· οὐκ ἔχει λόγον, ὃ λέγεις· ἀλλ' ἐπειδὴ εἶπεν ὁ ἄγγελος· *Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπὶ σέ·* ἡ πνευματικὴ πνευματικῶς ἀκούσασα καὶ ἡ ἁγία τοῖς ἁγίοις ῥήμασιν ἁγίως πιστεύσασα, ἔμεινε τὴν πίστιν τηροῦσα, καὶ τὴν ἐπαγγελίαν ἐκδεχομένη. Ἀπῆλθεν οὖν ὁ ἄγγελος ἀπ' αὐτῆς.

ΙΒ'. *Ἀναστᾶσα δὲ Μαριὰμ ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις, ἐπορεύθη εἰς τὴν ὀρεινὴν μετὰ σπουδῆς* πρὸς τὴν συγγενῆ. Καὶ ἦλθεν Μαριὰμ πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, οὕτως καὶ ὁ Χριστὸς ἦλθεν πρὸς τοὺς ἀνθρώπους. Ἐχρῆν γὰρ ἐλθεῖν τὴν Ἐλισάβετ πρὸς τὴν Μαριάμ· καὶ αὕτη ἦν τῆς ἀκολουθίας ἡ τάξις μᾶλλον, ὥστε τὴν μητέρα τοῦ Προδρόμου ἐλθεῖν πρὸς τὴν μητέρα τοῦ Δεσπότου. Ἀνίσταται δὲ Μαριὰμ, καὶ ἔρχεται πρὸς τὴν Ἐλισάβετ, ἡ τὸν Κύριον τίκτουσα πρὸς τὴν μητέρα τοῦ δούλου.

ΙΓ'. *Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου.* Ἐπειδὴ γὰρ εἶπεν αὐτῇ ὁ ἄγγελος· *Ἰδοὺ ἡ συγγενής*[16] *σου συνείληφεν*, εἰσῆλθεν αὐτῇ συγχαρῆναι, ἐπειδὴ παρὰ προσδοκίαν συνείληφεν. *Καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν οἶκον Ζαχαρίου καὶ ἠσπάσατο τὴν Ἐλισάβετ. Καὶ ἐγένετο, ὅτε ἤκουσεν ἀσπασαμένης Μαρίας ἡ Ἐλισάβετ*, παρέπεμψε διὰ τῶν ὤτων πρὸς τὴν διάνοιαν, καὶ ἡ διάνοια πρὸς τὸν Πρόδρομον· καὶ ἤκουσεν ὁ Πρόδρομος πρὶν ὦτα λαβεῖν· ἤκουσεν οὐ τῇ κατασκευῇ τῆς διανοίας, ἀλλὰ τῇ ἐνεργείᾳ τοῦ Πνεύματος. Καὶ σκιρτᾷ ὁ Πρόδρομος εἰς ἔμφασιν χαρᾶς, καὶ δήλωσιν προφητείας· καὶ σκιρτᾷ τὸ βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς Ἐλισάβετ. Καὶ ἐνόησεν ἡ Ἐλισάβετ τὸ πρᾶγμα· οὐκ ἐνόησε δὲ λογισμῷ ἀνθρωπίνῳ· ἀλλὰ κατέλαβεν Πνεύματι ἁγίῳ τὸ γινόμενον.

ΙΔ'. *Καὶ ἀνεβόησεν κραυγῇ μεγάλῃ, καὶ εἶπεν· Εὐλογημένη σὺ ἐν γυναιξίν.* Τί με σὺ προασπάζῃ; Τί με σὺ πρώτη προσαγορεύεις; Μὴ γὰρ ἐγώ εἰμι ἡ τὸν Σωτῆρα τίκτουσα; Ἐμὲ ἐχρῆν ἐλθεῖν πρὸς σέ·

[p] Luc. I, 36. [q] ibid. 37. [r] ibid. 38. [s] ibid. [t] ibid. 40.

VARIÆ LECTIONES.

[15] Cod. ἔκτος. [16] Cod. συγγενῆ.

NOTÆ.

(10) Καὶ οὗτος μὴν ἕκτος ἐστὶν αὐτῷ· Luc. I, 37, τῷ.

(11) Luc. I, 39. Ἐν ταῖς ἡμέραις ταύταις. Ita de Matthæi et Schulz. Petrus Sabatier innuit codicem ms. haberi, ubi legitur ἐν ταῖς ἡμέραις ἐκείναις ; huic lectioni suffragatur Antipatri locus ; ergo non gratis in Vulgata legitur, *in diebus illis*.

(12) Luc. I. 41 : Καὶ ἐγένετο, ὡς ἤκουσεν ἡ Ἐλισάβετ τὸν ἀσπασμὸν τῆς Μαρίας· *Et factum est, ut audivit salutationem Mariæ Elisabeth.*

(14) Luc. I, 42 : Καὶ ἀνεφώνησεν φωνῇ μεγάλῃ, κ. τ. λ.

σὺ ἦλθες πρός με; σύ με ἠσπάσω προλαβοῦσα; Σὺ δὲ εἶ εὐλογημένη ἐν γυναιξί· μονογενῶς εὐλόγησαι Μονογενῆ τίκτουσα. Παρθένος μόνη σὺ τίκτεις· οὐ συνείληφεν ἄλλη [17] πρὸ σοῦ, οὐ συλλήψεται μετὰ σὲ παρθένος ἐν γυναιξίν· ἐν ὅλῳ δὲ τῷ γένει τῶν γυναικῶν μόνη οὕτως εὐλογημένη τυγχάνεις. *Καὶ εὐλογημένος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου*· οὐχ ὁ καρπὸς τοῦ μὴ ἀνδρός σου· οὐ γὰρ ἐξ ἀνδρὸς τὸ γινόμενον, ἀλλ' ἐκ τῆς κοιλίας σου.

ΙΕ'. Ὅρα τὴν μητέρα τοῦ Ἰωάννου, ὁποῖα φθέγγεται, Πνεύματος ἁγίου πληρωθεῖσα. *Καὶ πόθεν μοι, ἵνα ἔλθῃ ἡ μήτηρ τοῦ Κυρίου μου πρός με;* Παρθένον ὁρᾷ, καὶ μητέρα καλεῖ, φθάνουσα προφητικῶς τῷ λόγῳ τὴν ἔκβασιν· καὶ ἡ μηδέπω μήτηρ καλουμένη, καίτοι πάλαι συνειληφυῖα, μητέρα καλεῖ τὴν ἔτι παρθένον. Καὶ γέγονεν ἡ στεῖρα τῆς Παρθένου πρόδρομος, ὡς τοῦ Σωτῆρος Ἰωάννης.

Ἡ δὲ Μαρία πανταχόθεν εὐηγγελίζετο. Ἀγγέλου μὲν ἀνήκοος γενομένη, τῆς δὲ συγγενοῦς τὰ παραπλήσια διαλεγομένης, προστιθείσης τὸ, *Μακαρία ἡ πιστεύσασα· ὅτι ἔσται τελείωσις τοῖς λελαλημένοις αὐτῇ παρὰ Κυρίου*, βεβαιοτέρα πρὸς τὴν πίστιν ἐγένετο, ὧν ἤκουσε παρὰ τοῦ ἀρχαγγέλου, μακαριζομένη ἐὰν πιστεύσῃ, ἀγγέλου τε προσημαίνοντος, καὶ τῆς συγγενοῦς παραπλήσια προφητευούσης ἐπὶ τούτοις, Θεοτόκος ἔσεσθαι.

ΙϚ'. Πανταχόθεν ἡ Παρθένος εὐαγγελισθεῖσα, οὐκ ἔτι μὲν ἀμφιβάλλει· ἀλλὰ τὸν ἑκατέρωθεν ῥηθέντα αὐτῇ λόγον τῶν συμβησομένων, παρ' ἀγγέλου τε καὶ τῆς Ἐλισάβετ, δεξαμένη, ἐνδέχεται τὴν ἔκβασιν. Καὶ σιωπᾷν οὐκ ἀνέχεται· ἀλλ' ἤδη τὸ γεῦμα καὶ τὴν ἀπαρχὴν τοῦ ἐπελθόντος αὐτῇ ἁγίου Πνεύματος δίδωσι, δι' ὧν φθέγγεται. Τοῦ γὰρ ἀγγέλου φήσαντος, καὶ σαφῶς ἐπαγγειλαμένου, Πνεῦμα ἅγιον ἐπελεύσεται ἐπ' αὐτήν· ἐπειδὴ ἤκουσε τοῦ αὐτοῦ ἁγίου Πνεύματος διὰ τῶν τῆς συγγενοῦς λόγων, πλήττεται καὶ αὐτὴ [18] τὸν νοῦν, καὶ κινεῖται παραπλησίως ἐκείνῃ τῷ αὐτῷ Πνεύματι· ἵνα καὶ ὁ ἄγγελος ἀληθεύσῃ, ὀξέως τοῦ λόγου εἰς ἔργον μεταβαίνοντος, τοῦ ἁγίου Πνεύματος ἀρξαμένου ἐπιέναι τῇ Μαρίᾳ.

ΙΖ'. Ὅτε δὲ καθ' ἕνα καιρὸν ἐν τῷ αὐτῷ τόπῳ ἐν δυσὶ γυναιξὶν ἐνεργοῦν ἐφαίνετο, ἐν στείρᾳ τε καὶ παρθένῳ, τῆς μὲν στείρας προλαβούσης, ἐπεὶ καὶ Πρόδρομον συνειλήφει, καὶ μακαριζούσης τὴν Θεοτόκον, τῆς δὲ παρθένου ἐπακολουθούσης, ἐπειδὴ τὸν κηρυττόμενον συνελάμβανεν· καὶ εἷς τεχνίτης τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον δύο λύρας ἀνεκίνει, δύο ψυχὰς ἁγίων γυναικῶν· ἡ μὲν γὰρ Ἐλισάβετ ἐμακάριζεν· ἡ δὲ Μαρία τί φησιν; *Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον.*

ΙΗ'. Καὶ πρῶτον δείκνυσιν ὅτι πιστεύει τοῖς λαληθεῖσιν αὐτῇ διὰ τὸ, *Μακαρία ἡ πιστεύσασα*, ὅτι

A te venire; et tu ad me venisti? Tu me salutando præoccupasti? Sed benedicta tu es in mulieribus: instar unigenitæ benedicta fuisti, quæ paris unigenitum. Tu sola parturis virgo; non alia ante concepit, non concipiet post te alia inter feminas virgo; tu sola in universo muliebri sexu ratione ista es benedicta. *Et benedictus fructus ventris tui;* non fructus sane illius qui ne vir quidem est tibi; non enim ex viro est quod nascitur, sed ex utero tuo.

XV. Inspice matrem Joannis, quænam, postquam Spiritu sancto impleta est, loquatur: *Et unde mihi, ut veniat mater Domini mei ad me* [u]? Virginem videt, et matrem appellat, exitum scilicet per spiritum prophetiæ sermone prævertens; et quæ nondum mater, utut jamdiu concepisset, appellabatur, B matrem eam dicit, quæ adhuc erat virgo. Hinc sterilis facta est Virginis præcursor, quemadmodum Salvatoris Joannes.

Mariæ autem felicia omni ex parte denuntiabantur. Etsi angeli vocem tunc non audiret, at cum cognata, consimilia eloquens, et illud adjecisset, *Beata, quæ credidisti; quoniam perficientur ea quæ dicta sunt tibi a Domino* [v], magis ad ea credenda confirmabatur, quæ ab archangelo audierat, beata prædicata, si et angelo prius significante et cognata paria per prophetiam portendente, propterea crederet se Dei genitricem futuram.

XVI. Boni ominis verbis Maria undique confirmata, C non amplius profecto fluctuat animo; sed iis quæ sibi ab utrisque, ab angelo nempe et Elisabeth, de futuris dicta fuerant, plane confisa, eventum exspectat. Sed nec cohibere linguam potest; verum per voces in quas erumpit, specimen ac primitias sancti Spiritus, qui in eam supervenerat, jam præbet. Cum enim angelus dixisset, atque aperte denuntiasset [x], Spiritum sanctum superventurum in ipsam; postquam eumdem sanctum Spiritum per cognatæ sermones (loquentem) audivit, percellitur et ipsa, et eodem pariter ac illa spiritu agitur, ut pollicitatione statim in opus deducta, sancto nempe Spiritu Mariæ illabi incipiente, etiam angelus verax appareret.

XVII. Cum autem eodem tempore eodemque loco D in duabus mulieribus operari cerneretur (Spiritus), et in sterili scilicet et in virgine, sterili quidem, postquam Præcursorem conceperat, præeunte, et beatam prædicante Deiparam; virgine vero, postquam prænuntiatum conceperat, sequente, et unus artifex, Spiritus sanctus, duas animas sanctarum mulierum, ceu duas lyras pulsaret; Elisabeth quidem beatam (Mariam) prædicabat; Maria vero quid effatur? *Magnificat anima mea Dominum* [y].

XVIII. Ac primo quidem dum dicit: *Magnificat anima mea Dominum*, ostendit se fidem iis habere

[u] Luc. I, 43. [v] ibid. 45. [x] ibid. 35. [y] ibid. 47.

VARIÆ LECTIONES.

[17] Cod. ἀλλ' ἡ. [18] Cod. αὐτῇ.

quæ dicta sibi fuerant per illud : *Beata quæ credidisti, quoniam perficientur quæ dicta sunt tibi a Domino* [z]. Deinde non beatam vicissim prædicat Elisabeth, ne exæquari ea viderentur, quæ mirum quantum invicem differant. Quam enim comparationem servus ad dominum, seu persona militis ad regiam majestatem habet ? Quocirca beatæ quidem ipsa prædicationem habet, sed laudis gloriam in Dominum refert, dicens : *Magnificat anima mea Dominum.* Quandoquidem enim præter communem naturæ ordinem in utero, virgo exsistens, corporaliter conceperat, corporaliter, inquam, quippe in corpore, sed spiritualiter, quia sine viri communione ; attamen quoniam in corpore completa fuerat admiranda illa dispensatio, ipsa dicit : *Magnificat anima mea Dominum.* Etsi enim, inquit, utique in substantia hac mea corporea Deus se admiranda effecturum significaverit, ac porro effecerit, at certe coram Domino neque anima mea est fructus expers. Et sane maximum quidem fructum, prout ipsa inquiebas, o Elisabeth, corpus præbebit ; tu enim mihi dixisti : *Benedictus fructus ventris tui ;* verumtamen ejusmodi fructus censeri haud potest in voluntatis meæ recte factis, sed opus est Dei quæ sunt supra naturam in me mirabiliter efficientis. Par est autem ut etiam voluntatis fructum proferam ; adeo ut non modo corpus meum fructificet, sed et anima mea Deo in me mirabilia operanti fructum liberæ voluntatis offerat ; ideo inquit : *Magnificat anima mea Dominum ;* scilicet non modo corpus, sed etiam anima mea. Quantum enim deservire et ingenti miraculo et recte factis mihi contingit, tantumdem glorificare eum, qui operatur in me portenta, ante omnia debeo.

A ἔσται τελείωσις τοῖς λαληθεῖσιν αὐτῇ παρὰ Κυρίου, φάσκουσα· *Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον.* Ἔπειτα οὐκ ἀντιδίδωσι μακαρισμὸν, ἵνα μὴ ἴσα γένηται τὰ πράγματα, πλεῖστον ὅσον διεστηκότα [19]. Ποίαν γὰρ ἔχει σύγκρισιν δοῦλος πρὸς τὸν δεσπότην, ἢ στρατιωτικὸν πρόσωπον πρὸς βασιλέως ἀξίωμα ; Ὅθεν μακαρίζεται μὲν, ἀναπέμπει δὲ εἰς τὸν Κύριον τὴν δοξολογίαν, φάσκουσα· *Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον.* Ἐπειδὴ γὰρ παρθένος οὖσα ἐν γαστρὶ σωματικῶς παρὰ τὴν κοινὴν συνελάμβανεν φύσιν, σωματικῶς μέντοι, ὡς ἐν σώματι, πνευματικῶς δὲ, ὅτι ἄνευ κοινωνίας· ὅμως δὲ ἐπειδὴ [20] ἐν σώματι ἐγένετο τὸ παραδόξως οἰκονομούμενον, φησίν· *Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον.* Κἂν γὰρ ἐν τῷ ἐμῷ σώματι θαυμαστὰ ἐπαγγειλάμενος B Θεὸς ἐνεργήσῃ, ἀλλά γέ μου, φησὶν, ἡ ψυχὴ, οὐκ ἔστιν ἄκαρπος πρὸς τὸν Κύριον. Τὸ μὲν γὰρ σῶμα καρπὸν μέγιστον κατὰ τὸν σὸν, φησὶν, Ἐλισάβετ, λόγον προσοίσει· σὺ γάρ μοι ἔλεγες· *Μακάριος ὁ καρπὸς τῆς κοιλίας σου*· ἀλλ' ὅμως οὗτος ὁ καρπὸς οὐ τῆς ἐμῆς προαιρέσεως κατόρθωμα, ἀλλὰ Θεοῦ τοῦ θαυματουργοῦντος ἐν ἐμοὶ τὰ ὑπὲρ φύσιν. Χρὴ δέ με καὶ προαιρέσεως καρπὸν προσενεγκεῖν· ἵνα μὴ μόνον τὸ σῶμά μου καρποφορήσῃ, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχή μου τὸν προαιρετικὸν καρπὸν τῷ ἐν ἐμοὶ θαυματουργοῦντι Θεῷ προσαγάγῃ· καί φησι· *Μεγαλύνει ἡ ψυχή μου τὸν Κύριον*· οὐ μόνον τὸ σῶμα, ἀλλὰ καὶ ἡ ψυχή μου. Ὅσον γὰρ ὑπηρετοῦμαι μεγάλῳ θαύματι καὶ κατορθώματι, τοσοῦτον ὀφείλω πρώτῃ δοξάζειν τὸν ἐν ἐμοὶ παράδοξα ἐνεργοῦντα.

XIX. *Et exsultavit spiritus meus in Deo salutari meo* [a] ; meus enim Salvator Deus est. *Spiritus meus*, duplici scilicet nomine designat suam ipsius animam. *Exsultavit*, inquit, *spiritus meus ;* quoniam tam amplis donis digna habeor. *In Deo salutari meo,* hoc est, Deus mundo Salvatorem ex me largitur.

Quia respexit humilitatem ancillæ suæ [b]. Quid enim sum ego, si cum tanto opere conferor ? Ipse respexit ; ego ne suspicata quidem id sum ; nam abjecta ego eram et contempta, nec aliud quidpiam cogitare poteram præterquam virum advenisse ; at pro viro supervenit Spiritus sanctus : e terra in cœlum transeo, et ad ministrandum ineffabili dispensationi asciscor. Propterea, *respexit humilitatem ancillæ suæ.*

XX. *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes* [c]. Et se ipsa beatam prædicat ; non quasi ex ore proprio loquens, sed ad specimen Spiritus sancti, qui in eam supervenerat, verba facit ac vaticinatur, inquiens : *Ecce enim ex hoc beatam me dicent omnes generationes*, nedum pro-

C ΙΘ'. *Καὶ ἠγαλλίασε τὸ πνεῦμά μου ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου*· Σωτήρ μου γάρ ἐστιν ὁ Θεός. *Τὸ ἐμὸν πνεῦμα*· διττῶς ὀνομάζουσα τὴν ἑαυτῆς ψυχήν. *Ἠγαλλίασεν*, φησὶ, *τὸ πνεῦμά μου*· ἐπειδήπερ τοιούτων καταξιοῦμαι. *Ἐπὶ τῷ Θεῷ τῷ Σωτῆρί μου*, ὅ ἐστιν, ὁ Θεὸς Σωτῆρα ἐξ ἐμοῦ τῷ κόσμῳ χαριζόμενος.

Ὅτι ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ [21]. Τίς γάρ εἰμι ἐγὼ πρὸς τοσοῦτον ἔργον; Αὐτὸς ἐπέβλεψεν· οὐκ ἐγὼ προσεδόκησα· ταπεινὴ γὰρ ἤμην, ἀπεῤῥιμμένη [22], οὐδὲν ἕτερον ἐπεκδεχομένη, ἢ ἀνδρὸς παρουσίαν· ἀντὶ ἀνδρὸς ἀπέρχεται Πνεῦμα ἅγιον· ἀπὸ γῆς εἰς οὐρανὸν μεταβαίνω, D καὶ εἰς ἄῤῥητον οἰκονομίαν ἕλκομαι· διὰ τοῦτο, *ἐπέβλεψεν ἐπὶ τὴν ταπείνωσιν τῆς δούλης αὐτοῦ* [23].

Κ'. *Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί.* Καὶ ἑαυτὴν μακαρίζει· οὐκ ἐκ γλώττης λαλοῦσα, ἀλλὰ τὸ γεῦμα τοῦ ἁγίου Πνεύματος, τοῦ ἐπελθόντος αὐτῇ, παρεχομένη [24], καὶ προφητεύουσά φησιν· *Ἰδοὺ γὰρ ἀπὸ τοῦ νῦν μακαριοῦσί με πᾶσαι αἱ γενεαί*, οὐ σὺ δὴ μόνη. Ποία γὰρ γε-

[z] Luc. I, 45. [a] ibid. 47. [b] ibid. 48. [c] ibid.

VARIÆ LECTIONES.

[19] Cod. διεστικῶτα. [20] Vox ἐπειδὴ in margine eadem manu ascripta huic loco inserenda visa est. [21] Cod. αὐτοῦ. [22] Cod. ἀπεῤῥιμήνη· et Trommius quidem (ad v. ἀποῤῥίπτω) vocem ἀπέῤῥιμαι, quasi in psalmo XXX, v. 23 legatur, indicat ; at neque in editis neque in variantibus codicum mss. lectionibus invenire id mihi licuit. [23] Cod. αὐτοῦ. [24] Cod. παρερχομένη.

νεὰ ἐξ ἐκείνου τὴν Μαριὰμ οὐ μακαρίζει [25], τὴν ἀπειρόγαμον κατ' ἄνδρα, θεοφόρον δὲ κατὰ πνεῦμα; Καὶ προέλαβεν μὲν ὁ λόγος τῆς προφητείας· ἠλήθευσεν δὲ ἡ ἔκβασις πρὸς τὸν λόγον.

ΚΑ'. *Ὅτι ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός.* Πῶς γὰρ οὐ μεγαλεῖα; Ὅτι παρθένος οὖσα συλλαμβάνω, ὑπερβᾶσα βουλήματι Θεοῦ τὴν φύσιν, καὶ καταξιουμένη ἄνευ ἀνδρὸς οὐχ ἁπλῶς εἶναι μήτηρ, ἀλλὰ καὶ τοῦ μόνου Σωτῆρος εἶναι μήτηρ.

Λέγει, *ὁ δυνατός*· ἐπειδήπερ ἀπιστήσειεν ἄν τις πρὸς τὴν ἐνέργειαν τῆς συλλήψεως. Εἰ γὰρ παρθένος οὖσα συλλάβη, φησὶν, *ἐποίησέ μοι μεγαλεῖα ὁ δυνατός*· τῷ ὀνόματι τοῦ δυνατοῦ τὴν ἀπιστίαν παρὰ φύσιν ἐκβάλλουσα, ἵνα τις τῇ δυνάμει τοῦ ἐνεργοῦντος ἀναπέμψῃ τὸ κατόρθωμα· καὶ τὸ μὴ κατὰ φύσιν ἐξετάζων ἐκπέσῃ τῆς ἀληθοῦς συγκαταθέσεως τῶν ἀληθῶς γεγενημένων.

Καὶ ἐπάγει· *Καὶ ἅγιον τὸ ὄνομα αὐτοῦ.* Οὐ γὰρ ἐπεὶ ἔρχεται ὁ μονογενὴς αὐτοῦ εἰς γυναῖκα, ἤδη παρὰ τοῦτο μιαίνεται. Ἅγιον γὰρ τὸ ὄνομα αὐτοῦ, ἐπειδὴ κἀγὼ Παρθένος ἁγία. Οὐδὲν παραχραίνεται οὔτε ὁ συλλαμβανόμενος Σωτὴρ ἐν ἐμοὶ τῇ παρθένῳ πλάττων [26] τὸ ἴδιον σῶμα. Ἅγιος γὰρ ἁγίως φορεῖ τὸ ἴδιον πλάσμα. Διὰ τοῦτο καὶ Πνεῦμα ἅγιον ἐπέρχεται· ἵνα ἁγία γενομένη ἡ σύλληψις ἅγιον παρασκευάσει καὶ τὸν τόκον γενέσθαι. Ἅγιον τοίνυν τὸ ὄνομα αὐτοῦ.

ΚΒ'. *Καὶ τὸ ἔλεος αὐτοῦ εἰς γενεὰς γενεῶν.* Κἀγὼ συλλαμβάνω, καὶ αὐτὸς σῶμα φορεῖ· καὶ εἰς κόσμον ἔρχεται, καὶ μετὰ ἀνθρώπων ἀναστρέφεται, καὶ κάτω πολιτεύεται, καὶ πάντα οἰκονομεῖ· ἵνα ἐλεηθῶσιν οἱ ἀνάξιοι διὰ τὸ πλῆθος τῶν ἁμαρτιῶν τυγχάνοντες. *Τοῖς μέντοι φοβουμένοις αὐτόν.* Οὐ γὰρ οἱ πάντῃ ἀνάξιοι ἐλεοῦνται· ἀλλ' οἱ διὰ μετανοίας πρὸς φόβον μετατρεπόμενοι.

ΚΓ'. *Ἐποίησεν οὖν κράτος ἐν βραχίονι αὐτοῦ* [27]· αὐτοῦ γὰρ ἡ χεὶρ, οὐχ ἀνθρώπου τὸ ἔργον. *Διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους.* Εἰ γὰρ ἀλαζονείᾳ χρώμενος, οὐκ οἴεται δεῖσθαι μετανοίας, οὗτος διασκορπίζεται, αἰνιττομένη [28] τῶν Ἰουδαίων τὸν λαὸν τὸν διασκορπισθησόμενον δι' ὑπερηφανίαν τὴν κατὰ τοῦ Σωτῆρος. *Διεσκόρπισεν ὑπερηφάνους διανοίᾳ καρδίας*

A fecto tu sola. Et sane quænam extunc generatio non beatam appellat Mariam, nuptiarum nesciam, quod ad virum spectat, sed Deo fetam ex sancto Spiritu? Præcessit scilicet sermo propheticus; exitus vero sermonem veracem comprobavit.

XXI. *Quia fecit mihi magna qui potens est* [b]. Quomodo enim non (fecit) magna? Quandoquidem voluntate Dei ordinem naturæ transcendens, virgo exsistens fœtum gero, et digna habeor quæ sine viro non solum sim mater, sed insuper mater ejus sim, qui solus est Salvator.

Dicit, *qui potens est*; quandoquidem fidem abnuere de vera conceptus ratione quis posset? Et merito sane, si concepit virgo perseverans, *fecit*, inquit, *mihi magna qui potens est*, potentis nempe nomine B incredulitatem removens, quæ ex re ordinem naturæ prætergrediente oritur, adeo ut ad potentiam (Dei) efficientis referre quis opus debeat; qui vero subtiliter perscrutari id velit, quod non est secundum naturæ leges, a veraci eorum quæ vere facta sunt, fide excidat.

Addit porro, *et sanctum nomen ejus*. Non enim quod unigenitus ejus ad mulierem diverterit, propterea jam polluitur. Sanctum enim est nomen ejus, quoniam et ego Virgo sancta (14). Nihil contaminatur neque dum concipitur Salvator, suum in me virgine corpus plasmans. Sanctus enim sancte induit opus ipse suum (15). Idcirco etiam Spiritus sanctus supervenit, quo sancta exsistens conceptio, C ut partus quoque sanctus sequatur, efficiat. Sanctum igitur nomen ejus (16)

XXII. *Et misericordia ejus a progenie in progenies* [c]. Et ego concipio, et ipse corpus assumit; et venit in mundum, et cum hominibus conversatur, et terrestrem vitam agit, et omnia disponit ut qui indigni erant propter multitudinem peccatorum, misericordiam consequantur. Verumtamen *timentibus eum*. Non enim participes sunt miserationum, qui penitus iis indignos se exhibent; sed qui per pœnitentiam ad timorem flectuntur.

XXIII. *Fecit igitur potentiam in brachio suo* [d]; illius enim manus, non opus est hominis. *Dispersit superbos*. Nam si quis superbia tumens, haud putat D se pœnitentia indigere, hic disperditur. Subindicat autem Judæorum populum, qui propter superbiam, qua Salvatori restitit, disperdendus erat. *Dispersit superbos mente cordis sui.* Unusquisque enim per

[b] Luc. I, 49. [c] ibid. 50. [d] ibid. 51.

VARIÆ LECTIONES.

[25] Cod. μακαρήζει, et alia manu supra lineam μακαρίζει. [26] Cod. πλάττον, sed in margine alia manu πλάττων. [27] Cod. αὐτοῦ. [28] Scilicet Μαρία.

NOTÆ.

(14) Sancta non corporis tantum, sed animæ integritate non modo Conceptionis, id est divinæ incarnationis momento, quod non satis esset ut *Sanctum* vocaretur quod ex ea *nasciturum erat*; sed *semper* et *tota* et *perfecte* integra et sancta.

(15) Hoc argumento sæpius utuntur Patres ut ex muliere matre Dei Verbum non fuisse inquinatum statuant. His mire consonant verba auctoris *Tractatus adversus quinque Hæreses* (in Append. tom. VIII Opp. S. Augustini, cap. V): *Ego matrem, de qua nascerer, feci; ego viam meo itineri præparavi, atque mundavi. Hanc quam despicis, Manichæe, mater mea est, sed manu fabricata est mea. Si potui inquinari cum eam facerem, potui inquinari cum ex ea nascerer.*

(16) Virginis sanctitas reliquis omnibus non responderet, si non semper et ab omnis vel minimi peccati labe immunis fuisset.

se pro mentis suæ sensu semetipse disperdit, et A indignum se præstat, quem Jesus vocet.

XXIV. *Deposuit potentes de sede, et exaltavit humiles* [e]. Magnos enim spiritus gerebant Pharisæi ac Scribæ, et primas cathedras ambiebant [f]; e quibus, propterea quod Jesu contradixerunt, deturbati sunt.

Et exaltavit humiles dispersos, quoniam ipsum e cœlo et ab alto venisse crediderunt. *Esurientes implevit bonis* [g]. Universum enim hominum genus, Judæis exceptis, fame laborabat. *Et divites dimisit inanes;* Judæos videlicet, qui et accepta lege et sanctorum prophetarum doctrinis ditati fuerant. Qui quidem quoniam, pro eorum superbia acriter contendentes, suaque dignitate valde elati, ad Salvatorem humano habitu inter eos versantem accedere B humiliter animum non induxerunt, vacui dimissi sunt, nihil secum afferentes, neque fidem, neque cognitionem, neque spem bonorum; sed a terrestri Jerusalem juxta ac a futura vita exciderunt.

XXV. *Suscepit Israel puerum suum* [h]; non ad nomen (Israelis) spectat, sed verum (Israelem) designat, scilicet non eos qui nomine gloriantur, sed qui nominis fidem servaverint. *Recordatus misericordiæ suæ, sicut locutus est ad patres nostros, Abraham et Isaac et Jacob, et semini ejus in sæcula* [i].

Vaticinium non suum duntaxat, sed et prophetarum absolvit pollicitatione Dei, qui ex ipsa nasciturus erat communis Salvator Jesus Christus. Non C humiliora itaque vaticinatur Maria, dum perfectissimæ dispensationi ministrat; et exsultat spiritus ejus in Domino. Exsultet et Ecclesia in sponso ac Salvatore. Si enim lætatur illa vel ante operis exitum, qui non magis congruit ut Ecclesia jam desponsata et per angelici sermonis doctrinam sancti Sponsi semine jam fecundata, multo magis gaudeat, et gaudeat indesinenter, et mirificas gratias agat, et virtutis operibus placere studeat Christo, qui factus est ei Salvator? Cui gloria et imperium in sæcula sæculorum. Amen.

αὐτῶν. Αὐτὸς γάρ τις ἑαυτῷ ἕκαστος, ἐφ' οἷς διανοεῖται, ἑαυτὸν σκορπίζει, ἀνάξιος τῆς τοῦ Ἰησοῦ κλήσεως γενόμενος.

ΚΔ'. *Καθεῖλε δυνάστας ἀπὸ θρόνων, καὶ ὕψωσε ταπεινούς*. Μεγάλα γὰρ ἐφρόνουν Φαρισαῖοι καὶ Γραμματεῖς, τὰς πρωτοκαθεδρίας μετιόντες· ὧν [29] καθῃρέθησαν διὰ τὴν πρὸς τὸν Ἰησοῦν ἀντιλογίαν.

Καὶ ὕψωσε ταπεινοὺς τοὺς ἀπεσκορπισμένους, ἐπειδὴ τῷ οὐρανόθεν καὶ ἐκ τῶν ὑψηλῶν ἐλθόντι πεπιστεύκασιν. *Πεινῶντας ἐνέπλησεν ἀγαθῶν*. Ἐλίμωττε γὰρ τὸ γένος τῶν ἀνθρώπων πλὴν Ἰουδαίων. *Καὶ πλουτοῦντας ἐξαπέστειλε κενούς*. Ἰουδαίους δηλαδὴ, πεπλουτηκότας τῇ νομοθεσίᾳ καὶ τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἁγίων προφητῶν. Οἵτινες ὑπερηφανίᾳ ὑπερμαχήσαντες, καὶ λίαν τῷ ἀξιώματι ἐπαρθέντες, διὰ τὸ μὴ ταπεινῶς προσελθεῖν τῷ ἐνανθρωπήσαντι, ἐξαπεστάλησαν κενοὶ, μηδὲν [30] ἐπιφερόμενοι, μήτε πίστιν, μήτε γνῶσιν, μήτε ἐλπίδα ἀγαθῶν· ἀλλ' ἐκπεπτώκασι καὶ τῆς ἐπιγείου Ἱερουσαλὴμ, καὶ τῆς μελλούσης ζωῆς.

ΚΕ' *Ἀντελάβετο Ἰσραὴλ παιδὸς αὐτοῦ*· οὐκ ὀνοματίζει, τὸν ἀληθινὸν σημαίνει· οὐ τοὺς ὀνόματι σεμνυνομένους, ἀλλὰ τοὺς τὴν πίστιν διατετηρηκότας τῆς προσηγορίας. *Μνησθῆναι ἐλέους, καθὼς ἐλάλησε πρὸς τοὺς πατέρας ἡμῶν, τῷ Ἀβραὰμ καὶ τῷ Ἰσαὰκ καὶ τῷ Ἰακὼβ, καὶ τῷ σπέρματι αὐτοῦ εἰς τὸν αἰῶνα*.

Τελειοῖ τὴν προφητείαν, οὐ μόνον τὴν ἰδίαν, ἀλλὰ καὶ τῶν προφητῶν κατὰ τὴν ἐπαγγελίαν τοῦ Θεοῦ μέλλοντος ἐξ αὐτῆς γεννᾶσθαι, τοῦ κοινοῦ Σωτῆρος Ἰησοῦ Χριστοῦ. Οὐκ οὖν εὐτελέστερα μὲν ἡ Μαρία προφητεύει, τῇ τελειοτάτῃ οἰκονομίᾳ διακονουμένη· καὶ ἀγάλλεται αὐτῆς τὸ πνεῦμα ἐπὶ τῷ Κυρίῳ. Εὐφραινέσθω δὲ καὶ ἡ Ἐκκλησία ἐπὶ τῷ νυμφίῳ καὶ Σωτῆρι. Εἰ γὰρ ἐκείνη εὐφραίνετο καὶ πρὸ τῆς ἐκβάσεως τοῦ ἔργου, πῶς οὐ μᾶλλον χρὴ τὴν Ἐκκλησίαν νυμφευθεῖσαν, καὶ ἤδη τὰ σπέρματα τοῦ ἁγίου νυμφίου δεξαμένην τῇ διδασκαλίᾳ τῶν ἀγγελικῶν λόγων, πλέον μὲν εὐφραίνεσθαι, ἀδιαλείπτως δὲ ἀγαλλιᾶσθαι, εὐχαριστεῖν δὲ ὑπερβαλλόντως, εὐδοκιμεῖν δὲ ἀρεσκόντως ἐν ἔργοις ἀρετῆς τῷ παραγενομένῳ Σωτῆρι Χριστῷ; Ὧ ἡ δόξα καὶ τὸ κράτος εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰώνων. Ἀμήν.

FRAGMENTA.

ANTIPATRI (1) *episcopi Bostræ Contradictiones in Eusebium episcopum Cæsareæ pro Origenis defensione, sermo primus, cujus initium est:*

Ego quidem sufficienter æstimabam me scripsisse, et his quæ a tua sanctitate jussa sunt, satis- D

ΑΝΤΙΠΑΤΡΟΥ *ἐπισκόπου Βόστρης Ἀντίῤῥησις τῆς Εὐσεβίου ἐπισκόπου Καισαρείας ὑπὲρ τῆς Ὠριγένους ἀπολογίας, λόγος πρῶτος, οὗ ἡ ἀρχή*·

Ἐγὼ μὲν ἀρκούντως ἐνόμιζον γεγραφηκέναι, καὶ τὸ ἱκανὸν τοῖς παρὰ τῆς σῆς ὁσιότητος ἐπιταχθεῖς

[e] Luc. i, 52. [f] Matth. xxiii, 6; Luc. xi, 43. [g] Luc. i, 53. [h] ibid. 54. [i] ibid. 55.

VARIÆ LECTIONES.

[29] Cod. ὧν. [30] Cod. μὴ δέν.

NOTÆ.

(1) Mansi, *Conc. gen.* t. XIII, p. 177.

ποιῆσαι, τὰ πάντα θεοφιλέστατε καὶ ὁσιώτατε πάτερ Ἰωάννη. *Καὶ μετ' ὀλίγα·* Ἐπειδὴ γὰρ πολυΐστωρ ὁ ἀνὴρ γέγονε, πάσας τὰς τῶν ἀρχαιοτέρων βίβλους τε καὶ συγγράμματα ἐξερευνήσας καὶ ἀνιχνεύσας, καὶ τὰς πάντων μικροῦ δεῖν δόξας ἐκθέμενος, καὶ πλεῖστα συγγράμματα καταλείψας τῷ βίῳ· ὧν ἔνια καὶ πάσης ἀποδοχῆς ἄξια τυγχάνει· τῇ τοιαύτῃ τοῦ ἀνδρὸς ὑπολήψει χρώμενοι, συναρπάζειν ἐπιχειροῦσιν ἐνίους, ὡς ὅτι, φησὶν, οὐκ ἂν εἵλετο Εὐσέβιος ἐπὶ τοῦτο ἰδεῖν, εἰ μὴ πάσας ἀκριβῶς ἠπίστατο τῶν παλαιῶν τὰς δόξας τοῦτο βουλομένας. Ἐγὼ δὲ, ὅτι μὲν πολυΐστωρ ὁ ἀνὴρ, καὶ οὐδέν τι τῶν παλαιοτέρων συγγραμμάτων τὴν ἐκείνου διέλαθε γνῶσιν, σύμφημι καὶ ὁμολογῶ. Βασιλικῇ γὰρ συνεργίᾳ χρώμενος, ῥᾳδίως τὰ πανταχοῦ πρὸς ἑαυτὸν συνάγειν ἠδύνατο. Οὐκέτι δὲ πρὸς τὴν τῶν δογμάτων ἀκρίβειαν φθάσαι φημὶ τὸν ἄνδρα. Ὅθεν πολυμαθίας μὲν παραχωρητέον αὐτῷ, δογμάτων δὲ γνῶσιν οὐκέτι· ἀλλὰ καὶ πάνυ κατόπιν τοῦτον τῆς τοιαύτης ἀκριβείας γενόμενον ἐπιστάμεθα. *Καὶ μετὰ βραχέα·* Ὥστε δὴ, ἵνα μὴ δόξωμεν ἐπεμβαίνειν τῷ ἀνδρὶ, περὶ ὧν οὐ πρόκειται ἡμῖν ἐπὶ τοῦ παρόντος λέγειν, ἵνα βασανίζοντες πρὸς ἀκρίβειαν τὴν γενομένην ἀπολογίαν, αἱρετικοὺς ἀποδείξωμεν τοὺς ἀμφοτέρους, αὐτόν τε τὸν ἀπολογησάμενον, καὶ τὸν ὑπὲρ ὅτου τὴν ἀπολογίαν συνέταξε. *Καὶ μεθ' ἕτερα·* Δεῖξον τρανὸν καὶ ἀναμφίβολόν τινα τῶν τῆς Ἐκκλησίας διαφανῶν διδασκάλων, ὅτι προϋπάρχουσιν αἱ τῶν ἀνθρώπων ψυχαὶ, δογματίσαντα· καὶ μὴ παραλογισμούς τινας προφέρειν πειρῶ εἰς ἀπόδειξιν. Τὸ γὰρ δεικνύναι σε σπεύδειν, τὴν τοῦ Υἱοῦ πρὸς τὸν Πατέρα ὑπόβασιν ὁμοίως αὐτῷ τινας εἰρηκότας, πρῶτον μὲν οὐ ξενισθῶμεν· σοῦ γὰρ καὶ τῶν περὶ σὲ ἡ τοιαύτη δόξα. Ὅθεν περὶ τούτου ἐπὶ τοῦ παρόντος λόγος ἡμῖν οὐδεὶς, πάλαι μὲν οἰκουμενικῇ ζητήσει ὑποβληθέντος καὶ ἀποκηρυχθέντος. Μὴ πείθεσθαι δὲ ἐν τούτῳ [*Ἴσ.* μήτε πείθεσθαι δέον τούτῳ], μηδὲ δι' οὓς ταῦτα ἡμῖν πρόκειται, βασανίζειν· τὸ δὲ ψιλὴν τὴν περὶ ἀρχῶν φωνὴν διαβάλλειν, οὐδαμῶς παρά τινος μέχρι τοῦ νῦν ἀκήκοας, ὦ δεινὲ συνήγορε τοῖς Ὠριγένους ἀτοπήμασιν.

A fecisse, per omnia Deo amabilis et sanctissime pater Joannes. *Et post pauca:* Quoniam multus in historiis fuit vir, omnia antiquorum volumina et conscripta scrutatus atque rimatus, et cunctas ferme opiniones exponens, et plurima conscripta in sæculo derelinquens, quorum nonnulla omni receptione digna consistunt, talis viri opinione utentes, subripere conantur nonnullos, fatentes quod Eusebius (17) ad hoc non traheretur vidisse, nisi omnes ad liquidum veterum sciret opiniones hoc velle monstrantes. At ego, quod multus quidem in historiis fuerit vir, et nihil ex veteribus conscriptionibus illius latuerit notitiam, consentio et confiteor. Imperiali quippe cooperatione usus, facile quæ ubique sparsa erant, colligere poterat. Non autem ad
B dogmatum acribiam (18) hunc pervenisse perhibeo. Unde concedendum quidem est illi, quod multa didicerit; quod autem dogmatum habuerit notionem, nullo modo: quem videlicet nimis fuisse procul ab horum acribia scimus. *Et paulo post:* Itaque ne videamur aggredi virum, de quibus non est nobis impræsentiarum dicendi propositum; neque discutientes diligentius apologiam quæ facta est, hæreticos ostendamus utrumque, ipsum scilicet qui excusatur, et eum qui pro eo excusationem exposuit. *Et post alia:* Ostende quemquam ex illustribus Ecclesiæ magistris, qui expresse et indubitabiliter, quod præexsistant animæ, dogmatizaverit: et no subreptiones quasdam proferre tentes ad comprobationem. Illud enim quod demonstrare festinas,
C Filii ad Patrem subjectionem etiam sibi similiter aliquos perhibere, primo quidem non miremur: tua est et eorum qui circa te sunt, talis opinio. Unde nec super hoc in præsenti nobis ullus est sermo, cum videlicet universali sit olim inquisitione projectum (19) atque repulsum: et non in hoc obediatur, neque discutiatur propter eos, pro quibus hæc nobis proposita sunt. Porro puræ voci quæ est Periarchon detrahi, nequaquam a quoquam usque nunc audisti, o acer advocate Origenis pravitatum.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ (1). *Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὴν αἱμόῤῥουν· οὗ ἡ ἀρχή·*

Ὅτι μὲν πρώτη Ἰουδαίων κλῆσις, ἐδίδαξεν ἡ Γραφή. *Καὶ μεθ' ἕτερα·*

Ταῦτα τοῦ σωτηρίου κρασπέδου λαβομένη ἔλεγεν ἡ αἱμόῤῥους, ὡς βασιλέα τῆς φύσεως κρατοῦσα τὸν Κύριον, καὶ τοῦ πάθους τὴν τυραννίδα διδάσκουσα. Καὶ τυχοῦσα τῆς δωρεᾶς, ἀνδριάντα ἤγειρε τῷ Χριστῷ, τὸν μὲν πλοῦτον ἰατροῖς ἀναλώσασα, τοῦ δὲ πλούτου τὰ λειπόμενα προσενέγκασα τῷ Χριστῷ.

EJUSDEM. *Ex sermone in mulierem quæ fluxum sanguinis passa est: cujus initium est.*

Quod prior quidem fuerit Judæorum vocatio,
D Scriptura docuit. *Et post alia:*

Hæc salutari fimbria comprehensa dicebat mulier quæ fluxum sanguinis patiebatur, ut regem naturæ tenens Dominum, et passionis tyrannidem edocens: perceptoque dono, statuam erexit Christo. Et quidem divitias in medicos expenderat, sed divitiarum residua obtulit Christo.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ (2). *Ἐκ τῶν κατὰ Ὠριγένους.*

Ὁ γάρ τοι διάβολος τῆς αὐτῆς ἀθανάτου τῶν ἀγγέλων ὑπάρχων δόξης, μὴ τηρήσας τὴν ἑαυτοῦ ἀξίαν

EJUSDEM. *Ex disputationibus adversus Origenem.*

Diabolus enim, ejusdem cum angelis gloriæ immortalis particeps, dignitatem suam ac locum haud

(17) *Gr.* noluisset hoc suscipere, nisi videretur venisse.
(18) Exactam cognitionem.

(19) *Gr.* inquisitioni subjectum.
(1) Labb. *conc. gen.*, t. VII, p. 208.
(2) Ang. Mai, *Vet. Patr. Biblioth.* VII, 208.

conservavit; et dejectus de sua, et excidens e A divina gloria, mansit quidem quod erat, secundum naturam immortalis, nec amisit, sed retinuit potestatem quam ab initio, ipsius naturæ convenienter, a Deo acceperat, impeditur autem nunc quominus hac potestate utatur et iram quam contra genus humanum concepit, in perniciem nostram expleat, siquidem Deus nobis prospicit ab illiusque malitia nos defendit, dummodo ejus tutela digni exsistamus. Cum autem per socordiam reperti fuerimus indigni ejus auxilio, iste pravitatem suam ac potentiam adversus nos exserit, ubi nimirum, prorsus destituti bonis operibus, a divina providentia nos abalienaverimus. Ubi vero digni sumus qui ejus patrocinium nanciscamur, nullo modo contra nos diabolo progredi permittitur, quod testantur Gadarenorum B porci, adversus quos (dæmonibus) potestas injuriæ nunquam erat concessa, quam autem tunc acceperunt, ob multas variasque œconomiæ rationes quas recensere non est hujus temporis.

καὶ τάξιν, τῆς ἰδίας ἀποβληθεὶς, καὶ τῆς τοῦ Θεοῦ δόξης ἀποπεσὼν, ἔμεινεν μὲν, ὅπερ ἦν τὴν φύσιν, ἀθάνατος, καὶ τὴν δύναμιν ὡσαύτως, καὶ οὐδὲν ἧττον ἥσπερ ἐξ ἀρχῆς ἐν τῇ φύσει εἴληφε παρὰ τοῦ Θεοῦ· κωλυόμενος δὲ νῦν ὑπὸ Θεοῦ τῆς ῥοπῆς χρήσασθαι ταύτης, καὶ τὴν καθ' ἡμῶν πληρῶσαι, ἣν ἐκ τοῦ φθόνου ἐκτήσατο κατὰ τοῦ γένους ὀργὴν, προνοουμένων καὶ φυλαττομένων ἡμῶν ὑπὸ τοῦ Θεοῦ ἐκ τῆς ἐκείνου πονηρίας, ἕως ἂν ἄξιοι τῆς ἐκείνου κηδεμονίας ὑπάρχωμεν. Εἰ δὲ καταρᾳθυμήσαντες ἀνάξιοι εὑρεθῶμεν τῆς αὐτοῦ βοηθείας, τὸ τηνικαῦτα τὴν αὐτοῦ πονηρίαν καὶ δύναμιν καθ' ἡμῶν ἐπιδείκνυται, ὅτ' ἂν παντελῶς ἐρήμους ἐξ ἔργων ἀγαθῶν γεγονότας ἑαυτοὺς ἀλλοτρίους τῆς τοῦ Θεοῦ προνοίας καταστήσωμεν. Ἕως δ' ἂν ἄξιοι ὦμεν οἰκειοῦσθαι τῇ παρ' αὐτοῦ ἀντιλήψει, οὐδαμῶς χωρεῖν καθ' ἡμῶν συγχωρεῖται. Καὶ μαρτυροῦσιν οἱ ἐν Γαδίροις χοῖροι ὡς οὐδὲ κατ' αὐτῶν συγχωρηθέντες χώραν ἀδικίας ἐκέκτηντο, ἥνπερ ἔλαβον τότε, διὰ πολλὰς καὶ διαφόρους οἰκονομίας, ἃς οὐ καιρὸς καταλέγειν ἐπὶ τοῦ παρόντος.

—

Longe plura et ampliora ἐκ τῆς κατὰ τῶν βλασφημιῶν Ὠριγένους πραγματείας κεφαλ. ιε', ις', servavit Joannes Damascenus in Parallelis sacris, tom. II, editionis Lequinianæ pag. 747, 764-772, quas typis grandioribus expressas invenies hujusce Patrolog. tom. XCVI.

EJUSDEM. Ex dissertatione in crucem.

Secundum humanam voluntatem qua sicut nos præditus erat Christus, unde dicit: « *Non mea*, C *sed tua fiat voluntas*, » mortem detrectavit; etenim, qua Deus prædixit calicem ipsum esse præteriturum. Nimirum post tres dies resurrexit, postquam carnem immortalitate donaverat et mortis calicem confregerat.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ (3). *Ἐκ τοῦ λόγου τοῦ εἰς τὸν σταυρόν.*

Τοῦ γὰρ ἀνθρωπίνου τῆς ἡμετέρας φύσεως θελήματος ἐν Χριστῷ, περὶ οὗ φησι, *Μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γενέσθω, ἀλλὰ τὸ σόν*, ἴδιον ἦν ἡ τοῦ θανάτου παραίτησις· προεμήνυε γὰρ ὡς Θεὸς ὅτι παρέρχεται αὐτὸν τὸ ποτήριον. Ἀνέστη γὰρ τριήμερος, ἀθανατήσας τὴν σάρκα, καὶ συντρίψας τὸ τοῦ θανάτου ποτήριον.

EJUSDEM. Ex tractatu adversus Apollinarium.

Qui igitur pro nobis passus est, non tantum peccatum non fecit, verum etiam peccati radices funditus evulsit. Quare haud velut Deo refractans dicit, *Non mea fiat voluntas*; sed ut nobis rationem ostendat quomodo in tentationibus precari debeamus. Si vero Apollinarius propterea quod Christus dixit, *Non mea fiat voluntas*, rationabile D ejus animæ tollit, et, mente capti instar, inhumanationem ejus sine anima et mente fuisse contendit, multo magis quam quod de voluntate vitæ amante habetur, contumeliosum erit dicere, Christum factum esse abominationem et peccatum, et tentatum a Satana per quadraginta dies, et ab Herode fugisse in Ægyptum, et subjectum fuisse Josepho fabro lignario, et corroboratum ab angelo ut qui mortem reformidaverit.

ΤΟΥ ΑΥΤΟΥ (4). *Ἐκ τοῦ λόγου κατὰ Ἀπολιναρίου.*

Ὁ γοῦν ὑπὲρ ἡμῶν παθὼν οὐ μόνον ἁμαρτίαν οὐκ ἐποίησεν, ἀλλὰ καὶ τὰς ῥίζας τῆς ἁμαρτίας ἐκ θεμελίων ἀνέτρεψεν. Οὐκοῦν οὐχ ὡς ἐναντίος Θεῷ ὢν λέγει, *Μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γενέσθω*, ἀλλ' ὑποτυπώσεις ἡμῖν παρέχων πῶς ἐν τοῖς πειρασμοῖς προσεύχεσθαι Θεῷ. Εἰ δὲ διὰ τὸ λέγειν, *Μὴ τὸ ἐμὸν θέλημα γενέσθω*, ἀναιρεῖ αὐτοῦ τὸ νοερὸν τῆς ψυχῆς ὁ Ἀπολινάριος ἄψυχον αὐτοῦ καὶ ἄνουν ὁ ἄνους κηρύττων τὴν σάρκωσιν, πολλῷ πλεῖον τοῦ φιλοζώου θελήματος ἐφύβριστόν ἐστι λέγειν τὸν Χριστὸν γενόμενον κατάραν καὶ ἁμαρτίαν, καὶ πειρασθέντα ὑπὸ τοῦ Σατανᾶ τεσσαράκοντα ἡμέρας, καὶ φυγόντα ἀπὸ Ἡρώδου ἐν Αἰγύπτῳ, καὶ ὑποταττόμενον Ἰωσὴφ τῷ τέκτονι, καὶ ἐνισχυόμενον ὑπὸ ἀγγέλου ὡς δειλιῶντα τὸν θάνατον.

(3) Ang. Mai, *loc. cit.*, p. 204

(4) Ang. Mai, *loc. cit.*, p. 204.

ANNO SÆC. V INCERTO.

DALMATIUS MONACHUS,

POSTEA

CYZICI EPISCOPUS.

NOTITIA.

(Mich. Lequien., *Oriens Christianus*, t. I, p. 752.)

Inter Cyzici præsules numeratur sanctissimus Proclus, quem Sisinnius CP. rescripti cujusdam Theodosii Junioris Augusti Attico decessori ejus dati auctoritate fretus, urbis illius episcopum civibus insciis ordinarat. Verum Cyziceni adventum ejus prævertentes, Dalmatium monachum episcopum suum ordinari curarunt (1). Dalmatius Ephesino concilio adfuit, cumque Joannes Antiochenus cum Orientalibus suis ad constitutum diem non accessisset, unus ipse ex illis fuit qui Contestatione repugnarunt, ne Cyrillus Alexandrinus concilii celebrationem ante illius adventum inchoaret. Subscripsit perinde alteri Contestationi Orientalium, qui clausam sibi Apostoli Joannis ecclesiam querebantur, cum interim concilium in majore ecclesia haberetur. Quas quidem subscriptiones legere licet in Collectione ex Synodico seu Tragœdia Irenæi Tyrii cap. 7 et 8. His enim Contestationibus subscriptus legitur *Dalmatius episcopus Cyzici, Dalmatius episcopus Cyzici metropolitanus*. At vero in ipsismet Græcis et Latinis synodi actis, etiam apud Marium Mercatorem, diserte fertur *Dalmatium Cyzici episcopum* actioni primæ ejusdem concilii cum Cyrillo Alexandrino et Memnone Ephesino interfuisse, καὶ Δαλματίῳ Κυζίκου, *et Dalmatio Cyzici*, quin etiam in subscriptionibus legitur, Δαλμάτιος ἐπίσκοπος τῆς κατὰ Κύζικον ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας· *Dalmatius episcopus sanctæ Dei Ecclesiæ Cyzici*. Gelasius Cyzicenus initio commentarii sui actorum concilii Nicæni, se illud opus exscripsisse testatur ex vetustis membranis *divini laudatissimique Dalmatii*, τοῦ θείου καὶ ἀοιδίμου Δαλματίου τοῦ ἁγίας καὶ καθολικῆς κατὰ Κύζικον Ἐκκλησίας ἀρχιεπισκόπου, *sanctæ et catholicæ Cyzici Ecclesiæ archiepiscopi*.

(1) De Dalmatio hoc, quem ex monacho episcopum sibi delegerunt Cyziceni, mentio apud Socratem, VII, 28; *Tripart.*, XII, 3; Niceph., XIV, 29. Fabr.

DALMATII EPISTOLÆ.

(Mansi *Ampl. coll. conc. gen.*, t. IV, c. 1258.)

Ἐπιστολὴ πεμφθεῖσα πρὸς τὴν ἁγίαν ἐν τῇ Ἐφεσίων πόλει σύνοδον παρὰ Δαλματίου τοῦ ἁγιωτάτου ἀρχιμανδρίτου.

Τὴν ἐπιστολὴν τὴν πεμφθεῖσάν μοι παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου ἐδεξάμην, καὶ γνοὺς τὰ ἐν αὐτῇ ἐμφερόμενα, ἐν πρώτοις μὲν ἐλυπήθην σφόδρα διὰ τὰς συμβεβηκυίας ὑμῖν περιστάσεις τε καὶ θλίψεις· ἐγέγραπτο γὰρ ἐν τῇ ἐπιστολῇ, ὅτι τινὲς τῶν ἁγίων πατέρων αὐτόθι διάγοντες, ἐκ τῆς στενοχωρίας ἐτελεύτησαν. Λοιπὸν δὲ γινώσκετε, ὅτι ἑτοίμως ἔχω πᾶσαν κέλευσιν ὑμῶν πληρῶσαι, καὶ ἐν οὐδενὶ παρεῖδον ἢ παραβλέπω, ἢ ἠμέλησα, καὶ μάλιστα ὅτι καὶ ὑπὲρ τῆς ὀρθοδόξου πίστεώς ἐστι τὸ πρᾶγμα, καὶ ἁρμόζον πρὸς τὸν Θεόν. Οὐδεὶς γὰρ δύναται ἀποστῆναι ἀπὸ Θεοῦ ζῶντος, καὶ ἄλλα τινὰ βουλεύεσθαι. Οἱ γὰρ ὀρθοτομοῦντες τὸν λόγον τῆς ἀληθείας τοῦ Θεοῦ, ζωὴν ἔχουσιν, καὶ ἐν τῷ αἰῶνι τούτῳ, καὶ ἐν τῷ μέλλοντι· οἱ δὲ ἀφιστάμενοι ἀπὸ τῆς τοῦ Θεοῦ ἄριτος κατηραμένοι εἰσὶν, ἐῤῥιμμένοι εἰς τὸ σκότος

A *Epistola missa ad sanctam synodum Ephesinam a Dalmatio sanctissimo archimandrita.*

Accepi epistolam a sancta synodo ad me missam, et legens quæ contineret, in primis indolui vehementer propter ea quæ vobis acciderunt mala. Scriptum enim erat in epistola aliquos ex sanctis Patribus illic agentes, propter angustias locorum exstinctos esse. Cæterum scitote me prompte jussa quælibet vestra impleturum, nec quidquam hactenus præteriisse. Neque enim negligenter aliquid provideo, nec incuriosus sum, cum præsertim res fidei orthodoxæ Deique agatur. Nemo enim potest deficere a Deo vivente, et alia quædam consilia capere. Qui enim recte tractant verbum veritatis,
B Dei vitam habent et in hoc sæculo et in futuro; qui vero deficiunt a Dei gratia, ejiciuntur in tenebras exteriores, quemadmodum Nestorius, et qui eadem cum ipso sentiunt. Deus enim et Pater Do-

mini nostri Jesu Christi complacuit sibi in sancta A synodo, eamque totam ut ædificium suum curat, vestrosque labores et sudores gratos habet. Gratias ergo agimus Deo, qui vos recta via duxit, et victoriam de fide vobis tribuit. Orate pro me, precor sanctitatem vestram.

Exemplum epistolæ cleri Constantinopolitani ad sanctam synodum.

Piissimis sanctissimisque Patribus nostris, juxta religiosissimorum imperatorum nostrorum decretum ex universo orbe in Ephesiorum metropoli congregatis, Cyrillo, Juvenali, Memnoni, Flaviano, Firmo, Theodoto, Acacio, Amphilochio, Eleusio, Palladio, Irenæo [*Beriniano, Vereniano*], *Iconio, universæque synodo. Dalmatius, Tigrius, Sampso-* B *nius, Maximianus, Joannes, Evander, Modestianus, Adelphius, Philotheus, Eulogius, Basiliscus, Florentius, et omnis Constantinopolitanus clerus.*

Semper et ab ineunte [a] ætate orthodoxo dogmate gloriantes, toti in hoc sumus, ut sanctorum Patrum traditionem conservemus. De qua quidem per ea quæ sanctissimus piissimusque episcopus Cyrillus ad nos perscribere dignatus est, a vestra sanctitate nuper iterum admoniti, gratias egimus Salvatori Deo. Multa itaque et magna facinora, quæ pro eadem recta fide egregie gesta sunt, aperte nobis innotuerunt. Quare cum Nestorium, nostrum quondam antistitem, quod apostolicam, sinceramque ac C piam doctrinam adulteraret, a vestra pietate ordine hocoque motum esse intellexissemus, commemoratas litteras a Theodosio et Valentiniano piissimis Christianissimisque [b] imperatoribus exhibitas nobis, tanquam a vestra sanctitate missas accepimus, ac statim illas palam in sancta Dei Ecclesia, universo populo congregato et audiente, legi curavimus. Sciat ergo vestra sanctitas, populum nobis una voce consensisse, et magnis quoque laudum præconiis evexisse cum sanctam et œcumenicam vestram synodum, tum victores quoque imperatores, quod pium vestrum conventum omni studio curassent. Nos porro gavisi, præsentes rescripsimus. Nunc vero celeberrimam vestram pietatem obtestamur, ut pro nobis Deum precetur, curamque D omnem adhibeat, ut, quod reliquum est, sancta Dei Ecclesia quæ apud nos est, perfecte constituatur. Hoc enim vel unum magna vestra orthodoxi dogmatis providentia reliquum adhuc esse intelligit, ut hac ratione omnia Christo Domino placentia ad finem perducantur, universaque nostra nulli alteri, nisi vestræ sanctitati, piissimisque ac Christianissimis [c] imperatoribus accepta ferantur.

τὸ ἐξώτερον, ὡς καὶ Νεστόριος, καὶ οἱ ὁμόφρονες αὐτοῦ μετ' αὐτοῦ. Ὁ γὰρ Θεὸς καὶ Πατὴρ τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ ἐφαίδρυνε καὶ ᾠκοδόμησε τὴν ἁγίαν σύνοδον πᾶσαν, καὶ τοὺς κόπους ὑμῶν καὶ ἱδρῶτας προσεδέξατο. Εὐχαριστοῦμεν οὖν τῷ Θεῷ τῷ οὕτως εὐοδώσαντι, καὶ τὴν νίκην ὑμῖν παρασχόντι ὑπὲρ τῆς πίστεως. Εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ, παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην.

Ἴσον ἐπιστολῆς γραφείσης παρὰ τοῦ κλήρου Κωνσταντινουπόλεως πρὸς τὴν ἁγίαν σύνοδον.

Τοῖς θεοσεβεστάτοις καὶ ὁσιωτάτοις Πατράσιν ἡμῶν, τοῖς ἀθροισθεῖσι κατὰ πρόσταγμα τῶν εὐσεβεστάτων βασιλέων τῆς ὑφ' ἡλίῳ ἐν τῇ Ἐφεσίων μητροπόλει, Κυρίλλῳ, Ἰουβεναλίῳ, Μέμνονι, Φλαυιανῷ, Φίρμῳ, Θεοδότῳ, Ἀκακίῳ, Ἀμφιλοχίῳ, Ἐλευσίῳ, Παλλαδίῳ, Εἰρηναίῳ [Βεριανιανῷ, Εἰρηνιανῷ], *Ἰκονίῳ* [1], *καὶ πάσῃ τῇ λοιπῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, παρὰ Δαλματίου, Τιγρίου, Σαμψωνίου, Μαξιμιανοῦ, Ἰωάννου, Εὐάνδρου, Μοδεστιανοῦ* [2], *Ἀδελφειοῦ* [3], *Φιλοθέου, Εὐλογίου, Βασιλίσκου, Φλωρεντίου, καὶ παντὸς τοῦ κατὰ Κωνσταντινούπολιν κλήρου.*

Ἀεὶ καὶ ἐκ νέας ἡλικίας τῷ ὀρθοδόξῳ δόγματι σεμνυνόμενοι, τὴν τῶν ἁγίων Πατέρων παράδοσιν φυλάττειν σπουδὴν τιθέμεθα. Ταύτης δὲ πάλιν παρὰ τῆς ὑμετέρας ἁγιωσύνης πρώην εἰς μνήμην ἀχθέντες [4], δι' ὧν ὁ θεοσεβέστατος καὶ ἁγιώτατος ἐπίσκοπος [5] Κύριλλος ἐπιστεῖλαι πρὸς ἡμᾶς κατηξίωσε, χάριν ὡμολογήσαμεν τῷ Σωτῆρι Θεῷ. Ἐπὶ γοῦν τοίνυν [6] τὰ ὑπὲρ τῆς αὐτῆς ὀρθῆς πίστεως κατορθώματα πολλὰ καὶ μεγάλα, δῆλα κατέστη ἡμῖν. Διὸ καὶ τὴν καθαίρεσιν τοῦ πάλαι προεδρεύσαντος ἡμῶν Νεστορίου, διὰ τὸ παραχαράξαι καὶ ἀποστολικὰ, καὶ εἰλικρινῆ, εὐσεβῆ τε διδάγματα, γεγενῆσθαι παρὰ τῆς ὑμετέρας γνόντες θεοσεβείας, τοὺς μνημονευθέντας ἡμῖν χάρτας παρὰ τῶν εὐσεβεστάτων, καὶ φιλοχρίστων ἡμῶν βασιλέων, Θεοδοσίου καὶ Οὐαλεντινιανοῦ, ὡς ἀποσταλέντας παρ' ὑμῶν, ὁσιώτατοι, ἐδεξάμεθα, καὶ ἐπὶ τῆς ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας ἀθροισθείσης πανδήμου ἀναγνωσθῆναι εὐθὺς πεποιήκαμεν. Ἴστω οὖν ἡ ὑμετέρα ἁγιωσύνη, ὡς ὁ λαὸς σύμφωνος ἡμῖν γεγένηται, καὶ πολλαῖς εὐφημίαις εἴς τε τὴν ὑμετέραν ἁγίαν καὶ οἰκουμενικὴν ἐχρήσατο σύνοδον, εἴς τε τοὺς τροπαιούχους βασιλέας, τοὺς φροντίδα ποιησαμένους τῆς θεοφιλοῦς ὑμῶν συνελεύσεως. Ἡμεῖς δὲ ἡσθέντες τὰ ἐν χερσὶν ἀντεγράψαμεν· καὶ δὴ καὶ παρακαλοῦμεν, ὑπερεύχεσθαι μὲν ἡμῶν τὴν ἀοίδιμον ὑμῶν θεοσέβειαν, φροντίδα δὲ τοῦ λειπομένου [7] εἰς κατάστασιν τῆς παρ' ἡμῖν ἁγίας τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίας. Τοῦτο γὰρ καὶ μόνον ὑπόλοιπον εἶναι συνορᾷ ἡ ὑμετέρα καὶ μεγάλη [8] τοῦ ὀρθοδόξου δόγματος πρόνοια· ὥστε πάντα ἐπὶ πέρας ἀχθῆναι, τῷ Δεσπότῃ ἀρέσκοντα Χριστῷ, καὶ μηδενὶ ἑτέρῳ ἐπιγραφῆναι, ἀλλὰ τῇ ὑμετέρᾳ ἁγιότητι, τὰ καθ' ἡμᾶς ἅπαντα, καὶ τοῖς εὐσεβεστάτοις, καὶ φιλοχρίστοις βασιλεῦσι.

[1] In cod. Seguieriano, Οὐηρηντανῷ, Εἰκονίῳ, [2] Δομεστιανοῦ. [3] Ἀδελφίου. [4] ἐλθόντες. [5] Ἀρχιεπίσκοπος. [6] ὑπόγυον τοίνυν. [7] φροντίδα δὲ θέσθαι τοῦ λειπομένου. [8] γαληνή.

[a] Vet. V. *a juvenili*. al. *a juvenili ætate*. al. *a juventute*. [b] Vet. V. *et Christo amabilibus*. [c] Vet. V. *atque Christi amantissimis*.

A Δαλμάτιος πρεσβύτερος [8*] καὶ ἀρχιμανδρίτης, Πατὴρ μοναστηρίων, ὑπερεύχεσθαί μου παρακαλῶ τὴν ὑμετέραν ἁγιωσύνην, ὦ θεία καὶ ἱερὰ συνέλευσις.

Dalmatius presbyter et archimandrita, monasteriorum Pater, divina sanctaque congregatio, ut ores pro me, te obsecro.

ΔΑΛΜΑΤΙΟΥ ΑΠΟΛΟΓΙΑ.

Ἀνῆλθεν ἐφ' ὑψηλοῦ ὁ ἅγιος Δαλμάτιος, καὶ εἶπεν· Εἰ θέλετε ἀκοῦσαι, ἡσυχάσατε, καὶ μανθάνετε, καὶ μὴ θελήσητε ἐμποδίσαι τοῖς λεγομένοις, ἀλλὰ μακροθυμήσατε, ἵνα τὰ ῥήματα ἀκριβῶς ἀκούσητε. Τὴν ἐπιστολὴν τὴν νῦν ἀναγνωσθεῖσαν τῇ ὑμετέρᾳ εὐσεβείᾳ, ὁ εὐσεβέστατος βασιλεὺς ἀνέγνω, καὶ ἐπείσθη. Ἐπειδὴ ἤμην ἐγὼ εἰρηκὼς τῷ βασιλεῖ, ὅτε ἦλθε πρός με, ὅτι ὤφειλε γράψαι τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, ἃ ἐλέχθη αὐτῷ, καὶ οὐκ [9-10] ἐγράφη. Ἔπεμψε B δὲ πρός με, καὶ ἀνεγνώσθη. Καὶ ἵνα μὴ λυπήσω αὐτὸν, τὰ ἀκόλουθα προέπεμψεν [11], ἃ οἱ ἀποφέροντες οὐκ ἔδειξαν, ἀλλὰ ἀντὶ αὐτῶν ἄλλα ὑπέδειξαν γράμματα. Τὰ πρέποντα οὖν καὶ τὰ ἀκόλουθα ἐλάλησα αὐτῷ, ἃ οὐκ ἔξεστι νῦν εἰπεῖν ἐπὶ τῆς ὑμετέρας εὐλαβείας. Μὴ γὰρ νομίσητε, ὅτι ὑπεραιρόμενός [12] τίς εἰμι, ἢ καυχώμενος· συντρίψει γὰρ ὁ Θεὸς ὀστᾶ ὑποκριτῶν [13]. Ὁ Δεσπότης γὰρ πάντα ἀκολούθως ἤκουσε τὰ γεγενημένα, καὶ ἐχάρη μετὰ εὐχαριστίας τῆς πρὸς Θεὸν, καὶ συνεφώνησε τοῖς ῥήμασι τῆς ἀκολουθίας τῆς ἁγίας συνόδου, ὡς πρέπει τῇ αὐτοῦ βασιλείᾳ, οὐ τοῖς ἐμοῖς ῥήμασιν ἐξακολουθήσας, ἀλλὰ τῇ πίστει τῶν πάππων αὐτοῦ καὶ πατέρων. Πλὴν, καθὼς ἔπρεπεν, ἐδέξατο, καὶ ἀνέγνω, καὶ ἐπείσθη, C καὶ τοῦτο εἶπεν, ὅτι Ἐὰν οὕτως ἐστὶν, ἄφες, ἔλθωσιν οἱ παραγενόμενοι ἐπίσκοποι. Καὶ εἶπον αὐτῷ, ὅτι Οὐδεὶς αὐτοῖς συγχωρεῖ τοῦ ἐλθεῖν· καὶ εἶπεν· Οὐδεὶς κωλύει. Ἐγὼ δὲ εἶπον, ὅτι ἐκρατήθησαν, καὶ ἐκωλύθησαν τοῦ ἐλθεῖν. Καὶ εἶπον πάλιν, ὅτι ἐκ τοῦ μέρους ἐκείνου καὶ ἔρχονται πολλοὶ, καὶ ἀπέρχονται ἀκωλύτως· τὰ δὲ παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου πραττόμενα οὐδεὶς συγχωρεῖ ἀνενεχθῆναι ἐπὶ τὴν ὑμετέραν εὐλάβειαν [14]. Εἰς δὲ τὸ μέρος τὸ ἕτερον, τουτέστιν εἰς τὸ τοῦ Κυρίλλου, εἶπον αὐτῷ τῷ βασιλεῖ ἔμπροσθεν πάντων· Τίνος θέλεις ἀκοῦσαι, τῶν ἑξακισχιλίων ἀριθμῷ ἐπισκόπων, ἢ ἑνὸς ἀνθρώπου δυσσεβοῦς; Τῶν ἑξακισχιλίων [15] εἶπον, οἵτινές εἰσιν ὑπὸ τὴν ἐξουσίαν τῶν μητροπολιτῶν τῶν ἁγίων ἐπισκόπων. Τοῦτο οὖν ἐγένετο, ἵνα πεμφθῇ, καὶ ἔλθω- D σιν οἱ ἐρχόμενοι, οἱ καὶ τὰ πεπραγμένα ποιοῦντες φανερὰ καταστῆναι. Λέγω δὴ, οἱ ἁγιώτατοι ἐπίσκοποι, οἱ νῦν ἐρχόμενοι παρὰ τῆς ἁγίας συνόδου. Καὶ εἶπον [16], ὅτι Καλῶς ἐζήτησας. Καὶ πάλιν προσέθηκε ῥῆμα ἓν, καὶ εἶπεν· Εὔχεσθε ὑπὲρ ἐμοῦ· καὶ οἶδα, ὅτι ὁ βασιλεὺς ἐξηκολούθησε μᾶλλον τῷ Θεῷ, καὶ τῇ ἁγίᾳ συνόδῳ, καὶ οὐκέτι τοῖς διεστραμμένοις ἀνθρώποις. Εὔχεσθε οὖν ὑπὲρ τοῦ βασιλέως, καὶ ὑπὲρ ἡμῶν.

Ὁ λαὸς ὁ [17] ἐν Κωνσταντινουπόλει μιᾷ βοῇ πάντων· Ἀνάθεμα Νεστορίῳ!

APOLOGIA DALMATII.

Sanctus itaque Dalmatius, ubi in suggestum ascendisset, dixit: Si vultis audire, quieti adeste, et discite: neque his quæ dicentur, obstrepere velitis. Adeste autem patienti animo, ut verba exacte percipere valeatis. Quam nunc pietas vestra epistolam audivit, eam piissimus imperator quoque legit, et persuasus est. Nam ego, cum ad me venisset, dixeram imperatori, eum ad sanctam synodum debuisse scribere quæ suggesta quidem ipsi fuerunt, non tamen plene perscripta. Misit autem ad me, et lecta sunt. Verum ne qua illum tristitia afficerem, quæ consequebantur, præmisi; quæ latores non exhibuere, sed illorum loco alias quasdam litteras subostenderunt. Itaque convenientia, et ad rem opportuna cum eo locutus sum, quæ nunc coram vestra pietate repetere opus non est, ne elatus, aut gloriabundus a vobis existimer. Conteret enim Deus simulatorum ossa. Imperator omnia quæ facta narrabantur, ordine audivit, audiendoque gavisus est, et Deo gratias egit; et narrationis quoque seriem sanctæ synodi, sicut illius majestatem decebat, comprobavit, non meis quidem verbis ad hoc inductus, sed patrum et avorum suorum fidem secutus. Scripta itaque, ut par erat, suscepit et legit, ac persuasus ait: Si res ita habet, sine ut profecti episcopi huc veniant. Cui ego: Nemo eorum venire sinitur; et ille: Nemo prohibet. Rursum ego: Detinentur, inquam, et prohibentur, ne veniant. Subjeci: Qui e Nestorii factione sunt, eorum multi eunt et redeunt libere: quæ vero a sancta synodo aguntur, ea nemo ad vestram pietatem referri permittit. Cæterum pro altera parte, Cyrilliana scilicet, coram omnibus imperatori dixi: Sex millia episcoporum audire mavis, an unum hominem, eumque impium? Sex millia autem eos aiebam, qui sub metropolitanorum sanctissimorum episcoporum potestate degunt. (Hæc autem omnia eo spectabant, ut accerserentur et venirent, qui ea quæ facta sunt, patefacerent. Loquor autem de sanctissimis episcopis, quos sancta synodus huc destinavit.) Et respondit: Recte quæsivisti. Rursumque adjecit verbum unum, et dixit: Precemini pro me: et certo novi imperatorem Deo et sanctæ synodo obsecutum potius quam perversis hominibus. Orate igitur pro imperatore, et pro nobis.

Populus Constantinopolitanus una simul voce exclamavit: Anathema Nestorio!

[8*] ἐπίσκοπος. mendose omnino, nec in ms. habetur. [9-10] πλείρης οὐχ. [11] προέπεμψα. [12] ἐπαιρόμενος. [13] ἀνθρωπαρέσκων. [14] εὐσέβειαν. [15] τοὺς δὲ ἑξακισχιλίους. [16] εἶπεν. [17] ὁμοῦ.

ANNO SÆCULI V INCERTO.

TIMOTHEUS BERYTENSIS

NOTITIA.

(MICH. LEQUIEN, *Oriens Christ.* II, 818.)

In indice episcoporum qui Constantinopolitano concilio primo interfuerunt, Timotheus Berytius, de provincia Phœnices. Annon vero ipse est Timotheus ille Beryti episcopus, qui Apollinaris hæretici discipulus fuit, et cujus nonnullorum operum fragmenta occurrunt?

FRAGMENTA.

(Exstant inter Opera Leontii Byzantini in opere cui titulus : *Liber adversus fraudes Apollinaristarum* Vid. hujusce *Patrolog.* tom. LXXXVI.)

SÆCULI V ANNO INCERTO.

EUSTATHIUS

BERYTENSIS EPISCOPUS.

NOTITIA.

(MICH. LEQUIEN, *Oriens Christ.* II, 818.)

Sedebat Beryti antistes Eustathius quo tempore Constantinopoli Flavianus, a quo ejusque synodo delegatus est, ut cum Photio Tyri causam Athanasii Perrhensis examinaret, quod Tyri primum, ac subinde Beryti conventibus habitis præstiterunt. Ad synodum posthac Ephesinam secundam venit, in qua nihil non pro votis Dioscori Alexandrini patravit : unde apud Theodosium imp. obtinuit, ut Berytus novæ provinciæ metropolis institueretur, quod ei cum Photio Tyrensi seminarium litis fuit. Anno 451, in synodo Chalcedonensi maculam quam ante biennium Ephesi admiserat, ejurata Eutychis et Dioscori impietate diluit, rectæ fidei definitioni, epistolæ Leonis ad Flavianum, aliisque decretis subscribens. Zacharias Scholasticus, qui postmodum Mitylenes episcopus fuit, in Dialogo suo quem cum gentili philosopho De mundi opificio in ecclesia Berytensi habuit, templum hoc elegantissime ab Eustathio exstructum describit. Ad ipsum uti metropolitam Leo Augustus epistolam dedit de nece sancti Proterii Alexandrini, *Eustathio reverentissimo episcopo Beryti :* Eustathius vero nonnisi epistolæ synodicæ Phœniciæ primæ secundus post Dorotheum Tyri subscripsit. Timotheum Ælurum Proterii interfectorem pro synodo Chalcedonensi impugnavit, cujus contra illum voluminis fragmentum exstat in Collect. Mss. contra hæreticos varios, quæ asservantur in Bibl. Collegii Paris. Soc. Jesu.

Eustathii episcopi Beryti Apologia sive defensio epistolæ Leonis Pontificis Romani contra Timotheum Ælurum.

(HENRIC. CANIS. *Lection. antiq.* II, 257.)

Cognosce (1) ex his quæ sequuntur horum dogmatum ἀκρίβειαν, id est, limatam et perfectam rationem; nam cum dixisset : « Operabatur enim utraque forma cum alterius communione, quod habuit proprium ; » subjungit : « Verbo quidem operante hoc, quod est Verbi, corpore vero perficiente quæcunque erant corporis. » Cum dixit, τοῦ Λόγου κατεργαζομένου, id est, Verbo operante : τὴν αὐθεντίαν καὶ ἐξουσίαν καὶ τὸ ἀδούλωτον, id est, auctoritatem, et potestatem, et libertatem divinitatis significavit : quæcunque enim sunt Verbi, hæc sunt ἀρχικὰ καὶ βασιλικὰ, id est, principalia et regia. Non subjunxit autem, σώματος ἐργαζομένου, *corpore operante*, sed, ἐκτελοῦντος, *perficiente* quæcunque sunt corporis, ut tibi significaret, quod corpus ad voluntatem Verbi uniti, cujus erat factum proprium, movebatur κατὰ τὴν ἀκολουθίαν τῆς φύσεως, ἡνίκα τοῦτο παρασταίη τῷ Θεῷ Λόγῳ, οὐ γὰρ ἀφ' ἑαυτοῦ πρὸς τὰ φυσικὰ πάθη τὴν ὁρμὴν ἐποιεῖτο, ἢ τὰ ἔξωθεν προσπίπτοντα, ἀλλὰ τοῦ Λόγου συγχωροῦντος οἰκονομικῶς, id est, secundum ordinem naturæ, quando hoc placeret Verbo, non enim ex seipso ad naturales passiones ciebatur, aut ad ea quæ extrinsecus accidebant, sed Verbo permittente œconomice.

(1) Hujusce Apologiæ fragmentum dat et Possevinus, *Apparatus sacri* t. I.

APPENDIX AD SÆCULUM V.

DE FRAGMENTIS HISTORICIS TUSCULANIS.

(Ang. Mai. *Spicileg. Rom.* t. II, part. III, pag. 1-28.)

Cum essem in rure Tusculano, mense Maio, anno 1842, ob reparandas valetudinis affectæ vires, adivi interdum proximi monasterii Basilianorum, quod vulgo dicitur Cryptæ Ferratæ, bibliothecam, olim quidem Græcis codicibus abunde instructam, nunc autem valde imminutam, postquam ejus pars melior et maxima in Vaticanum palatium sub pontificibus Sixto V, Paulo V, et Pio VI transiit; quos ego plerosque codices Romæ ante hos annos non solum vidi, verum etiam manu tractavi, quum Vaticanæ bibliothecæ præessem. Et quidem S. Sophronii historiam miraculorum SS. Cyri et Joh. e codice Cryptensi, nunc Vaticano, sumptam; in tertio hujus Spicilegii volumine edidi. Alios insuper ejusdem cœnobii codices ad Barberiniorum bibliothecam translatos Urbani VIII nutu, narrat Rodota in historia Græci apud Italos ritus lib. II, cap. 11. Nec vero dubito quin alia præterea detrimenta bibliothecæ illi, ut fit, contigerint a lapsu temporis, a loci per politicas conversiones solitudine et vastitate, et ab hominum quandoque improbitate. Itaque nec ille famigeratus Æsopi codex, quem rumor inter doctos diditus, apud Cryptam-Ferratam servari tradidit, nunc certe uspiam apparet: etsi ego suspicor plus fortasse in hac fama latere fabulæ, quam fabularum in eo codice unquam exstitisse. Modicus igitur illic remanet Græcorum codicum numerus (nam de Latinis sileo) rem asceticam, hagiologicam, et liturgicam ferme spectantium: scio tamen me ibi vidisse Galeni quoque partem, juris civilis tractatum, lexici fragmentum, scholia parva ad Homerum, item Odysseam, et Iliadis fragmentum, et ut puto pauca alia, inter quæ priscarum hæresum, si bene memini, quamdam historiam. Sed quantula demum hæc sunt præ copia vetere, et præ Romanarum bibliothecarum lautissimis opibus? Illud peculiare Cryptensium codicum est, quod pene omnes in palimpsestis scripti fuerunt. Etenim hoc in more positum apud illos monachos fuisse videtur, ut nunquam fere novus codex exararetur, quin alicujus prisci et obsoleti membranæ huic usui accommodarentur. Magna est igitur in iis codicibus sepultarum scripturarum seges, quæ primo quidem aspectu curiositatem legentis prolicit, mox tamen notæ ut plurimum rei satietate studium infringit.

Quanquam igitur in his pusillis codicum reliquiis parum aut nihil immorandum mihi censebam, præsertim ne valetudinem labore obtunderem, mentem tamen parumper defixi in quodam palimpsesto, quem multos quoque ante annos vidisse memineram, Iliadis dico fragmentum, sæculo XIV desinente scriptum, cujus membranæ ex variorum codicum ruina collectæ, diversas sub Homero scripturas exhibent, grandioris quidem et priscæ formæ, sed præter unam, liturgici vel certe sacri argumenti omnes. Ergo his omissis, unicam illam scripturam spectare cœpi, quæ studium meum magis commovebat, quia Græci imperii Ecclesiæque res gestas continebat; quam tamen in quatuor tantum paribus foliis, id est sexdecim paginis, coarctatam comperi; quorum foliorum nexus ita se habet. Fol. 62-69. Fol. 63-68. Fol. 64-67. Fol. 65-66. Ex his paribus foliis duo perverse complicata fuisse animadverti ab eo qui rescripsit codicem: ita ut nunc folium simplex 69 præponendum sit simplici 62; itemque simplex 67 simplici 64. Ergo his quatuor foliorum inventis paribus, speravi primo me integrum codicis quaternionem tenere, ideoque materiæ seriem fore continuam: sed ea spes illico evanuit; etenim in primo folio (sic enim foliorum ordinem mihi demonstrat temporum series) expeditio Persica Juliani imp. narratur: in secundo sunt res Arcadii, et mox filii eius Theodosii: in tertio res sub hoc Theodosio paulo serius gestæ: in quarto demum Justiniani magni ætas decurrit. Necessario itaque paria hæc foliorum, interjectis lacunis, invicem absunt. Quamvis autem paria ipsa foliorum inter se distant, simplicia tamen, uno excepto, cohærent: vel, ut clarius loquar, fragmenta tria I, III, IV, continuam singula totis paginis dictionem continent; secundo excepto, in quo simplex folium 67 non continuatur a folio 64. Itaque tria illa fragmenta, quaternionum totidem intima fuerunt folia; secundum non item: quam rem palimpsestorum seu codicum periti mecum facile intelligent.

Quæ cum ita se haberent (neglecto Homero, quod est per se nullius pretii fragmentum, præ tot integris et antiquioribus Iliadis codicibus alibi obviis) ad exscribendam sub Homero sepultam historici Græci scripturam incumbere cœpi; cujus etsi partes aliquot erant conspicuæ, pleræque tamen ita obrutæ, ut nulla prope vi suscitari posse viderentur. Gravi demum conatu, multaque animi et oculorum per splendidiores diei horas molestia perfunctus, quidquid in his plagulis fuerat, in adversaria retuli; et me Romam ad Græcos Christianorum temporum historicos lectitandos contuli. Hactenus enim mihi constabat, hunc historicum magno vivente Justiniano scripsisse, qui in postremo folio ter ab eo dicitur ὁ δεσπότης ἡμῶν *dominus noster*, quod nonnisi de vivente principe dici solet. Multis igitur consultis historicis, quorum ratio in scholiis habebitur, unum præ cæteris Joannem Malalam grandiores historici mei partes usurpasse cognovi, Juliani scilicet Augusti tractum, et Areobindi monomachiam, aliasque aliquot partes; quin tamen ipse Malalas fragmentorum nostrorum auctor esse possit. Nam præter quam quod Humphredus Hodius Malalam longe recentiorem Justiniano fuisse, satis demonstravit in Prolegomenis ad eumdem cap. 15-20, sunt multa in his fragmentis quæ modo a Malalæ historia absunt, modo discrepant. Cæteroqui Byzantinorum sequioris ævi scriptorum hunc perpetuum ac molestissimum morbum fuisse scimus, ut alter alterum impudentissime exscripserit. Et quidem præstans in his Theophanes fatetur in Præfatione, nihil se de suo penu depromere, sed omnia ex priscis ante se scriptoribus sumere, ordine tantum temporum a se concinne disposito: quem deinde ordinem Georgius Hamartolus, non contemnendus profecto historicus, secutus est, cujus chronicas tabulas in mss. codicibus persimiles video. Chronici Paschalis insuper, Cedreni, Glycæ, Zonaræ, Nicephori Callisti, aliorumque de corpore Byzantinæ collectionis scriptorum, quis plagia non videt? quis recoctam crambem non aversatur? Ac de eodem plagii crimine postulandi sunt inediti quoque chronographi, v. gr. Joannes Siculus, Theodosius Melitinus, atque alii quos in Vaticanis codicibus identidem vidi.

Ab hac tamen Byzantinorum quasi rejectione, Tusculana seu Cryptensia fragmenta prorsus excipio,

non tam ut meæ rusticationis fructus aliquis exstet, quam quia reliquiæ hæ (utpote hominis sub Justiniano, ut dixi, scribentis, ideoque prædictis omnibus antiquioris) sub illis Homericæ vestis involucris relinquendæ non erant. Imo et meam interpretationem Latinam adjungendam esse putavi. Namque, ut legenti constabit, et novi aliquid continent, et in aliis historicis quædam emendant, et fontem unde multi hauserunt demonstrant. Quis Gargilii Martialis quaternionem Neapolitanum non edendum judicasset, propterea quod rei rusticæ scriptor Palladius nonnullos ex eo locos sibi surripuerat? Speciosæ quoque scripturæ dignitas me delectabat, quæ vix uno sæculo a Justiniani, id est ab auctoris ætate, abesse videtur, nisi forte et synchrona credenda est. Hujus specimen, quantum una pagina codicis continebatur, omissa Homerica veste, cudendum ære curavi, delineatum affabre a meæ rusticationis comite Petro Matranga, viro Græca non minus stirpe quam doctrinis cluente.

Exspectabunt, credo, lectores, ut horum fragmentorum auctorem, si fieri possit, revelem; sin minus, meas saltem conjecturas in medium proferam. Sane quinam Græci historici circa tempora Justiniani magni floruerint, demonstrant fere Photii Bibliotheca, Suidæ Lexicon, Nicephorus Callistus lib. I, cap. 1, et Byzantinorum historicorum collectio in qua nomina multa deperditorum laudantur, item Labbeus in Apparatu, Hodius in Prolegomenis ad Jo. Malalam, Vossius in Hist. Gr., denique magnus Fabricius in Græca Bibliotheca. Equidem suspicabar in primis de Theodoro lectore, cujus historia per annos, menses, et indictiones, ut fit in nostro, digerebatur. Veniebant etiam in mentem Zacharias scholasticus, et Petrus patricius; sed duos priores malebam, utpote ecclesiasticos: hæc enim Tusculana fragmenta auctorem laicum non videntur habere. Quid jam alios nominem, aut diutius harioler? præsertim cum hæc inquisitio paulo operosior sit, quam mei temporis otiive ratio postulare videtur. Totum igitur hoc judicium caute supprimo, vel certe differo, in quo me ab aliis præverti lætabor.

FRAGMENTUM I.

His prodigiis Juliano ipsi Augusto relatis, templi ædificatio cessavit.

Idem vero Julianus Augustus expeditione suscepta adversus Saporarsacem Persarum regem, contulit se Hierapolim, missis qui apud urbem Euphratesiæ Samosata naves pararent partim ligneas partim pelliceas, sicuti chronographus sapientissimus Magnus Carrensis scriptum reliquit, qui ipsius Augusti Juliani in comitatu erat. Deinde proficiscens Hierapoli, venit ad urbem Carras. Ibi autem duæ se obtulerunt viæ, una ducens Nisibin, quæ tunc erat Romanæ ditionis civitas, altera ad Romanum castrum, cui nomen Circisium, intra duo flumina situm, Euphratem atque Abboram, quod Diocletianus Romanorum imperator exstruxit. Ibi exercitu suo in duas partes diviso, Julianus Augustus misit Nisibim versus gravis armaturæ milites sexdecim mille, cum duobus ducibus Sebastiano et Procopio. Perrexit autem ad Circisium castrum ipse Julianus, ibique relictis, quotquot reperit, stationariis sex mille, adjectis aliis quoque gravis armaturæ militibus, cum duobus ducibus Acmeo et Mauro, discessit inde, Abboramque flumen ponte trajecit, præmissis per Euphratem navibus, quarum erat numerus mille et ducentæ quinquagenæ. Tum exercitu suo ad concionem vocato, habens

[Cod. fol. 69 a.] Καὶ ἀνηχθέντων τούτων τῷ αὐτῷ βασιλεῖ Ἰουλιανῷ, ἐπαύσαντο τοῦ ἐπιβαλέσθαι τοῦ κτίσαι τὸν ναόν (1).

Κατιὼν δὲ [1] ὁ αὐτὸς βασιλεὺς Ἰουλιανὸς κατὰ Σαβουραρσάκου βασιλέως Περσῶν, κατέφθασεν ἐν Ἱεραπόλει· καὶ πέμψας κατεσκεύασεν πλοῖα ἐν Σαμοσάτοις, πόλεως [2] τῆς Εὐφρατησίας, τὰ μὲν διὰ ξύλων [3], τὰ δὲ διὰ βυρσῶν, ὡς ὁ σοφώτατος Μάγνος ὁ χρονογράφος ὁ Καρηνὸς ὁ συνὼν αὐτῷ βασιλεῖ Ἰουλιανῷ συνεγράψατο. Ἀπὸ δὲ Ἱεραπόλεως ἐξελθὼν ἦλθεν ἐν Κάραις τῇ πόλει· κἀκεῖθεν δ' [4] εὗρεν ὁδοὺς δύο [5], μίαν ἀπάγουσαν εἰς τὸ Νιτζίβιος [6] πόλιν οὖσαν τότε [7] Ῥωμαίων, καὶ ἄλλην ἐπὶ τὸ Ῥωμαϊκὸν κάστρον καλούμενον Κιρκίσιον, κείμενον εἰς τὸ μέσον τῶν δύο ποταμῶν τοῦ Εὐφράτου καὶ τοῦ Ἀββώρα [8], ὅπερ ἔκτισεν Διοκλητιανὸς ὁ [9] βασιλεὺς Ῥωμαίων. Καὶ μερίσας τὸν στρατὸν αὐτοῦ ὁ αὐτὸς βασιλεὺς, πέμπει ἐπὶ τὸ Νιτζίβιος ὁπλίτας ἄνδρας μυρίους ἑξακισχιλίους, μετὰ δύο ἐξάρχων Σεβαστιανοῦ καὶ Προκοπίου. Καὶ κατέφθασεν ὁ αὐτὸς Ἰουλιανὸς (2) [τὸ Κιρκίσιον κάστρον· καὶ ἐάσας καὶ ἐν τῷ Κιρκισίῳ κάστρῳ ὅσους εὗρεν ἐγκαθέτους στρατιώτας ἑξακισχιλίους, προσθεὶς] αὐτοῖς καὶ ἄλλους ὁπλίτας ἄνδρας μετὰ ἐξάρχων δύο [f. 69 b] Ἀχμέου [10] καὶ Μαύρου (3), ἐξῆλθεν ἐκεῖθεν, καὶ παρῆλθεν τὸν Ἀββῶραν ποταμὸν διὰ τῆς γεφύρης, τῶν πλοίων φθασάντων εἰς τὸν Εὐφράτην ποταμόν·

[1] Malalas καὶ κατιών. [2] Sic est, non πόλει, tam in palimpsesto, quam apud Malalam. [3] Mihi videbar legere in codice ποδῶν, quod interdum dici pro *remis* scimus. [4] Deest in Mal. [5] Malalas δύο ὁδούς. [6] Mal. τὴν Νίσιβιν hic et infra. [7] Mal. ποτέ. [8] Mal. Ἀββορᾶ. [9] Deest apud Mal. [10] Mal. Ἀχχαμέου. Ammiano lib. xxv, 1, est *Machamæus*.

(1) Perspicuum est, sermonem hic esse de prodigiis, quæ dum Juliani jussu templum Hierosolymitanum ædificaretur, evenerunt; quibus principi nuntiatis, ædificatio illa cessavit. Jam vero quum hujus rei nullam prorsus mentionem faciat Joannes Malalas, vel hinc satis cognoscitur, hanc palimpsesti Tusculani Historiam alium præter Malalam habere auctorem. Quod autem reliqua quæ sequuntur de Juliano, sibi Malalas usurpaverit, ed. Venet. part. II, p. 8-9, hæc demum Byzantinorum, ut jam in prævio sermone monui, parum laudabilis consuetudo fuit, ut a minoribus superiores pene ad verbum exscriberentur. Noster quoque valde imitatus fuerat Zosimum lib. III.

(2) Decurtata palimpsesti membrana, desunt hic tres versiculi, quos ex Malala sumimus. Damnum hoc perpetuum palimpsesto illatum fuit modo in inferiore margine, modo in superiore.

(3) Fratres erant hi, teste Ammiano loc. cit.

ὧν τινων πλοίων ὑπῆρχεν ὁ ἀριθμὸς ‚ασν'. Καὶ συναθροίσας τὸν ἴδιον αὐτοῦ στρατὸν, ἔχων μεθ' ἑαυτοῦ Ἀνατόλιον μάγιστρον, καὶ Σαλλούστιον [11] ἔπαρχον πραιτωρίων, καὶ τοὺς στρατηλάτας αὐτοῦ, ἀνελθὼν ἐν ὑψηλῷ βήματι, δι' ἑαυτοῦ προσεφώνησεν τῷ στρατῷ, ἐπαινῶν αὐτοὺς καὶ προτρέπων [12], προθύμως καὶ σωφρόνως ἀγωνίσασθαι κατὰ Περσῶν· καὶ εὐθέως ἐμβαίνειν εἰς τὰ πλοῖα ἐπέτρεψεν, ἀπελθὼν [13] καὶ αὐτὸς ὁ βασιλεὺς εἰς τὸ εὐτρεπισθὲν αὐτῷ πλοῖον· καὶ ἡγεῖσθαι αὐτῶν προσκο(ιλλ)άτορας [14] προσέταξεν ἄνδρας γενναίους τοῦ ἀριθμοῦ τῶν λαγκιαρίων καὶ ματτιαρίων ‚αφ', κελεύσας καὶ τὰ σίγνα αὐτοῦ βαστάζεσθαι (4), [καὶ τὸν κόμητα Λουκιανὸν, ἄνδρα πολεμικώτατον εἶναι σὺν αὐτῷ, ὅστις καὶ πολλὰ κάστρα Περσικὰ [f. 62 a] παρὰ τὸν Εὐφράτην κείμενα, καὶ ἐν μέσῳ τῶν ὑδάτων ἐν νήσοις ὄντα ἐπόρθησεν, (καὶ) τοὺς ἐν ναυσὶν [15] ἰέντας Πέρσας ἀνεῖλε. Βίκτωρα δὲ καὶ Δαγλάϊφον κατέτασσεν ὄπισθεν [16] τῶν λοιπῶν πλοίων εἶναι, καὶ [17] φυλάττειν τὰ πλήθη. Καὶ κατῆλθεν ὁ βασιλεὺς μετὰ τοῦ στρατοῦ παντὸς διὰ τῆς μεγάλης διορυγῆς [18] τοῦ Εὐφράτου, τῆς μισγούσης τῷ Τίγρει [19] ποταμῷ, καὶ εἰσῆλθεν εἰς τὸν αὐτὸν Τίγριν [20] ποταμὸν ὅπου μίγνυνται οἱ δύο ποταμοὶ, καὶ ἀποτελοῦσιν λίμνην μεγάλην· καὶ παρέβαλεν [21] εἰς τὰ Περσικὰ, ἐν τῇ χώρᾳ τῶν λεγομένων Μαυζανιτῶν, πλησίον Κτησιφῶντος πόλεως, ἔνθα ὑπῆρχεν τὸ Περσικὸν βασίλειον· καὶ [22]... κη ἐπικρατὴς γενάμενος [23] τοῦδε ἀνόδου [24] Βαβυλῶνος, ἦλθεν [25] διὰ τὴν πεδιάδα τῆς αὐτῆς πόλεως Κτησιφῶντος, βουλόμενος μετὰ τῆς ἰδίας συγκλήτου καὶ τῆς Βαβυλῶνος ἐπελθεῖν καὶ παραλαβεῖν (5).

